Non eſt in Medico reſeuetur, vt æger, p.2.q.6.num.38 269

Digitized by Google

Non ſunt longa, quibus nihil eſt quod demere poſſis, p.2.q.3.nu.85 151
Nûc exacta æſtate hoc fructi pro labore illis fero, p.2.q.6.nu 91 279
Num prope Taletum, quam prope cernit aquam, p.1.q.2.nu. 130 40

O

ODerunt peccare boni, virtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pœnæ, p.2.q.2.nu. 51 128
Omnis inſtitutio, quæ de quacunque re ſuſcipitur, debet a diffinitione proficiſci, vt bene intelligatur quid ſit, id de quo diſeritur, p.1.q.1.nu.12 3
Omnia longa ſolent cunctis faſtidia ferre, p.2.q.3.nu.85. 151
Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo,
Et ſubito caſu, quæ valuere, ruunt, p. 1.q.1.nu.7 2
Omnia ſi perdas, famam conſeruare memento, p.1.q.2.nu.57 26
O quoties ingreſſus iter mihi triſtitia dixi,
Offenſum in porta, ſigna dediſſe pedê, p.2.q.1.nu.35 54

P

PAtere legem, quam tu ipſe tuleris, p.1.q.2.n 89 32
Pianta mal culta, mal frutto produce,
Speſſo il Gioco alla forca, l'huom conduce, p.2.q.4 nu.500 253
Pluribus intentus, ad minus ſunt ſingula ſenſus, p.2.q.16.nu.159 578
Præteriti ratio, ſcire facit futura, p.2.q. 1.num.140 70
Primum leges ſint viro ad vxorem, vt iniuria ceſſet, ſic ne ipſe iniuriam patietur, p.2.q.18.nu.29 620

Q

QVantunque in effetto io non peccai
Io dò però materia ch'ognun dica
Ch'eſſendo vagabonda io ſia impudica, p.2.q.18.nu.31 620
Quella è vera Religioſa,
Di Gieſù diletta ſpoſa
Laqual ſempre ſtà naſcoſa.
Quella poiche in amicitia.
Se ritroua in gran letitia
Morirà con gran meſtitia, p.2.q.9.nu. 188. 381
Quæ veritati dat opera Oratio, incompoſita eſſe debet, & ſimplex, vt res potius, quam ſe oſtêdat, cum & infirmus non quærat Medicum eloquentem, ſed curare ſcientem, p.1.n.4 2
Qui binos Lepores vna ſectatur hora,
Vno quandoque, quandoque carebit vtroque, p.2.q.16.nu.159 578
Quicquid agunt homines, intentio iudicat omnes, p.2.q.1.nu. 270 90
Quæro vtrum fructus; an delectationis cauſa vendatis, p.2.q.6.nu.91 279
Quod noua teſta capit, inueterata ſapit, p.2.q.16.nu. 131 573
Quod tibi vis fieri mihi fac, quod non tibi, noli;
Sic potes in terris viuere iure poli, p. 2.q.4.nu.443 239
Quiſquis amat Ranam,

R

Ranam putat eſſe Dianam, p.2.q.1.nu. 41. 56

S

SÆpe ſolet ſimilis filius eſſe Patri, & ſequitur leuiter Filia matris iter, p.2.q.6.nu.133 286
Sed ſi tantus amor, caſus cognoſcere noſtros, p.2.q.1.nu.7. 2
Scripta caue relegas, blandæ ſeruata Puellæ;
Conſtantes animos ſcripta relecta mouent;
Omnia pone feros, quamuis inuitus in ignes,
Et dic ardoris ſit rogus iſte mei, p.2.q. 10.nu.37 399
Sicuti in nummo non moles, non elegâtia ſculpturæ, ſed pondus ac materia

Digitized by Google

ſpectatur: ita non refert quã elegans, & eloquens ſit oratio, ſed quam breuis, & vtilis, p.1.nu.4 fol.2
Si capis vxorem, non propter carnis amorem
Duc, ſed eam prende, pro cauſa prolis habendæ, p.2.q.4.nu.301 210
Sit mora tuta breuis lenteſcunt tempore curæ
Vaneſcitque abſens & noxius intrat amor, p.2.q.18.nu.31 620
Si iuxta Claudum habitas, ſubclaudare diſces, p.2.q.9.nu.150 372
Sicut Sancti in Celo profectò eritis,
Si quod illi in terra fecerunt, vos feceritis, p.2.q.16.nu.214 590

T

TAles plerunq; videri ſolemus, quales ij ſunt, qui nobis amicitia conſuetudine coniunguntur, p. 2. q. 18. num.44 623
Torquent obſcenis iam nunc ſermonibus aurem, p.2.q.4.nu.533 260
Turpe thori reditu, cenſus augere Patemos, p.2.q.6.nu.93 279

V

VAna ac inutilis eſt admonitio Cõfeſſoris,
Si non fuerit accenſa igne diuini amoris, p.2.q.1.nu.142 70
Vera quæror reditu verba carere fide, p.2.q.6 nu.93 279
Vinum fac vt bibas parcè,
Quia hoc iubent Loth & Patriarche, p.2.q.1.nu.121 67
Viro & vxori videtur amicitia conſiſtere ſecũdum naturam, quod excellat & excedat omnes alios amores, p. 2. q.4.num.383 224

Finis Index Sententiarum.

INDEX
OMNIVM BVLLARVM,
SEV CONSTITVTIONVM
Apoſtolicarum, & Decretorum Sacræ Congregat. Cardinalium, quæ paſſim in hoc opere citantur.

A

ALexandri IV. Conſtit. quæ incipit, ex alto, & alia incip. Non ſine multa, In fauorem Ordinum Prędicatorum, & Minorum, p. 2. q. 10. nu. 51. fol. 402

B

Bulla Pij V. incip. Quamprimum, p. 2. q. 16. n. 155. 577

C

Clementis IV. Conſtit. quę incipit: Exigentibus veſtræ deuotionis meritis, in fauorem Fratrum Minorum, p. 2. q. 4. nu. 97. 173

Clementis VIII. Conſtit. quæ incipit, Religioſæ Congregationis, De largitione munerum, p. 2. q. 1. n. 231. f. 85

Conſtitutio altera Clemen. VIII. incip. Ex debito paſtoralis officij, circa moniales, p. 2. q. 9. n. 212. 387

D

Decretum Clement. VIII. incip. Sacra Congreg. Quod nullus Confeſſarius abſoluere poſſit a caſibus Sedi Apoſtolicæ, & Ordinarijs locorum, reſeruatis, p. 1. q. 2. nu. 67. f. 28. & p. 2. q. 8. nu. 116.

Decretum aliud eiuſdem Clem. VIII. incip. Sanctiſs. Dominus, p. 1. q. 2. n. 62 27

Decretum Vrbani VIII. incip. Quæſitum fuit, Declaratiuũ Bullæ Gregor. XV. contra ſollicitantes mulieres & alias perſonas in actu confeſſionis, p. 2. q. 7. nu. 29 291

E

Extrauagãs Pauli II. incip. Ambitioſæ contra alienantes bona Eccleſiaſtica abſque aſſenſu Rom. Pontif. p. 2. q. 8. nu. 6. fol. 298. & n. 47 306

Extrauagans eiuſdem Pauli II. incip. Cũ in omnibus; contra Comiſſarios, & Delegatos Sedis Apoſtolicæ, alienantes bona Eccleſiaſtica, p. 2. q. 8. num. 46 305

G

Gregor. XIII. Conſtit. incip. Antiquorum Iudæorum, contra Iudæos, p. 2. q. 9. nu. 149. 372

Greg. XIII. alia Conſtit. incip. Deo Sa-

cratis virginibus, De monialibus, p. 2 q. 9. nu. 151. 372
Greg. XIII. alia Conſtit. incip. Vbi gratiæ, p. 2. q. 8. nu. 163. f. 330. & q. 9. nu. 151. fol. 373. & q. 12. nu. 82.
Greg. XIII. alia Conſtit. emanata anno Domini 1575. Idib. Iulij, cōtra ingredientes monaſteria monialium ſine licentia, p. 2. q. 1. nu. 129 69
Greg. XIII. alia Conſtit. incip. Dubijs, quæ emergunt. De monialibus, p. 2. q. 9. nu. 191. 382
Greg. XIV. Conſtit. incip. Sedes Apoſtolica circa Abortum, p. 2. q. 8. num. 112. fol. 320
Greg. XIV. Conſtit. incip. Cū alias nōnulli, circa immunitatem Eccleſiæ, p. 2. q. 6. nu. 86 276
Greg. XV. Conſtit. incip. Vniuerſi Dominici gregis, contra Cōfeſſario ſollicitantes mulieres, & alias perſonas in actu confeſſionis, p. 2. q. 1. nu. 224 fol 83. & p. 2. q. 7. nu. 29. fol. 291. & q. 9. nu. 51. fol. 350. & nu. 205. 385

I

Ioannis XXII. Conſtit. contra abutētes Sacramentis ac rebus diuinis, p. 2. q. 1. nu. 76 62
Iulij III. Conſt. incip. Cum meditatio. in qua cauetur ne libri continentes artem magicam, propria auctoritate comburantur, p. 2. quæſt. 1. num 86. fol. 64

L.

Leonis X. conceſſio facta Fratribus Minoribus, p. 2. q. 12. nu. 218 501
Leonis X. Conſtit. incip. ſtatuimus, p. 2. q. 15. nu. 47. 528

M

Martini V. Conſtit. incip. Ad euitanda ſcandala, p. 2. q. 4. nu 236 199
Martini V. alia Conſtit. incip. Ad Summi Apoſtolatus apicem, p. 2. q. 4. nu. 96. 172

N.

Nicolai III. Extrauag. incip. Exijt qui ſeminat, p. 2. q. 9. nu. 380. 109
Pauli IV. Conſtit. contra Lenones, p. 2. q 18. n. 48

P

Pauli IV. & Sixti V. de temeraria thori ſeparatione, p. 2. q. 18. num. 25
Pauli V. Decretum, incip. Quoniam ſacra Congregatio. p. 1. q. 2. numero 66. 28
Pij II. Conſtit. incip. Cum ex ſacrorum, p. 2. q 9. nu. 123 365
Pij IV. Conſt. incip. Venerabili Fratri, contra ſollicitantes mulieres in actu Confeſſionis, p. 2. q. 1. nu. 224. fol. 83. & quæſt. 7. num. 29. fol. 291. & quæſt. 9. num. 205.
Pij V. Conſt. incip. Sanctiſſimus Dominus, p. 2. q. 1. nu. 95. 63
Pij V. Conſtit. incip. Romani Pōtificis circumſpecta, &c. p. 1. q. 2. nu. 85 31
Pij V. alia Conſtit. incip. Ex primo Lateranenſi Concilio, circa diuinū officium perſoluendum, p. 2. quæſt. 15. nu. 76 534
Pij V. alia Conſtit. incip. Horrendum illud ſcelus contra Sodomitas, p. 2. q. 1. num 212. 81
Pij V. alia Conſtit. incip. Circa paſtoralis, de monialib. p. 2. q 9. numero 151. fol. 372
Pij V. alia Conſtit. incip. Regularium perſonarum, p. 2. q. 9. n 151 373
Pij V. alia Conſtit. incip. Rom. Pontificis prouidentia, contra edētes Libellos famoſos, p. 2. q. 10. nu. 58 405
Pij V. alia Conſt. incip. Sanctiſſimus in Chriſto Pater. De gradibus Affinitatis, p 2. q. 11. n. 37 427
Pij V. alia Conſtit. incip. In eam pro noſtro, de Cambijs, p. 2. quæſt. 16. num. 124. 571

S

Sixti IV. Conſtit. incip. Cum prouida, p. 2. q. 17. nu. 19 596
Sixti V. Conſtit. incip. Decet Romanū Pontificem, p. 2. quæſt. 12. num. 114. 481
Sixti V. alia Conſtit. incip. Cęli & terrę creator, in qua damnatur Aſtrologia

gia Iudiciaria,p.2.q.1.nu. 24 52
Sixti V.alia Conſtit.in qua datur ampla facultas Sacræ Congregationis Cardinalium,p.1.q.2.nu.82 31
Sacræ Congregationis Decretũ incip. Sacra Congregatio,p.1.q.2. num.43 fol.24.& n.66 28
Sacræ Congregationis aliud Decretũ, ſuper,c.6.Concil.Tridentini,ſeſſ.24 de reform.Vbi declarat, An Epiſcopus poſſit abſoluere à caſibus occultis Papæ reſeruatis,p.1.q.2. num.80. & ſeq. 30
Sacræ Congreg. Reſponſio facta anno 1573.die 18.Iulij,par.2. quæſt.8.nu. 36 303
Sacræ Congreg.alia reſpõſio facta Abbati Meſſan. Eandem rationem habendam eſſe de his, quæ ſcribuntur à Cardinalibus ſacræ Congregationis Concilij Tridentini nomine ipſis Congregationis, ac ſi à Papa ſcripta eſſent;p.1.q.2.nu.83 31
Sacræ Congregat. alia reſponſio facta Epiſcopo Cremon. non poſſe abſolui ingredientes clauſura monialium; nec mulieres ingredientes monaſteria Religioſorũ, licet caſus ſit occultus,p.1.q.2.nu.81 30
Sacra Congregatio declarauit, Epiſcopum,vel Prælatum Regularem, qui incidit in caſibus occultis Papę reſeruatis, à quibus ipſe poteſt alios abſoluere, delegando alteri facultatem, poſſe ab eodem abſolui,p.1.quæſt.2. num.90 32
Sacræ Congregationis reſponſio, circa reſeruatione caſuum reſeruatorum, p.2.q.3.nu.93 152
Sacra Congregatio cenſuit,Regulares incidentes in excommunicationem, quam Epiſcopus ſuo edicto propoſuit, non poſſe abſolui à ſuis ſuperioribus,ſed ab Epiſcopo, qui ſibi huiuſmodi excommunicationem reſeruauit,p.2.q.4.nu.98 173
Sacræ Congregationis reſponſio, circa inſordeſcentes per annum in excommunicationẽ,p.2.q.4.n.226. 198
Sacra Congregatio reſpondit Cardinali Borromeo Archiepiſcopo Mediolan. Denuntiationes remitti arbitrio Epiſcopi, non ſolum ſi de malitioſo impedimento ſuſpicio eſt, ſed etiam propter quamcunque cauſam Epiſcopi arbitrio iuſtam, ſcilicet ſi inſtaret Aduentus, vel Quadrageſima,p.2.q.4.nu.319 213
Sacra Congreg.reſpõdit, ſufficere vnicam tantum Denuntiationem, Epiſcopo diſpenſante,par 2.quęſt.4. nu. 320 213
Sacra Congreg. quid cenſuit circa nullitatem Matrimonij contracti ſine præſentia Parochi,p.2 q.4.num.329 fol. 214
Sacra Congreg. quid cenſuit circa proprium Parochum Matrimoniũ contrahentium,p.2.q 4 nu.332 215
Sacra Congreg. reſpondit, conuenientius eſſe, vt Parochus, qui non eſt Presbyter, deleget alicui Presbytero, vt loco ipſius Matrimonio interſit,p.2.q 4.nu.336 215
Sacra Congregat.ſtatuit,valere Matrimonium contractũ coram Parocho, interdictum fuit ab Epiſcopo ne interueniat,p.2.q.4.nu.337 215
Sacra Congregat.declarauit,quod Cognationem non cõtrahit,qui alterius nomine Infantem tenet, cum actum non Procuratori,ſed mandanti attribuendus ſit,p.2.q.7. nu.10 289
Sacra Congreg.cenſuit,inualidum Matrimonium celebratũ inter Raptorẽ & Raptam, dum ipſa eſt in poteſtate Raptoris, etiam ſi illa cõſentiat,habere locum etiam in ſponſalibus, p.2 q.8.nu.170 331
Sacræ Congregationis Decretum, per quod ſanctum officium Inquiſitionis procedere poteſt cõtra Confeſſores ſollicitantes mulieres in actu Confeſſionis,p.2.q.7.nu 32 292
Sacræ Congreg. aliud Decretum, per quod prohibetur acceſſus ad monaſteria monialium,cuiuſcunque Ordinis,& Regularibus ſubiectarum, ac
etiam

Digitized by Google

etiam eorum ingreſſus, ſine Epiſcopi licentia, p.2.q.9.nu.158 fol.375

Sacræ Congregat. aliud Decretum circa clauſuram monialium, p.2.q.9.nu.192. 383

Sacræ Congregat. aliud Decretum in quo ordinatur quod Regulares alloquentes cum monialibus, etiam exẽptis, puniri poſſint ab Epiſcopo, p.2.q.9.num.217 389

Sacrę Cōgregationis aliud Decretum, contra Regulares accedentes ſine licentia, ad monaſteria monialium, ad colloquendum cum eis, p.2.q.9.nu.212 387

Sacræ Cōgregationis aliud Decretum per quod cōceditur facultas Epiſcopis dandi licentiam Regularibus, vt alloqui poſſint, cum monialib. p.2.q.9.num.215 388

Sacræ Congregationis aliud Decretū, circa accedentes ad monaſteria monialium, p.2.q.9.num.213 387

Sacræ Congregationis aliud Decretū, circa moniales, p.2.quęſt.9.num.195 384

Sacræ Congregationis Decretum, circa caſus reſeruatos, incip. cum autem dubia, p.2.q.17.nu.86 613

Sacræ Congreg. Decretum aliud circa diſpenſationem petendã à Sede Apoſtolica, p.2.q.11.nu.58 432

Sacræ Congregat. aliud Decretum, circa Tertiarios, p.1.q.2.nu.107 36

Sacræ Congreg. aliud Decretum, quod Laici, qui ſeruiũt Regularibus debẽt in ſua Parochia Cōmunicare in Paſcha, p.1.q.2.nu.108 36

Finis Index omnium Bullarum.

INDEX

IN NOMINE SANCTISSIMÆ; Ac Indiuiduæ Trinitatis, PATRIS, ET FILII, ET SPIRITVS SANCTI. Amen.

Incipit Praxis Moralis Theologiæ de Caſibus Reſeruatis.

CVM fundamentum omnium noſtrarum actionum ſit Ieſus Chriſtus,&vbi Chriſtus non eſt fundamentum, nullũ boni operis ſit ſuper-
1 ędificium. *c. cum Paulus* 1. *q.* 1. & in principio quarumlibet earũdem noſtrarum actionum, primo diuinum debeamus poſtulare auxilium, iuxta conſilium Apoſt. *Coloſſ.* 3. *Omnia quæ facitis aut in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite.* 26. *q.* 5 *c non liceat*, ideo Confeſſarij amantiſſimi Patres, antequam hanc meam ſimplicem *Praxim Moralis Theologiæ*, incipiã, vna mecum quæſo, Dei Omnipotentis, adminiculum (ad hoc opuſculum, quod pro eius gloria & ſalute Animarum perficiendum aſſumpſi) veſtris aſſiduis orationibus, implorate, vt ope ſuæ diuinæ gratię adiutus, finem deſideratum, huic operi, reuera arduo, ac perdificili, quæ Ars artium, meritò appellatur. *c. cum*
2 *ſit. de ſtat. & qualit.* ſine erroris labe, imponere queam. Diuina igitur Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti opitulante gratia, de Caſibus reſeruatis omnibus Epiſcopis huius noſtræ Prouinciæ Marchiæ tractaturus, vt vos Cõfeſſarij fratres chariſſimi, omnes tam Seculares quam Regulares plenã, & perfectã notitiã de eis habere poſſitis & quod magni intereſt, præſens opuſculum non ſolum legere, ſed etiam quæ in eo legeritis, intelligere & ca-
3 pere valeatis *parum enim prodeſt legere, niſi adſit intelligere c corum.* 11. *q* 3 *ff de verb. ſign l. coram*, iuxta illud Catonis, *legere & non intelligere, negligere eſt. arg. c. dolentes. de celebr Miſſ in corpore authen. de quæſt. §. hæc omnia gloſ celebris in extrauagan. Quia nonnunquam. Ioan.* 22 *de verbor. ſignific.* idcirco vt diſtinctè, & ordinatim procedamus, *cum, vbi non eſt ordo, ibi ſit confuſio.*

Digitized by Google

gloſ. in verbo. confuſum. §. inordinatum vero. in Auth. de hæred. & ſecundum Iuſtinianum Imperatorem. *in §. nihil. Authent. de hæred. & falc. col* 1. *nihil debet eſſe inordinatũ. Nau. Comment. in c. inter verba.* 11. *q.* 3. *cõcl.* 5. *nu.* 15. cum
4 per diuiſionẽ res melius intelligatur. *gl. in Clem. exiui de Paradiſo. de Verb. ſign.* præſens opuſculum in duas partes principales ſecare conſtitui; in Prima de caſib. reſeruatis in communi, in ſecunda vero de eiſdem in particulari tractando, magna cum breuitate, vtilitate, & facilitate ſemper procedẽdo, iuxta illud Zenonis Zetei pronunciatum: *Sicut in nummo non moles, non elegantia ſculpturæ, ſed pondus ac materia ſpectatur: ita non refert, quam elegans, & eloquens ſit Oratio, ſed quam breuis, grauis, & vtilis Et Seneca, Quę veritati dat operam Oratio, incompoſita eſſe debet, & ſimplex, vt res potius, quam ſe oſtendat, cum & infirmus non quærat Medicum eloquentem, ſed curare ſcientem.* In Prima Parte ergo duas dumtaxat Quæſtiones differẽdas pro
5 ponam; in quarum prima de Caſibus reſeruatis in cõi, in ſecunda autẽ de eorumdem Caſuum reſeruatorũ abſolutione, breuiter percunctabitur.

QVÆSTIO PRIMA.

De Caſibus Reſeruatis in communi.

Circa hanc primam Quæſtionem tria ſunt inquirenda, & declaranda.

Primum, Quid eſt Caſus reſeruatus.
Secũdũ, Quare ab Epiſcopis & alijs Eccleſiæ Prælatis fiat reſeruatio Caſuũ.
Tertium, De quibus peccatis debet fieri huiuſmodi Caſuum reſeruatio.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio huius primæ Quæſtionis.

Pro declaratione huius primæ Quæſtionis præter ea quæ dicunt
6 Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractãtes, Circa Primum, antequam Quid, *Caſus reſeruatus ſit*, dicamus, valde vtile, admodumque neceſſarium erit, vt prius, vnde, *Caſus* nomen deſcendat, explicemus; ſicut enim Imperator in principio lib. Digeſt. *Iuri inquit operam daturus, prius noſce oportet vnde nomen Iuris deſcendat*, ſic nos de Caſibus reſeruatis acturi, vnde nomen Caſus deſcendat, prius neceſſe eſt, vt per-
7 ſcrutemur. Caſus igitur ſi rem & nominis Ethymologiã ſpectemus, à cadendo dicitur, ſecundum Papiam; & prima & communi ſignificatione lapſum & ruinam ſignificat, iuxta illud Curtij

Caſus Rhadę inopinato oppreſſus.

& illud Ouid.

Oĩa ſunt hominum tenui pendẽtia Filo,
Et ſubito Caſu, quæ valuere ruunt.

Et apud Theologos frequens eſt ſermo de Caſu, & ruina Angelorum, de lapſu & caſu Adæ primi Parentis. Hinc ſumpto principio à diuerſis Artium Profeſſoribus, per metaphoram quandam ad diuerſa ſignificanda transferri ſolet. Nam a Grammaticis, ad ſignificandas formas vocabulorum, quibus in aliam, atque aliam cadunt effigiem trãsfertur, vt Caſus Nominatiuus, alius eſt à Genitiuo, & alij omnes à Recto, ſeu Nominatiuo cadere dicuntur. Ab Oratoribus autem, & Poetis, hæc vox ad miſeriam ſignificandam, & calamitatem transfertur, per quam quis à ſtatu fęliciori, in quo prius vixerat, cadere dicitur, iuxta illud Virg. *Aeneid.* 2.

Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros.

A Philoſophis autem, ad euentum ino-

Digitized by Google

inopinatum ſignificãdum accipitur. Vnde Ariſtot. *in 2. Phiſicor.* de Caſu & fortuna diſputat.

A ſapientibus moralibus, pro euẽtu illo capitur, per quem quis a Regula Prudentiæ deflectit. Hinc illud vulgatum

3 *Non de ponte cadit, qui cum prudentia vadit.*

A Iuriſconſultis accipitur ad ſignificandam omnem quæſtionem de Iure propoſitam, quã caſum, appellant.

A Theologis autem, ijs præſertim qui Moralem Theologiam profitentur, dupliciter transfertur. Primo generaliter, & minus propriè, ita vt Caſus conſcientiæ dicatur omnis Quæſtio de moribus facta, ſiue pertineat ad peccata, ſiue ad contractus, vel quaſi contractus, ſiue ad Cenſuras, ſiue ad Vota, ſiue ad Iuramenta diſpẽſanda, vel relaxanda, ſiue ad quodcũque aliud, quod ad mores, aut cõſciẽtiam ſpectat, quomodo ſumitur quãdo dicitur, *Summa de Caſibus conſcientiæ*, quandoquidem hæc omnia in ea explicari ſolent. Secundo ſpecialiter & magis propriè, & ſic Caſus dicitur ſolum Peccatum, quo quis a virtutis rectitudine cadit, cum ſcilicet à diuina gratia lethaliter delinquẽdo, vel à charitatis feruore Venialiter peccando decidit, iuxta illud Prolo-
9 quiũ *Septies in die cadit iuſtus. c. ſepties. de Pœnit. diſt.* 3. Qua ſignificatione Cẽſuræ tres, ſcilicet excommunicatio, Suſpenſio, & Interdictum, aut Irregularitas, aut Vota, aut Iuramenta propriè Caſus dici non poſſunt, quia Cẽſuræ non ſunt peccata, ſed pœnæ peccatorum, & Irregularitas non eſt peccatum, ſed imperfectum quoddã Iure Canonico inductũ, quo homines ab ordine ſacro ſuſcipiẽdo, vel in ſuſcepto miniſtrando arceantur. Et Vota, ac Iuramenta non ſunt ex ſe peccata, ſed potius actus virtutis, & in hac ſignificatione ſumitur, quando dicitur in Bullis, vel Gratijs, quod poſſit eligere Confeſſorem, qui Abſoluat ab omnibus Caſibus, & Cenſuris, vbi, vt conſtat, cõceditur poteſtas Abſoluendi ab vtriſque, quo loquendi modo manifeſtũ eſt diſtingui Caſum, à Cenſura. Nos ergo in præſentiarum, ſecundum vltimam ſignificationem, hoc eſt quatenus Caſus ſigni-
10 ficat Peccatum mortale, quo quis à virtutis rectitudine cadet, recedẽdo à diuina gratia, tractare cenſemus. *Nau. Man. c. 27. n. 259. Homob. tract. de Caſib. reſeru. p. 1. c. 1. Io. Capeauill. de Caſibus reſeru. p. 1. c. 1. q. 1. Clau. Reg. lib. 1. c. 1.* & hæc pro declaratione huius nominis Caſus dicta ſint. Quo vero ad aliam particulã, quæ ſequitur, videlicet, *Reſeruatus*, dico quod reſeruare Caſus non eſt aliud, quam non communicare iuriſdictionẽ Inferiori quo ad illos Abſoluendos. *Io. Capeau. tract. de caſib. reſeru. p. 1 c. 2. q.* 1. Vnde *caſus dicitur reſeruatus* non ex eo quod non concedatur ab epiſcopo poteſtas Abſoluẽdi ab eo, ſed quia tollitur & minuitur Confeſſarijs, qui eam actu, vel habitu habent, ne ab eo abſoluere poſſint, Reſeruatus enim eſt, cuius
11 Abſolutio adimitur alicui inferiori Sacerdoti. *Rodriq. Quæſt. Regul. tom. 1. q. 21. ar. 1. Nau. Man. c. 27. n. 259.* His igitur de Caſus nomine recenſitis, reſtat, vt quid *Caſus Reſeruatus* ſit, dicamus; Nam cum teſte Cicerone *li. 1. de offic.* & dicit gloſ. referens Boetium *in l. omnis diffinitio ff. de reg. iur.* & ante
12 a Platone & Ariſtotele traditum eſt; *Omnis inſtitutio quæ de quacunque re ſuſcipitur, debet à diffinitione proficiſci, vt bene intelligatur quid ſit, id de quo diſeritur*, vt inquit Melch. Canus. *lib. 1. c. vlt. de locis Theologicis*; ideo cũ in hac Praxi de Caſibus reſeruatis agamus, operepretium eſt, vt quid, *Caſus reſeruatus ſit*, diffiniamus.

13 *Caſus ergo reſeruatus eſt peccatum mortale, cuius Abſolutionem, Epiſcopus, vel quaſi iuriſdictionẽ Epiſcopalẽ habens, ſibi reſeruat, quo Chriſti fideles à grauioribus*

Digitized by Google

culpis ſe abſtinētes, in Chriſtiano officio cō tineantur. Homob p.1.c.1.Graſſ.appen li. 1.c.7.n.18.Vgol.de offi Epiſcopi p.2.c 35.

14 Circa ſecūdum. Quare ab Epiſcopis, & alijs Eccleſiarum Prælatis ſit reſeruatio Caſuum. Primo ſuppono de fide diffinitum, eſſe in Dei Eccleſia poteſtatem reſeruandi aliqua peccata, etiam quo ad forum internus, nō tantum ſummo Paſtori Romano Pōtifici Chriſti Vicario, de quo hic non agimus, ſed etiam inferioribus Prælatis Epiſcopali, vel quaſi iuriſdictione potientib. qui enim oppoſitum tenere vellet, eſſet Hæreticus, vt habetur per Concil. Trident. *ſeſſ. 14. Canon. 11. & c. 7. Nau. Man cap. 27 num. 260. Graſſ p 1. lib. 1 dec. aur cap 13. num. 71.* Quod liquido patet ex *c. laterem 33. q. 2.* Vbi quidam Matricida a Rhotoldo Argentorenſis Eccleſiæ Epiſcopo ad Nicolaum Summum Pontificē, vt ab eo Abſolueretur, miſſus eſt, *& in c. Præsbyter 26. q 6. dicitur Præsbyter Pœnitentem alicuius grauis criminis reum, in conſulto Epiſcopo non Abſoluat;* Hoc etiam patet ex multis alijs Iuris Canonici locis, in quibus expreſſior fit mentio Caſuum reſeruatorū, vt *in c ſi Epiſcopus de Pœnit. & remiſſ. in 6. In extrauag. & ſi dominici de Pœnit. & remiſſ. Extrauag Inter cunctas de Priuileg. & Clem. 1. eod titulo.* Atque id apertè diffiniuit Concil. Trident *ſeſſ. 14. de Sacramento pœnitentiæ cap. 7* Hoc igitur ſuppoſito, dico quod Reſeruatio Caſuum ſit ab Epiſcopis & alijs Eccleſiæ Prælatis, multis de cauſis.

15 Primo, vt grauiora peccata, grauiori iudicio, ſubdantur. *Concil. Trident. loc. cit. Horat. Gambarupt. de Caſibus reſeruat. in expoſit. Bullæ Cœnæ Domini cap. 1. num 3. Graſſ. p. 1 lib. 1. dec. aur. c 13. num. 71. & Append. lib. 1. c. 7.*

16 *numero 2.* ſic enim & periculoſiores morbi peritioribus Medicis reſeruari ſolent, ſicut olim in Eccleſia quidquid graue erat, Epiſcoporum iudicio deferebatur. *Petr. Sotus de miniſt. Confeſ. lect. 5.* & ſcimus Moyſen olim Viros ſapientes & timentes Deum elegiſſe, qui Populum in minoribus cauſis iudicarent, difficiliores vero ad ſe referrent, vt habetur *Exod. cap. 18.* Hac namque ratione ſit, vt ſi quiſpiam in aliquod graue crimen prolabatur, per maiores Iudices, nempe Prælatos, velut ſapientiores, & magis expertos Medicos, prōptius, certius & efficacius remedium pro communi bono adhibeatur, cum hic locum habeat illud Deuteron. *cap 25. Pro menſura pec*

17 *cati, erit & plagarum modus* & illud Hippocratis Aphoriſmus.

18 *Extremis morbis, extrema & exquiſita remedia ſunt adhibenda.* Nam ſicut in foro iudicij maiores cauſæ maiores requirunt Iudices. *de Appellat. c. vt debitus in fin. & c. maiores de Baptiſmo. in fin.* ſic in foro Animæ maiora peccata, maiores Iudices requirunt. *gloſa in extrauag. 1. de Pœnit. & remiſſ. Graſſ. Append loc. cit.* Hinc *Concil. Trid. loc. cit.* Magnopere *inquit ad Chriſtiani Populi diſciplinam pertinere Sanctiſſimis Patribus noſtris viſum eſt, vt atrociora quædam, & grauiora crimina non a quibuſuis, ſed a ſummis duntaxat Sacerdotibus abſoluerentur.* Si enim Pœnitentes grauiſſimis criminibus onuſti, pro libito a quouis Confeſſario Abſolui poſſent, ſine dubio ſalus Animarum, pro nihilo duceretur, cum *Facilitas veniæ, incentiuum tribuat delinquendi c. vt clericorum de Vita & honeſt. Clerico.*

19 Et ille *Accendit culpa, facilis dimiſſio pœnæ.* Hinc ſcimus quod quandiu in primitiua Eccleſia Sancti illi Patres, rigorem antiquorum Canonum obſeruarunt, quibus & grauiora crimina Superiorum iudicio reſeruabantur, & graues ēt pœnitētiæ iniūgebātur, vitæ ſanctitate, & innocentia Eccleſia Dei floruit, illis vero ſenſim remiſſius agentibus, Innocentia, & Chriſtiana diſciplina perijt, & pluri- ma ſcelera percrebuerunt, & licentius

Digitized by Google

tius delinquendi fideles anſam arripuerunt. *Homob. loc. cit. fol. 8. Io. Capeauill. vbi ſupra q. 2. cap. 2.*

20 Secundo fit reſeruatio Caſuum, vt peccata grauia melius corrigi poſſint. *Gambar. & Graff. loc. cit. & Concil. Trid. vbi ſupra.* Quemadmodum enim Rhedarius ad Equorum reprimẽdum furorem, vt Quadrigam melius per rectam viam abſque periculo trahere queant, frena quædam in eorum ora mittit, ſic Dei Eccleſiæ Præſules, vt ſubditorum furorem in perpetrandis peccatis frenare poſſint, & per viam ſalutis incedant, quædam eorum grauia peccata ſibi reſeruant, vt fræno huiuſmodi reſeruationis Pœnitentes conſtricti, ſe in poſterum à
21 culpis patrandis cohibeant, *Vt quos Dei timor a malo non reuocat, Eccleſiaſticæ ſaltem coerceat ſeueritas diſciplinæ cap. cum in cunctis. de elect.*

Tertio reſeruantur Caſus, vt ſi ſint in Rempublicam peſtifera, commodius adhibeatur remedium. *Gãbar & Graff. loc cit. Sacerdotis enim officij eſt, more periti Medici, ſuperinfundere Vinum, & Oleum vulneribus ſauciati, ac diuerſis vti remedijs ad ſanandum ægrotam. cap. omnis de Pœnit. & remiſſ.* Per vinum enim ait ibi *gloſſ. Marginalis*, mundantur putrida, per Oleũ ſananda fouentur. Cum ergo peſtifera, & putrida nil aliud ſint niſi pecca
22 ta, dicente ſancto Io. Chriſoſt. *Homil. 15. in epiſt. ad Hæbreos. Peccatum nihil differt a Peſte.* & D. Ber. *Peccatum eſt morbo Animæ*, hinc Prælati ad huiuſmodi peſtifera peccata, ne cerpant, a ſuis Diæceſibus, extirpanda, remedium adhibent Caſuum reſeruationis.

Quarto fit huiuſmodi caſuum reſeruatio, vt acriori metu correpti homines, hoc eſt, vt ſeuero vultu ſuperioris ſemel correpti ab huiuſmodi patrandis ſceleribus Peccatores arceantur. *Scotus in 4. diſt. 18 q. 2. artic 5. Gambar. fol. 8. Graff loc citat. & Append. lib 1. c 7. num. 2.* Sic enim fideles a grauioribus perpetrandis deterrentur, & hoc fræno in Chriſtiano officio ſe continent, metuentes ſubire examen, & ſententiam Epiſcoporũ, & aliorum grauium Iudicum ſeu Prelatorum, quos perbelle ſciunt, nõ niſi maturo iudicio illorum crimina expenſuros, & non niſi reſciſſis occaſionibus, condignaque in dicta Pœnitentia, beneficium Abſolutionis impenſuros. *Io. Capeauil loc. ci. c 2. q. 2.*

Quinto caſus reſeruantur, ob imperitiam Sacerdotum inferiorũ, propter quam in arduis cauſis volũt merito Superiores ad ipſos haberi recurſus. *c. omnis de Pœnit. & remiſſ. Graff. Ap
23 pend. loc. cit.* cum enim Ignorãtia maximè in Sacerdotibus Dei, quæ eſt mater cunctorum errorum, ſit euitanda. *c ignorantia diſt. 38.* & plerique inueniantur, qui ea, quę ad Confeſſariorum munus rectè exercendum, parui pendere non vereantur, neſcientes quod ſinguli, ea quæ ad eorum ſtatũ vel officium ſpectant ſcire tenentur, *D Thom. 1 2. q. 76. art. 2.* ideo mirum non eſt, ſi Epiſcopi ob hanc Confeſſariorum imperitiam, multoties ca-
24 ſus aliquos ſibi reſeruant, grauiora enim, ac atrociora peccata, nõ a quibuſuis, ſed a ſummis duntaxat ſacerdotibus ideſt Epiſcopis, ſunt Abſoluenda. *Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 7.*

Circa tertium, De quibus videlicet peccatis debet fieri Caſuum reſeruatio; Reſpondeo quod communis eſt, & indubitata Doctorum aſſertio qđ
25 *Reſeruatio* debet fieri tantum de peccatis mortalib. non aũt de Venialib. nam quidquid ſit de Summo Pontifice quem dicunt aliqui, omnes Caſus, ſiue ſint peccata venialia, ſiue mortalia reſeruare poſſe, ſola peccata mortalia, vt idonea materia reſeruã
26 da ſunt: cum Veniales culpas nemo Confiteri cogatur. *Concil. Trident. ſeſſ. 14 c. 5. & Canon 7. Suarez. tom. 4. diſput. 29. ſeſt. 3. Henriq li. 3 de Sacram. Pœnit. c. 14. num 6. Miranda in Manual. Prælat.*

 tom.

tom 2. q 34 artic. 4. & alij communiter. Hinc inferunt quod ſi verbi gratia, Epiſcopus ſibi furtum reſeruauit, de furto quod ex ſuo genere eſt mortale, ſemper intelligatur; quare ſi quis rem minimam ſurripuerit, cum culpam tãtum Venialem ſecum trahat, a quolibet Confeſſario Abſolui poterit; idem dicendum ſi reſeruata ſit Blaſphemia ab Epiſcopo iuxta gloſã
27 *in c. 2. de Pœnit. & remiſſ. in 6.* ſi aliquis animo turbatus adeo, non aduertens ad verba, quæ dicit, prorupit in verba Blaſphemiæ, non habens animum Blaſphemandi, peccat venialiter. *cap. vnum orarium. §. alias in fin. diſt. 25.* nõ incidit in Caſum reſeruatum. Cum
28 Caſuum reſeruatio intelligatur de peccatis mortalibus grauioribus, & non de venialibus, quæ Confiteri, vt dixi, de Iure non tenemur, *gloſſ. in c. perfecta. de Pœnit. diſt. 1. Doctores in c. omnis de Pœni. & remiſſ. Sotus in 4. diſt. 28. q. 1 art. 3. Vict. de Confeſſ. num. 128. Nau. Man. c. 21. num. 34.* Et hanc Concluſionon ſupra firmatam adeo extendunt Doctores, vt aſſerere etiam audeant,
29 Religioſos, qui ex Voto, vel ex vi Conſtitutionum toties in Anno Cõfiteri tenentur, vt ſunt Monachi nigri, de quibus habetur in *Clemen. Ne in agro. §. ſanè. de ſtat. Monach.* Veniales culpas fateri non aſtringi.

30 Quinimo quando in aliquo Iubilæo Confeſſio intra aliquod tempus facienda exigitur, eum, qui Venialiũ culparum tãtum puluere aſpergitur, Confeſſionis præcepto non arctari. *Nau. de Indulg. & Iubil. notab. 18. num. 17. Bellarmin. de Indulg. c. 13 q 3. Suarez. tom 9 diſput 50. ſect. 5 Ioan. Franciſcus Leo. in Theſ. for. Eccleſ. p. 1. c. 7. num. 27. Henriq. lib. 7. de Indulg. c. 12. num. 2. Sanchez lib. 8. de Matrim. d. 15. num. 19.*
31 Et quando quis eas voluntariè Confitetur, non eſſe neceſſe habere propoſitum cauẽdi ab omnibus & ſingulis collectiuè. *Viuald. in Candel. Aureo de Contrict. quæſt. 9 & de Confeſſione q 58. Henriq. lib. 3. c 8. Suarez diſt. 20. ſect. 6.*
32 *Rodriq. ſum p. 1. c 54.* Neque dum quis illa Confitetur, cogi omnia exprimere, ac proinde mendacium in illis cõtingens, lethalem noxam non inducere. *Sotus in relect. de teg. vel deteg. ſecreto. memb. 2. q. 7. Suarez d. 22. ſect. 2. Na-*
33 *uar. d. c. 21. num. 37.* Addunt tamen alij aliquando Venialia peccata reſeruari poſſe, maximè a Regularibus Prælatis, cum illa percrebeſcerent, & Religioſam diſciplinam eneruarent; Vt eſt, ſine cauſa, & frequenter ſilentium frangere; Litteras inſcio ſuperiore ſcribere, in Cubiculum alterius Regularis ingredi, & huiuſmodi, quæ vt experientia ſatis docet, ex vſu, in magnum profeſſæ Religionis
34 detrimentum vergũt. Inſuper Prælatos Religionum teneri ſub pœna peccati mortalis corrigere talia peccata Venialia, quæ cum in cõmunitate frequentantur, maximum damnum Religioni, & toti Cetui afferre poſſunt: quandoquidem in Religioſo ſtatu illud ſapientis dictum maxi-
35 mè locum habet. *Eccl. c. 19. Qui minima, & modica ſpernit, paulatim decidet.* Nam ſicut in humanis corporibus, qui paruis vulneribus ſuis medicinã adhibere negligunt, febres, ac putredines, atque adeo mortem quoque ipſam accerſunt: eodem modo in toto Congregationis corpore, qui exigua paruipendũt, ad maiora inuitãt, & ipſum totum corpus paulatim deſtruunt. *Sotus in 4. diſt. 18 q 2. art. 3. & de ſecreto. memb. 2 q. 2 concl. 3. Henriq. c. 14. n. 6. Dominicus Bannes. 2. 2. q. 33 a 2. dub. 2. Lopez. p 2. Inſtruct. Conſcien cap. 55. Bart. Medin. 1. 2 q. 96. a 4. Clau. Reg. lib 3. c. 7. num. 14. & lib. 12. c 3. nu. 17.*
36 Nihilominus regulariter, ſimpliciter, & abſolutè loquẽdo, non poſſunt iſtæ Veniales culpæ quatenus tales, ita reſeruari, vt maneat obligatio eas confitendi ſuperiori reſeruanti, per ea quæ tradit, *Suarez diſput. 29 ſect. 3. Miranda. tom. 2. q. 34. art. 4 Marcell. Megalus*

Digitized by Google

galus in Inſt. Confeſſ p. 1. lib. 1 c. 11 num. 11 Anto Ferrant. in exa. Theol Mor. p. 3. c. 6. §. 6. & Doctores ſuperius citati. cum Veniales culpas, vt ſupra dictum eſt, nemo Confiteri cogatur; ſola ergo peccata mortalia, vt idonea materia, ſub reſeruatione cadunt, & de eis tantum fieri debet reſeruatio *Graff. p. 1. lib. 1. dec. aur c. 13 num 72. & Append. lib 1. c. 7 num. 26. Hora. Gambar. tract. de Caſib. reſer. in explicat. Bullæ Cœnæ Domini. c. 1. num 30 fol.* 8.

37 Quæ quidem peccata mortalia reſeruata debēt intelligi de actibus externis, ſeu exterioribus, non autem interioribus; Hinc ſi Epiſcopus reſeruarit ſibi adulterium intelligitur de adulterio actuali, & non mentali, vnde ſi quis concupiuit occidere, aut adulterare, dictum Homicidium, ſeu adulterium non eſt de Caſibus Epiſcopo reſeruatis. *Sotus in 4. diſt. 18 q. 2. art. 5. Graff p. 1. lib. 1. dec. aur. c. 13. num. 91. in fin. & Append lib. 1. c. 7. num. 24.*

38 Ex quo infertur etiam Hæreticum verum, & perfectum, ſed purè mentalem, dummodo tamen aliquo modo hæreſim verbo, ſigno, aut ſcripto nō expreſſerit, excommunicationem nō incurrere, & per conſequens nec in peccatum reſeruatum. *Caietan 2. 2. q. 11. art. 3. Graff. Append lib. 1. c. 7. nu 25.* ac proinde a quolibet Confeſſario approbato abſolui poſſe: verū ſi actus quiſpiam exterior ex ſua hæreſi prodierit, quantumuis occultus fuerit, veluti ſi hæreſim occultè ſcripſerit, vel quemuis docuerit, iam excommunicationis gladio in Bulla Cęnæ Domini feriri. *Sayr. lib. 3. Clau. Reg. cap. 6. num. 15, & de Cenſur. lib. 3. c. 4. num. 21.*

39 & quidquid ſecundum aliquos ſit de abſoluta poteſtate Eccleſiæ, numquā interiores actus reſeruare conſueuit, nec interna peccata Epiſcopi, & alij Prælati vllo modo reſeruare debent; tum quia cordis peccata frequentiſſima ſunt, tum etiā quia occultiſſima, ita vt homo vix ſecum diſcernere queat, conſenſerit ne, an non, intollerabile eſſet onus illa reſeruare, ac etiam error, cum huiuſmodi ſcrupulis graue eſset ad ſuperiores ſemper recurrere. *Graff. loc. cit. num. 24. Miranda. q. 34 art. 3 Simancas in* Cathol. *Inſtit. ti. 42 Suarez d 22. ſect. 2. Henriq. lib. 3 de Pœnit. c. 14 nu 6. Sanchez lib. 2. de Præceptis cap.* 18 *num.* 4. concluditur ergo quod ſola peccata mortalia externa cadūt ſub reſeruatione, ſi quidem ex
40 communi Proloquio, *Eccleſia de occultis, & internis actibus non iudicat, ſed illos in iudicio Dei relinquit, qui ſolus Cordium & renum ſcrutator eſt. 1. Reg. cap. 16. & Pſalm. 7. c. Erubeſcant. diſt. 32. & Concil. Triden. ſeſſ. 24. Decretum de reformat. Matrim. c. 1. in princip.*

41 Quę quidem reſeruatio de actibus exterioribus, intelligitur ſecuto effectu, hoc eſt quando huiuſmodi actus exteriores effectum habent; Hinc ſi epiſcopus reſeruauerit Adulteriū, & quis deuenit ad actus libidinoſos, & ad oſcula furtiua, non incidit in caſū reſeruatum, cum ſimus in pęnalibus,
42 & pęnas conuenit ampliari, & odia reſtringi. *c. odia de reg iur. in 6.* Vnde ſecundum Panorm. *in c. cum in cunctis. §. Clerici de elect. Pęna impoſita à iure ob ali*
43 *quod delictum, non procedit, niſi delictum ſit conſummatum. Io. Andr. in Reg. odia.*
44 *de reg. iur. in 6.* Item Conſtitutio Epiſcopalis de furtis intelligitur de furtis perfectis ſecundum Bald. *in l. ſi quis ſeruo C. de fur. Bald. in l ſi quis non dicam. C. de Epiſcop & Cleric. Graff. Append. li. 1. c. 7. nu. 25. & p. 1. lib. 1. dec aur. c. 13. n.*
45 *71. D. Anton p. 3. ti. 17. c. 11. in fin.* Vnde Inceſtus eorū, qui extra vas ſemen emiſerunt, quia nulla contrahitur Affinitas, nec eſt perfectus Inceſtus, nō erit reſeruatus. Idem dicendum de
46 Peccato nephādo, & beſtialitate, & quibuſcunque alijs criminibus, ſi in illis perpetrandis actus non fuerit cōpletus, perfectus, & cōſummatus per effuſionem ſeminis intra vas &c. niſi alias attentatio ſola per expreſſa ver-

ba reſeruaretur; cũ *verba ſemper eum effectu ſint accipienda. l. 1. § hæc verba. ff. quod quiſque iuris. c. relatum eſt. de Cler. non reſidentibus.*

Nec ſolum peccata reſeruanda debent eſſe mortalia,& externa, reipſa perpetrata,ſed etiã grauiora,& atrociora reſeruari oportet. Quę grauitas conſideratur,habita ratione. Primo eius,qui offenditur,prout eſt Blaſphemia contra Deum, & ſanctos prolata. Secundo damni illati, vt eſt Homicidium. Tertio tranſgreſſionis naturali rationi repugnantis, cuiuſmodi eſt Inceſtus, & peccata contra naturam &c. Quarto habebitur etiam reſpectio ad peccata, quæ frequẽtius in Dięceſi committuntur. *arg ca. Vbi periculum. de elect. in 6.* Idque colligitur ex declaratione Põtif. Decret. Clem. 8. vt patet ibi. *Poſtremo eam potiſſimũ in peccatis reſeruandis epiſcopi ineant ac ſequantur rationem, quæ conſideratis diligenter cuiuſque Prouinciæ, ac Populorum moribus, natura, ac propenſione magis in domino expedire videbitur Stephan. Quarãt. in Bullario verb. Caſus reſeru. fol. 165*

Ad extremum declarationis huius primæ Concluſionis, circa Caſuum reſeruationes, hæc etiam pro debita Confeſſariorum informatione ſum-
47 mopere conſiderãda fore cenſeo, nẽpe, quod licet quãdoque Caſus reſeruati reformentur, Tabellæque Caſuum reſeruatorum per Synodum mutentur, iuxta id, quod magis expedire iudicauerint epiſcopi pro Animarum ſibi creditarum ſalute, cuiuſque Dięceſi ſtatu, qualitate, & Populi moribus, ac propenſione diligẽter conſideratis; Nihilominus fieri non poteſt, quin ex ſequentibus Caſuum præſentium reſeruatorũ declarationibus, ad Caſus in poſterum reſeruãdorum intelligentiam plurimum cõ
48 ducat, *ad communiter namque accidẽtia, interpretatio ſe facilè adaptat arg. l. ad ea. ff. de legib. Petr. Anto. Lazarus. Canonic. Quæſtio. p. 2. q. 10 n. 16.* Quod profectò quilibet Confeſſarius, ſua prudentia ac ingenij celeritate, mutatis mutandis, prout neceſſariũ erit, facilè aptare poterit. Et hæc pro huius primæ Concluſionis declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

QVÆSTIO II.

De Abſolutione Caſuum Reſeruatorum.

Circa hanc Secundam Quæſtionem vigintinouem ſunt inquirenda & declaranda.

PRIMVM Quid eſt Abſolutio.

Secundum, Quid attendere debet Confeſſarius dum actualiter profert verba abſolutionis.

Tertium, Quid agere debet Pęnitens dum à Confeſſario Abſoluitur.

Quartum, Quid facere debet Pęnitẽs vbi cognoſcit fuiſſe abſolutum à Confeſſario, qui illum minimè abſoluere poterat.

Quintum, Quid facere debet Cõfeſſarius quãdo ob aliquod impedimentum, v. g. alicuius Caſus reſeruati, Pęnitentem abſoluere nequeat.

Sextum, Quomodo ſe regere debet Confeſſarius erga penitentem quẽ nouit cõmiſiſſe peccatũ reſeruatũ quod ipſe pęnitens interrogatus, reticet.

Septimum, Confeſſarius quomodo ſe regere debeat, quando dubitat an id quod pęnitens dicit in Cõfeſſione, ſit Caſus reſeruatus, necne.

Octauum, An Confeſſarius poſſit iniungere pęnitenti pro peccatis reſeruatis

Digitized by Google

tis aliquam pęnitentiam publicam.

Nonum, An Confeſſarius poſſit obligare Pęnitentem acceptare pęnitentiam ſibi pro ſuis peccatis reſeruatis, iniungendam, & eam acceptare renuens, poſſit illum abſoluere.

Decimum, An Confeſſarius poſſit abſoluere pęnitentē à caſibus reſeruatis, ſi non habet neque contritionem, neque attritionem.

Vndecimum, An Cōfeſſarius, poſſit abſoluere eū, vel eam, cum quo, vel qua, commiſſit aliquod peccatum reſeruatum, v. g. Sodomiam, Stuprum, Inceſtum, Raptum, vel ſimile.

Duodecimū. An Confeſſarius petēs auctoritatē à ſuperiore abſoluendi pęnitentē, qui incidit in Casū reſeruatū, ſi eā ſibi deneget, poſſit illū abſoluere?

Decimumtertiū, An Pęnitens, qui incidit in aliquo Caſu reſeruato, poſtquā procurauit facultatem à Superiore abſoluendi, ea obtenta, continuat illud peccatum, tandem ad cor reuerſus vult vigore dictæ facultatis abſolutionem, an a Confeſſario poſſit abſolui.

Decimumquartum, An Confeſſarius poſſit abſoluere pęnitentem non ſuum ſubditum, in loco tamen vbi fuit præſentatus, de aliquo peccato reſeruato ſuo epiſcopo, quod tamen vbi confitetur non eſt reſeruatum.

Decimumquintum, An Confeſſarius qui facultatē habet à ſuo Epiſcopo abſoluendi à Caſibus ſibi reſeruatis, poſſit abſoluere ſubditos alterius epiſcopi à Caſibus eidem reſeruatis in ſua Dięceſi.

Decimumſeſtum, An Pęnitens habens multa peccata reſeruata, poſſit tempore Iubilęi abſolui ab eis, ſi omnia facienda adimpleuit, Confeſſionem tamen minimè perficere potuit.

Decimumſeptimum, An qui tempore Iubilæi nō fuit confeſſus ſua peccata eo quod pręmiſſa ſufficienti conſciētiæ diſcuſſione, nullius culpę mortalis meminit, poſſit tranſato tempore Iubilæi, abſolui à reſeruatis oblitis.

Decimumoctauum, An qui confitetur tempore Iubilæi, & fuit abſolutus à reſeruatis, ſi non adimpleuit poſtea ea, quæ præcipiuntur, in Iubilæo teneatur iterum dicta peccata reſeruata confiteri.

Decimumnonum, An qui in prima hebdomada lucratus eſt Iubilæum, ſi eo lucrato reincidat, in caſum reſeruatum, poſſit in ſecunda hebdomada iterum lucrari, & abſolui à dicto peccato reſeruato.

Vinteſimum, An Confeſſarius teneatur facere fidem in ſcriptis ſe abſoluiſſe talem pęnitentem a Caſibus reſeruatis, vt penitens, pro ſatisfactione ſui Parochi qui huiuſmodi fidem factæ confeſſionis requirit, eam eidem oſtendere poſſit.

Vigeſimumprimum, Quo modo vti debet pęnitens in confitendo Caſus reſeruatos cum non reſeruatis, ſeruata integritate confeſsionis.

Vigeſimumſecundum, Quid agere debet confeſſarius cum aliquem à Caſibus reſeruatis, à quibus non poterat, ſe abſoluiſſe deprehendit.

Vigeſimumtertium, An Confeſſarius incidat ſemper in pęnas contentas in Decreto Sacræ Congregationis, abſoluēdo a Caſibus epiſcopis reſeruatis.

Vigeſimumquartum, An aliqui eximuntur, ſeu immunes ſunt ab epiſcoporum Caſuum reſeruatione.

Vigeſimoquinto, Quo ad Religioſos, An Religioſus habens aliquos Caſus reſeruatos, ſuo Superiori, ſi accedat ad Confeſsionem ſine debita Contritione aut Attritione, confitendo prædicto Superiori, aut habenti auctoritatem, talis Confeſſio ſit valida, vt poſtea poſſit ea peccata reſeruata con-

fiteri

Digitized by Google

fiteri cuicunque alij Confeſſori inferiori approbato & ab eo abſolui.

Vigeſimumſextum, An Nouitij Religionum præſertim noſtri Sacri Ord. Fratr. Min. poſſit abſolui Sacramentaliter à Caſibus reſeruatis intra Religionem, à quolibet Confeſſario inferiori abſque Prælati facultate, & licentia.

Vigeſimumſeptimum, An Confeſſarius vocatus ad confitendum aliquem infirmum, poſſit eum abſoluere ab omnibus peccatis, & Caſibus reſeruatis, ſi tantum oſtendit aliquod ſignum contritionis.

Vigeſimumoctauum, An Confeſſarius ſicut in articulo mortis poteſt quoslibet abſoluere à quauis Cēſura, à peccatis, & à Caſibus reſeruatis, ita poſſit abſoluere ab eiſdem in periculo mortis.

Vigeſimumnonum, Denique circa formam abſolutionis, qua forma vti debet Confeſſarius cum abſoluit pęnitentes extra articulum, & in articulo, & periculo mortis, præſertim circa Indulgentiam Plenariam eis in prædicto articulo concedendam.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio Secundæ Quæſtionis; Pro declaratione huius Secundæ Quæſtionis, præter ea quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractātes, circa
1 primum, nempe Quid ſit Abſolutio, breuiter dico, quod *Abſolutio generaliter ſumpta, eſt ſententia diffinitiua à Sacerdote prolata abſoluens reum arg. ca. ipſe ligandi. c. iudicare. cap. denique 11. q. 3. & Concil. Trident. ſeſſ. 14. c. 6* Homo
2 enim dū in peccato mortali manet, Diabolus vinculis alligatum, ac conſtrictum, eum fortiter tenet, iuxta illud Prouerb. c. 5. *Iniquitates ſuæ capiūt impium, & funibus peccatorum ſuorū conſtringitur. Vnde in c. cum tanto de Conſuetud. Tanto grauiora ſunt peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam.* Hinc Eccleſia in Collecta Sancti Petri ad Vincula, *Deus qui beatum Petrum à Vinculis abſolutum illęſum abire feciſti: noſtrorū quæſumus abſolue vincula peccatorum &c.* Et alibi, *Abſolue, quæſumus Domine, tuorum delicta populorum: vt à peccatorum noſtrorum nexibus, quæ pro noſtra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur.* à quibus nexibus, ac vinculis diaboli; Pęnitentem Confeſſarius abſoluit, dum dicit in Sacramento Confeſſionis, Ego abſoluo te à peccatis tuis; Sacerdos enim virtute Clauiū abſoluit à culpa mortali, non principaliter, ſed vt inſtrumentum diſponens ad infuſionē gratiæ tantum, per quam fit remiſſio
3 culpę; adeo quod ſi *Pęnitentiam veraciter egerit & ſolutus fuerit à ligamento, quo erat adſtrictus, & à Chriſti corpore ſeparatus, & bene poſt Pęnitentiam vixerit, ſicut ante pęnitentiam viuere debuit; poſt reconciliationem, quandocunque defunctus fuerit, ad Deum vadit, ad requiem vadit, regno Dei non priuabitur. c. qui egerit. de Pęnit. diſt. 7.*

Circa ſecundū, Confeſſarius dum actualiter profert verba abſolutionis ſuper pęnitentem, debet habere intētionem eum abſoluendi, alioquin ip-
4 ſam non habens, Abſolutio (cum nō ſortiatur effectum) nullius eſt roboris. Verumtamen pęnitens nullam in animo habere debet perturbationem, imò debet ſibi certò perſuadere ſe beneficium abſolutionis percepiſſe; niſi liquido cōſtaret Cōfeſſariū intētionē in verbis Abſolutionis minimè applicaſſe. *Sot in 4. diſt. 18. q. 4. ar. 3 Graff. p. 1 lib. 1. dec. aur. c. 17. nu. 11.* Vnde ad remouendum omnem ſcrupulum ego conſulerem Pęnitentem, ſi dubitat an legitimè ſit abſolutus, perſuadere ſe eſſe bene, Abſolutum, & ſic quietare conſcientiam ſuam, alioquin ſemper eſſet in dubio, ſępe reite-

rando

Digitized by Google

rãdo cõfeſſiones: ſperet igitur quod Chriſtus Summus Sacerdos ſuppleuerit omnẽ defectũ, tam ſuum, quã Confeſſarij, ſi ipſe debitam diligentiam adhibuit, quia quãdo Sacerdos etiam ex malitia, vel ignorantia aut quouis alio modo defecerit, mediante tamen Contritione, quam ipſe habere tenetur, remiſſa erit ſibi culpa, & gratia infuſa. *Sum. Lucerna. c. 7. §. 9 n 6.*

Circa tertium, Pœnitens dum a Confeſſario Abſoluitur debet orare, vel attendere ad verba Abſolutionis
5 *Eman. Sà, in Aphoriſm. Verb. Abſolutio. num. 3.* Hinc meo iudicio non bene faciunt Confeſſarij, ſi dum Abſoluũt Pœnitentem ei dicunt, dic Pater noſter, vel Aue Maria, vel quid ſimile; Pęnitens enim debet audire formam Abſolutionis, quæ eſt ſententia abſolutoria; clarũ eſt enim quod in foro exteriori quando fertur ſententia, citatur Reus, & eo præſente legitur, prout habetur in *c. caueant & c. abſenſ. 3 quæſ. 9.* vbi dicitur, *caueant Iudices ne abſente eo cuius cauſa ventilatur, ſententiam proferant: Abſens nemo iudicetur, quia & diuinæ, & humanæ hoc prohibet leges;* ſimiliter in foro interiori, nam interdum fori miſcentur; & ſi dicas quod Pęnitens cum ſit fœmina, vel Ruſticus, vel Perſona idiota, non intelliget fortè verba latina, ergo ad quid? reſpondeo hoc nihil refert, nã tacendo ſaltem audit verba Abſolutionis, & Sacerdotem orantem, depræcantem & abſoluentem; & ideo benefaciunt qui dum Abſoluunt, dicunt Pęnitenti, dic ſemel, vel bis, aut ter, *Ieſus*: Pęnitens enim dum audit formam Abſolutionis, magnoperè lætatur, cum quodãmodo certificetur de ſua ſalute, quam percipere ſperat
6 per huiuſmodi Sacramentum; Vna enim ex cauſis, cur Sacramenta fuerint inſtituta, eſt, ad infuſionem gratiæ; licet an de facto certò huic conferatur, *cum nullus ſcire* valeat certitudine fidei, cui non poteſt *ſubeſſe falſum, ſe gratiam Dei eſſe conſecutum. D. Thom. 1. 2. q. 112. artic. 5. Concil Trid ſeſſ. 6. c. 9.* certo ſcire nequeat. *Thom. Zerula in Prax. Sacram. Pęnit. c. 24 num. 14.*
7 Pęnitens ergo dum à Cõfeſſario Abſoluitur, debet attendere ad formam Abſolutionis, vel orare, tacitè omnium ſuorum peccatorum veniam a Deo poſtulando, pectus ſuum humiliter percutiendo, dicẽdo Deus propitius eſto mihi peccatori. *Lucæ c. 18.* firmè in corde ſuo ſtatuendo, cum auxilio Dei, ſe nullatenus deinceps peccaturum.

8 Circa quartum. Quid facere debet Pęnitens, vbi cognoſcit fuiſſe Abſolutum a Confeſſario, qui illum minimè abſoluere poterat? Ad hoc Reſpõdeo breuiter quod ſi nunquam Pęnitens audiuit, nec nouit, tale impedimentum, nec de eo fuerit factus certior, tunc coram Deo remanet Abſolutus, *D Anton. 3. p titu. 17. c. 12. Victor. in ſumma num. 185. Silu. Verb. Confeſſio 1. q. 3. num. 6. Nau. c. 9. num. 7. quos ſequitur Gambar. c. 3. num. 3.* modo tamen habuerit contritionem. Si vero clarè ſcit non fuiſſe Abſolutum, v. g. acceſſit ad Confeſſarium, qui nullo modo poterat illum Abſoluere, eo quod nunquam fuit approbatus ab ordinario ad audiendas Cõfeſſiones, tunc tenetur totam Cõfeſſionem reiterare, deeſt enim illa conditio neceſſaria in Cõfeſſario, ſcilicet, poteſtas. Si vero Confeſſarius erat quidem approbatus, ſed non habebat facultatẽ Abſoluendi a peccatis reſeruatis, attamen conatus eſt Abſoluere, tunc ſufficit vt ipſe Pęnitens Confiteatur habenti auctoritatem Abſoluendi a reſeruatis tantum illa peccata reſeruata a quibus non fuit Abſolutus, alia autem peccata non tenetur iterum Cõfiteri, prout de communi teſtatur *Nau. c. 9. num. 7. & in c. fratres num. 31. de pęnit. diſt. 5.* quem ſequitur Nald. *Verb. Abſolutio a peccatis nu. 4. Lactant. Finellius de Caſib reſer. cap. 6. num. 4 &*

Graſſ.

Digitized by Google

Graſſ.lib.1.dec.aur.c.13.num.29. & ratio quare non tenetur Confiteri omnia peccata, ſed ſolum reſeruata, eſt, quia a non reſeruatis iam fuit Abſolutus; *Vtile enim per inutile non vitiatur in ijs, quæ capiunt diuiſionem l. ſancimus C. de don it l 1 § pen ff. de Verb oblig ita Lucas Floronus de caſib reſeruat. p.1.c.5. §.1 num.1.* Et ſi Pęnitens ſit Abſolutus a reſeruatis, inefficaciter, ſi denuo de eis Cōfiteatur, Abſolui poterit a Cōfeſſario, qui habet ſolum auctoritatē Abſoluendi a non reſeruatis, *Caetan. Verb. caſus, & Henriq. in ſum. lib.6 c 16. §.5. lit. B. & C.* quos ſequitur Reginal. *lib.8. nu.61. in prax. pœnit.* Nam ex quo beneficium Abſolutionis in foro Eccleſię conceſſum, eſt, & executioni demandatum a legitimo ſuperiore, rationabile eſt, vt illud peccatum ei declaratum, & pro quo impoſuit cōuenientem medicinam, amplius non ſit reſeruatum, tamquam iudicatum ante tribunal eius, cui reſeruatū erat. Quod dictum ampliat Suarez *tom.4. diſp.31 ſect.4 num.9.* non ſolum ſi Pęnitens ignoranter dedit cauſam deffectui, ob quem Abſolutio non contulit gratiam in remiſſionem peccatorum, ſed etiā quando ſcienter. Quod verum intellige, dummodo Pęnitēs habeat firmum propoſitum de cætero cauendi ab illo peccato reſeruato, quia ſi huiuſmodi propoſitum non haberet, cum non cenſeatur eſſe ſatisfactum intentioni ſuperioris, minimè erit Abſolutus. Et dummodo etiā Abſolutio data ſit tempore Iubilæi, aut per modū Indulgentię, vbi enim Abſolutio data eſſet virtute Iubilæi, aut per modum Indulgentiæ, tunc de mente cōcedentis requiritur Cōfeſſionem eſſe validam, & ideo inualida, non ſufficit, *Floron p.1 cap.6 §.2. num 1.*

Circa quintum; breuiter, quando Confeſſarius ob aliquod impedimentum, puta quia Pęnitens incidit in
9 aliquem caſum reſeruatū, illum Abſoluere nequit, tunc ne hoc alijs circunſtantibus innoteſcat, debet ei dicere, frater, vel filij, ego non habeo auctoritatem ſuper hunc caſum, vt ego te Abſoluere poſſim, ideo ꝓpter circunſtantes dicam, cum eleuatione manus, ſuper te aliquam orationem, ſine tamē Abſolutione. Et ſic, ne cōfuſus, ſed conſolatus recedat, ſecretò dicat ſuper eū, Pater noſter, vel Aue Maria, cum ſigno Sanctæ Crucis, dicendo, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. *Martin. Bonacina tom.1. diſp.6 ſect.6. punct. 4 num.33. Cathec. Neapolit lib.1.c.25.num.30. & lib.5. cap 26. Verſic. an autem ſubiaceant. Graff. p.1. lib.1 deciſ. auer. cap.24. nu.25.* aliquod bonum, vt faciat, ſalutaribus monitis ei indicēdo, vt verbi gratia, Miſſas audiat, eleæmoſynam Pauperibus porrigat, crebro Confiteatur, Ieiunet, ac deuotè ſe Beatiſſimæ Virgini Mariæ, ſuo Angelo Cuſtodi, & alijs Sanctis ſuis in Cœlo Aduocatis, toto cordis affectu commēdet, vt ſic Deus per ſuam miſericordiam cor illius illuſtret ad Pęnitentiam, *arg. cap. quod quidam. de Pęnit. vel remiſſ. & cap. Falſas de Pœnit. diſt.5.*

10 Circa ſextum. Quomodo videlicet Cōfeſſarius ſe gerere debet erga Pęnitentem, quem nouit perpetraſſe peccatum reſeruatum, quod ipſe Pęnitens interrogatus, reticet?

Ad hoc Reſpondeo cum Suarez *tom 2. de Relig. libro 6. diſput.52. ſect. 3. num.9. in fin. & Reginal. lib 8. num.20.* Confeſſarium per ſe loquendo debere Abſolutionem impēdere, quoties ipſi non certò conſtat Pęnitentē mētiri; ratio quia in hoc foro credendū eſt Pęnitenti tam pro ſe, quam cōtra ſe, dummodo tamen veritas in contrarium euidenter non conſtet. Si vero omnino certus ſit Pęnitentem mētiri circa huiuſmodi caſum reſeruatum, tunc non poteſt illi conferre beneficium abſolutionis; & ratio eſt, quia nō poteſt abſque peccato ſacri-

legij

Digitized by Google

legij Sacramentum adminiſtrare indignè petenti, & ponenti obicem ad Sacramentum. *Bonac. to. 1. diſp. 5. q. 6. ſect. 5. punct. 4. num. 33. in fin. & quæſt. 7. punct. 5. §. 2. num. 21.*

Circa ſeptimum; Quando confeſſarius dubitat an id quod Pęnitẽs dicit in cõfeſſione ſit caſus reſeruatus,
11 nec ne, tunc non prius debet illum Abſoluere, & iudicare nõ eſſe caſum reſeruatum, aut econtra, iudicare fore reſeruatum, & non abſoluere, quã ipſe ſe reſoluerit, vel per ſe proprio ſtudio legendo libros, qui caſus conſentiæ tractãt, vel doctiores conſulendo; Aliàs. n. peccaret mortaliter, vel exponẽdo ſe periculo abſoluẽdi quẽ non poteſt abſoluere, defectu iuriſdictionis, quando iudicat non reſeruatum, cum ſit reſeruatus; vel exponendo periculo inijciendi alteri ſcrupulum, et falſam opinionem, iudicando eſſe reſeruatum, cum non ſit reſeruatus, ſicut in *c. ſi quis autem de Pęn. diſt. 7. nu. 130.* in ſimili docet Nauar. peccare Iudicem, qui in dubio fert ſentẽtiam antequam dubietatem animi deponat *Io. Capeauill. tract. de caſib. reſeruat. p. 1. c. 6. q. vnica in fin.* Imo non ſolum lethaliter delinqueret, ab aliquo caſu Epiſcopo reſeruato abſoluẽdo, ſed etiam, vt infra dicetur, in excommunicationem Summo Pontifici reſeruatam, & in alijs pęnis in Decreto Sacræ Congregationis contentis, incideret. *Petr. Anto. Lazarius. Canonic. Quæſt. p. 2. q. 10. nu. 35. Graff. Prax. lib. 1. c. 4. Regul. 17. num. 62.*

Circa octauum; An Confeſſarius poſſit iniungere Pęnitenti, pro peccatis reſeruatis; aliquam Pęnitentiam publicam, ita cenſeo reſpondendum, quando peccatum eſt publicum, ſi ad tollendum ſcandalum ita pro communi bono expedire videbitur, publicam etiam pęnitentiam infligere licebit, hoc enim expedit pro aliorum ædificatione & ſatisfatione Eccleſiæ, vt qui alios ad malos mores ſuo exemplo prouocauit, ſuæ emendationis teſtimonio ad rectam vitam reuocet, prout docet *Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 8. de reformat. Nald. Verb. Pęnitentia num. 5. Sot. diſt. 19. q. 2. art. 5. Suarez. tom. 4. diſp. 38. ſect. 6. num. 3. Henriq. lib. 5. cap. 21. num. 6. Bonacin tom. 1. diſput. 5. ſect. 3. punt. 2. num. 14.* Et quamuis nũc multi Doctores velint, publicas pęnitentias, quæ olim imponebantur, ad forum contentioſum, non ad forum internum, cõſcientiæ, pertinuiſſe, ac proinde a ſuperioribus Iudicibus in Sacramentali confeſſione iniungi non poſſe pro peccatis etiam publicis reſeruatis, eo quod id ſacri ſigilli religioni aduerſaretur, quod omnino quidem inuiolatum ſeruandum eſt; quod non ſolum humano, ſed etiã naturali, & diuino iure præcipitur, vt late proſequitur *Sot. in relect. de teg. vel deteg. ſecreto. Onuphr. in tract. de ſacro ſigill. ſect. 1. quæſt. 1.* Hoc tamen fallit niſi huiuſmodi pęnitentias publicas infligere aliquando expediret in Eccleſiæ ſatisfactionem, & aliorum ædificationem, & exemplum, & ad tollendum aliquod ſcandalum, quod in Republica eſſet illatum, modo cautè, & cum Pęnitentis conſenſu fiat, *Suarez loc. ſupracit. ſect. 6. num. 3. Vaſquez quæſt. 94. artic. 2. dub. 2.* & fauet *cap. 1. de Pęnit. & remiſſ. & Concil. Trident. ſeſſ. 24. capit. 8. de reformatio.* Poteſt ergo confeſſarius, modo quo dixi, iniungere Pęnitentiam ſacramentalem publicam, ob peccatum publicum, pro modo culpę condignam. *Nald. vbi ſupra.* An vero confeſſarius qui non habet facultatem abſoluendi a reſeruatis, poſſit non ſolum Pęnitentiam pro non reſeruatis, verũ etiam pro reſeruatis, impoſitã a ſuperiore, commutare. Reſpondet *Nau. cap. 26. num. 22. ad finem. Valent. tom. 4. diſpu. 7. quæſt. 14. punct. 4. ad fin. Eman. Sa. Verb. ſatisfactio. num. 5. Summa Coron. de Pęnit. num. 46. Aegid. Coninch. diſp. 10. de ſatisfactione dub. 12. num.*

Digitized by Google

100. *Beia, 3 p.caſ.1. Rodriq.p.1.cap.56. num.8. Didacus Nugnus de partib. penit. q.13.art.2.pagin.mihi 363.& dub.4.pagin.36 .Suarez de penit.diſp.38.ſect.10. num.14.& Reginal.lib.7.num.91.* quod non poteſt. Ego vero, ſaluo meliori iudicio, cenſeo confeſſarium inferiorem poſſe penitentiam pro reſeruatis a ſuperiore iniunctam commutare, iuſta interueniente cauſa, qualis eſt, pia vtilitas Penitentis, vel neceſſitas, vel magna difficultas in perficienda penitentia, arbitrio prudentis confeſſarij, qui non debet ſe facilem præbere in mutanda & minuenda huiuſmodi penitentia, ne penitentes occaſionem arripiant non adimplendi penitentias, ſed quando ita fieri prudenter ad bonum animæ penitentis expedire iudicauerit. Quod probo; Primo, quia cōfeſſarius, ſicut poteſt penitentiam peccatorum non reſeruatorum commutare, ita etiam poteſt penitentiam reſeruatorū commutare, cum adempta ſit reſeruatio per abſolutionem ſuperioris, & ipſe Confeſſarius inferior non exerceat iuriſdictionem in ſuperiorem, ſed in penitentem ſibi expoſitum, & ſubiectum, non habentem amplius caſus ſuperiori reſeruatos. Secundo quia ſuperior præſumitur rationabiliter velle, quod expedit ſaluti penitētis, iuxta fragilem ipſius naturam; ſi ergo ſalus, vel fragilis natura penitentis poſtulet penitentiam commutari, cōſentaneum eſt, vt commutetur, non ſolum a ſuperiore, verum etiam ab inferiore, cum ſemel caſuum reſeruatio per ſuperiorē fuerit adempta, & ſublata. Tertio, quia quando Summus Pōtifex commutauit votum reſeruatum ſedi Apoſtolicę in aliud nō reſeruatum, poteſt Epiſcopus in hoc ſecundo Voto non reſeruato, diſpenſare, vt bene docet *Leſſius de Iuſt. & iur.c.40.dub.13.de Voto Suarez tom.2. de Relig.lib.6.cap.10.num.15.& Sanchez in Summa lib.4.capit.40.num.46.* ergo etiam Confeſſarius inferior poteſt pœnitentiam pro reſeruatis impoſitam a ſuperiore commutare, & hanc noſtram ſententiam expreſsè ſequi videtur, *Vaſquez de penit.q.94. art.2.dub.3.num.9. Zerola cap.25.de peniten.q.10.Valent.tom.4.diſp.7.q.14. punct.4.ita Bonacin. loc.ſupracita.d.diſp. 5.q.5.ſect.3.punct.3.num.6.* Hoc tamē, ſecundum veriorem opinionem Doctorum non habet locum in duobus præcipuis caſibus. Primo, quando penitentia publica eſſet peragenda, & Confeſſarius vellet eam immutare, vt priuatim is faciat, tunc enim nō licet ei eam immutare, vt tradunt

15 *Anton.de Butr.in cap.1.de penit. & remiſſ. & Felin.in cap.accuſaſti.de Accuſat.* Secundo, in penitentijs præſeruatiuis, quæ ad inſtar ſalubris medicinæ adhibentur, vt pœnitens retrahatur, & præſeruetur ne in futurum in peccato labatur, v.g. ſi Confeſſarius alicui præcipiat ne ad domū concubinæ accedat, ne litteras amatorias ad Moniales ſcribat; ne amplius committat Sodomiam, vel Beſtialitatem, quod ſi id faciat toties ieiunet in pane, & aqua, vel talem, & tantam penā perſoluat, iſta enim penitentia cum per modum pharmaci imponatur, immutari ab inferiore non poterit, *Zerula de penit.cap.25.q.12.Hoſtienſ.lib.1.titu. 21.Suarez diſp.38.ſect.10.num.11.Reginal.lib.7.num.92.* Hoc tamen ego, ſaluo meliori iudicio, putarem limitandum, niſi Confeſſarius iuſta & rationabili de cauſa pœnitentiā huiuſmodi præſeruatiuam commutet in aliā præſeruatiuam, & ſalutarem, maximè ſi id fiat in ædificationem & ſalutem animæ Penitentis. *Bonacin. loc. ſupracitat.num.5.* & cum apud Doctores communis ſit aſſertio, quod pœnitens, cui a Sacerdote pro peccatis reſeruatis iniunctum fuit, vt ieiunet, vel recitet Roſarium Beatæ Mariæ Virginis, vel quid aliud ſimile faciat, ſatisfaciat huiuſmodi pœnitentiæ ſibi in-

Digitized by Google

bi iniunctæ, ſuſcipiendo aliquam Indulgentiam plenariam, quod patet a ſimili, quod, videlicet, ſicut debitor non tenetur amplius ſoluere creditori debitum, quod ſibi condonatum, & remiſſum eſt a creditore, ita nec pę nitens tenetur Deo ſatisfacere pro pęna alias debita, cuius remiſſionem obtinuit, per dictam Indulgentiam; modo tamen reipſa ſuſcipiat Indulgentiam reſpondentem ſatisfactioni pro pœnis debitã, qualis eſt Indulgẽtia plenaria, quam ſi pœnitens verè conſecutus eſt, ſatisfeciſſe pœnitentiæ ſibi a Confeſſario iniunctæ, cenſendus eſt; Sed quia pęnitentia duobus modis ſolet iniungi a Confeſſario; Primo in ſatisfactionem pro pœna peccatis debita; Secundo in medicinam, remedium & præſeruationẽ a peccatis; pęnitens ergo per ſuſceptionem Indulgentiæ plenariæ ſatisfacit pœnitentiæ primo modo iniunctæ, in ſatisfactionem, videlicet, peccatorum; non ſatisfacit tamen ſecundo modo pęnitentiæ, ſibi iniunctæ in remedium, & præſeruationem a peccatis; & ideo ſi pęnitenti, luxurioſo iniunctum ſit ieiunium pro remedio, & præſeruatione peccatorũ, pęnitẽs non ſatisfacit ſuſcipiendo Indulgentiam Plenariam, cum Indulgentia nõ ita inſeruiat ad præſeruãdum illum ab huiuſmodi peccato, ſicut ieiuniũ. *D. Thom. in 4. diſt. 29. Silu. verb. Indulgẽtia num. 9. Tabien. eod. nume. 13. Angel. Verb. eod. num. 1. Nau. de Indulg. notab. 31. num. 43. Beia. p. 1. caſ. 38. Sanchez in ſum. lib. 1. cap. 14. num. 8. Suarez diſp. 50. ſect. 2. num. 5. Tolet. lib. 6. cap. 23. nu. 10. Conichus diſp. 12. dub. 3. num. 21. & 40. & Reginal. lib. 7. num. 150. & 170.* & quamuis hæc veriſſima ſint, tamen cuique conſulendum eſt ne pœnitentias ſibi a Confeſſario iniunctas prætermittat per Indulgentias, vel alia opera, ſic enim certior via eligitur, & magna percipitur vtilitas ex ſatisfactione ad peccata in futurum præcauenda. *Nau. loc. cit. num. 44. Reginald. d. num. 170. Coinch. Tolet.* & alij locis citatis ita ex *Bonacin. tom. 1. diſp. 5. q. 5. ſect. 3. punct. 4. num. 7. vſque* 10. conſultius igitur faciet pęnitens, ſi iniunctã pœnitentiam compleat, etiam poſt Indulgentiam plenariam conſecutã; vt admonet *Coriolanus de caſib. reſerua. p. 1. ſect. 3. art. 6. num. 1. in fin.*

Circa nonum; Confeſſarium poſſe obligare pęnitentem recipere & acceptare pęnitentiam iuſtam ſibi pro peccatis reſeruatis impoſitam etiam
12 ſub pęna peccati mortalis, fatentur *Mag. ſent. in 4. diſt. 18. & D. Thom. ibidem, & in Additio. q. 18. art. 3. & d. 16. in expoſitione textus, & Petrus de Palu. in 4. diſt. 20. q. 2. & Maior. diſt. 17. q. 2. & Alma. diſt. 18. Fran. Victoria. Sum. Sacramento. de ſatisfact. nume. 209. & alij*
13 *Doctores*, id quę de fide tenendum eſſe aſſerit idem Victor. *loc. cit.* iuxta ſacrum *Concil. Triden. ſeſſ. 14. Canon. 15.* pęnitentemque teneri eam acceptare, ſi iuſta eſt, dummodo eam explere poſſit, immo ad eam acceptandam a Sacerdote cogi poſſe tradunt *Sotus in 4. diſt. 19. q. 1. art. 5. & diſt. 20. q. 2. art. 2. Io. Bapt. Corra. p. 1. reſpon. Caſuum cõſ. quæſit. Tolet lib. 3. cap. 11. n. 7. & Paul. Comitolus reſp. caſuum conſcien. lib. 1. de Sacramentis quæſt. 35. nu. 1.* ſaltem aliquantulam, puta vnum Pater noſter, vel quid ſimile ſecũdum *Hoſt. in ſum. de pęnit. & remiſſ. §. & an ſit. verſ. Quid de operibus & Panormit. in c. ſignificauit num. 2. de pœnit. & remiſſ. Nau. Man. c. 26. num. 20. Rodriq. in Summa p. 1. c. 56.*
14 *num. 6.* & nolentem eam acceptare, cum ad integritatem Sacramẽti ſemper in ſatisfactione aliquid ſit imponendum, vllo modo fore abſoluendum. *Tollet. loc. cit. Graff. p. 1. lib. 1. dec. aur. cap. 31. num. 20. & Append. lib. 1. c. 3. num. 10. in fin.* & ratio eſt, quia ſic ſeruat vſus vniuerſalis Eccleſiæ, quæ non acceptantibus pęnitentiam ſolet denegare abſolutionem, cum ſit ſignum manifeſtum impenitentiæ,

Digitized by Google

& non habitæ contritionis, ſi ſaltem nolit acceptare qualemqualem, talem vnum Pater noſter, Aue Maria, vel quid ſimile, nam deficere videtur tertia pars Sacramenti pęnitentiæ, ſcilicet, ſatisfactio : quandoquidem vna ex principalibus conditionibus ipſius Confeſſionis, eſt, vt ſit parere parata. *Zerula in Praxi Sacram pęnit. q. 9.* & ideo ſi pęnitens accedat ad Cō-
15 feſſionem cum animo non acceptandi ſatisfactionem, ſibi a Confeſſario pro ſuis peccatis, iniungendam, cum nouum peccatum mortale committat, ob voluntatem illam malam quā actualiter habet non parendi, quam minimè manifeſtauit, cum non ſit ritè Confeſſus, Confeſſio eſt nulla, & vllo modo eſt abſoluendus *Tolet. lib. 3. c. 10. num. 9. Graff. Append. lib. 1. cap. 3. num. 10.*

Circa nonum, An pęnitēs poſſit abſolui à caſibus reſeruatis, ſi non habet neque contritionem, neque attritionem.

An pęnitens poſſit abſolui à caſibus reſeruatis, ſi non habet neque cōſtitutionē, neq; attritionem. Ad hoc Reſpondeo dicēdo quod ſi caſus reſeruatus eſt peccatum habens annexam Cenſuram, puta excommunicationem Papalem, aut Epiſcopalem, tunc excōmunicatus poteſt de facto abſolui à vinculo excōmunicationis, etiam abſque contritione, vel attritione, quamuis non abſoluatur à pec-
16 cato. Ratio, quia Cenſura nō eſt culpa, ac peccatum, ſed eſt pęna, quæ ordinariè eſt inuoluntaria, quam ſuperior poteſt quomodocunq; ei placuerit, amouere, licet de iure regulariter non debet abſolui, vt tradit *D. Bonau. in 4. d. 18. ar. 6.* Vbi tamen Iudex habet iuſtam cauſam illam amouendi, tunc poteſt; vt ſi videat Cenſurā non prodeſſe, vel ex alia cauſa. *Zecch. de caſib. reſeru in tit. obſeruat. generales, nu. 5.* Si verò non habet annexam Cenſuram excommunicationis, ſed eſt merè peccatum reſeruatum, tunc nullo modo poteſt abſolui à Confeſſario qui id ſcit, niſi ad minus Pęnitens habeat ſufficiētem attritionem. ita D. *Thom. communiter receptus, ut teſtatur Capeauill c. 8. in princ.* & de ſolo attrito quo ad caſum reſeruatum *Sot. d. 18. q. 2. art. 5. & Nau. in Man c. 10. nu. 4. Ita Floron. p. 1. de caſib. reſeru. c. 6. §. 2. n. 1*

An autem qui tempore Iubilæi non habuit copiam confeſſoris, & ſic inconfeſſus, ſed tamen contritus, communicauit, an trāſacto Iubileo poſſit abſolui a reſeruatis quando habet copiam confeſſarij. Reſp. *Zenardus p. 1. Directorij. de Sacram. Pęnit. c. 2. qu. 20.* quod ſic, quia adeptus eſt iam Iubileum, vnde omnes reſeruationes fuerunt ſublatę. *ita Alphon. de Leone. de off. & poteſt. confeſſ. temp. Iub p. 2. quæſ. 17. num. 157.*

Circa decimum, huic quæſito taliter cenſeo reſpondendum, poſſe quidem Confeſſarium abſoluere eū, vel illam, cum quo, vel qua, peccatū reſeruatum, v. g. Sodomiam, Inceſtū, Stuprum, Raptum, Sacrilegium, vel quid aliud turpe, perpetrarit, dummodo ab epiſcopo habeat facultatē abſoluendi, & ſemoto ſcandalo, & excitatione, quæ in illa confeſſione mortale peccatum parerent, quando v. g. immineret probabile periculum ex parte Sacerdotis aut pęnitētis, ob nephariæ delectationis recordationem, vel timetur ne Confeſſarius iterū eum, vel illam, conetur inducere ad peccatum, nam in tali caſu Confeſſarius nullo modo debet illum, vel illam, audire; ſed mittere ad alium Cōfeſſarium. Immo ſiue adſit periculū, ſiue non, conſultius ac ſecurius omnino eſſe cenſeo alium adire Confeſſarium, vt ſic magis verecundetur, cū erubeſcentia ſit magna pars ſatisfactionis. *c. quem pęnitet. de pęn. diſt. 1.* nā ſic omnia pericula vitantur, & confeſſio ſit ſalubrior; ſi verò cum tali periculo abſoluat, huiuſmodi abſolutio

non

Digitized by Google

non tenet, immo peccata ſuper peccata adijciuntur, cum tam Confeſſarius, quam pęnitens noua culpa ſe illaqueant. *ex Richard. in 4. diſtinct. 17. quæſtione ſeptima, Angel. Verb. Confeſſio. 5. numero octauo, Ioan. Bapt. Corrad. par. 1. reſpon. Caſuum conſcient. quæſit. 13. & alijs.*

18 Circa duodecimum, Reſpondeo
breuiter; Quod quamuis ſi expediat Superiorem non cognoſcere reum peccati reſeruati debeat non grauatè, ſed facilè cauſam totam committere docto & approbato Confeſſario petenti, ne iugum confeſſionis de ſe ſuaue, appareat durum, interdum tamen ſi frequens eſſet ruina, poteſt quidem prudenter negare, prout tradunt *D. Thom. in 4. diſtinct. 17. quæſt. 3. ad 3. Silueſtr. Verb. Confeſſor. 1. §. 3. num. 13. Victoria. §. 145. & Nauar in cap. placuit. num. 119. & 151. de pęnit. diſtinct. 6.* Qua licentia negata cum inferior Cōfeſſarius in ea reſeruata nihil proprio iure poſſit, perſuadeat adire ſuperiorem; qui quando iniuſtè negat ſuam auctoritatem aiunt *Diuus Thomas, locis citatis ad tertium, & quintum. Alexand. de Ales, quarta par. quæſtion. 77. memb. 3. artic. 1. ad 1. Marſilius in 4. quæſtione duodecima, artic. primo, par. quarta, concluſ. ſecunda ad 4. & 5. & Medina de Confeſſ. quæſt. 37. fol. 86.* non poſſe inferiorem abſoluere. ita *Rodriq. Quæſtion. Regular. tom. 1. quæſt. vigeſima, articul. trigeſimo, in principio.* Quod verò ad Regulares attinet; dico Caſuum reſeruatorum abſolutionem obtinere non valens Confeſſarius ordinarius Regularis à ſuo ſuperiore Regulari, qui eam denegauit petenti, poterit pro illa vice tantum abſoluere, prout expreſsè indulget Summus Pontifex. Sua enim ſanctitas deinceps poſt Decretum ſuper Caſuum reſeruatione à ſe factum, declarauit, & declarat, vt ſi huiuſmodi Regularium Confeſſarijs caſus alicuius reſeruati facultatem petentibus Superior dare noluerit, poſſint nihilominus Confeſſarij illa vice pęnitentes Regulares; etiam non obtenta facultate, abſoluere. ita *Antonius Naldus. Verb. Caſus, numero ſecundo, & Verb. Religioſus. fol. 781. & Franciſcus Longus à Coriolano tract. de Caſibus reſeruat. par. prima ſect. 1. artic. decimoſeptimo, numero duodecimo.* Etſi Regularis ſit excommunicatus, licitum eſt ei ad Euchariſtiam accedere, cum debita contritione, quando Prælatus non vult ipſi concedere auctoritatē ad caſuum reſeruatos, & timet maximam infamiam, aut maximum periculum, ſi non accedat, prout tenent *Ledeſm. 2. 4. quæſtio. vigeſimaquinta, artic. primo, prope fin. & Sylueſt. Verb. Euchariſtia, 2. quæſt. ſeptima,* & ob eandem cauſam, poterit etiam celebrare. *Rodriq. tom. 1. quæſtio vigeſimaprima, artic. quarto.*

Circa decimumtertium, reſpondeo, ſi quis enormis criminis ſibi à Sacra pęnitētiaria, vel Epiſcopo Abſolutionem procurauerit, fortè quia
19 Caſus erat reſeruatus, & habita facul
tate non procurat habere abſolutionem, ſed peccatum continuat, ſi ad cor reuerſus velit vigore illius primę facultatis abſolutionem, tunc credo minimè Cōfeſſarium poſſe illum abſoluere; cum *Priuilegium, amittere me-*
20 *reatur, qui ſibi permiſſa abutitur poteſta-*
te. cap. Priuilegium 11. quæſt. 3. cap. vbi iſta diſtinct. 74. capit. tuarum. de priuileg. Hinc Couarr. *lib. 2 Var. reſol. capit. 20 num. 15.* refert, non gaudere immunitate Eccleſię, qui propè illam delictū committit, cum ſpe, vt eo perpetrato
21 ad Eccleſiam fugiat; tum etiam quia
diſpenſatio reſpicere videtur peccata perpetrata, & non perpetranda. *ita Graff. par. 1 lib. 4. dec. aur. capit. 15. numero 17.*

Circa decimumquartum; An videlicet Confeſſarius poſſit abſoluere

Digitized by Google

pęnitentem non ſuum ſubditum in
loco tamen vbi fuit præſentatus de
22 aliquo peccato reſeruato ſuo epiſco-
po,quod tamen in loco vbi prędictus
pęnitens confitetur, non eſt reſerua-
tum; verbi gratia, Ordinarius Anco-
nitanus reſeruauit ſibi fornicationẽ,
adulterium, & quælibet alia peccata
carnalia, cum Iudæis, Turcis, & alijs
Infidelibus, quod vbi talis fornicator
ſeu adulter confitetur, ideſt Auximo
non eſt reſeruatum, An Confeſſarius
expoſitus ab Illuſtriſſimo & Reueren
diſſimo Epiſcopo Auximano poſſit
illum abſoluere? Reſpondeo, aut ta-
lis pęnitens mutauit domicilium, aut
non: ſi mutauit domicilium, tunc po
teſt abſolui à Confeſſario ſimplici nõ
habente Caſus reſeruatos abſque li-
centia reſeruantis; & dicitur mutaſſe
domicilium, quando habitat per an-
num in aliquo loco: nam habitatio
Annalis videtur quoddam domiciliũ
quo ad Sacramentorum perceptio-
nem. *argum 16 quæſt. 1. cap. quæſti ſunt*,
23 vel quando quis habitaret parum mi
nus, quam per annum: nam id, quod
modicum eſt, ratio apprehẽdit quaſi
nihil vt notat *D. Thom. 2. 2. quæſt. 66.
artic. 6.* vel eo ipſo quod quis delibe-
rat in aliquo loco habere domiciliũ,
24 vbi ſortitur & forum vt *in cap. fin. de
Paroch & alien Paroch.* exempli gratia
eſt vagabundus, qui vbi deliquit, ca-
ſus erat reſeruatus, vbi verò confite-
tur non eſt reſeruatus, tunc ſi muta-
uit domicilium, vt dixi poteſt abſol-
ui; tunc enim cum nullibi habeat do-
micilium, non tenetur niſi legibus
Epiſcopi loci, vbi eſt *Sotus in 4. diſtin.
18. quæſt. 4. artic. 2.* Si verò domicilium
non mutauit, vt ſunt Peregrini, tunc
non poteſt abſolui: quia ex quo ratio-
ne domicilij & habitationis quis ſub-
ditus dicitur. *gloſa celebris in Clement.
vnica. de foro compet. Verbo Subditos.*
ideo non videtur exemptus à ſubie-
ctione ſui Epiſcopi, qui peccatum re-
ſeruauit, & per conſequens non eſt
abſoluendus; pręſumitur enim illum
facere fraudulenter in præiudicium
animæ propriæ, puta fugiendo Cen-
ſuram proprij Sacerdotis volentis
amputare occaſiones peccatorũ. *Sot.
loc. cit. Graff. Append. libro primo, capit.
ſeptimo, numero 56. & par. prima, libro
primo, dec. aur. cap. 13. numero 46. Conſil.
primo, de pęnitent. & remiſs. numero 21.
Homob. de Caſibus reſeru. par. 1. capit. 2.
fol 46.*

Circa decimumquintum; Abſque
vlla dubitatione dicimus Cõfeſſariũ
25 habentem facultatem abſoluendi à
Caſibus reſeruatis ſuo Epiſcopo, poſ
ſe abſoluere ſubditos alterius Epiſco
pi à Caſibus eidem Epiſcopo reſerua-
tis in ſua Dięceſi, hoc eſt à reſeruatis
Epiſcopo pęnitentis; tum quia *gloſſ.
in cap. placuit. 16. quæſt. 1.* & clarius Pa
normit. *in cap. cum contingat. num. 29. de
26 foro comp.* habent Confeſſarium legi-
timum vnius Parochiæ; poſſe abſol-
uere pęnitentem confeſſum à pecca-
tis vbicunque commiſſis, & idem fa-
tetur *D. Anton. cap. 1. de Auctorit. Con
feſſar. in Summula*: & Epiſcopi viden-
tur tacitè velle dicere, vt idem ſit de
peccatis eis reſeruatis, quando con-
feſſio ſit habenti facultatem abſoluẽ-
di à reſeruatis ſuo Epiſcopo; tum
27 quia idem videtur habere conſuetu-
do, *quæ eſt optima legum interpres, ff. de
legib. l. ſi de interpretatione.* videmus etiã
peccatorem, peccata quæ toto terra-
rum orbe commiſit, vni Sacerdoti
Confiteri, & eos numquam remitti
ad Ordinarios locorũ, in quibus deli-
querunt pro abſolutione: niſi ratione
excommunicationis, vel niſi pecca-
tum eſſet notorium, quo caſu remit-
tuntur aliquãdo cauſa ſatisfactionis,
vel ſcandali emendandi, & non ra-
tione abſolutionis. *Rodriq. in Sum-
ma par. 1. capit. 55. numero quinto, Sylu.
Verb Confeſſor. 1. numero 11. Nauar. in
Manual. capit. 27. numero 261. Verſ. De-
cima*

cima

cimo dico. in fin. Graff Append. lib. 1. c. 7. numero 53. *& par. 1. libro 1. dec. aur. cap. 13 num.* 48. *& in Prax. libro 1. c. 4. Regulá 15. num.* 57. Imo idem facere poſſe Confeſſarium Regularem, etiã non habentem auctoritatem abſoluẽdi à reſeruatis, ob priuilegium à Sede
28 Apoſtolica per Sixtum IV. conceſſum, Mendicantibus, qui omnium pęnitentium ad ſe in ſuis monaſterijs venientium, etiam ſi non ſint de dięceſi Epiſcopi à quo fuerunt admiſſi, & in cuius ſunt dięceſi, poſſunt audire Confeſſiones, illosque abſoluere. Modo pęnitens id non faciat in fraudem proprij ordinarij, fatetur *Flor. par. 1. c. 4. §. 11. nu. 4.*

Circa decimumſextum. An pęnitens habens multa peccata reſeruata poſſit tempore Iubilæi abſolui à dictis reſeruatis, Si omnia facienda adimpleuit, tamen confeſſionem minimè potuit perficere, v. g. conceditur Iubilæum à Summo Pôtifice, in quo datur facultas pęnitentibus poſſe eligere Confeſſarium & ab eo abſolui ab omnibus Cenſuris, & peccatis reſeruatis, modo quædam faciat pęnitens; qui omnia adimplenda curauit;
29 Accedit verò ad confeſſionem Sabbato vltimæ hebdomadæ, & incipit confeſſionem, in qua adſunt Caſus reſeruati, & peccata intricata, ac dubia, & confeſſiones alias factæ ſunt inualidę, vnde ſunt reiterandę, quod eo die effici nullo modo poteſt; vel eſt Concubinarius, vnde Cõfeſſarius illi non poteſt impertiri abſolutionem, ſed oportet illam differre. An poſſit Confeſſionem illam tunc incipere, & poſtea etiam finito tempore Iubilæi, illam perficere, & abſolutionem conſequi vigore Iubilæi à Caſibus reſeruatis. Ad hoc reſpondet *Graff. Appendic. libro ſecundo, cap. quinto, numero vigeſimoprimo*, quod poteſt, ſi adimplenda adimpleuit, idque probat ſic; quia iuriſdictio ſemel habita, & re non integra, vt potè cauſa cępta, non expirat quouſque cauſa finiatur, *capit. in litteris. de offic. deleg. & capit. relatum. de Cleric. non reſiden.* At hæc cauſa erat iam cępta tempore, quo poterat illam exercere, ergo & terminare debet. Quæ ratio admodum mihi placet, & ob id etiam ego teneo quod poſſit. ita *Lucas Floronus. tract. de Caſibus reſeruat. par. 1. capit. 6. §. quinto, numero primo*, & idem dicendum ſi ob aliquam aliam rationabilem cauſam, puta infinitatem prædicto tempore minimè confeſſionem potuit perficere.

Circa decimumſeptimum. Pęnitens, qui tempore Iubilæi non fuit confeſſus peccata ſua, eo quod præmiſſa ſufficienti conſcientiæ diſcuſſione, nullius culpæ mortalis meminit, adimpleuit tamen omnia opera in Iubilæo præcepta, An lucratus ſit Iubilæum, & tranſacto tempore Iubilæi, poſſit abſolui à peccatis reſeruatis oblitis? Reſpondeo duæ ſunt hic dubitationes; quo ad primam, An lucratus ſit Iubilæum, breuiter dico, communiorem Doctorum opinionem eſſe, hunc minimè fuiſſe lu-
30 cratum Iubilæum; licet enim Henriquez. *libro ſeptimo, de Indulgent. cap. duodecimo, numero ſecundo*, dicat oppoſitam ſententiam eſſe probabilem, primam tamen tutiorem eſſe fatetur; cui me adſcribo. Quoad ſecundam, Henriquez *libro ſexto, de pęniten. cap. 16. numero ſexto*, tenet non poſſe abſolui eo, quia tempus delegationis præterijt, nec cauſa intra illius tempus cępta fuit. Quæ quidem opinio valdè mihi placet; quia reuera illa delegatio iam finita eſt, & cauſa adhuc integra eſt. Addo non poſſe abſolui, quia non fuit nullo modo ſublata reſeruatio, cum nulla Sacerdotalis abſolutio data fuerit; non enim Iubilæus aufert ipſo facto reſeruationem, ſed tantum confert fa-

Digitized by Google

cultatem Confeſſario illam auferendi media abſolutione, quæ in hoc caſu noſtro non eſt impenſa; & poſtea impendi non poteſt tranſacto tempore, & ſic non poteſt tolli reſeruatio in caſu prædicto, niſi interuenerit abſolutio Sacramentalis. *Floron. par. 1. cap. 6. § 6. num. 3.*

Circa decimũoctauum; Vbi quæritur, An pęnitens, qui confitetur tẽpore Iubilæi, & fuit abſolutus virtute Iubilæi à peccatis reſeruatis, ſi poſtea non adimpleat alia opera præcepta in Iubilæo, & ſic non lucratur
31 Indulgentiam, teneatur iterum Confiteri illa peccata reſeruata, vel erit ab illis abſolutus ac etiam à non reſeruatis. Reſpond. cum diſtinctione, aut prædictus pęnitens confeſſus eſt ſua peccata contritus, ac animo omnia perficiendi, quæ in Iubilæo mandantur, & quæ neceſſaria ſunt ad Iubilæum conſequendum; Aut talem animum non habebat. Primo caſu, teneo Sacramentaliter hunc eſſe abſolutum a peccatis etiam reſeruatis, quia abſolutio non poteſt pendere in futuro euentu, aliàs id repugnaret formæ Sacramentorum, & ob id ſtatim fuit valida, & ſuum effectum operata eſt, qui effectus eſt irreuocabilis. Ita tenent *Gambar. capit. 2. num. 49. Nauar. conſilio nono, de pęnit. & remiſſ. Suarez tom. quarto, diſputat. 31. ſect. quarta, numero quinto, & numero 23. Reginald. in prax. pęnitent. libro 8. numero 59. & numero 100. & Martin. Bonacina de Sacram. diſput. quinta, quæſt. ſeptima, punct. quinto, §. quinto, num. 26.* Secundo vero caſu, ſi videlicet non habebat intentionem adimplẽdi omnia, quæ neceſſaria ſunt ad Iubilæum conſequendum, tunc non eſſet abſolutus. *Nauar. in Manual. capit. 26. numero 12. Eman. Sà, Verb. abſolutio. numero 19. Regin. n. 60. & Bonacin. loc. cit. n. 26. ita Floron par. 1. cap. ſexto, §. 6. numero 1. & 2.*

Circa decimũnonum. Quãdo cõceditur Iubilæum à Summo Pontifice, in quo datur facultas, vt quis illud lucrari poſſit in vna ex duabus hebdomadis, An qui in prima hebdomada
32 illud lucratus eſt, ſi eo lucrato reincidat in caſum reſeruatum, poſſit in ſecunda hebdomada item lucrari, & abſolui ab illo peccato reſeruato, & Iubilæum lucrari? Nauarr. de Indulgent. *Not. 32. numero quadrageſimoſexto, & Henriq. libro ſexto, capit. decimoſexto, §. tertio,* tenent poſſe. & illos ſequitur *Reginald. in prax. for. pęnitent. libro octauo, numero 64.* & idem tenent *Graff. de Indulgent. capit. trigeſimoquinto. numero trigeſimo ſecundo, & Rodriquez in Summa par. . . . cap.* 184. Quam opinionem libenter amplector. Ratio quia in Iubilæo non exprimitur, vt quis vna tantum vice poſſit à caſibus reſeruatis extra tempus Iubilæi abſolui, tum etiam, quia illud tẽpus totum eſt in fauorem pęnitenti, fauores autem ſunt ampliandi. Idque cenſeo verum, modo habeat ſemper intentionem præſtandi ea, quæ ad conſecutionem Iubilæi ſunt neceſſaria; ſi enim habet huiuſmodi intentionem præſtandi omnia neceſſaria, exiſtimo in vtraque hebdomada fieri poſſe, licet illud peccatum commiſerit ſpe abſolutionis. *Bonacin. tract. de Sacrament. diſput quinta, quęſtione ſeptima, punct. quinto, §. ſecundo, numero decimoſexto, Floron. par. prima, cap. ſexto, §. quinto, numero ſecundo.*

Circa vigeſimum. Quamquam Rectores Eccleſiarum Parochialium multoties percunctantur à ſuis pęnitentibus fidem in ſcriptis ſe con-
33 feſſos fuiſſe; nihilominus Confeſſarij regulares minimè talem fidem facere tenentur; Curati enim tenentur concedere ſuis Parochianis in die Paſchatis Reſurrectionis Sacram Communionem, & illis credere dicentibus ſe Confeſſos fuiſſe

Con-

Digitized by Google

Confeſſarijs regularibus licet præfatam fidem inſcriptis, minimè deferant, factæ Confeſſionis; ita enim cõceſſit Bened. Vndecimus in extraua. Inter cũctas de Priuileg. §. ſuper Cõfeſſiones, dicẽs, ſuper Confeſſionem autem facta fratribus memoratis, cũ de confitentibus ſolius præiudicio ſi falſum dicat, agatur in iudicio animę ſeu pęnitentiæ foro, ſtabitur ſimplici verbo illius, qui ſacramenta petit prædicta, & dicit fratribus ſe Confeſſũ. Quare perperam quidem agunt plerique Sacerdotes Parochialium Eccleſiarum, nolentes audire Cõfeſſiones, ſuorum pœnitentium, neque miniſtrare eis, maximè in præfata die Reſurrectionis, Sanctiſſimam Communionem, angentes eos deferre ſecum inſcriptis prædictam fidem factæ Confeſſionis, quam minimè, vt ſuper oſtenſum eſt, nec Confeſſarij facere, nec pęnitentes cõſequenter deferre aſtringuntur. Nec obſtat id, ꝙ
34 multi Curati dicere ſolent, nempe cauſa propter quam prædictam fidẽ requirunt, eſt, vt ſaltem ſemel in anno agnoſcere poſſint vultum Pecoris ſui; cum ſit de iure diuino, quod Paſtor bonus agnoſcat vultum pecoris ſui vt ſcribitur *Eccleſ. c. 32.* quod fieri nequit, ſi pęnitentes nunquam, prædictis Curatis confiteantur, & hæc eſt vna ratio quam alligant Curati contra fratres Mendicantes, præſertim Prædicatores, & Minores, quod etiam ſemel in anno ad minus quilibet Parochianus debeat ſuo Rectori proprio confiteri omnia peccata ſua, licet etiam ſit eiſdem fratribus Confeſſus; Ad quod reſpondetur tamen cũ ea qua decet reuerẽtia, licet enim in *c. omnis de pœnit. & remiſſ.* ſtatutum ſit quod quilibet cõfiteatur ſemel in anno ſuo proprio Sacerdoti, Papa tamen in illo Concilio non alligauit poteſtatem ſuorum ſucceſſorum, quin poſſint ſubrogare, & adiungere ſocios, & dare Coadiutores ipſis Sacerdotibus Curatis in illo caſu, qui ſimili poteſtate vterentur in huiuſmodi cum illis, quod & fecerunt, ſcilicet fratres in alio Concilio ſcilicet Viennenſ. *Clement. dudum de ſepult.* & ſic cũ ambo Concilia ſint eiuſdem auctoritatis, meritò per poſterius, primo derogatum, licet de ipſo non faciat mẽtionem: & ſic neceſſitas, quæ inerat confitẽdi vni, ſcilicet proprio Sacerdoti, vt *in d. c. omnis* dilatata eſt & ampliata ad plures Sacerdotes per dictũ Concil. Viennen. & ſic cum pęnitentes plures habeãt odio ſuper hoc quo ad Confeſſionem ſuos Curatos: meritò illis plus expedit oſtendere fratribus, quam ſacerdotibus Curatis vultum ſuum, qui licet eadem poteſtate fungantur cum alijs, tamen ſcientia, & diſcretione alijs præferũtur, ſicut ſunt fratres, in quibus, vt plurimum, quam in Rectoribus ſcientiæ Clauis viget: & ſic plus proficient, quam alij in vultus inſpectione, *arg. 20. diſt. per totum de ſtat. & qualit. c. cum ſit arſ. de Renunt. c. niſi. §. pro deffectu.* Hæc gloſa ſingularis in *extraua. Sedes Apoſtolica. Verb. Singulorum vultus de offic. delegat.* Hinc ea maiori charitate qua poſſũ, rogo vos Curatos fratres in viſcerib. Ieſu Chriſti, vt ꝑ miſericordiã Dei, ne quæſo ægrè feratis ſi pęnitentes fratribus Mendicantibus, etiam in Paſcha confiteantur, conſiderate fratres chariſſimi, quod nos, regulares veſtros ſumus coadiutores, vnde ſicut cõſilium Ietrhi valde vtile Moyſi fuit, per quod diuiſum fuit inter alios gubernĩu populi Iſrael, ex quo Moyſes onus illud minori cum labore ſuſtinuit; ſic priuilegium conceſſũ nobis Regularibus a ſupradicto Cõcil. Viennenſ. *Clem. dudum de ſepult.* audiendi Confeſſiones ſecularium ẽt in Paſchate, eſt vtiliſſimum etiam vobis Curatis, quia cum onus audiendi Cõfeſſiones diuiſum ſit inter vos Rectores, & nos fratres, ſequit̃, quod ab huiuſmodi onere aliqualiter exonerati eſtis, quod vos hilariter certè deberetis perferre; & eo magis cũ per

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

prędictum Priuilegium, non tollitur a vobis, quin vultum pecoris veſtri cognoſcere non valeatis, imo è contra; quandoquidem de iure cum cunctos veſtros Parochianos in Paſchate Communicare debeatis, eos communicando, dubio procul manifeſte ſi confeſſi ſint, optimè cognoſcitis. *Ex Rodriq in expoſitione Bullæ Cruciatæ, §. 4. dub. 2 num. 3. fol. 46. & §. 9. dub. 1. nu. 2.* & alijs Doctoribus, cum Sacræ Eucharistiæ ſumptionem ſemper præcedere debeat Sacramentum confeſſionis. *c. omnis de pęnit. & remiſſ. Concil. Triden ſeſſ 13. cap. 7.* Si qui ergo Regulari Confeſſario confeſſi ſint in Paſcha, non poteſt Parochus eos expellere negando communionem abſq; alia cauſa. *Henriq. de pęnit. Sacram. cap. 6. num. 9.*

Circa vigeſimumſecundū; cū confeſſio ſacramentalis debeat eſſe integra. *c. omnis de pęnit. & remiſſ.* cum eius integritas ſit de iure diuino, ſecundū
35 omnes, & ſæpius contingat aliquē confiteri Sacerdoti inferiori peccata reſeruata, a quibus ille nō poteſt abſoluere, cum non reſeruatis a quibus poteſt, Hinc naſcitur. Quæſtio apud Doctores non parua, de modo quo vti debet pęnitens in tali caſu, confitendi, ſeruata integritate confeſſionis; ſed quia quidam quoſdam modos ponunt, non omnino acceptandos, ideo ne in errorem labamur, antequam modos veros, quibus vti debemus, dicamus, prius p̄fatos modos opere precium eſt, vt breuiter, videamus. Notandum ergo quod *Durand. in 4 ſen diſt. 17 q. vult. prout refert Angles in Floribus in 4 q de confeſſione. art de Caſibus reſeruatis.* adducit quatuor opiniones, quarum.

Prima dicit pęnitentem teneri bis integre cōfiteri, Primo ſacerdoti inferiori cui omnia peccata reſeruata, & nō reſeruata dicere debet, quibus auditis debet illum ab omnibus abſoluere; Deinde debet accedere ad ſuperiorem, cui omnia peccata tam reſeruata, quam nō reſeruata, iterum cōfiteri debet, quem abſoluet, ab omnibus, vel ſaltem remittet pęnitētem ad confeſſarium inferiorem, qui rurſus abſoluet ab omnibus. At modus iſte taliter confitendi dupliciter reicitur; Primo enim falſum eſt, Confeſſarium inferiorem poſſe abſoluere ab omnibus, ſi aliquod ſit reſeruatū, hoc enim eſt contra *Concil. Triden. ſeſſ. 14. Can. 11.* Vbi habetur, *ſi quis dixerit, Reſeruationem non prohibere, quo minus Sacerdos a reſeruatis verè abſoluat, Anathema ſit.* Secūdo falſum eſt, quod videlicet, quis ſemel legitimè abſolutus, debeat neceſſario eadem peccata confiteri denuo *Graff. Append. lib. 1. c. 7. num. 31.* Quia Deus numquam aliquam, bis ad duas integras eorumdē peccatorum confeſſiones obligauit. *Ioan. Capeauill tract. de Caſib reſeruat p. 1. c. 9 q vnica. Paulus Sanctorius de Caſibus reſeruat c. 15. nu. 155. Angles in Flor. loc. cit.* Nec Eccleſia præcipere poteſt, vt quis bis de eiſdē peccatis confiteatur, vt ſcribit *Palu in 4. diſt. 17 q. 5. art. 1. & D. Anton. in 3. p tit. 10. c. 2.* et expreſsè declarauit Bened 11. *in extrauag. inter cunctas de Priuileg. Paul Comitol lib 1 de Sacram q. 31. num. 1.*

Secunda opinio aſſerit pęnitētē debere ſimiliter omnia ſua peccata reſeruata, & non reſeruata cōfiteri Sacerdoti inferiori, qui ab omnib. abſoluet, hac lege, vt poſtea corā ſuperiore compareat, non vt ab illo abſoluatur, ſed vt vultum Pecoris ſui agnoſcat, cui debet ſola peccata reſeruata manifeſtare; & hic modus dicendi eſt Adriani, qui exiſtimat pęnitētem habentem Caſum reſeruatum, ſi ſacramētaliter ab inferiori abſoluatur, poſtea a ſuperiore non abſolui ſacramentaliter. Hæc opinio etiam falſa eſt dupliciter; Primo in eo quod dicit, inferiorem poſſe abſoluere a reſeruatis, hoc enim iam oſtendimus damnatum eſſe per *Conc. Trid loc. cit.*

Secun-

Digitized by Google

Secundo, etiam in eo, quod dicit, peccata reſeruata confitenda ſuperiori, non vt ille abſoluet, ſed ſolū, vt vultum pecoris ſui agnoſcat; eſt enim periculoſum, cum ſit cōdemnatum per Concil. Tri. loc. citato, vbi dicit Anathema illis, qui dicunt Epiſcopos nō habere poteſtatem reſeruandi caſus, niſi quo ad politiam externam, non autem in foro conſcientiæ. *Paul. Sanctorius Capeauil. & Angl. loc. ſupracit.*

Tertia opinio tenet hominē dum peccata reſeruata committit, peccare in Deum, & in Eccleſiam; quare cōfitendo illa Sacerdoti inferiori abſolui Sacramētaliter in foro Dei, cōfitendo Superiori abſolui in foro exteriori Eccleſiæ nō Sacramentaliter. Hic modus reijcitur, ſicut & fundamentum cui innititur; Diſtinctio enim illa quam præſupponit, nō habet locum in peccatis; nemo enim verè peccat niſi in Deum; & ideo ſi per Claues Eccleſiæ pęnitens verè abſoluitur, ab inferiori a reſeruatis quo ad Deum, nō indiget alia abſolutione à peccatis. *Angleſ. & Capeau. loc. cit.*

Quarta opinio defendit pęnitentē poſſe confeſſionem dimidiare; dicit enim penitentem debere Confiteri omnia peccata reſeruata ſuperiori qui ab eis tantum abſoluit, vel ad inferiorem abſoluendum remittat; & non reſeruata ſuperiori, qui ab eis ſolum abſoluet. Hic modus dicendi eſt *Nauar. in Man c. 26 n 6. & latius in ca. conſideret §. cautus num. 10. de pęnit. diſt. 5. Caiet in ſum. Verbor. Confeß. conditione. 10. & Sot. in 4 d. 18. q. 2. ar. 5.* Quod hic
37 modus ſit relinquendus, patet, quia integritas Cōfeſſionis eſt de Iure Diuino, non ſolum ſecundum opinionē Theologorum, ſed etiam Canoniſtarum; Non poteſt ergo confeſſio diuidi, niſi vrgenti graui admodū neceſſitate. *Angles. Sanctorius, & Capeanil. loc. ſup. cit.* His quatuor additur.

Quinta opinio, quæ tuetur pęnitētem obligari confiteri omnia peccata reſeruata, & non reſeruata Sacerdoti inferiori ſi prius eidem confiteatur, qui abſoluet ſolum à non reſeruatis, remittendo pęnitentem ad Superiorem pro abſolutione reſeruatorum. Hic modus eſt D. *Thom. in 4. Senten. diſt. 16. art. 2. ad 4. & Richar. d. 17. ar. 2. q. 8.* Quod dictus modus quoque nō ſit bonus, ratio manifeſtè cōuicit, quia non magis debet diuidi abſolutio, quam confeſſio, cum vtraq; pars ſit Sacramenti, ſed Iure Diuino confeſſio debet eſſe integra, extra caſum neceſſitatis, ergo & abſolutio quę cadit ſuper confeſſionem, ſicut forma ſuper materiam. *Angleſ. Sanctorius. & Ioan. Capeauil. loc. ſupracitatis.* His ergo opinionibus reiectis & ommiſſis, reſtat, vt modos veros, breuiter percenſeamus.

38 Primus ergo modus Cōfitendi peccata reſeruata cum non reſeruatis verus, & amplectendus, eſt; Vt penitens adeat Superiorem, cui omnia peccata Confiteatur tam reſeruata, quam nō reſeruata, & ille ab omnibus ſimul Sacramētaliter abſoluat. Hic modus proprijſſimus eſt, & nullam difficultatem habet illumque proponit, & conſulit. *Concil. Trid ſeſſ. 14. de Sacram. pęnit. c. 7. his verbis. Sacerdotes cum nihil poſſint in Caſibus reſeruatis, id vnum pęnitentibus perſuadere nitantur, vt ad ſuperiores & legitimos Iudices pro beneficio abſolutionis accedant. Paulus Sanctorius vbi ſup nu. 159. Io Capeauil loc. cit.*

Secundus modus eſt, vt ſi pęnitēs,
39 qui peccatum reſeruatum habet, facilè adduci non poſſit vt ad ſuperiorē vadat, roget Confeſſarium inferiorē, vt ipſe dignetur à ſuperiore facultatē abſoluendi impetrare, in qua concedenda ſuperior debet eſſe facilis, ſecūdum omnes; qua obtēta, ab omnibus tam reſeruatis quam non reſeruatis abſoluat; hic modus maximè familiaris eſt, & hodie plurimum vſitatus. *Sanctorius, nu. 160. Capeauil. loc. cit.* animaduertat tamen Confeſſarius ne ſit

Digitized by Google

nimis facilis , vt velit indifferenter quaſi ſemper] ad Superiorem recurſum habere, (vt faciunt multi infelices Confeſſarij , qui nedum pęnitentibus peccatis reſeruatis obrutis , vt ad Superiores Iudices accedant, non ſuadent, verum etiam vt facilius & commodius in illis inſordeſcant, ſpe alicuius lucri temporalis allecti, facul
40 tatem abſoluendi ab Epiſcopis, vel eorum Vicarijs generalibus ſe petituros pollicentur) ſed ſolum quādo pro ſalute animæ pęnitētis, qui fortè niſi in illa cōfeſſione abſoluatur, amplius non Confitebitur expedire ei videbitur. Sacerdos ergo inferior qui non
41 habet facultatem abſoluendi à reſeruatis non poteſt præciſa neceſſitate , vel rationabili cauſa abſoluere pęnitentem à non reſeruatis, & illum mittere ad ſuperiorem pro reſeruatis. *Henriq. lib. 1. nu. 20. & lib. 8. nu. 80. Suar. diſp. 31. ſect. 2. Vaſq. q. 91. ar. 3. dub. 9. nu. 27. Bonacin to. 1. diſp. 5. q. 7. punct. 5. n 5.* Sed ſecretò obtinere auctoritatē abſoluendi illum; qua obtenta, debet illum abſoluere ab omnibus tam reſeruatis, quam non reſeruatis.

Tertius modus eſt , ſi Superior eſt abſens, vel ita diſtans , vt nō ſine ma-
42 gno periculo, vel per pęnitētem, vel per Confeſſariū ſiue per ſe ipſos , ſiue per nuncios aut literas adiri poſſit, & Communio Paſchalis inſtat , vel pænitens eſt Parochus cui celebrare Sacrum incumbit; tunc pęnitens ſi inferiori confiteatur , omnia & ſingula peccata reſeruata & non reſeruata , modo excommunicatione careat , Cōfiteri debet; ratio, quia integritas Confeſſionis eſt de Iure Diuino , & penitens habet præceptum integrè Confitendi eidem Sacerdoti , quādo nulla ſubeſt iuſta cauſa dimidiandi Confeſſionem: vt in hoc loco, vbi nulla eſt cauſa. *Angl. in Florib. loc. ſupr. cit.* Confeſſarius tamen audiat eius Cōfeſſionem, nō tamen illum abſoluet ;
43 Cū nullo modo poſſit illum abſoluere; ratio quia à Caſibus reſeruatis Sedi Apoſtolicæ in Bulla Cęnę Domini, & ordinarijs locorum, etiam in neceſſitatis & impedimenti caſu , excepto mortis articulo, nullus Confeſſarius, tam Regularis , quam Sęcularis abſoluere poteſt, niſi habeat licentiā, nouam , & ſpetialem à Sede Apoſtolica , vel ab ordinarijs reſpectu ſuorū Caſuum reſeruatorum in ſcriptis, vel viua voce ; alioquin excōmunicationis , priuationis officiorum inhabilitatis ad ea in poſterum obtinenda, ipſo facto pęnam incurrit , abſque vlla declaratione ; & à nullo diſpenſari , habilitari, vel abſolui poteſt, niſi à Sede Apoſtolica, pręterquam in mortis articulo ; & abſolutio aliter pęnitentibus impertita nulla eſt , nulliuſque roboris, ac momenti , vt expreſsè habetur in Decreto Sacræ Congregationis, incip. Sacra Congregatio. edito anno 1601. & declaratum per eandem Sacram Cardinalium Cōgregationem. Anno 1602. *Petr. Anton. Lazarius Canonic. Quæſt p. 2. q. 10. nu. 35.* Licebit tamen eidem pęnitenti , ma-
44 gna præmiſſa contritione , communicare, vel celebrare : quia in neceſſitate quando quis non habet copiam Confeſſarij, & eſt tempus communicandi , vel celebrandi , licet communicare, vel celebrare ſecundum omnes, & nouiſſimè *Concil. Triden. ſeſſ. 13. c. 7.* definiuit; dummodo habita copia Confeſſarij , quamprimum confiteatur Superiori, vel eius habenti auctoritatem, à quo abſoluatur, vel à ſuperiore petat facultatem , vt à Confeſſario inferiori poſſit abſolui. *Sanctorius. nu. 161. Io. Capeauill. loc. cit.* & ratio eſt, quia quando pęnitens confitetur
45 inferiori, abſente Superiore, tenetur integrè confiteri omnia ſua peccata, cum integritas Confeſſionis ſit de Iure Diuino , nulla iuſta intercedente cauſa eam dimidiandi. *Rodriq. ſum. p. 1. c. 55. nu. 10.*

Quartus modus eſt , Si pęnitens

prius

Digitized by Google

46 prius accedat ad ſuperiorem ; tunc
aut habet Caſum reſeruatũ cum an-
nexa excommunicatione, aut habet
caſum reſeruatum abſque excõmuni
catione annexa; ſi pęnitẽs habens ca
ſum reſeruatum, cui eſt excommuni-
catio annexa, prius ad ſuperiorẽ acce
dat tunc ſolum caſum reſeruatũ cõfi
teri tenebitur : a quo ſuperior non
ſacramentaliter, ſed a vinculo tan-
47 tantum excommunicationis illũ ab-
ſoluet; talis enim confeſſio nõ eſt ſa-
cramentalis, ſed iudicialis tantum a
vinculo excõmunicationis : qua qui-
dem abſolutione obtenta, pęnitens il
lud peccatum ſimul cum alijs ſacer-
doti inferiori tenetur confiteri: vt ab
omnibus ſacramẽtaliter abſoluatur.
48 Nam ſublata cenſura per Abſolutio
nem ſuperioris, talis caſus nõ eſt am-
plius reſeruatus, atque hic eſt mos &
conſuetudo Romanæ curiæ, vt tra-
dunt *Durand. in 4 ſent. diſt. 17. q. vlt &*
Cano in relectatione de pœnit. p. 5. de Caſib.
reſeruat. agens. Rodriq. in ſumm p. 1. cap.
55. num. 12. Graff. Append. lib 1. c. 7. nu.
27. Angles in Florib. loc. cit. Si autem
pœnitens habeat caſum reſeruatum,
cui non eſt annexa excommunica-
tio, & prius coram ſuperiore compa
49 reat, tunc tenebitur integrè confite
ri, & ſuperior audire illius confeſſio-
nem, vel auctoritatem concedere,
vt poſſit inferiori confiteri; aliter e-
nim confeſſio eſſet nulla, quia inte-
gritas confeſſionis eſt de iure diuino;
ſuperior ergo tenetur neceſſario au-
dire omnia peccata reſeruata & non
reſeruata prout tenent *Ledeſma. 2. 4.*
quæſt. 8. articul. 2. dub. 3. Durand in 4.
diſt. 17 quæſt. 15. Silueſt. Verb. Conf. 1.
quæſt. 19. Adrian in quæſt. 4. de confeſſio
ne, §. 7. & Victoria de confeſſione nu. 162.
ratio eſt, quia vt dictum eſt, integri-
tas Confeſſionis eſt de iure diuino, in
quo dictus ſuperior minimè poteſt
diſpenſare, nulla præſertim exiſten-
te neceſſitate, cum ipſe ſuperior poſ-
ſit remittere illum ad Confeſſorem
inferiorem cum authoritate, vt ipſũ
ab omnibus abſoluere poſſit. Et da-
50 to quod ſuperior velit extra confeſ-
ſionem ſcire peccata reſeruata, ipſius
pęnitentis, remittẽdo abſolutionem
ad inferiorem cõfeſſarium, ſigillum
confeſſionis ſeruare tenetur, cùm re-
uelatio ipſi facta ad confeſſionem or-
dinetur, vt ait *Ledeſma*, qui cũ *Adriano*
& Durando affirmat, quod pęnitẽtia-
rij Papæ non diuidunt confeſſionẽ,
ſed tantum abſoluunt a Cenſuris Pa
pæ reſeruatis, non potentes maximis
negotijs implicati integras confeſſio
nes audire. *Angles vbi ſupra. Rodriq. q.*
Regul. tom. 1. q. 21. ar. 6. & in ſum. p. 1. c.
55. nu. 13. Vbi inquit etiam quod alij
Doctores graues tenent, vt poſſit il-
lum abſoluere ſacramẽtaliter ſolum
a Caſibus reſeruatis auditis, quia cõ-
feſſio hæc, quantum ad intentionem
eſt integra. *Henriq. lib. 3. de pœnit c. 15.*
num. 4. & 5. Nau. in c. 1. §. cautus nu. 12.
de pœn. diſt. 5. Graff. Append. lib. 1. c. 7. n.
27. in fin. & ſic a ſuperiore a peccatis
51 reſeruatis abſolutus, ob integrita-
tem tamen confeſſionis (quidquid ali
qui dixerint) tenetur peccata reſer-
uata ſimul cum non reſeruatis infe-
riori ſacerdoti confiteri. *Henriq. loc. cit.*
Rodriq. in ſumma loco ſupra cit. & Floron.
p. 1 c. 6. §. 1. nu. 1. imo etiam ſi ſuperior
a peccatis reſeruatis non abſoluiſſet,
tenetur reſeruata ſimul cum non re-
ſeruatis ſacerdoti inferiori cõfiteri,
ſecundum Paludan. receptum, qui te
ſtatur ita ſeruari ab Eccleſia Roma-
na. *Nau. & Graff. loc. cit.* & ratio eſt, qa
vni confeſſario omnia explicanda
ſunt peccata, cum confeſſionis inte-
gritas de iure diuino præcipiatur; &
in nullo caſu etiam materialiter diui
di poſſit niſi ratione alicuius moralis
impoſſibilitatis, *Homobon. de Caſib. re-*
ſeruat. p. 1. c. 6 fol. 112. & 123. & quia
abſolutio data a ſuperiore a caſibus
reſeruatis quibus eſt annexa excom-
municatio, eſt iudicialis, vt igitur ſa-
cramentaliter abſolui poſsit, neceſſe
eſt,

Digitized by Google

52 eſt, quod omnia peccata reſeruata ſimul cum non reſeruatis inferiori confeſſario confiteatur; vt ſic confeſſio integra eſſe poſſit, & valida. *Horat. Gambar. de caſib reſeruat. c. 2. nu. 42. fol. 25.*

53 Et quia ſæpe contingit pęnitentē habentem caſum reſeruatum adire confeſſarium inferiorem, ideo notandum, quod ſi pęnitens prius adeat cōfeſſarium inferiorem, qui nequeat eum abſoluere a peccatis, quia peccatum habet annexam excommunicationem, tunc tenetur illi cōfiteri omnia peccata, etiam peccatum reſeruatum, cui eſt annexa excommunicatio, ſed nullo modo illum abſoluat, cum nullo modo a reſeruatis ſacramentaliter ſit abſoluendus, donec ſuperior a Cenſura abſoluat, vel abſoluendi authoritatem inferiori cōcedat; ratio eſt, quia excommunica-
54 tio maior priuat a receptione ſacramentorum, vt in *cap. ſi celebret de Cleric. excommu mini.* definitur; Vnde non erit abſolutionis ſacramentalis capax, donec per ſuperiorem ab excommunicatione abſoluatur; ita *D. Thom. in 4. diſt. 18. Graff. Append. loco cit. num. 28. Angles, in Floribus loco citato. Rodriq in ſumma p 1. cap 55. num. 9.* & ſi ſuperior poſtquam abſoluerit eum a Cenſura, remittat illum ad cōfeſſarium inferiorem abſoluendum, tunc pęnitens tenebitur integrè cōfi-
55 teri omnia peccata, reſeruata, & nō reſeruata, etiam peccatum cui erat annexa Cenſura; ratio, quia, vt etiam ſupradictum eſt, abſolutio ſuperioris fuit iudicialis, quia abſoluit, ſolum a Cenſura; vt igitur abſolui poſſit ſacramentaliter a Sacerdote, ideo peccatum, propter quod incidit in illam Cenſuram, ſimul cum alijs peccatis reſeruatis, & non reſeruatis, vt confeſſio integra ſit, opus eſt, vt cōfiteatur. Nec per hoc dimidiabit cōfeſſio-
56 nem, quia hæ duæ particulares abſolutiones, faciunt vnam integram, & vna eſt præparatoria ad reliquam. *Piſanella in Verb confeſſor. 1. Graff loc. cit. num. 30.* Et notandum, quod ſi quis occultè eſſet excommunicatus, nec poſſet ſine probabili periculo ſcandali vel infamiæ abſtinere a diuinis cū ius naturale de conſeruāda fama, aut
57 vitando ſcandalo, omni iure poſitiuo præualeat, & quod nihil cum ſcādalo faciendum ſit *c. nihil. Vbi Felin de præſcript. & c. cū ex iniuncto, de nou oper. nuntiat.* & quod fama, quæ, eſt maximum bonum multū eſt nobis neceſſaria *c. non ſunt audiendi 11. q. 3.* Vnde Cato. Omnia ſi perdas, famam ſeruare memento; poſſet ſine culpa, & Irregularitatis nota, pręuia cōtritione, & peccatorum confeſsione, quāuis non abſolueretur a confeſſario, quia obſtat excommunicationis Cēſura, ſuperiori abſēti fortè reſeruata, aliquando celebrare, & Miſſæ, diuiniſque officijs intereſsè, eaq; audire: ita expreſſe, ex veriori opinione affirmat *Gregor. Sayr. de Cenſur lib. 2. c. 3. nu. 27. & ſeq ex Mart. Ledeſm. 2. diſt. 4 q. 25. art. 1. in fin Franc. Victor. in ſumma. de ex com num. 13. Alphonſ. de Caſtr. lib. 2. de poteſt. leg pęnal. c. vlt cōcl. 2. Nau. in Man cap 2 num. 48. & cap. 27. num. 239 Cordub. q. 142. Ludou. Lopez. p 2. Inſtruct. conſcient cap. 93. in fine,* vbi ait eſſe multorum ſententiam, & *Sotus in 4. diſt. 18 q. 2. art. 5 ad 2.* ait id eſſe licitum ob grauiſsimum ſcandalum. *Angles in Florib. q. de confeſſione ar. de caſib.*
58 *reſeruat. in fine.* Quod intellige, niſi talis ſacerdos eſſet antea ita infamatus per indicia, vt maius ſequeretur ſcandalum ex celebratione, quam ſi crimen proderetur, aliàs ſi occultus ſit, vt diximus, habita contritione, aut confeſsione, ante abſolutionem poſſet ter, aut quater, celebrare; & idem cenſendum eſt de quolibet pęnitente, videlicet, ſi excommunicationis cenſura reſeruata detineatur, poterit cum cordis cōtritione ſynaxim ſumere, vel celebrare

Digitized by Google

brare, ſi Sacerdos eſt, modo quamprimum commodè poterit, legitimo Iudici, qui abſoluere queat, cõfiteatur. *Henriq. lib 13. de excomm. c. 7. §. 2. in Annot. & lib. 3. de penit. c 15. nu. 1.* Qui etiã
59 docet, Monialem, quæ incidit occultè in Cenſuram Bullæ Cęnę Domini licitè cõmunicare poſſe tempore conſueto, & aſſiſtere Choro, & officijs, à quibus ſi abſtineret, periclitaretur eius fama, & Monaſterij, id quod ante eum docuit etiam Nau. in *Man. c. 27. nu. 239.* Hanc quoque ſententiam tenet *Suarez. de Sacram. diſp. 66. ſect. 4. tom. 4. poſt Angel. Verb. Euchar. 2. nu. 6. Io. Bapt. Corrad p. 2. reſp. Caſuum Conſciẽ. quæſit. 163. in fin. Coſmus Philiarc. de off. Sacerd lib. 2. c. 10.* & ratio eſt, quia quotieſcunque concurrunt duo pręcepta incompatibilia, ſeruandum eſt, quod arctus, & maius eſt; cum igitur in caſu iſto concurrant ſimul præceptum de abſtinentia à Communione fidelium, & præceptum negatiuum non ſcandalizandi, aut ſe non infamandi, quod eſt maius, hoc potius, quã illud ſeruandum eſt: quia ſicut iugũ Chriſti ſuaue eſt; ita & mandata Eccleſiæ piè interpretanda ſunt, vt non minus grauia ſint; nec veriſimile eſt inten-
60 tionem Eccleſiæ eſſe cum tam graui iactura, & detrimento quempiã obligare velle. *Azor. tom. 1. Inſt moral lib. 10 c. 31. q 6. Io Capeauill tract. de Caſib. reſeru p. 1. c. 9 diffic. vlt* Hæc tamẽ ſententia, quam veriorem, & magis receptam eſſe tenemus, procedit modo obſit fraus, & dolus, nec ſit in mora petendæ abſolutionis; & in tali euentu, tenetur vnuſquiſq; diligenter animaduertere, an alia via infamiam, &
61 ſcandalum vitare poſſit probabilem aliam excuſationem ſine mendacio cauſando, quãdo enim id fieri poteſt, tunc cauſa, & neceſſitas celebrandi, communicandi, aut Diuinis Officijs intereſſendi, ceſſat. Hæc *Lazarius. Canonic. Quæſt p. 1 ſect. 4 ca. 18. numero 7. vſque ad 14. & Leonard. Duard. in Bulla Cœnæ Domini. lib. 1. cap. 2. q. 4 num. 6. vſque 10.*

Circa vigeſimumtertiũ: Quid ſcilicet agere debeat Confeſſarius, cum aliquẽ à Caſibus reſeruatis, à quibus
62 non poterat, ſe abſoluiſſe deprehendit; dico, quod & ſi in vtramque partem multa à Doctoribus diſceptentur; eſt tamen hæc vera, & tuta reſolutio, quod videlicet Cõfeſſarius abſoluens a quo non poterat, ſiue ſcienter fecerit, ſiue etiam ignoranter, cũ ſcire teneatur antequã abſoluere debeat, ſiue ſit Clericus Sæcularis, ſiue Religioſus, & ſi Cenſuram nullã incurrat, mortaliter tamen deliquit, & ideo mox vt animaduertit errorẽ prędictum, ſe cõmiſiſſe; ſecretò accedat ad Superiorem, petendo facultatem abſoluendi quendam pęnitentem à tali peccato reſeruato, qua obtenta, ſi nullum ſcãdalum ſecuturum timeat, pęnitentem ſi præſens eſt, conueniat: nam in abſentia nullo modo eſt abſoluendus, prout ſtatuit Clem. VIII. in Decreto Sanctiſ. D. Steph. Quarant. in Verb. Confeſſio Sacramentalis) & petita licentia loquendi de his, quæ in ſua præterita confeſſione audiuit; ſi ei talem licentiam concedat, tunc Confeſſarius dicat, notum tibi facio, in confeſſione errorem grauem me commiſiſſe, quod libenter in confeſſione (ſi iterum mecum confiteri velis) exponam, vel ſi tibi placet etiam extra confeſſionem, dicam; & aduerte quod teneris mihi dare hanc licentiam, quo facto, ſi pęnitens iteratò redeat ad cõfeſſionem, aut facultatem det loquendi de confeſſione, tũc Cõfeſſarius illicò detegat ſuum errorem circa abſolutionẽ, admiſſum; Quod ſi pęnitens conſilium prædictum Sa-
63 cerdotis amplecti neglexerit, nolens ei huiuſmodi licẽtiam præbere, neq; ad confeſſionem redire, tunc Confeſſarius liber, ac immunis à culpa remanet; imò omnis culpa, quæ fuerat Sacerdotis, in ipſum pęnitentem tranſ-

fun-

Digitized by Google

funditur. Quod ſi illum inuenire ne-
64 queat, ad amplius non tenetur Con-
feſſarius,& pęnitens apud Deum ex-
cuſatur, cum bona fide ſit Confeſſus.
ita ex *Soto in Libello de rat. degen. ſecret.*
memb.3 q.4.Victoria de confeſſ. nu. 186.
Bonacin.tom.1.diſp.5.q.7 punct.6.nu. 3.
& 4. Homob.de Caſib reſer p.1 ca.1 fol.
17.Angleſ in Florib q. de confeſſ. art. de
ſigillo confeſſ Io.Bapt.Corrad.p 1. reſpon.
Caſuum conſc.quęſit.18 Rodriq.in ſumma
p.1.c.55 nu.15.Horat.Gambar. in explic.
Bullæ Cœnæ Domini ca. 3.num.3.fol.38.
65 & ſi à Cenſuris malè quempiam ab-
ſoluit,obtenta facultate à ſuperiore,
debet illum abſentem abſoluere: nã
abſolutio Cenſurarum ferri poteſt in
abſentem,& ignorantem,& exiſtētē
in peccato mortali. *Bonac.loc.cit.nu.1.*

Circa vigeſimumquartũ, An Con
feſſarius abſoluens à Caſibus Epiſco-
66 po reſeruatis ſemper incidat in pę-
nas contentas in Decreto Sacræ Cõ-
gregationis; notandum quod Sacra
Cõgregatio Cardinalium de mãdato
Clem.VIII. edidit quoddam Decre
tum.incip.Sacra Congregatio. Anno
1601. declaratũ per eandem Congre
gationem poſtea. Anno 1602. confir
matum à Paulo V. in ſua ſanctione,
incip. Quoniam Sacra Congregatio.
edita die 7.Ian.Ann.1617.in quo De
67 creto prædictus Clemēt.VIII. dero
gando omnibus Priuilegijs ampliſſi-
mè; prohibet omnibus ac ſingulis
Confeſſarijs tam Sęcularibus, quam
Regularibus,quorumcũque ordinũ,
etiam Societatis Ieſu, ne vigore ſuo-
rum Priuilegiorum abſoluere præſu
mant à Caſibus contētis in Bulla Cę-
nę Domini clarè, vel dubiè Violatio
nis immunitatis Eccleſię in terminis
Conſt.Greg.XIIII.incip.Cum alias.

Violationis Clauſuræ Monialium
ad malum finem.

Prouocantium, & Pugnantium in
Duello iuxta Decretũ Sacri Concil.
Trid.& Conſt. Greg.XIII. incip. ad
tollendum.

Inijcientium manus violentas in
Clericos, iuxta Can. Siquis ſuadente
diabulo.17.q.2. ac iuris diſpoſitionẽ.

Simoniæ realis ſcienter contractę.
Confidentiæ Beneficialis.

Necà Caſibus, quos locorum Or-
dinarij ſibi hactenus reſeruarunt, &
in poſterum reſeruabunt, etiam in
caſu neceſſitatis & impedimenti; niſi
in mortis articulo, vel habeant licen
tiam nouam ſpetialē à Sede Apoſto-
lica,vel ab Ordinarijs reſpectu ſuorũ
Caſuum reſeruatorũ, in ſcriptis, vel
viua voce, & abſoluentes ſine præfa-
ta licentia,his pęnis afficiuntur.

68 Primò culpæ mortalis fiunt rei.
Secũdò,abſolutio tradita eſt nulla.
Tertiò, excommunicatione Papæ
reſeruata ipſo facto innodantur.
Quartò,ipſo facto; officijs, digni-
tatibus,& Beneficijs,quæ habent,pri
uati ſunt, necnon ad quæcunque offi-
cia, Præfecturas,ac Beneficia,abſque
vlla declaratione inhabiles efficiun-
tur; & à nullo diſpenſari, habilitari,
vel abſolui poſſunt, niſi a Sede Apo-
ſtolica,prætérquã in articulo mortis.
Steph.Quarant.Verb.Caſ.reſeru. Homob.
p.1.c.1.fol.14.Lazar.p.2.q.10.num.34.
Horat.Gamb.loc.cit.fol.41.

Has tñ memoratas pęnas euadit.
69 Primò Cõfeſſarius, qui Caſum re-
ſeruatũ, à quo abſoluit, probabiliter
Caſum eſſe reſeruatum ignorat: vt po
tè,quia pęnitens nõ ſatis peccati qua-
litatem explicet; Cum enim Confeſ-
ſarius Iudicis Perſonam ſuſtineat,ſe-
cundum allegata,& probata iudicare
debet: *l.illicitas.§.veritas.ff.de offic.prę-*
ſid.D.Thom.2.2.q.67.ar.2.ad 1. Secus
ſi ignoraret,vel quia non vult legere
Caſus reſeruatos, vel non vult inter-
rogare pęnitentem: tunc enim in pę-
nas incidit; quandoquidem in culpa
lata eſt, quæ dolo æquiparatur; & in
eorum numero conſtituitur, qui no-
lunt intelligere,vt bene agant. *l.Impe*
ritia.ff.de Reg.iur. & clarum eſt quem-
libet ſcire debere,quod ſui officij eſt,

Et

Digitized by Google

& ad ſtatum ſuum pertinent *D. Tho. 1.2.q.76. art.2. & Nauar. conſi. 10. de pœnit. & remiſſ. Homob. loc. cit. fol. 15. Floron. p.1.c.5. num.25. & ſeq.*

70 Secundo non incidit, quando cõfeſſarius bona fide, ſine dolo, ignoranter, aut imprudenter, ſiue inaduertenter a dictis Caſibus reſeruatis abſoluet: *Floron. loc. cit.* vt puta cum probabiliter exiſtimat ſe tunc abſoluere poſſe, eſto deinceps animaduertat, ſe non poſſe; per verba in dicto Decreto poſita, audeat, vel præſumat, quæ de ſui natura malum animum, & malitiam important, bonamque fidem excludũt iuxta doctrinam receptam Cardinalis Zabarell. *in Clemen. 1. de Priuileg. q.39.* quam ſingularem appellat, atque ad plurima accommodat *Nauar. in c. accepta. in ſolut. oppoſ. 8. num. 32. & de alien. bon. Eccleſ. num. 16.* & ante eum *Felin. in c. Nonnulli. §. ſunt & alij num. 14. de Reſcript.* & notabiliter, *Decius in cap. decernimus num. 48. de iud. Horat. Gambar. in expoſi. Bullæ Cœnæ Do-*
71 *mini c.3. num. 14. & ſeq.* Lex enim puniens præſumentem, nõ punit bona fide facientem, & generaliter inconſideratio, & obliuio inculpata cum
72 actum inuoluntarium efficiãt, nedũ ab excommunicatione, ſed etiam ab omni peccato ſaltem mortali excuſant. *Zabarella in Clemen. 1. de Priuileg. q.89. Azor. lib. 1. Inſtit. Moral. c.17. q.3. & 4. Sayr. in Clau. Reg. lib. 2. c.2. nu. 23. Vgol. in explicat. Bullæ Cœnæ Domini p.3. c.3. nu.3. & de offic. Epiſcop. p.2. ca. 37. §. 2. Caietan. & Armill. in Verb. inconſideratio. Sanchez tom 2 de Matrimo. lib 9. diſput. 32. Homobon loc. cit. & fol. 16. Lazar. vbi ſupra num. 44.* Hinc Nauar. in *Man. c.27. num. 47.* Cum Papa inquit
73 in Bulla Cœnæ Domini excommunicet abſoluere præſumentes contra prohibitionem dictæ Bullæ ab excõmunicatione, abſoluẽs animi ſimplicitate hanc Cenſuram non incurret, prout etiam notaret *Rodriq. quæſt. Regul. to. 1. q.47. a.2. Lazar. lo. ci. n.45. in fin.*

74 Tertio nec vbi ſacerdos non propriè dubitat, an poſſit abſoluere nec ne, ſed pro ſe habet, opinionem probabilem, tunc enim poteſt, etiam ſi in contrarium adſit probabilis opinio, vt ait *Suarez tom. 4. diſp. 76. ſect. 6. Bonacin. tract. de Sacram. diſp. 5. q. 7. pun. 5. § 4. num. 4.* Eccleſia enim ſupplet iuriſdictionem; & ob id qui ſequitur opinionem probabilem Doctorum dicentium poſſe abſoluere licitè, & rectè abſoluit. *Floron. vbi ſupra.* Imo etiã ſi dubitat an peccatum, quod illi pœnitens confitetur ſit reſeruatum ſuo ordinario, nec ne, & ſic dubitans illũ abſoluat, non incidit in dictas pœnas, ſed ſolum peccaret mortaliter, & abſolutio eſt nulla, ratio, quia ſupradictum Decretum, vbi loquitur de caſibus reſeruatis ordinario, nihil dicit, de claro vel dubio, ſicut facit vbi loquitur de caſibus Papæ, & Sedi Apoſtolicæ reſeruatis. *Floron. p.1. §.3. num. 6. in fin.*

75 Quarto, nec Regularis abſoluens quempiam alium Regularem a Caſibus reſeruatis ſuo Prælato Regulari, pœna excommunicationis, & priuationis officiorum, dignitatum, &c. Quæ in dicto Decreto continentur, non ligatur; ratio, qui Decretum loquitur de Caſib. reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, & locorũ ordinarijs, qui propriè ſunt Epiſcopi. *cap. omnes Baſilicæ, & c. ſeq. 16. q.7 cap. 1. de offic ord extrauag. Io. 22.* execrabilis. §. Cæterum ordinarios de præben. Nec Verbum,
76 locorum, adaptari poteſt Regularibus Prælatis, qui non ſunt ordinarij locorum, ſed Fratrum; & propterea non cõuenit eis dicti Decreti diſpoſitio, quod ſtrictè, & propriè interpretari debet, *c. odia. cum alijs vulg. Horat. Gamb. loc. cit fol. 45. Lazar. loc. cit numero 47.*

77 Quarto, nec incidunt Vrbis Romæ Cõfeſſarij, vel extra Italiam degentes, ſi quidem Decretũ loquitur tantum de ijs Confeſſarijs, qui per

vni-

Digitized by Google

vniuerſam Italiam, extra Vrbem degunt, ergo ſecus eſt de alijs; *Incluſio enim vnius, excluſio eſt alterius. leg. cum Prætor. de Iudicib c. nonne. de præſumpt. Vgol. de poteſt. Epiſcop p. 2 c. 37. §. 2. ſub num. 3 Horat. Gamb. vbi ſupra nu.* 8 *fol.* 41 *Floron. vbi ſupra . Lazar. loc. citato. num.* 48.

78 Quinto, & vltimo, nec incidit, qñ Confeſſarius, non ſub prætextu alicuius Priuilegij, ſed ſimpliciter abſolueret a dictis Caſibus Summo Pontifici, vel Epiſcopo loci reſeruatis; tūc enim in dictas pœnas non incideret. *arg eorum*, quæ in ſimili dicunt *Couar. in cap. Alma mater. in p. 1. relect. §. 6. nu. 9. de ſent. excom in 6. Suarez. tom. 5. diſp. 22. ſect. 6. excom. 6 Rodriq. tom. 1. Quæſt. Regul. q. 48. a 2. Sayr de Cenſur. lib. 3. ca. 31. num. 1. & ſeq. & Nau. in Man. c. 25. num.* 94. & ſic declarandum eſt dictū Vgulin. *in tract. de poteſt. Epiſc. p. 2 c. 37 §. 2 ſub num* 3. de Abſoluente a Caſu, de quo dubitat, an ſit reſeruatus. *Hora. Gamb. ſupra num. 12. fol. 42. Lazar. loc. cit. num* 43.

79 Notandum eſt tamen, quod licet Confeſſarius abſoluens a dictis caſibus, prout diximus, non incurrat dictas pœnas, & Cenſuras: attamen, cū abſoluat, a quibus non poteſt, nihil agit, & nulla eſt abſolutio; ſecūdum omnes, & eſt doctrina communis; Vnde ad maiorem notitiam pęnitentium, qui; vt plurimum, hoc ignorāt, in ſupradicto Decreto ponitur, nullā eſſe abſolutionem ibi, Pręterea nouerint pęnitentes abſolutionem, ſi quā obtinebunt contra huiuſmodi prohibitionem, eſſe nullam, nulliuſque roboris, vel momenti. *Lazar. loc cita. numero* 49.

80 Poſtremò ſummoperè obſeruandū cenſeo, quod ſi quis confeſſarius incurrat dictas pœnas, & Cenſuras abſoluendo contra ſupradictum Decretum, etiam ſi caſus ſit occultus, non poterit abſolui in foro conſcientiæ ab Epiſcopo ſuo ordinario vigore, *c. 6. Concil. Triden ſeſſ. 24. de Reformat.* Nā licet ibi concedatur Epiſcopis generaliter facultas abſoluendi ab omnibus caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis in foro conſcientiæ, nec diſtinguatur de antea reſeruatis, vel poſtea reſeruandis; attamen ſacra Cardinal. Congregatio declarauit, dictum *cap. 6.* de ante promulgationem Concilij Tridentini reſeruatis eſſe intelligendum, hoc eſt, Epiſcopum minimè abſoluere poſſe a caſibus occultis Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, quos Papa poſt dicti Concilij promulgationem ſibi reſeruauit. Quare dicta ſacra Cō-

81 gregatio reſpondit Epiſcopo Cremon. non poſſe abſoluere ingredientes clauſuram Monialium, nec mulieres ingrediētes Monaſteria Religioſorum, licet caſus eſſet occultus, vt referunt *Lel Zechus. tract. de Sacram. tit. de pęnit. c. 14. circa princ. & Ioannes Capeauill. de Caſib reſeruat. c. 14 q ſi. & tradit D. Dominicus Anſ. ſſius in ſuo tract. ſacrarum Reliquiarum, §. 19. num. 27. & ſeq* & ſic declara adducta in cōtrariū per Horat. Gambar. *loc. ſupra cit. num. 33. fol.* 50. & vide Graff. *conſil. 4. de Homicid. num.* 20. quamuis contrarium teneant ac probent *Rodriq. in ſumma. p. 1 cap. 81 num 4. & Suarez. diſput. 30. ſect. 2. num. 12 tom* 4. nempè quod Epiſcopi poſſint abſolutè ab omnibus caſibus occultis Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, etiam poſt promulgationē Cōcilij Trid. abſoluere. *Lazarius Canoni. quæſt. p 2. q. 10. num. 50. & p. 1. ſect. 4. q 14. num.* 19. Nihilominus primam opinionem cenſeo eſſe veriorem, & ſecuriorem, & proinde ſequendam; ratio quia ſic a ſacra Congregatione Cardinalium decretatum eſt, de ſpeciali mādato Greg XIII. prout referunt *Floron. de caſib. reſer p. 1. c. 4. § 22. num. 2. fol. 277. & c. 5. §. 2. nu. 4. fol. 321. & Duard. in Bull. Cœn. Domini lib. 3 §. 2. q. 11. num.* 43. Imo dato quod tantū ab ipſa ſacra Cōgregatione eſſet emanatum dictum Decretum, equidem non

Digitized by Google

82 non eſſet ambigēdum, quin ligaret, ac ſi ab ipſo Summo Pontifice eſſet editum; nam ſacra Congregatio Cardinaliū, ſeu potius Reipublicæ Chriſtianę Sacroſanctus Senatus, ſui Principis vice fungitur, in ſibi vniuerſaliter commiſſis, vnde eius declarationes fatemur non eſſe declarationes doctrinales, ſicut latas a Doctoribus, & iuriſperitis, vt aliqui Theologi perperam dixere, ſed eſſe declarationes diffinitiuas, ſeu deciſiuas, vim legis habentes, & vt leges recipiendas, vt potè latas ex commiſſione Papæ, & a perſonis habentibus interpretandi, & reſpondendi facultatem a Principe, vt apparet ex Bulla Sixti V. quā refert Rodriq. *in Quæſt. Regul. tom. 1. q. 11. art. 1. & 2.* in qua Bulla habetur:
83 facultas ampla dictæ Sacræ Congregationis. Vnde pro lege habendum eſt, quod ab ea ſancitum eſt, ac ſi a Papa emanaſſet, vt rectè tenet *Dec. conſi 200. in fin.* quem ſequitur *Aymo Grauet. conſi. 144. & 198.* & nouiſsimè *Horat. Gamb. in explicat. Bullæ Cęnæ Domini. c. 3. num. 6 fol 41.* Hinc eadem ſacra cōgregatio cuidam Abbati Maſſanen. teſte *Nicolao Garcia tract. de Benefic. in præfat. p. 1.* ſic reſpondit. Eadē ratio habenda eſt de his, quæ ſcribuntur a Cardinalibus ſacræ congregationis Concil. Triden. nomine ipſius congregationis, ac ſi a Papa ſcripta eſſent. Et alias ſic cenſuit. Decreta, & litteras congregationis Concilij, ſemotis litibus, eſſe omnino executioni demandanda, ex quo ſequitur, quod ſupradictum Decretum eiuſdē ſacræ congregationis eſſe obſeruandum tamquam ipſius Papæ legem; & cum declarationes eius authenticæ, dicantur declarationes definitiuæ, & prolatæ commiſsione Papali, neceſſitatem imponunt tam in interiori, quam exteriori foro, eademque lege, qua obligamur, recipere declarationem Papalem tamquam veram, cum ad legiſlatorem pertineat, vera ſuarum legum intelligentia *c. 1. de iuram. calum.* eadēmet obligamur recipere declarationes horum Patrum tamquam veras, & verè mentem legiſlatoris attingentes, quæ in ſcriptis redigūtur, ſicut declarationes ipſius Principis legiſlatoris. *Rodriq. tom. 1. q. 11.*
84 *art. 2.* ideo huiuſmodi Decretū obligare, ad illius obſeruantiam, in foro interiori, & conſcientiæ, omnino cēſendum eſt; & ita, vt iam ſupradictū eſt, confeſſarius abſoluens contra dictum Decretum, etiam ſi caſus ſit occultus, minimè in foro conſcientiæ ab Epiſcopo ſuo ordinario abſolui poteſt vigore *d. c. 6. Conci Triden.* Nec minus a confeſſario Regulari iure
85 ſuorum Priuilegiorum abſolui poterit, vt rectè reſpondit *Paul. Comit. lib. 6 reſp. mor. q. 9* Quare animaduertere debēt Regulares, facultatem ex Priuilegio a Pio V. anno 1571. die 21. Iulij per Conſtit. incip. Romani Pontificis circumſpecta, &c. conceſſam Prælatis Ven. ordinis Prædicatorū, & per commmnicationem extenſam alijs Regularibus Prælatis, abſoluendi ſuos Fratres, & Moniales in foro conſcientiæ, & cum eis diſpenſandi, ſicut per ſacrum Concil. Tridentinū *in d. c. 6.* Epiſcopis fuit conceſſum, reſtringi: tum ad formam dicti Decreti, eiuſque declarationis; tum ad dictam ſacræ congregationis declarationem de antea, & non poſtea reſeruatis. Hæc *Lazar p. 2. q. 13 num. 49. & ſeq. & q 10. num. 50. & ſeq.*

Circa vigeſimumquintum; A caſibus Epiſcopo reſeruatis, ſeu ab ordinariorum caſuum reſeruatione eximuntur.

86 Primo, ij qui, vel ratione Domicilij, vel incolatus, vel delicti non ſunt Reſeruanti ſubiecti, *arg. Sot. lib. 5. de iuſt. & iur. q 4 art. 1. Silu. Verb ſubditus.* Vnde ſi peccatum eſt reſeruatum in propria Eccleſia pęnitentis, non verò in ea, in qua verſatur, abſolui poterit a quolibet ordinario confeſſario,

quia

quia talis pœnitens, vt incola illius loci, & iuxta eius forum iudicãdus eſt. *Homob p.1 c.2 fol 46. & 48.*

87 Secundo nec incidit par eius, qui ſibi caſus reſeruauit; nec enim Par in Parem imperium habet, *c innotuit §. quamuis, vbi Abb. de elect.* Multo minus ſuperior. *cap cum inferior. de maiorit. & obed.* Non igitur Legatus a latere, non Nuntij Apoſtolici, in caſibus ab Epiſcopis, vel Archiepiſcopis, vel Patriarchis reſeruatis ligabũtur. Nec
88 ipſemet, qui caſus reſeruauit: ſi quidem quiſquam in ſeipſum iuriſdictionem non habet, cum *nemo ſit dominus membrorum ſuorum, l. ſi liber. homo ff ad leg Aquil.* ſaltem, vt inquiunt Doctores quò ad vim coactiuam, nõ autem quo ad vim directiuam in foro conſcientiæ: cum quo ad peccatum, & culpam attinet, ligetur: quia licet Princeps ſit ſolutus legibus, debet ta-
89 men ſecundum leges a ſe latas viuere, *l. digna vox. C. de legib. Iaſon in l. 1. ff. quod quiſque iuriſ Felin in cap. 1. num. 25. de Conſtitut. Graff p. 1. lib. 4. cap. 5. num. 7. dec. aur.* Hinc in *cap. cum omnes de Conſtit.* dicitur, *Quod quiſquis iuris in alterum ſtatuit, ipſe eodem iure vti debet;* iuxta illius ſapientis dictum *Patere legem quam tu ipſe tuleris D. Thom. 1. 2. q.*
90 *96. art. 5. ad 3.* Si autem Epiſcopus, vel Prælatus Regularis in caſum incidat Summo Pontifici reſeruatum, a quo ipſe alios abſoluere poteſt, eam facultatem alteri delegando, ab eo beneficium abſolutionis obtinere valet: vt caſibus occultis declarauit ſacra congregatio Cardinalium in Cõcil. Trident. *ſeſſ. 24. de reformat. cap 6. Suarez tom 5 d. 41. ſect. 2 num. 9. & to. 4. d. 30. ſect. 2. Lazar p 1. ſect. 4. q 14. nu. 20. Sayr. lib. 7 de cenſur. cap. 14. num. 5. Sanchez lib. 8. de Matrimo. d. 3 nume. 3. Marc. Anton. Genuenſ in Praxi Neapolit. cap 67 num 24. Rodriq. tom. 1 Quaſt. Regul q. 61. art 9. Miranda tom. 2. quaſt. 8. art 10. Megalus in Inſtitu. confeſſ p. 1: libro 1. cap 13. numero 10. Ludou. Beia. in reſponſ. Caſuum conſcien. p. 4. caſu. 37.*

91 Imo etiam ſi caſus Papales eſſent publici, & ratione impedimenti, vel neceſſitatis imminentis ſibi competũt, poterit eos alteri demandare, vt ex communi Doctorum ſententia traditidem. *Sanchez lib. 2. de Matrimo. diſput 40 q. 2. num. 14. & Alexand. de Peregr. in tract. de Duello q. 37 num. 10. & Reginal. lib. 1. cap. 11. ſect. 1. num. 135.*

92 Tertio caſu reſeruato non tenetur is, qui illum committit, ſed ante abſolutionem, Epiſcopus, vel Prælatus reſeruans, vel ab officio amotus eſt, vel vita deceſſit: tunc enim illi caſus cum ſint ab homine, illo ſublato, protinus extinguuntur: quod intelligendum eſt, niſi illa caſuum reſeruatio eſſet facta per modum ſpetialis ſtatuti, vel perpetuæ conſtitutionis, veluti ſi dicat, quod abſolutio a nemine fieri poſſit, niſi a nobis, vel Epiſcopo, qui fuerit pro tempore; vel reſeruando Curiæ ſeu Sedi Epiſcopali, tũc enim cum ſtatutum duret, non expirat nec deſinit reſeruatio, niſi a ſucceſſore fuerit reuocata, vel a Capitulo Sede Vacante, quia ab ipſo ſucceſſore ſeu capitulo, abſolutio eſſet petenda, per ea quæ tradunt *Doct. in c 2. de Conſtit. & in cap fin de offic. delegat. Bartol. Medina lib. 1. Inſtruct. Confeſſ cap. 10 in fin. Viuald de abſolut. num. 57. Paul Piaſecius. in Prax. Epiſcopali p. 2. c. 1. num. 15. Steph. Quarant. Verb. caſus reſeruati.* Licet ſecus dicendum ſit de caſibus reſeruatis in Bulla Cœnæ Domini, cũ
93 *Lex Pontificia, & Sedes Apoſtolica ſemper Viuat c fin de Conſtitut.* Nam licet olim caſus reſeruati in Bulla Cœnæ domini, dicebantur ab homine, quia Sede vacante, eorum vis expirabat, *Corra. p. 1. reſp caſ conſcien q 46. in Addit* hodie tamen a tempore Pij V. additur in prædicta Bulla hæc clauſula. *Volentes præſentes proceſſus noſtros, ac omnia, & quæcunque his litteris cõtenta, quouſque alij huiuſmodi proceſſus a nobis, aut a Romano Pontifice pro tempore exiſtente*

Digitized by Google

ſtente fiant, aut publicētur durare, ſuoſq; effectus ſortiri. Per hanc.n. clauſulam, Bulla non expirat mortuo Pōtifice, ſed durat vſq; ad futurū Pontificem quouſq; alia promulgetur, *ita Tol lib. 1.c.19.n.5. Nau.c 27. nu.74. Suarez de Cenſur.diſp.21. ſect.1. numero 1.& lib. 1.de legib capitu 10.numero 15. Ioan.Salas,diſp.1.ſect 9.num.62 Duard.in Bull. Cœnæ Domini lib 1.c.3.q 7.concl.3.num. 28.& ſeq.*

94 Quarto caſuū reſeruatione nō tenetur, qui mādat, vel conſulit alicui, vt delictum reſeruatū committat: nā cum diuerſa ſint, & valde inter ſe differant facere, & mandare, qn̄ pœna aliquid facienti imponitur, Mandās, vel Cōſulens, non comprehenditur, niſi exprimatur. *Dec.in l.conſilij, ff. de Regul.iur. Nau.in Man c.27 nu.51. Henriq.de excom c.21.n 1.in gl. Sayr.de Cenſur.lib.3 c.11.n.25.* & additur commu-

95 nis ratio, quod in caſibus reſeruatis, vt potè pęnalibus ſtricta debet fieri interpretatio, *c.odia de regul. iur in 6.* Niſi tamen aliud de ſtatuentis mēte appareat, vel præſumatur.

96 Quinto non ligatur, qui delictum reſeruatum nō cōmiſſit, vel perfecit, ēt ſi conatus ſit ipſum cōmittere. Eſt namq; generalis Regula; quod vt qs incurrat in caſus reſeruatos, vel cenſuras, vel irregularitatē, sēper requiritur actus conſummatio, & perfectio, *Caiet.in verb.excom.in princ. Fel.in tract. An conatus debeat puniri non ſecuto affectu. Nau.conſi.31.de ſent excom. num.2. Graff in Praxi libro 1.capitulo 4. numero 10 & 12.& capitulo 13.numero 37. Stephan.Quarant Verb.Sodomia.in Addit.limit.3 Graff p.1.li.4 dec.aur.cap.8. num.61.*

97 Sexto non erit peccatum reſeruatum, vbi qui illud perpetrauit, ſemel ab eo fuit legitimè abſolutus, ſi enim deinceps illud cōfiteatur, ſuperioris reſeruantis auctoritate opus nō erit. Hinc qui, vt dicunt Doctores, facit cōfeſſionē generalē de peccatis alias ritè confeſſis, quo ad reſeruata abſolui poterit a quolibet cōfeſſario. Quinimò abſolutus tunc a cenſuris, & caſibus reſeruatis, ſi poſtea aliquorū reſeruatorum, vel cenſurarū recordetur, a quocunq; confeſſario approbato abſolui poterit, vt ex communi ſententia tradit *Sayr.li. 2. de Cenſur.c. 20.n 35. Suarez to.3.d 3 ſect.3.n 9. Rodriq q.Regul.tom.1.c.21.a.7 Mirand.to. 2 q.34.a 13.* Quod aliqui ad vota, ēt extendunt. *Clau.Reg.lib 6 c.12 n.17. Hēriq.de Indulgen. c.11 n.4. Sanchez, lib.8. de Matrim diſp.15.* Quod procedit, ēt

98 ſi is valenti abſoluere a reſeruatis inualidè, & inefficaciter ad ſalutem animæ fuerit confeſſus. Niſi tamen hic defectus circa ipſum peccatum reſeruatum contingeret, vt quia nō haberet propoſitum ſe de illo emendādi, aut illud nō integrè, & ſatis declaraſſet, vel niſi abſolutio a reſeruatis daretur per modum Indulgentiæ confitētibus conceſſæ, vt in Iubilæis fieri ſolet: tunc enim de concedentis intentione valida confeſſio requiritur, *Reginal.p 1.lib 8.c.5.ſect.2.n 62.* vt etiam dixi ſupra, *num.9.*

99 Septimo non incidit, quando qui caſum reſeruatū commiſſit, vſu rōnis carebat, cuiuſmodi sūt furioſi, infantes, Ebrij, ſemidormientes, & huiuſmodi; cum enim ſi mortiferè nō peccent, eo quod quidquid agunt, nō intelligunt, caſuum reſeruatione nō tenentur. Doctores *in c 1.de delict.puer. & in Clement.1. de homicid. Vgol.de offic. Epiſcop.p 2 c 39 §.7.*

100 Octauo, quando quis incidit in peccatū reſeruatum, v.g. in blaſphemiam hæreticalem, dicēdo illud turpe verbum (quod reuera nunc dicere pudet) nempe, Potta, tamen non aduertit ad verba, quæ dixit, vel ignorat quid ſibi velit, Potta, vt qa eſt rudis perſona: nam tunc cum non committat peccatum mortale, nō incidit

101 in caſum reſeruatū; etenim ad conſtituendum peccatū mortale, requi-

Digitized by Google

ritur integrum iudicium, *c. 1 de delic. puer or.* & peccatum adeo eſt peccatũ, quatenus eſt voluntarium ex voluntate. n. peccata procedunt, quæ libero mentis arbitrio, & delinquentis propoſito committuntur, *c. 1. 15 q. 1. §. 1. Graff. Append. lib 1. c. 7. num.* 55. & idem fatendum eſſe cenſeo de omnibus alijs, videlicet, quod quotieſcunque id quod pęnitens facit, nõ eſt peccatũ mortale, numquam incidet in caſum reſeruatum, cum, vt ſupra dictum eſt, reſeruatio non debet fieri, niſi de peccatis mortalibus.

102 Circa vigeſimumſextum, An cõfeſſio reſeruatorũ facta ſuperiori, aut ipſius auctoritatem habenti, ſine debita contritione, ſeu diſpoſitione, ſaltim valeat, vt poſtea pęnitẽs cuicũq; alij confeſſario inferiori approbato, cui voluerit ea confiteri poſſit, & ab eo abſolui. Reſpondetur cum diſtinctione, aut peccata illa reſeruata habent annexam aliquam cenſurã excõmunicationis, aut nullam cenſuram annexam habent. Si Religioſus ſeu pęnitens habet peccata reſeruata cũ cenſura excommunicationis, tunc ſi fuit abſolutus ſacramentaliter a caſibus reſeruatis per ſuperiorẽ, aut per habentem eius ad id poteſtatẽ, cõfeſſione exiſtente inualida, & nulla abſolutione propter defectũ contritionis, attritionis, ſeu debitæ diſpoſitionis, non tenetur dictus pęnitens amplius dicta peccata reſeruata confiteri Prælato, aut eius habenti authoritatẽ; quia prędicta abſolutio, hũc operabitur effectũ; vt ipſorum reſeruatio tollatur, vt proinde poſtmodũ poſſit pęnitens cuicunq. alij legitimo cõfeſſario confiteri, & ab eo ab eiſdẽ abſolui; ſufficit. n. ipſum peccatum reſeruatũ eſſe cognitũ, & reuelatũ ipſi prælato, aut eius poteſtatem habenti, vt ſic ceſſet ipſa reſeruatio. *Sil. ver. confeſſ.* 1. *q.* 19. *Caiet. ſum. verb. caſus reſeruatus*, & eſt communis ferè omniũ Doctorũ, affirmantiũ idem omnino eſſe dicẽ-

103 dum, qñcunque Pęnitens aliquod peccatum mortale malitioſè tacuit, dummodo omnia peccata reſeruata reuelauerit. Et idipſum dicunt, quando pęnitens tempore Iubilęi, aut Bullæ concedentis abſolutionem a cẽſuris, propter ipſius culpam, & propter aliquam cauſam, & rationẽ ex ſupradictis, aut quia peccatũ aliquod mortale tacuit, inualidè fuit abſolutus, omnia tamen peccata mortalia reſeruata confitendo. In hoc enim caſu finito tempore Iubilæi, aut Bullæ, dicunt grauiſſimi Theologi; illã inualidam cõfeſſionem, operari vt reſeruatio peccatorum tollatur. Cum. n. cõfeſſor virtute Iubilæi, & Bullæ poſſit abſoluere a cenſuris, & a peccatis, & abſolutio cenſurarum præcedat abſolutionem peccatorum, & cum abſolutio cenſurarum nõ pẽdeat ab abſolutione peccatorum, non requiritur diſpoſitio ex parte pęnitentis, vt a cẽſuris abſoluatur. Cum enim reſeruatio ſit quid odioſum, & confeſſarius virtute Bullæ aut Iubilęi poſſit, vt dixi abſoluere a cenſuris, ẽt extra ſacramentalem cõfeſſionẽ, dico quod abſoluendo ab eis in confeſſione inualida ex defectu pęnitentis, valebit tamen ſaltem, vt abſolutio extra confeſſionem; cum abſolutio a cẽſuris, ſi non valet, vt abſolutio ſacramẽtalis, poſſit valere, vt dixi, vt abſolutio extra confeſſionem, ad cuius validitatẽ non requiritur tanta diſpoſitio, quin vero nec vlla diſpoſitio, cum a ſuperiore conferri poſſit etiam in inuitũ, & ſic ex illa regula iuris, *c. vnico. de deſponſ. impub. in 6. Si non valet, quod ego ago, vt ago, valet, vt valere poteſt.*

104 Si vero peccata reſeruata nullam habeant annexam cenſuram excõmunicationis, ipſorum cõfeſſione, & abſolutione exiſtente inualida, propter quamcunq; cauſam, ſiue propter pęnitentis indiſpoſitionẽ, nõ deſinũt eſſe reſeruata, nec abſolui poſſunt poſtmodũ, niſi a ſuperiore, vel ipſius au-

ctori-

Digitized by Google

ctoritatem habēte, ad reſeruatorum abſolutionem, quod ēt intelligendū eſt, ſiue abſolutio prima facta ſit a ſuperiore, ſeu ab ipſius auctoritatē habente, aut verò virtute alicuius Bullæ ſiue Iubilæi,& ratio eſt,nam dicta abſolutio fuit collata ad abſolutionē peccatorum,nec in ipſis peccatis fuit aliquod annexū, quod tali poſſet ꝑter ipſa peccata: ſed ipſa peccata (vt ſupponitur)non fuerunt ſublata propter pęnitētis indiſpoſitionem ergo remanent,ſi ergo remanent,& antea erant reſeruata, ſequitur quod nec abſolui poſſunt,niſi a ſuperiore, aut ipſius auctoritatem habēte. Supradicta omnia confirmantur,quia nec ſuperiores,nec Bullæ, ſiue Iubilæū cōcedunt,aut concedere intendūt, peccatorum reſeruatorum abſolutionē, niſi verè pęnitentibus,verèq; diſpoſitis,illi autem,qui ſcienter tacent peccatum mortale,aut non habent debitam contritionem,aut attritionē, verè pęnitentes minimè poſſunt nūcupari,cum ergo non ſint verè pęnitentes manifeſte ſequitur, quod non cōſequuntur dictam abſolutionem,qua nō cōſequuta, peccata ipſa reſeruata remanēt ſicut antea, *Rodriq. q. Reg. to. 1 q. 21. a. 7. Ludouic. Miranda Man. Prælat. to. 2 q. 34. art. 13.* ex quib. infertur,
105 quod quando Prælati Religionū, in aliquibus feſtiuitatibus concedūt ſuam auctoritatem, vt eorum ſubditi poſſint abſolui a caſibus reſeruatis,ſi ipſi intra tempus conceſſum omnia peccata reſeruata confitētur ſine debita contritione: aut ſcienter celato aliquo peccato mortali, minimè remanent liberati a dicta reſeruatione: & ſic tranſacto dicto tempore tenentur ea confiteri confeſſario non cuicunq; potenti abſoluere a mortalibus, ſed potenti abſoluere ab eiſdē reſeruatis,& hoc probatur,nā Prælati,vt fit in noſtra ſacra Religione,qn̄ ſimilem concedunt authoritatem,in hæc verba prorūpunt; Vt fratres poſſitis cū puriori conſcientia hanc feſtiuitatem celebrare, Pater noſter Prouincialis vobis omnibus ſuam authoritatem impartitur. Quæ verba ſatis indicant,eam authoritatē concedi in ordine ad purificandas conſcientias fratrū, vt cū maiori puritate diuina ꝑdictis dieb. feſtiuis poſſint miniſtrare,& Prelatos minimè dictam authoritatem velle concedere, qui purificādis ſuis conſcientijs minimè incumbunt,accedendo ad ſacramentū pęnitentię ſine debita diſpoſitione,aut celando aliquod peccatum mortale, diuinæ gratiæ obicem ponendo. *Rodriq.*
106 *loc. cit. in fin.* Et ſummopere, quo ad abſolutionē caſuū reſeruatorū, notādum eſt, ꝙ Prælati generales habent authoritatē ad abſoluendū fratres totius ordinis a peccatis reſeruatis in ſua Religione: Prouinciales aūt poſſūt abſoluere oēs fratres totius Prouinciæ,& Hoſpites ad ſuā Prouinciā declinantes;alij vero inferiores,ſi habent authoritatē abſoluendi a peccatis reſeruatis actiuè,ſi hāc habēt a Generali poſſunt ea vti cum oībus fratribus totius ordinis,cū oēs ſint ſui ſubditi;& ſi a Prouinciali,cū fratrib. tm̄ illius Prouincię, & ēt cum Hoſpitib. ad eā venientib. ex cōceſſione Greg. XI.& Clem. IV. & ſi habent authoritatē paſſiuam,vt poſſint ipſi abſolui a prædictis caſib. poterunt confiteri cū quouis confeſſore ordinis, ſiue ſit eis authoritas iſta cōceſſa a Generali,ſiue a Prouinciali,& ab eo a dictis peccatis reſeruatis abſolui; cū oēs ſacerdotes ordinis approbati a ſuis ſuperibus ad audiēdas cōfeſſiones fratrū, ſint idonei, pro oīb. fratrib. ordinis, *Rodriq. Quæſt. Regul to. 1. q 21. art. 3. & Miranda in Man. Prælat. to. 2 q 34. ar. 8.*
107 Circa vero Tertiarios noſtros,dico quod Cōuerſi,oblati, donati,familiares,ſeruitores,officiales, & continuè commenſales Cōuentuū,& domorū, quarumcunq Religionū,ſiue Eccleſiarū,nō ab Epiſcopis,ſed a proprijs

Digitized by Google

ipſorum Prælatis poſſunt, & debent abſolui, ab omnibus peccatis, præterquam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis. Probatur *argum. cap. cum illorum & c. Monachi de ſentent excomm.* tales enim ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, ac proin de gaudent priuilegijs ſuorum ordinum, vt patet ex conceſſione Sixti Quarti, facta Fratribus Carmelitis, *in Compend. Priuileg. Verb. oblati*, & alia eiuſdem Papæ facta oblatis Fratrum Hæremitarum Sancti Auguſtini, & ex conceſſione *Eugen. IV.* quæ habetur *in lib. Monum. ordinis ſecunda impreſſionis fol. 64. conceſſione 86.* Prælati ergo & confeſſores proculdubio poſſunt abſoluere ſupradictos ab omnibus peccatis, præterquam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, & a cenſuris, quas ex ignorantia, vel ex inaduertentia incurrerunt: ac eis Eccleſiaſtica ſacramenta, toties quoties opus fuerit, miniſtrare, ita ex *Rodriq. tom. 1. q. 20. art. 1. & Miranda tom 1. quæſt 29 artic. 6.* ratio, quia huiuſmodi Tertiarij circa hoc ſunt exempti ab Ordinariorum iuriſdictione, vt patet ex quodam Decreto Sacræ Congregationis tenore ſequenti, Sacra Cōgregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum conſulta reſpondit; Fratres Tertiarios, Mātellatos, Corrigiatos, alioſq; ſimiles ita demum ordinis, cu
108 ius tertiæ Regulæ Habitum aſſum pſerunt, Priuilegijs potiri, & ab ordinarij iuriſdictione exemptos eſſe, ſi Viri collegialiter viuant, ſeu cū Clauſtralibus habitent, & Mulieres Virginalem, ſeu cęlibem, aut caſtā Vidualem expreſſo voto, & ſub dicto habitū vitam traduxerint, quemadmodū cauetur conſtitutione concilij Lateranenſ. ſub Leone X. q̄ habetur ſeſſ. 11. in fin. Hoc aūt voto Mulierū alia duo. ſ. paupertatis, & obedientiæ nequaquā includi. Quinimò huiuſmodi Mulieres ſi vitam Virginalem, aut cœlibem ſimpliciter, expreſsèq; vouerint, ēt in conſanguineorū, & affinium ſuorum, aut proprijs domibus, vel ſeorſum habitantes ſupradictis Priuilegijs ordinis, cuius tertiæ Regulæ Habitum deferunt, exemptioneque ab ordinarij iuriſdictione frui debere, quemadmodum idē Leo poſtea declarauit conſtitutione edita die prima Martij anni 1518. Quod ſi Fratres, ſororesvè tertij ordinis, q̄d amplius prætendant vigore conſuetudinis, poſſe ius ſuum proſequi in iudicio ordinario. Hactenus ſacra congregatio. Cum ergo ſupradicti Tertiarij deferant Habitum Religionis, & cum Clauſtralibus habitent, Priuilegijs Religionis vtique gaudent; & conſequenter ſicut Religioſi profeſſi, non ab Epiſcopo, ſed a cōfeſſarijs Regularibus ſuorum ordinum habētibus authoritatem, abſoluuntur a caſibus reſeruatis, ita ipſi, non ab ordinarijs locorū, ſed a Prælatis ordinis, ſeu confeſſarijs approbatis ad audiēdas confeſſiones Fratrum, habentib. tamen authoritatem abſoluendi a caſibus reſeruatis Abſolui poterunt, & debent a dictis peccatis reſeruatis. Nec obſtat Decretum *Clem.* 8. quandoquidem, vt clarè patet hos minimè comprehendit, cum, vt ſupradictum eſt, ſint exempti ab ordinarij iuriſdictione, & gaudēt Priuilegijs Religioſorum, qui ſiquidem Religioſi ab huiuſmodi Decreto eximūtur, vt omnes fatentur Doctores. Et poſſunt etiam tuta conſcientia, abſque ſcrupulo, in dictis locis Religioſorū vbi degunt, etiam in Paſcha ſumere Sacram Cōmunionem. Decretū enim ſacræ Congregationis, quod refert *Ema Sà. ver. Euchariſtia n. 9.* non loquitur de Tertiarijs, ſed ſolum de Laicis. Debēt inquit Laici, qui Regularibus ſeruiunt in propria parochia, communicare in Paſcha, prout eleganter tradit *Bonacin. tom. 1. diſputa. 4. quæſtio. 7 punct. 2. numero* 10. Vnde a diuerſis non fit illatio, vt dicitur in iure.

Circa

Digitized by Google

109 Circa vigeſimumſeptimum; Quo ad Nouitios; & ſi quidam aſſerere audeant, Nouitios Conſtitutionib. Regularibus obligari, caſibuſque reſeruatis eiſdem Prælatis ligari, ac ſine eorundem Prælatorum licentia ab eis abſolui minimè poſſe; Qua de re *Cordub. in ſuo Quæſtionario magno lib. 1. q. 30.* duas refert contrarias ſentẽtias, & opiniones: His tamen breuitatis gratia omiſſis; propoſitæ difficultati breuiter reſpõdendo dico, quod Religionum Nouitij antequam profiteantur, nullo modo incidunt in caſus in ſua Religione reſeruatos; antequam enim ſuæ Probationis annũ expleant, profeſſionemq. emittãt, nullo modo dici poſſunt, quod ſint verè & propriè Religioſi, ergo nõ poſsũt, vt alij Religioſi profeſſi ligari cenſuris, & conſtringi caſibus in ſua Religione reſeruatis. Cum enim ſimus in oneribus, & odijs, *c. Religo de sẽt. excõ. in 6.* ideo in odioſis conſtitutionibus, & caſibus reſeruatis Regularium non obligantur; quapropter abſolutè loquendo, cenſeo, quod a peccatis reſeruatis ſine ſuorum Prælatorum licentia, a ſuo ordinario confeſſario abſque vlla contradictione poſſunt
110 abſolui; Quod ꝓbatur, Nouitij. n. vt cõmuniter dicunt doctores, quantum ad fauores inter Religioſos cõputantur, quantum vero ad odia, minimè in iſta claſſe collocantur; non poſſe autem abſolui a reſeruatis niſi a Prælatis ordinis, aut habentibus eorũ poteſtatẽ, quid odioſumeſt, & ideo ad Nouitios minimè eſt extendendum. *Miranda. Man Prælat. tom. 2. q. 34. art. 16. Graff. Append. lib. 1. c. 7. nu. 69. Henriq. de ſacram. pœnit. cap. 16. §. 3. Vgol de offi. Epiſcop p 2 c. 35. §. 1. Azor. p. 1. inſtit. mor. lib. 12. ca. 1. q. 10 Rodriq. Quæſt Regul tom 1. q. 21. a 11.* Eman. Sà *Verb caſus. Corolian. p. 1. ſect. 3. artic. 18. num 3 & 4.*

111 Circa vigeſimum octauum, Cõfeſſarius vocatus ad confitendum aliquem infimum, ſi dum audit eius cõfeſſionẽ ipſe infirmus laborans in extremis eò imbecillitatis, ac debilitatis veniat, vel iam iã ſpiraturus videatur, tunc confeſſarius id metuens, ne inter confitẽdum exhalat Animam, poteſt eum abſoluere dum confitetur ab omnibus cenſuris, & peccatis etiam abſque vllius pęnitentiæ impoſitione. *Nauar. c. 26 num. 21. & 28.* & ratio eſt, quia iam habet materiã de qua iudicare poteſt. *Graff. p. 1. li. 1. dec. aur c. 26. num. 7.* ſi tamen mors non ſta
112 tim ſequatur, tunc cõfeſſio integrè perficienda eſt. Imo abſolui poſſe morientem, qui nihil confiteri poteſt, ſed tantum ſigna contritionis oſtendit, tutior eſt, & magis cõmunis Doctorum ſententia, verbi gratia ſi pęnitens ante aduentum cõfeſſoris, petit confeſſionem, illo autem aduenientе iam perdidit ſenſum, tunc ſi adſtãtes confirmant illum petijſſe confeſſionem, poteſt abſolui; Ita tenet Sanctus Antoninus in ſumma de peccatis; & Rituale Romanum iuſſu Pauli V. editum de ſacramento pęnit. imò hoc expreſsè multi ſacri Canones docent, vt *c. is qui pęnitentiam cap. His qui in tempore. 26. q 6. & c. Aegrotantes de*
113 *Conſecrat. diſt 4 Tolet. lib. 3. c. 8. nu. 2.* ſaltem ſub tacita, vel expreſſa conditione, ſi hæc peccatorum explicatio, eſt ſufficiens Sacramenti pęnitentiæ materia. *Henriq lib. 3. de Sacram. pœnit. lib. 10. Suarez. tom. 4. diſput 23 ſect 1 Vinald. de abſolut num. 22. Val. tom. 4 diſp. 7 q. 11. puncto 1. Emanuel Sa Verb. abſo-*
104 *lutio. n. 10.* vel abſoluat ſub hac conditione dicendo, ſi fortè peccata habes, ego te abſoluo; & ſi infimus agonizet, ſufficit quod confeſſarius properãter dicat. *Ego abſoluo te*; quod eſt eſentiale formæ abſolutionis, & ſacramenti. *Rodriq. in ſum. p. 1. c. 59 num. 8. & 7. in fin.* in articulo enim mortis poteſt abſolui penitens a Cenſuris, & peccatis vno verbo dicendo, *Abſoluo*
105 *te*, modo abſoluens habeat intẽtio-

Digitized by Google

nem ab illis abſoluendi; quod anno-
tauit *Sotus in 4. ſent. diſt. 22. q. 1. art. 1.*
Io. Capeauill. tract. de caſib reſeruat. p. 1.
116 *c. 10. q. 7. in fin.* ſi vero infirmus nec
voce, nec nutu, vel ſigno aliquod pec
catum ſit confeſſus, nec ſigna contri-
tionis oſtendit, nullatenus ſacramen
taliter eſt abſoluendus a peccatis, ſed
ſolummodo a cēſuris abſolui poteſt;
117 Vnde Sacramentum Euchariſtiæ
pōt miniſtrari infirmo a iudicio men
tis per phreneſim, vel alias alienato,
qui antea ſigna contritionis oſtēdit,
tundendo pectus, dicendo Miſerere
mei Deus; Vel Deus propitius eſto
mihi peccatori, aut id genus ſimilia,
etiam ſi non petijſſet ſacramenta, &
obſtinatus multo tempore in pecca-
to mortali manſiſſet; nec per multos
annos confeſſus fuiſſet, quia cenſen-
dus eſt contritus, & in ſacramenta
deuotus *c. his qui 26. q. 6.* & a fortiori
Extremæ Vnctionis ſacramētū, &
abſolutio a quibuslibet cenſuris, ſi &
118 quatenus eas incurrerit. *c a nobis, el*
2. de ſent. excom. Silu. Verb Vnctio. q. 5.
Indulgentias item iuxta gratias quas
habuerit, ſed nullatenus abſolutio ſa
119 cramentalis a peccatis; Quare vten
tes in articulo mortis formulis abſol
uendi Manualium vulgariū, caueāt
ne intendant abſoluere ſacramenta-
liter eos, qui ſibi nec nutu, vel ſigno
peccata ſunt confeſſi, *Graff. p. 1. lib 1.*
c. 26. num. 29. dec. aur. Nau. in Man. cap.
26 nu. 27. vel ſaltem ſignum aliquod
oſtenderit cōtritionis, vel deſideriū
confitendi per ſe, vel alios demoſtra-
uerit, vt ſi ante aduentum confeſſo-
ris, petijt confeſſionem, ſed illo ad-
ueniente iam perdidit ſenſum, quia
ſi huiuſmodi confitendi deſiderium
ſiue per ſe, ſiue per alios oſtenderit,
tunc dubio procul vtique eſſet abſol
uendus, prout ſupra ex *Rituali Roma-*
no, & Tolet. oſtenſum eſt.
120 Circa vigeſimumnonum; An vi-
delicet quēadmodū confeſſarius pōt
in articulo mortis abſoluere quoſ-
libet ab omnib. cēſuris, & peccatis re
ſeruatis, ita ēt ab eiſdē abſoluere poſ-
ſit in periculo mortis. Ad hoc reſpon
dēdo dico, quod circa Articulū mor-
tis (articulus mortis dicitur regulari-
ter cum certa mors imminet verò, ſi-
mili coniectura, aut a morbo, aut a
vulnere, aut exteriori vi, vel cū quis
ad pœnam mortis fuerit damnatus.
Couar in c. Alma mater de ſent excom. in
6 p. 1. Relect. §. 11. nu 8. Horat Gamb. in
explicat. Bullæ Cœnæ Domini c 2. nu. 56.
121 *fol. 32.*) hoc indubitatū eſt, apud om
nes tūc oēs ſacerdotes ſimplices qua-
cunq culpa, vel cenſura irretitos, ex-
communicatos, denunciatos, ſuſpen-
ſos, interdictos, ſchiſmaticos, ab Ec-
cleſia præciſos, etiam degradatos, &
Hæreticos, modo intendant facere,
quod intendit Eccleſia, & ſubuerſio-
nis periculum abſit, a quolibet pecca
to, & quauis cenſura, tam Papæ, quā
Epiſcopis reſeruata abſoluere poſſe,
c. Paſtoralis. § præterea de offi. ord prout
clarè diffiniuit Conc. Tri. *ſeſſ. 14. c. 7.*
Na. Man. c 26. n 26 et c 27. n 27 Graff.
Append lib. 1. c 7 n 52 Rodriq in ſum. p.
1 c. 59. n 4. Io Capeauil. de caſib reſer p. 1.
c. 7. q viii Vital de Abſolut. n. 64. Horat.
Gamb lo. ci fol. 31. & eſt ſentētia cōmu
nis omnium Doctorum; Conci enim
loquitur generaliter neminē excipiē
do, oēs inquit ſacerdotes, &c. q̄ ver-
ba cū ſint non tantum generalia, ſed
ēt vniuerſalia, ideo vniuerſaliter de
omnibus ſacerdotibus intelligenda
ſunt. *l. de pratio. ff. de publ in rem act.* ita
.n. ſacram congregationem declaraſ-
ſe prædicta verba Cōcilij, fatetur *Flo*
ron. p. 1. c 4 §. 18. n. 4. Nec obſtat quod
per excōmunicationē ſuſpēdatur, vel
per degradationē tollaī iuriſdictio,
ſine qua fieri nequit abſolutio, q̄ ſal-
tem habent iure diuino, nā pie credi-
tur, piā Matrem Eccleſiam nō aufer-
re illis nec ſuſpendere iuriſdictionē,
imo reſtituere, vt in illo vrgenti arti-
culo, abſoluere poſſint ab quibuſuis
cenſuris, & peccatis, *Graff. lo. ci. n. 52.*

circa

Digitized by Google

circa finem, & Nau. locis ſupracitatis. In
122 illo.n.articulo vbi res agitur, aut ꝑpetuę felicitatis, aut perpetuæ dānationis, Eccleſia Dei tāquam pijſſima mater, & eius Paſtor prouidus Pontifex maximus voluerūt, vt oī via, & remedio, exeunti ab hac vita promptiſſimè auxiliū præſtaretur, atq. ita communiter Doctores ſentiūt *Sotus in 4.ſen.d.18.q.4.ar.4.Petrus Sot.lect.5. de confeſ.Couar.in c.Alma mater, p.1.§. 6.n.8.de ſen.excom.in 6.Suarez. diſp.26. ſect.4.Val.tom.4.diſp.7.q.10.p.2.*

123 An ergo idem cēſendum ſit de periculo mortis, ita vt confeſſarius poſſit abſoluere quoslibet pęnitentes a quauis cenſura, & peccatis reſeruatis; reſpōdeo quod ſiue articulus mortis, & periculū mortis ſint idē, vt multi fatentur, ſiue ſint diuerſa; vt probabilius alij tradunt, sm̄ veriorē ſententiam Doctorū, *Sanchez. li.2. decal. c.13 n.1.Suarez, 4.to.diſp.26.ſect 4.n.3. Mol.to.4.de iuſt.diſp.63.nu.6. Duard.in Bull.cęnæ Domini lib 3.in §.2.q.2.n. 11. & 13.& Nald.Verb.abſolutio a cēſuris. nu.10.Floron.p.1.c.4.§.20.nu.3.Vgol.de cenſur.Eccl.Tab.1.c.4.§.5.n.9. Sayr.to. 1.de Cenſur.lib.2.c.20.nu.28. Reginal.in Prax.for.pęnit.lib 8.n.83.& lib 1.n 59. & ſeq.*& aliorū. Confeſſarius pōt mō quo dicam abſoluere ēt in periculo mortis ab oībus peccatis, & cenſuris.

124 Periculū aūt mortis eſt, in quo homines communiter moriūtur, ſeu vnde mors frequenter ſolet accidere, vt in Bello, in Nauigatione Maris vehementer turbati, in fęminis prægnantibus, in morbo graui, *Coua.in c.Alma mater.de ſen.excom.in 6 p.1.Relet §.11. n 8.Abb.in c.paſtoralis, §.1.n.3. de offi. ordi.Hora.Gamb.loc.cit.n.56. & ſeq.fol. 32.Tolet.lib.1.c.14.n.2. Rodriq.ſum.p.1. c.59.n.1.* modo huiuſmodi periculum ſit tale, quod probabiliter minatur mortē eſſe vicinam, & mors ſit ſecutura, vt in ſupradictis exēplis. Et quidē circa primū exemplum de bello, *Graff.p.1.lib.1.dec.aur.c.13.n.85.* ait ꝙ
125 ingreſſurus prælium nō dicitur poſitus in mortis periculo, niſi poſt ingreſsū accidat periculū, quia tunc periculum vertitur in mortis articulū, & pōt dari abſolutio eo caſu, non aūt in ingreſſu prælij. Hæc tamen ſententia eſt, contra Abb.& Hoſt.in *c.Paſtoralis, §.quia verum n.3 de offic.ordin.* qui
126 concludunt abſolutionem dari poſſe a reſeruatis quibuſcunq. prælium ingreſſuris, in Bello tamē iuſto; ſecus aūt in Bello iniuſto. Bellum aūt iuſtū tunc dicitur, quando fit auctoritate principis, cum intentione recta, qua videlicet intēditur, vel vt bonū promoueatur, vel vt malum vitetur; & cū cauſa iuſta, nēpe vt qui impugnantur propter aliquam culpam, prædictam pugnam mereantur *D.Th.2.2.q. 40.ar.1.* Item cū Homines inuaſores propulſantur, vel cum res ablatæ repetuntur, *cap.iuſtum 23.q.2.* vel cum tranſitus innoxius negatur, *c.notandū 23.q.2.* alias nouem cauſas enumerat Maior.*in 4.diſt.15.q.20.* ſi vero Bellū
127 eſt iniuſtum confeſſarius eos hortētur, ne dimicent, ſi non promittunt parere, non abſoluat; At ſi Bellum eſt iuſtum, cæteris partibus pęnitentiæ concurrentibus, his peractis, eos etiā a reſeruatis abſoluat, prout ex Hoſt. & Abb.ſentētia ſupradictū eſt.*Horat. Gāb.vbi ſupra n.59.& ſeq.fol.33. & 34.*

128 Quo ad mulieres pręgnantes proximæ ac vicinæ partui, vel partus dolores iam iā ſentientes, an dicātur poſitæ in periculo mortis, ita vt poſſint a reſeruatis abſolui; multi multa dicūt, *Nau.in Man.c.2 n.9.in fin.* dicit ꝙ periculum mortis limitādū eſt in muliere, quæ nūquam peperit, vel experta eſt partus difficiles. Idem fatetur *Sotus in 4.d.18 q.1.a.5.Graff.p.1.li.1.dec. aur.c.11.n.7.* Fulgo.*in l.2.§.ſed & ſi, ff. ſi quis cautioni,* dicit hoc non habere locum in mulieribus ruſticis, quæ pariunt ſine dolore, vt plurimū, & pro nihilo ducunt parere, etiam binos. Abbas tāmen *in c.Paſtoralis, §.1.n.3.*

Digitized by Google

de offi.ordin. tenet quod indiſtinctè habeat locũ in oĩbus mulieribus parturientibus; pro quo facit illum Pſal.17.
129 Dolores inferni circumdederunt me, preoccupauerunt me laquei mortis, & Pſalm.47. ibi dolores, vt parturientis, & quid attrocius inferni doloribus? Hæc igitur de mulieribus prægnantibus ſentẽtia indiſtinctè admittenda eſt, hoc modo, ſi ſcimus in iam ita partui propinqua, quæ dolores sẽtiat, & eo caſu nulla eſt expectanda ſuperioris licentia: ſi vero nõ ſit partui ita propinqua, tunc eſt expectanda facultas a ſuperiore, q̃a non ſubeſt mortis periculum, *Candela. Aureum de abſolu.n 63. Hora. Gãb. lo.ci.n.57. fol. 32.* & ita declara, & intellige Silueſt. *Verb. Abſolutio.1.§.10.* dicentem quaſcũq; prægnantes abſolui poſſe ab omnib. reſeruatis, vt potè, quæ ĩ morali mortis periculo cõſtitutæ ſunt; & præſertim ſi partus ſit difficilis. Quo ad nauigantes, *Graff. p.1. lib.1. dec. aur. c.13. nu.85.* tenet ac idẽ ſentit, videlicet, q̃
130 non debeant abſolui, niſi periculũ accidat poſt maris ingreſſum, & ſic in actu procellæ, & tempeſtatis. At ſicuti traditio Hoſt. & Abbat. non debet intelligi de omnib. ingreſſuris mare, ita neq; negari debet de oĩb. Primo igitur dicẽdum eſt, quod non dr̃ cõſtitui in mortis periculo, qui temporibus opportunis mare ingreditur, *l. vtique, §. culpa, ff. de rei vend.* negat.n. ibi tex. eum eſſe in culpa, qui opportuno tempore vltra mare nauigãs, naufragium fecit; quod dici nõ poſſet, ſi ſui natura maris nauigatio periculum mortis haberet comitem; tamen & ſi Anacharſis ſcita, quem refert *Menoc. de arbit. iud. caſu.61.* dum aliquem, qui nauigauerat ĩterrogaſſet, quãta eſſet ſpeſſitudo tabularũ nauticarũ, iſque reſpondiſſet, quatuor digitorũ; tanc illũ tunc (Anacharſis inquit) a morte abſuiſti. Et iterũ interroganti cuidã, an nauigãtes inter mortuos, vel inter viuos refert? in vtroq; dixit numero pono ſentiẽs maximũ eſſe nauigationis periculũ. Pro quo Ouid. *Nũ propè Taletum, quam prope cernet Aquam.* Secundo dico, nõ eſſe in mortis periculo, & ideo nõ gaudere priuilegio abſolutionis a reſeruatis, qui nauigant Maria nauigari conſueta. Exemplũ ponit *Menoch. vbi ſupra n.10.* de mari Adriatico, Liguſtico, & Hiſpano, & his ſimilibus. Quibus põt addi ex cõmuni æſtimatione Clariſſimorum Ianuenſium, vnum verbũ, videlicet, totum mare Mediterraneum, habent enim ipſi quaſi pro nihilo nauigationem maris Mediterranei; quod an earum inuictè rebus maritimis virtuti, an maris naturæ ipſius ſit tribuendum aliorum ſit iudicium. Maximè vero præmiſſa concluſio, procedit, ſi Nauigatio fiat tempore congruo, quo ſolent iſta maria ferè tuto nauigari. Quod quidẽ tempus *Bud. in d. l. vtique, ff. de rei vendic. ex Vegetio lib.4.*
131 ita determinau it. Ex die ĩquit iduũ Nouẽbris, ideſt vndecima mẽſis Nouembris, vſq; ad diem ſextũ Iduum Martij, ideſt vſq; ad diẽ decimũ Mẽſis Martij, Maria clauduntur; Nã lux minima, noxq; prolixa, nubiũ denſitas aeris obſcuritas, vẽtorũ Imbriũ, vel Niuiũ geminata ſæuitia, nõ ſolũ claſſes a pelago, ſed ẽt commeantes, a terreſtri itinere deturbat; poſt Natale vero (vt ita dicam) nauigationis, q̃ ſolemni certamine publicoq; ſpectaculo multarũ gẽtium celebratur; plurimorum ſiderum ipſiuſque temporis ratione, vſq; ad Idus Maias, ideſt vſque ad 15. Maias periculosè maria tentantur, hactenus Bud. His ergo tẽ
132 poribus mare ingreſſuris, aliqua vrgenti cauſa eos compellente, põt cõcedi abſolutio a reſeruatis vti exiſtẽtib. in mortis periculo; & ſic intelligẽdus eſt *Bal. in d.c. paſtoralis n.4. de offic. ord.* dicens, poſſe abſolui ab excõmunicatione nauigaturum, vt potè exiſtẽtẽ in mortis periculo, nam aut loquitur de nauigante tempore oportuno,

tuno,

tuno, aut de faciente lōgā nauigationē. Addo ego ex Hoſt. *in c.quoniā frequēter.vt lit.non conteſt.* Quod ēt di-
133 citur in mortis periculo cōſtitutus, qui longam pedeſtrem peregrinationem eſt ſuſcepturus maximè ſi(vt ibi addit Butri.) tranſeundum Peregrino ſit loca inſidioſa. Addo etiam ex Floron *p.1.cap.4.§.8.nu.9.* Abſolutionem ab omni peccato, & Cēſura poſſe dari per quemcunque Confeſſariū illi Bannito, qui poteſt vbiq; impunè occidi; & ratio eſt, quia vbique, & sēper verſatur in periculo mortis; non poteſt tamen illi dare abſolutio ſi haberet ſaluum conductum. ita *Vgol.p.1.ca.15.§.8.num.9.de offic. epiſc.* quem ſequitur Nald. *Verb. abſolutio à Cenſuris, num.4.* Hæc omnia hactenus de mortis periculo & articulo. Quę quidem omnia tamen intelligenda ſunt cum hoc moderamine, & diſtinctio-
134 ne, quod Sacerdos ſiue Sæcularis ſiue Regularis: ſi pateat recurſus ad Superiorem, cui Caſus ſunt reſeruati, & non ſit periculum in mora, eo caſu expectanda eſt Superioris facultas, ſi ſit facilis aditus; ſin autem dubitetur, an in periculo poſitus poſſit expectare, tunc abſoluendus eſt, non expectata alia facultate, eo enim caſu ceſſant omnes reſeruationes. *Candel.*
135 *Aur.de abſolut.nu.61. & ſeq.* Hæc autem abſolutio adeo valida eſt, vt pro reſeruatis etiam ſi pęnitens conualuerit, vel periculum euadat, nō amplius ſit adeundus Superior, cui Caſus erāt reſeruati. Hoc tamen communiter limitatur in excommunicatis: nam reincidunt in eandem excommunicationem ſi incolumes effecti, euaſo periculo vel articulo mortis debito tempore & termino, non ſe præſentant Superiori per *c.eos de ſent.excom. in 6. Nau.Man.c.27.num.46. Graff.p.1. lib.1dec.aur.c.13.nu.90. Tolet. lib.1.c.16. num. 3.* & eſſe communem ſcribit *Viual in Candel Aur.de abſolut.num.65. Horat.Gambar.loc.ſupr.cit. num.64. & ſeq.fol.35. Idem affirmat etiam Nau. ca. 26.nu.26.Io.Capeauil.p.1.c.10.q.1. diff. 8.Rodriq.tom.1.q.62.art. 8.Mirand.tom. 2.q.23.art.8.* & quando ſimplex Sacer-
136 dos in prędicto articulo mortis abſoluit pęnitentem ab excōmunicatione maiori, caueat, ne abſoluat niſi prę miſſa ſatisfactione, ſi forſan eam fieri debeat. iuxta *Clement.1.de heret.* Quod ſi commodè fieri non poteſt abſoluat cum debita cautione, ſecundum *glo. eiuſdem Clem. §. verum. verſ. & tunc.*
137 Quæ cautio fiat, vel per fideiuſſores, vel cum Pignore ſi eā poteſt dare ſin minus det eam quam poteſt dare, ſaltem videlicet Iuratoriam. Si verò articulus neceſſitatis vrget, nihilque horum fieri poteſt, abſoluat, cum ad impoſſibile nemo teneatur. *l. impoſſibilium. ff. de Regul. Iur. Tolet. loc. cit. nu. 4. Nauar. vbi ſupra num.46. in fi.* Vbi etiā putamus inquit eū, qui pōt ſatisface-
138 re ante mortē, ſed nō cōmodè ideſt nonniſi notabiliter vilius vendendo bona ſua, ſi poteſt differri abſque magno damno alieno nō teneri ad aliud quam ad dandam cautionē ſufficientem, quod ſatisfaciat primo quoque tempore.

Circa trigeſimum, & vltimū, Qua
139 forma videlicet vti debet Cōfeſſarius circa abſolutionem à reſeruatis extra articulum, vel in articulo & periculo mortis, præſertim circa Indulgentiam Plenariam concedendam. Quo ad abſolutionē a reſeruatis extra articulum mortis, dico quod quādo Caſus eſt Epiſcopalis (nam de Papalibus nō loquor) cui nulla eſt annexa Cenſura reſeruata, nō eſt opus alia
140 forma quā conſueta, qua à peccatis non reſeruatis quotidie abſoluemus; cui pręmitti debent orationes quędā & abſolutio ad cautelam ab excōmunicatione hoc pacto; Miſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſſis peccatis tuis perducat te ad vitam æternā. Amen. Indulgētiam, & abſolutionē, & remiſſionem omnium peccatorū

tuorum

Digitized by Google

tuorum tribuat tibi omnipotens, & miſericors Dominus, Amen. Dominus noſter Ieſus Chriſtus, te abſoluat, & ego auctoritate ipſius abſoluo te ab omni vinculo excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, in quãtum poſſum, & tu indiges, Deinde ego te abſoluo à peccatis tuis, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen. Si pęnitens ſit laicus, omittitur Verbum, ſuſpenſionis. *Ioan. Capeauill. p.* 1 *c.* 10. *q.* 4. Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti, merita Beatæ Marię Virginis, & omnium Sanctorum, & quicquid boni feceris, & mali ſuſtinueris ſint tibi in remiſſionem peccatorum, augmentum gratiæ, & pręmium vitę æternæ, Amen. *Ex Ritual. Romano. de Sacram. pęnit.*

141 Si autem peccatum reſeruatũ habuerit annexam aliquam excommunicationem, tunc Confeſſarius in foro interiori (nam in foro exteriori aliter eſſet dicendum, de quo nunc non loquor) habens facultatem abſoluendi excommunicatum (dummodo a Superiore nulla ſit ei præſcripta forma) abſoluat iuxta formam communem ſupra præſcriptam in abſolutione Sacramentali. *Rituale Roman. locis cit.*

142 Si Sacerdoti ſit commiſſa facultas abſoluendi aliquem à Suſpẽſione vel Interdicto, quamuis nulla verba ſint pręcipuè determinata, vti poterit (extra vel etiam intra Sacramentalem Confeſſionem) hac formula Pęnitẽs dicat. Confiteor Deo, &c. Sacerdos. Miſereatur tui, &c. Indulgentiã, &c. Auctoritate mihi conceſſa ſeu ab N. tradita, Ego abſoluo te à Vinculo Suſpenſionis, vel Interdicti, quam, vel quod, propter tale factũ, vel cauſam incurriſti, ſeu incurriſſe declaratus es, In nomine Patris ✠ & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. *Rituale Romanum.*

Si vero Confeſſario, ſiue in foro conſcientiæ, ſiue extra, data eſt poteſtas diſpẽſandi ſuper Irregularitate, tunc poſtquam abſoluerit à peccatis, addat, conſequenter. Et eadem auctoritate diſpenſo tecum ſuper Irregularitate, vel Irregularitatibus (ſi ſunt plures) in quam, vel quas, ob talem, vel tales cauſas (eas exprimendo) incurriſti, & habilem reddo, & reſtituo te executioni Ordinũ, & officiorum tuorum, In nomine Patris ✠ & Filij, & Spiritus ſancti, Amen. Si nullum habet Ordinem, dicat. Habilem reddo te ad omnes ordines ſuſcipiendos, vel etiam ad alia iuxta tenorem mandati. Quod ſi neceſſe ſit Titulum Beneficij reſtituere, & fructus male perceptos condonare: ſubiungat. Et reſtituo tibi Titulum, ſeu Titulos Beneficij, ſeu Beneficiorũ, & condono tibi fructus malè perceptos. In nomine Patris ✠ & Filij, & Spiritus ſancti, Amen. Et aduertat Sacerdos in ijs ne vllo modo facultatis ſuæ terminos excedat. *Ita Ritua. Rom. vbi ſupra*, & hæc de abſolut. extra articulum mortis.

In articulo vero mortis, ſeu periculo, hunc ordinem Confeſſarius neceſſario ſeruare debet.

143 Primo ante abſolutionem, audire debet infirmi confeſſionem, qua completa, ei impendat abſolutionem, in qua ipſa Indulgentia Plenaria eſt concedenda; ſi enim eã non concedat, minimè illam lucrabitur infirmus. ita expreſsè *Collect. Priuileg. Verb. Indulg. in fin materiæ, in 2. notab.* aſſerens quod fratres Minores & alij Mendicantes, in ſuis Concionibus poſſunt concedere ſuis Auditoribus, tot annos, ſeu dies Indulgẽtiæ, quos ſi non concedant, minimè ipſi auditores lucrabuntur.

144 Secundò, dicta Indulgentia Plenaria omnium peccatorum nõ debet concedi, antequam probabiliter infirmus videatur eſſe in extremis, ſed eo temporis momento, quo moraliter loquendo, credatur ipſum iam non am-

Digitized by Google

amplius peccaturum ad minus mortaliter. Etenim ſi ante dictum tempus concedatur, caſus poterit contingere, quo lethaliter peccet, & poſtea dicta Indulgentia, non ei proſit ad remiſſionem pęnę, eiuſmodi peccato correſpondentis, hoc eſt ipſa Indulgentia non ei proſit ad pęnas peccatorum poſtea commiſſorum exoluēda, & ſic alia fortè Indulgentia, ſiue ſatisfactione indigebit, quæ fortè in tam breui temporis momento nō ei poterit applicari, & ſic in Purgatorio eiuſmodi pęnam luere oportebit. Verum eſt tamen quod Confeſſores nō debent in hoc nimis eſſe circumſpecti, & ſolliciti, vt etiā expectēt quod infirmi ipſi moriantur repentè, & nō poſſit illis dicta Indulgentia cōcedi, poteſt enim mors ita repentinè & caſu obuenire, vt vix prædicta Indulgētia concedi poſſit. *Rodriq. Quæſt. Reg. tom. 1. q. 62. art 9. & in ſum. p. 1. c. 59. n. 11. & in explic Bullæ Cruciatæ. §. 9 dub. 4. nu. 39 fol. 65. Mirand. in Man. Prælato. tom. 2. q 23. art. 8.*

Tertiò & vltimo dico, quod Confeſſarij ſummopere aduertere debēt, quibus verbis dictam Indulgentiam
145 concedunt; licet enim in aliquibus Confeſſionalibus proponatur forma abſolutionis plenariæ a culpa & pęna, & proponatur etiam forma abſolutionis ab omni caſu etiam pertinēte ad Papam conceſſæ fratribus in agone exiſtentibus auctoritate Priuilegiorum ordinis; His tamen formis abſolutionis minimè coarctātur Cōfeſſores prout affirmant *Nau. li. 10. notab. 30. n. 6. & in Man c. 26. n. 6. & Cordub. de Indulg. q 38.* Sed quia plerique Confeſſores ignari, multa ſolent, fortè contra mētem ſuæ Sanctitatis, adijcere inutilia, ideo libuit illam in præſentiarum explicare. Præmiſſo igitur quod pęnitens iam fuerit Confeſſus, & petat, vt à Confeſſario abſoluatur in virtute ſuorum priuilegiorum, ſe-
146 cundum Summorum Pontificum intentionem; Confeſſarius ſi ſit in articulo mortis, illum Sacramentaliter abſoluat ſic dicendo. Miſereatur tui, &c. Indulgent. &c. Deinde (ſi pęnitens eſt Religioſus in Sacris conſtitutus) dicat. Dominus noſter Ieſus Chriſtus qui te creauit, ac te redemit per merita ſuæ Sāctiſſimæ Paſſionis, ſuam diuinam gratiā tibi infundat, & te clementer abſoluat, & ego auctoritate ipſius, & Sāctorum Petri & Pauli Apoſtolorū eius, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, in hac parte mihi cōmiſſa, & tibi conceſſa abſoluo te Primo ab omni vinculo excommunicationis maioris vel minoris, ſi quod incurriſti, & ab omni Sententia Suſpēſionis & Interdicti, ſi quam vel quas contraxiſti, & diſpenſo tecum in omni Irregularitate, vel Irregularitatibus quomodolibet contractis, inquātum poſſum & valeo, & reſtituo te Sacramentis Eccleſiæ, & vnitati fidelium. Item & eadem auctoritate te abſoluo ab omnibus peccatis tuis, quomodocunque commiſſis, & concedo tibi Indulgentiam Plenariam, & remiſſionem omnium peccatorū tuorum, quā tibi concedere poſſum, virtute quorumcunque tuorum Indultorum, & ſi hac vice non morieris, auctoritate Apoſtolica, reſeruo tibi hanc Indulgentiam pro vero vltimo articulo mortis tuæ. In nomine Patris ✠ & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. *Io. Capeauil. p. 1. c. 10. q. 6. Nau. Man. c. 26. nu. 29. Capuccin. In compend. priuil. Mendic. tit. Abſol. fol. 29. Rodriq. Quæſt. Regul tom. 1. q 62. ar. 9. Mirand. Man Prælat tom. 2 q. 23. ar. 8.* quæ quidem Indulgentia credo, ſaluo meliori iudicio quod poſſit concedi Infermis in articulo mortis, etiam in magno Iubilæo, non obſtāte abrogatione omnium Indulgentiarum facta à Summo Pontifice ob rationem dicta ſupra num. 108. prout expreſsè S. D. Papa Vrbanus VIII. hoc præſenti anno Magni Iubilæi, declarauit Illu-

ſtriſſi-

Digitized by Google

ſtriſſimo & Reuerendiſſimo Ioanni Theupolo Patriarchæ Venetiarum. Et idem Sanctiſſimus D. N. Vrbanus Papa VIII. declarauit etiam huiuſmodi Indulgentias Plenarias, quæ conceduntur infirmis in articulo mortis, hoc anno Iubilæi non eſſe ſuſpenſas; & hanc declarationem publicatam fuiſſe ab Illuſtriſsimo Coccino Rotæ Auditore digniſſimo, ac Pęnitentiariæ Vicegerente doctiſſimo, plures digni fide Viri in Vrbe exiſtentes, ſuis litteris teſtati ſunt. Ex qua declaratione ſequitur, Primo remanere firmas Indulgētias pro tali articulo conceſſas Regularibus cōmunicantibus Priuilegia Mēdicantium: de quibus per *Caſarubium in Compend priuil. Verb. Indulg. Peregr. ibid. & alios*. Secundò ſequitur quod remanet etiam ſtabilis pro hoc anno ſimilis Indulgentia Patribus, & Matribus Regularium communicantiū priuilegia mendicantium, de qua *Rodriq. tom. 2. Quæſt. Regul. q. 96. art. 8. in fine*. Tertiò ſequitur, quod etiam ſimilis Indulgentia conceſſa rebus benedictis, nēpe Coronis, Granis, Imaginibus &c. habeat vim hoc anno, vt in ſpetie declaratum fuit ab eodem Illuſtriſs. Coccino, vt ſupra; ſicuti ēt declaratū extitit poſſe hoc anno dari moribundis abſolutio Roſarij, Cordæ Sancti Frāciſci, & ſimiles, vt perſpexi ex quadam Epiſtola ab Vrbe huc Arimini tranſmiſſa R.R. P.P. Dominicanis. ita *Alphonſ de Leone. de offic. & poteſt. confeſ tempor. Iubilæi. par. prima, quæſtione ſexta, num. 242. & ſeq.* Quo verò ad Indulgentias pro Defunctis. Ab Vrbe pluribus fuit reſcriptum, declaratū fuiſſe à Summo Pontifice, ſcilicet Indulgētias etiam plenarias pro Defunctis, tā locales, quā reales, ac perſonales, hoc anno Iubilæi, non eſſe ſuſpenſas, ex quo ſequitur, quod Altaria priuilegiata pro Defunctis, firma remanēt hoc anno, nec amittant Indulgētiam Plenariā pro Defunctis *Alphon. de Leone lo. cit. nu. 248.* Et ſi pęnitens eſt perſonā Sęcularis, tunc Confeſſarius poſt Miſereatur tui, & Indulgentiam dicat,

148 Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui te creauit ac te redemit, per merita ſuæ ſanctiſſimę Paſſionis, ſuā Diuinā gratiam tibi infundat, & te clemēter abſoluat, & ego auctoritate ipſius, & Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in hac parte mihi commiſſa, & tibi conceſſa, Abſoluo te in primis ab omni ſententia excommunicationis maioris vel minoris, & Interdicti, ſi quam vel quas contraxiſti, inquantum poſſum, & valeo, & reſtituo te Sacramētis Eccleſiæ, & vnitati fidelium, Item & eadem auctoritate te Abſoluo ab omnibus peccatis tuis (in caſu quo ea fuerit Confeſſus & non prius Abſolutus) & concedo tibi Indulgentiam Plenariam, & remiſſionem omnium peccatorum tuorum, quam tibi virtute quorumcūq; tuorum Indultorum concedere poſſum, quod ſi fortè hac vice non moriaris, auctoritate prædicta reſeruo tibi iſtā Indulgentiam pro verò vltimo articulo mortis tuæ. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

149 Quod ſi pęnitens Confiteri non poſſit, & nullum ſignum contritionis oſtenderit, tunc ſufficit, quod Confeſſarius Abſolutionem Cēſurarum duntaxat ei impendat ita abſolutè dicēdo. Auctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Sanctorū Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ac Sanctæ Romanæ Eccleſię in hac parte mihi cōmiſſa, & tibi conceſſa, Abſoluo te ab omni ſententia excommunicationis maioris vel minoris, Suſpenſionis (ſi eſt Religioſus in Sacris conſtitutus) & Interdicti, ſi quā, vel quas contraxiſti, & diſpenſo tecum in omnibus Irregularitatibus quomodolibet cōtractis, inquantum poſſum, & tu indiges, & reſtituo te Sacramentis Eccle

Digitized by Google

ſiæ,& vnitati fidelium; Item cócedo tibi Indulgentiam Plenariam, quam tibi concedere poſsũ virtute cuiuſcũ que tuæ gratiæ; Quod ſi fortè hac vice non moriaris, auctoritate prædicta reſeruo tibi illam Indulgentiam pro vero vltimo articulo mortis tuę. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen.

150 Vrgente autem aliqua graui neceſſitate in periculo mortis, vt quia ægrotus iam iam conſpicitur moriturus, tunc Confeſſarius breuiter dicere poterit. Ego te Abſoluo ab omnibus Cenſuris & peccatis tuis. In nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti, Amen. Quod ſi pęnitens nullum peccatum Cõfeſſus eſt, & nullum ſignum contritionis oſtendit, ſufficit

151 vt breuiter dicat. Ego te abſoluo ab omnibus Cẽſuris, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amẽ.

Deniq; cum infirmus in fine vitæ diuerſis tentationibus ſoleat à diabulo agitari, ideo Confeſſarius, poſt ſu-

152 pradictam abſolutionem adhibitã, illum vllo modo debet derelinquere, ſed benè à diabolicis inſidijs ſalutarium adiumentorum præſidio illũ defendere ac tueri, hortetur eum vt omnem ſpem ſuam in Deo ponat, diuinam miſericordiam imploret, & infirmitatis pęnas, tamquam paternã Dei viſitationem, patienter ferat; & ne vllo modo dæmonum aſtutia, falſis pollicitationibus, ac blandicijs ſe decipi ſinat. Conſoletur eum dulcis verbis dicens, ſe pro eo in Miſſæ Sacrificio & alijs pręcibus oraturum; & cum viderit periculum mortis immi nere, tunc Sacerdos videbit quibus potiſſimum tẽtationibus, aut prauis

153 opinionibus ęger ſit ſubiectus, eiq; prout opus fuerit, apta remedia prudenter adhibeat. Sacras Imagines Chriſti Domini Crucifixi, Beatæ Mariæ Virginis, & Sancti, quem ille præcipuè veneratur, præſertim Sancti, cuius nomen in Baptiſmo aſſumpſit, ob oculos eius apponi curabit, monens illum vt toto corde in ſuum adiutorium inclamet. Vaſculũ item adſit Aquæ benedictæ, qua frequenter infirmus ac tota eius Camera aſpergatur; & cum vbicũq; Aqua ipſa benedicta fuerit aſperſa, per inuocationẽ Sancti Dei nominis, omnis infeſtatio immundi ſpiritus abigatur, terrorque venenoſi ſerpentis procul pellatur; ideo Sacerdos quotieſcunque aſpergillo aſpergit infirmum & eius cubiculum, maiori qua poterit deuotione ſemper dicat, Per Signum ✠ de inimicis noſtris, libera nos Deus noſter. Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius; & fugiant à

154 facie eius qui oderunt eum. Præcipio vobis ſpiritibus immundis, qui acceſſiſtis ad tentandum hunc Famulum Dei, vel hanc famulam Dei, vt per virtutem huius Sanctæ Crucis, protinus ab hoc loco diſcedatis, In nomine Sanctiſſimæ Trinitatis, Patris ✠ & Filij, & Spiritus sãcti. Amẽ. Deinde Sacerdos manu Candelam benedictam accenſam tenẽs, frequẽter ſignet ægrotum, in modum Crucis, dicat. Per hoc ſignũ Crucis, perducat te Dominus ad locum æternæ lucis, Amen. Etſi tempus expirandi inſtiterit, tunc deuotè præcetur infirmum, vt eo modo quo poteſt, ſaltem ex corde per interualla dicat; Ieſu Filij Dei viui, miſerere mei. Dulciſſime Domine Ieſu Chriſte, per virtutẽ tuę Sacratiſſimę Paſſionis, recipe me in numerum electorum tuorum. Miſerere mei Deus, ſecũdum magnam miſericordiam tuam. In te Domine ſperaui, non confundar in æternum. In manus tuas Domine, commendo Spiritum meum. Deus in adiutoriũ meum intende: Domine ad adiuuãdum me feſtina. Deus propitius eſto mihi peccatori. Domine Ieſu, ſuſcipe ſpiritum meum. Agnoſce Domine me Creaturam tuam, non à dijs alienis, ſed à te ſolo Deo meo viuo,

& vero creatam. Sancta Maria, ora pro me; Maria Mater gratiæ, mater miſericordię tu me ab hoſte protege, et hora mortis ſuſcipe. Angele Sācte qui Cuſtos es mei, modo pro me precare Filium Dei. Omnes Angeli & Archangeli, orate pro me. Omnes Sācti & Sācte Dei, intercedite pro me. Hęc, & his ſimilia poterit prudens Sacerdos vulgari, vel latino ſermone pro perſonæ captu morienti ſugge-
155 rere. Et vbi viget conſuetudo, quę vt verè pia & perutilis vbique eſſe deberet, pulſet Cāpana Parochialis Eccleſię aliquibus ictibus ad hunc effectum ordinatis, ad ſignificandum fidelib. in Vrbe, vel loco, aut extra in ſuburbanis exiſtētibus inſtantē mortem expirantis ęgroti, vt pro eo Deū rogare poſſint, vt ſic anima illa egreſſa de corpore, Sacerdotis abſolutione plenaria iam munita, & fidelium pijs precibus adiuta, per miſericordiam Dei, ſtatim ad Cęlum euolare mereatur, cum Sanctis illic perenniter regnatura; quod nobis omnibus etiam pręſtare dignetur Ieſus Chriſtus Dei & Mariæ Filius, Amen. Et hęc pro huius ſecūdę Quęſtionis, & Primę partis iſtius Praxis moralis Theologię declaratione, dicta ſufficiant, ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

Finis Primæ Partis.

Digitized by Google

PRAXIS MORALIS THEOLOGIÆ,

Pars Secunda.

DE CASIBVS RESERVATIS in particulari omnibus Epiſcopis Piceni.

ALma (ob ineſtimabilem, & prætioſum Sacratiſſimę domus Lauretanæ Theſaurum) & inſignis ac præclara hæc noſtra Prouincia Piceni, iuxta morem & ritum noſtræ Seraphicæ Religionis viginti nobiliſſimas habet Ciuitates, videlicet

Anconam,	*Maceratam,*	*Callium,*
Firmum,	*Piſaurum,*	*Sanctumleonem,*
Vrbinum,	*Fanum,*	*Sanctumſeuerinum,*
Aſcolum,	*Aęſium,*	*Ripatranſonum.*
Lauretum,	*Camarinum,*	*Montemaltum,*
Auximum,	*Forumſempronij,*	*Tolentinum,*
Rechanatum,	*Senogalliam,*	

decem & octo quarum ſuum digniſſimum ea habent Epiſcopum (Lauretum enim & Rechanatum ſunt idem, ſimiliter Macerata & Tolentinum idē ſunt) ſed quia Ancona cū ſit Metropolis totius Prouinciæ, à qua in Bulla Cęnę Domini meritò Marchia appellatur Anconitana, ni fallor, nobilitate excellentia, dignitate, magnificentia, pulchritudine, & fortitudine omnes alias antecellat, *Leandrus Arbertus, in deſcriptione totius Italiæ, fol.* 148. & ſecundum Philoſophum 9. *Ethicor.* denominatio ſemper debet fieri à nobiliori, ideo vt ordinatim procedere valeamus, ab ipſa Ancona iure optimo fore cenſeo inchoandum.

Digitized by Google

QVÆSTIO PRIMA.

De Caſibus Reſeruatis in particulari, & primo de Reſeruatis Epiſcopo Anconitano.

Circa hanc primam quæſtionem quæritur, quot & quales ſunt Caſus reſeruati Epiſcopo Anconitano, Ad quod breuiter reſpondeo dicendo: Caſus quorum abſolutionem nunc in ſua Diœceſi ſibi reſeruat Ordinarius Anconitanus, ſunt hi qui in præſenti Tabella continentur.

Tabella Anconitana.

1 *Sortilegium cum abuſu rerum Sacrarum, aut Sacramentalium.*
2 *Inceſtus vſque ad ſecundum gradum, quo ad Maſculos tantum.*
3 *Fornicatio, Adulterium, & alia peccata carnalia cum Iudæis, Turcis, & alijs Infidelibus.*
4 *Sodomia cum Maſculis & fœminis, quo ad Maſculos tantum.*
5 *Blaſphemia Hæreticalis, & conſuetudinaria.*
6 *Notarij & alij non reuelantes Legata pia, cum ſimplici nota, ijs quibus ſunt relicta, poſt menſem à publicatione teſtamentorum.*
7 *Iuramentum falſum in Iudicio, cum damno rerum, aut honoris proximi.*
8 *Qui poſt perceptam hæreditatem alicuius in termino vnius anni, voluntatem Teſtatoris exequuti non fuerint, nec Relictis & Legatis pijs ſatisfecerint.*
9 *Qui Infantes ante completum annum in lecto detinuerint.*

Declaratio huius Tabellæ.

IN Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti incipit declaratio primi Caſus huius Tabellæ Anconitanæ, qui talis eſt.

Sortilegium cum abuſu rerum Sacrarum, aut Sacramentalium. 1

PRo declaratione huius primi Caſus reſeruati, præter ea, quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac diabolica materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Sortilegium cum abuſu rerũ Sacrarum, aut Sacramentalium.*

2 *Quando Sortilegium cum abuſu rerum Sacrarum aut Sacramentalium eſt caſus reſeruatus, & quando non eſt reſeruatus.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt à Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem Sortilegi pœnitentis.*

CIrca primum, animaduertendum eſt Sortilegium accipi dupliciter, primo quatenus eſt quoddam genus Diuinationis, Sortilegium enim dicitur a ſortibus eligendis, Vnde Sortilegi dicuntur qui per ſortes fortuita aut omnino occulta præſentia, ſiue præterita pronunciant; hi enim ſub nomine fictæ Sanctitatis & Religionis, Diuinationis Scientiam profitentur, vel ex quarumcunque Scripturarum inſpectione, futura prædicunt, & de hoc habetur in Iure Canonico, *titul. de Sortileg. per totum, & in capit. Sortileg.* 26.

Digitized by Google

26.quæſt.1.& cap.aliquanti.ead.q.5.D. Bonau. Centiloq.p.1.ſect.29. Secundo amplè & latè, quatenus quamlibet Magicam ſuperſtitionem ſignificat, *ex Azorio, Inſtit.moral libro 9.cap. 21. Homob.de Caſibus reſeruat par.2.cap.2.*
2 *fol. 279.* Vbi inquit ſub nomine Sortilegij omnem damnatam ſuperſtitionem intelligimus; & in hac ſignificatione accipit Sortilegium Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Anconitanus Antiſtes, dum dicit in ſua Tabella, Sortilegium, cum abuſu rerum Sacrarum, aut Sacramẽtalium; ideſt inquantum Sortilegium ample
3 ctitur omnem damnatam ſuperſtitionem; Vnde notandum ſecundum Diuum Auguſtinum *lib.2 capit. 10.de Doctrina Chriſtiana*, quatuor eſſe ſpecies Superſtitionis. Prima eſt ſuperfluus indebitusq; Dei cultus. Secũda eſt Idolatria. Tertia eſt Diuinatio. Quarta eſt ligaturarum, prçcãtionũ, aliorumque medicamentorum ad effectus, quos nequeunt naturaliter producere, vana quædam obſeruatio. *Graff. par. 1. libro 2. dec. aur. capit. 3 numero 2.*

4 Indebitus Dei cultus eſt cum homo Deum indebito modo colit, & eſt duplex videlicet falſus & ſuperfluus; falſus vt ſi quis Deo nunc veteris legis ſacrificia offerre velit; Vel falſas reliquias pro veris, ad aliorum deceptionem ſupponat, vel fingat, ſeu falsò afferat, has vel illas Imagines edidiſſe miracula, vt maiores eleemoſynas à pupulo corrodat; vel quando aliquid ex Perſona alterius ad colẽdum Deum adhibetur, quod tamen ex alterius voluntate minimè erat ad finem illum adhibendum: vt ſi quis verbi gratia ex Perſona Eccleſiæ immiſceat profana Diuino cultui, tamquam partem officij diuini, vt loco Antiphonæ, vel inter diuina officia, voce, aut Organo turpia canat, turpeſvè ſonos proferat; quod Concil. Trident. *ſeſſ. 22. de ſeruand. & vitand. in celebrat. Miſſæ*, præcipit Epiſcopis, vt omnino interdicat. *Tolet. libro quarto, capit. 14. numero tertio*, 5 quæ abſque dubio mortalia peccata ſunt, cum pernicioſum mendacium cum irreuerentia erga Deum committatur. Superfluus cultus eſt, cum quis, talis cultus Deo exhibet quibuſdam ceremonijs, quod iudicio proborum hominum, neque ad excitandum interiorem ſpiritum, neque ad diuinam gloriam pertinet; vt cũ quis præter conſuetudinem communem Eccleſiæ, ſingulariter aliquid facit diuini cultus cauſa, puta ex Caiet. *2 2 quæſt. 93. artic primo, Nauar. Man. capit. 11. numero 24. & Gregor. de Valent. tom. 3. diſput. 6. quæſtion. 10. puncto ſecundo*, ſi ieiunet in die Dominico, dummodo id faciat ex ſtudio quodã ſingularitatis. Vel ſi prçter Breuiarij Rubricas, vel Miſſalis prçſcripta, aliquid ſuperfluum in diuino officio, vel Miſſa dicat; vt bis Alleluia, quando ſemel dicendum eſt, aut Credo, vel Gloria, cum minimè proferenda ſunt; Vel quod tot ſint Candelç, & non plures, vt cçra potius ſit flaua, quam alba, &c. Quæ quidem venialia vt plurimum ſunt peccata, niſi ſcandalum, vel mala intentio, ſeu contemptus accedat. *Tolet. loc cit. numero quinto, Clau. Reg libro quarto, cap. quarto, numero primo. & ſeq. Leſſius libro ſecundo. capit. 43. numero quinto, Caiet & Armill Verb ſuperſtitio. Reginal. libro 17 capit. 15 numero 157. Sanchez. libro ſecundo, cap 37. numero 10. Suarez. libro ſecundo, de Relig. cap. ſecundo, numero decimooctauo, Valen. tom. 3. diſput. 6. quæſt. 10 par. 2.*

6 Idolatria eſt cultus, quo diuinus honor tribuitur & exhibetur alicui creaturç ſicut Deo; vt cum cultus diuinus exhibetur alicui Creaturç puta Idolo. ex *D. Thom. 2. 2. quæſt. 94. art. 2 D. Anton par. 2. tit. 12 c. 1 §. 2. Clau. Reg. loc. cit. numero quinto.* Quod quidem grauiſſimum peccatum morta-

le eſt, eum honor Deo debitus, im-
7 pendatur Creaturæ; Immo ſi contin gat errorem eſſe in intellectu, ſicut Hæreſis excommunicationi in Bulla Cęnę Domini contentæ ſubiecta eſt. Et ſi autem nec metu mortis, qui Idolum colit, à grauiſſima culpa non excuſetur; quando tamen Hæreſis labe caret, nullam Cenſuram incurrit, quidquid ſit de foro exteriori, in quo per eccleſiaſticos Iudices Eccleſiæ reconciliari, & à Cenſuris abſolui ſolet, communis eſt ſententia *Suarez tom. prim. de Relig. libro ſecundo, capit. 19. numero ſecundo, Tolet. libro quarto, cap. 14. Pegna par. ſecunda, Comment. 67. Sanchez libro ſecundo, de præcept. cap. 38. numero 22. Clau. Reg. libro quarto, cap quarto, numero 11. Azor par. 1. libro 8 c. 11 q. 10.*

Diuinatio eſt rerum occultarum
8 vel futurarum cognitio, aut prænunciatio, quæ humana vi vel arte, ſciri non poſſunt, ſed ex pactis cum dæ-
9 mone condictis innoteſcunt. Poteſt autem dęmon ad futurorum contin gentium notitiam pertingere.

Primò ex ingenij ſubtilitate conij ciendo ad quid noſtri inclinantur affectus.

Secundò, ex reuelatione, quam Deo permittente a bonis Angelis haurit.

Tertiò, ex longa experientia, & magna etiam rerum naturalium cognitione.

Quartò, ex doloſa cautela, cum id prædicit, quod iam moliri ipſe diſpo ſuit. *D. Thom. 2. 2. quæſt. 95. art. tertio, D. Anton. par. ſecunda, tit. 12. cap primo, §. octauo, Tolet. libro quarto. cap. 15. numero tertio, Angel. & Sylueſt. Verb. Diuinatio. Clau. Reg. libro quarto, cap. quinto, numero quarto.* Huius aut Diuina-
10 tionis duplex eſt genus, alterum in quo expreſsè, alterum in quo tacitè dęmon inuocatur. Diuinatio qua expreſsè Dęmon inuocatur, continet has ſuperſtitioſas ſpecies, nempe Præſtigium, ſomniorum diuinatio Negromantiam, Pythoniam, Geomantiam, Hydromantiam, Aeromantiam, Pyromantiam, Aruſpi-
11 cium; Priſtigium eſt expreſſa dęmonis inuocatio per fictas & apparentes figuras, vt dicat occulta, quæ naturaliter ſciri non poſſunt; quod ex ſuo genere peccatum mortale grauiſſimum eſt, & ſi eſt cum errore in intellectu, eſt Hæreſi coniuncta, & ſic excommunicationi Bullæ Cęnæ Domini ſubiecta eſt. *Tolet. libro quar-*
12 *to, cap. 15. num. quarto.* Apparet enim Dęmon expreſsè inuocatus per fictas & apparentes figuras, oculos hominis deludendo, vt non aduertat dolum, vt patet de illa Muliere Coniugata, quæ arte dæmonis videbatur oculis omnium, eam inſpicientium, eſſe æquam, quæ poſtea a Sancto Machario ſanata fuit. *D. Anton. par. 2 tit. 9. c. 9. §. 3.*

Somniorum diuinatio eſt cum ho-
13 mo à dæmone per ſomnium expectat reſponſum; quæ ſecluſa reuelatione diuina, qualem habuerunt Ioſeph *Geneſ. cap. quarto, Daniel, cap ſecundo, &* Ioſeph *Matth. cap. ſecundo*, & alij ſimiles; in ſomniorum interpretatione nihil ex ſomnijs de futuris contingentibus ſciri poteſt, & ideo eſt illicita & omnino ſuperſtitioſa. *Clau. Reg. libro quarto, cap. 5. numero 7.* Ac proinde obſeruare ſomnia, fa-
14 ciens aliquas orationes, vel obſeruationes, credens aliquid futurum, vel archanum euenire illi ex his, quæ ſomniauit, puta quod numquam ſit interficiendus, quod Theſaurum inueniat, vel talem ducet in Vxorem; vel ex ſomnio, quod habuit, dicit denotat mihi hoc malum, quapropter, omittit facere aliquid ad ſalutem neceſſarium, quod de præcepto facere tenetur, vel facit ſeu operatur aliquid ſaluti animæ ſuæ contrarium, lethaliter delinquit, licet ſi non eſt tale, tantum veniali culpa ſe illaqueat.

Digitized by Google

queat. *D. Anton. Defecer. par.5. cap.2. D Thom.2 2.quæſt.95.art.6. Graff. par. 1.libro 2.dec.aur.cap.6.num.8.& Prax. libro 3.cap.primo,numero 27. Nau. Man. cap.11.numero 33. Azor. Inſt. moral libro 9.cap 17. Clau. Reg. libro quarto, cap. 7.num.5.*

Negromantia eſt expreſſa dęmonis inuocatio, qua quibuſdam pręcā-
15 tationibus adhibito ſanguine, videntur mortui reſuſcitati diuinare, & ad interrogata reſpondere. *D Thom.2.2. quæſt.95.art.tertio,* non quod realiter mortui reſurgant, quia hoc dæmon nequaquam efficere poteſt, ſed dęmon fingit hominem mortuum, vel occiſum, vel decapitatum. *Suarez libro ſecundo, de Relig. cap.* 16. qui reuera non eſt, illudendo ſenſus, faciēdo apparere caput abſciſum & ſanguinem fluentem, cum reuera non ſit. Vel ſi Homo verò ſupponitur mortuus, ipſe dęmon eius cadauer ingreditur, vel aliud omnino ſimile apparens format ex aera, & in eo ita loquitur, vt viuere reputetur, & hoc facit, vt credatur potens ad reſuſcitandos homines, vel vt animas hominum poſt mortem dęmones fieri ſuadeat vt ait D.Thom.*par.1.quæſt.117 art quarto, ad 2.ex D. Auguſt. libro 10.de Ciuit. Dei cap.11. & D. Ioan. Chriſoſt. Homil.29 in Matth.*

16 Pythonia eſt diuinatio diaboli arte per homines arreptitios facta, ad ea ſcienda, quæ naturaliter ſciri nequeunt: vt patet de illa puella, quæ habebat ſpiritum Pythonem. *Act. cap.*16.

17 Geomantia eſt diuinatio facta in terra per corpora & ſtatuas, cum expreſſa dęmonis inuocatione, vt ea ſciantur, quæ naturaliter ſciri non poſſunt; dęmon enim docet per ſigna quædam apparentia in corporibus terreſtribus, vt in ligno ferro, aut lapide pulito; futura contingentia, aut alia penitus incognita hominibus. *Clau. Reg. libro quarto, cap. quinto, numero* 10. *Azor. Inſtit. moral. libro 9.cap.*17.

18 Hydromantia eſt diuinatio cum expreſſa dæmonis inuocatione facta per figuras apparentes in aquis, vt ea ſciantur, quæ naturaliter ſciri minimè poſſunt. Dęmon enim docet per figuras apparentes in aquis aliqua futura & occulta; Per vaſculum enim aqua plenum, res clam furto ſubreptas, & fures ipſos penitus occultos, & latentes, dęmones indicant, & produnt. *Clau. Reg et Azor. loc. citat.*

19 Aeromantia eſt expreſſa dęmonis inuocatio per figuras aereas, vt ea ſciantur, quæ naturaliter ſciri non poſſunt; Dęmones enim euocati, apparent in quibuſdam figuris Aereis ex quibus figuris vel ſignis ſic apparentibus, diuini quærunt præcognitionem futurorum. *D. Anton. par. ſecunda, tit.12.cap primo.§ 4.*

20 Pyromantia eſt expreſſa dęmonis inuocatio per ignes, vt ea ſciantur, quæ natura duce, ſciri non poſſunt. Obſeruatione enim eorum, quæ per res igne accenſas fiunt, diuinant & vaticinantur. Vt cum quis per lignum viride in igne coniectum, & ad leuam, aut dexteram, Ortum, Occaſum, Meridiem, vel Septentrionem ſcintillas emittens, occulta & arcana denunciat. *Azor. loc. cit.* Dęmones enim expreſsè inuocati apparent in igne in varijs figuris, ex quibus diuini futura prędicere conātur. *D. Anton. vbi ſupra.*

Aroſpicium eſt diuinatio facta per
21 interiora animalium cum expreſſa dęmonis inuocatione, ad ea ſcienda, quę vllo modo naturaliter ſciri poſſunt. Quæ quidem enumeratę ſpecies, grauiſſima peccata mortalia ſunt, cum in eis expreſsè dęmon inuocetur, ac colitur; & ſi error ſit in intellectu, Hęreſi coniuncta ſunt, & pęnis contentis in Bulla Cęnę Domini ſubiacent. *Tolet. libro quarto,*

capit. decimoquinto, numero quarto.

Diuinatio verò qua tacitè dęmon
22 inuocatur, continet has ſpecies, videlicet Aſtrologiam, Augurium, Auſpicium, Omen, Chiromantiam, & Sortilegium. Aſtrologia eſt diuinatio, quę fit per ſitus & motus Aſtrorum; quę licet per illam non negamus poſſe naturaliter effectus ſciri, vt Eclipſes, Pluuias futuras & huiuſmodi, & inclinationes hominum & complexiones, nam Cęli influunt in humana corpora, tamen triplici
23 caſu eſt peccatum mortale.

Primo ſi ea vtatur ad cognoſcendum myſteria gratiæ, quę a ſola diuina voluntate dependent.

Secundo ad cognoſcendum ea, quę ex libera voluntate hominis pendent, quaſi certa euentura ſint, quod quidem falſum eſt: nam nec complexio hominis, nec Cęlum, nec vlla creatura cogit voluntatem, & contingentia multis cauſis impediri poſſunt.

Tertio cum quis in ſuis actionibus vtitur iſtis iudicijs Aſtrologorũ tãquam Regula; nec quicquam vult facere, niſi Cęlum conſulendo. *Tolet. loc. cit. numero ſexto.* Hinc Aſtrologi qui volunt per motus & ſitus Aſtrorum ea circa homines cognoſcere, quę ex libera hominis voluntate dependent, quaſi certò euentura pręnunciare, paſſim à doctoribus, & nouiſſimè à Sixto V. in Conſtit. quę incipit, Cæli & terrę creator, damnatur. *Clau. Reg. libro quarto, cap. quinto, numero* 12. & ratio eſt, quia cum nulla naturali ratione nitatur, tota
24 ſuperſtitioſa eſt, tacitam dęmonum inuocationem in ſe continens; quę tunc etiam Hęreſim ſapiet, quando ex his, quę naturaliter ſciri non poſſunt certò aliquid pręnuntiare audebit, vt ait Pegna *par. ſecunda, Comment.* 68. Hinc in Indice librorum prohibitorum in Concil. Trident. Edito, & Auctoritate Clement. VIII. reformato, Regul. 9. Sic pręcipitur. Epiſcopi diligenter prouideant, ne Aſtrologię Iudiciarię libri, Tractatus, Indices legantur, vel habeantur, qui de futuris contingentibus, ſucceſſibus, fortuitiſque caſibus, aut ijs actionibus, quę ab humana voluntate pendent, certò aliquid euenturum affirmare audent. Immo ex prędicta Sixti V. Conſtitut. Ars illa damnatur, & Inquiſitorum iudicio ſubijcitur, & ſi id ſe non certò affirmare aſſerant, aut proteſtentur. *Suarez de virtute Religionis, libro ſecundo, cap. vndecimo, numero trigeſimoquarto, videatur etiam Azor par. prima, Inſtit. moral. libro nono, cap. 26. quæſt. quarta, & quinta.*

Augurium eſt cum ex garritu A-
25 uium, vel ex vocibus quorumcunque animalium, aut etiam ſternutatione hominum, quęritur cognitio occultorum. *Clau. Reg. libro quarto, cap. quinto, numero 13.* Vt cum quis obſeruat Auium volatus, garritus, voces, cantus, ex quibus futuros euentus prędicit, puta ſi Cornix à leua canat, Coruus à dextera, ſi tot Alites conuolant, aut concinãt, ſi Coruum obiam habeat, ſi Aquilam, ſi Vulturem, ſi Picam, credunt quid ſiniſtrum portendi *Azor libro nono, cap. decimoquarto.* Quę quidem obſeruatio eſt licita, cum ſolum pronunciare intendimus ea, quę naturaliter ſolent prędicta & ſimilia Animalia pręnunciare: Deus enim inſtinctus ſępe aliquorũ futurorum Animalibus indidit, vt Mergi mare lingentes, ſignant tempeſtatem futuram, Cornicula frequẽter crocitans, prędicit pluuiam, cito futuram, Veſpertiliones longè volãtes à domibus, ſignificant ſerenitatẽ, & alia huiuſmodi multa. At verò alia quorum animalia nullos habent inſtinctus prędicere, peccatum mortale eſt, quia eſt tacita dęmonis inuocatio. *Tolet. libro quarto, cap. 15. numero ſeptimo, & Duard. in Bull. Cœnæ Domini*

libro

Digitized by Google

libro ſecundo, in Can. 1. *quæſtio.* 22. *numero* 57.

26 Auſpicium eſt cum ex volatu Auiũ, aut alio nutu quorũcunq. animaliũ, quæritur occultarum cognitio. *Clau. Reg. loc. cit. num.* 13. Vt verbi gratia cũ quis ex volucrum habitu, paſtu, volatu, curſu, & motu futura prænunciat, velut ſi paſſares, ſi pulli volucrum cibum reſpuant, ſi columbę fugiant, ac deſerant domum, vel vrbem in qua ſunt; ſi grues, ſi vultures celeri volatu, aut veniãt ad loca noſtra, aut per loca noſtra tranſeant, hoc aut aliud eſſe euenturum. *Azor. loc. cit. cap.* 15. Quæ quidem ſunt, vel non ſunt peccata, eo modo quo ſupra de augurio dictum eſt. *Tolet. vbi ſupra.*

27 Omen eſt diuinatio, ſeu tacita dæmonis inuocatio ad ea conijcienda, quæ naturaliter ſciri non poſſunt per verba alicuius hominis caſu prolata. Vt cũ quis ex verbis caſu aliquo, aut aliqua intẽtione prolatis, retorqueat ad futurum, quod vult cognoſcere, vt Romanis deliberãtibus vtrum ad alium locum migrarent, fortè eo tempore Centurio quidam exclamauit, Signifer ſtatue ſignum, hic optimè manebimus, quam vocem auditã ꝓ Omine acceperunt, trãſeundi cõſilium omittentes, *D. Thom.* 2. 2. *q.* 95. *art.* 3. alia exempla vide in Azor. *Inſt. Moral. lib.* 9. *cap.* 18. vbi tandem concludit hoc diuinationis genus eſſe prorſus vanum, & inane, & idcirco damnatum in *c. illud* 26 *q* 2. *& Graff. Traxi. lib.* 3. *c* 1. *num.* 35.

28 Chiromantia eſt cum ex figuris, & lineamentis manuum inquiritur futurorum notitia, quod peccatum mortale eſt, ſi fiat cauſa diuinandi, licet ſi ex curioſitate, vel ridendi gratia id faceret, lethalis culpa non eſſet, ſed tantum venialis. *Nauar. Manual. cap.* 11. *num.* 31. *Rodriquez in ſumma par.* 1. *cap.* 7 *numero* 1. *Clau. Reg.*

29 *lib.* 4 *cap* 5. *numero* 13. Hinc peccant mortaliter, qui percunctantur illos qui vulgo, Cingari dicuntur, de fortuna ſua, animo credẽdi id, quod ipſi dixerint, ſecus ſi ex curioſitate, & animo ridendi, quia tunc, vt dixi non eſſet mortale, niſi ratione ſcandali, vt ſi eſſet perſona talis conditionis, quod ex eius interrogatione alij grauiter offendantur. *Ex Coſmo Philiarco. de offic. ſacerd. p* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *Clau. Reg. libro* 4. *cap.* 7. *num.* 8. *Martin. Bonacin. diſput.* 3. *q.* 5. *punct.* 3. *num.* 11. *& Sanchez. lib.* 2. *in Decalog. c.* 38. *num.* 48.

30 Sortilegium ſeu diuinatio per ſortes eſt quo implicitè ad dæmonis auxilium, ſeu conſilium ſorte recurritur. *Caietan. Verb. ſortilegium.* Hæc enim diuinatio conſiſtit in actibus humanis conſultò factis, ſiue fiat ex Taxillorum emiſſione, ſiue in aliquarum chartularum deſcriptione, ſiue ex ſignis reſultantibus in Plumbo liquefacto in aquam proiecto, ſiue ex conſideratione feſtucę, quam quis eligit ex duabus oblatis æqualibus, vel inæqualibus, ſiue ex quibuſdam ſchedulis ſcriptis, vel non ſcriptis in occulto poſitis, ſiue ex conſideratione eius, quod aperienti librum primo occurrit: dum enim ex iſtis cognitio inquiritur futurorum, eſt implicita diuinatio, & inuocatio dæmonum, quod generali nomine diuinatio per ſortes, ſeu ſortilegium appellatur, *ex Diuo Thom.* 2. 2 *quæſt.* 95. *articu.* 3. *ad* 2. *Claug. Reg. libro* 4. *capitu.* 5. *numero* 14. Quæ quidem diuinatio an ſit, & quomodo vel quando ſit peccatum mortale vide, *Tolet. lib.* 4. *capit.* 7. *num.* 8. *Clau. Reg. lib* 4 *cap.* 5. *num.* 15. *Azor. Inſtitu. moral. lib* 9. *capitu.* 21. *Diuus Thom.* 2. 2. *quæſt.* 95. *artic.* 8. *D. Anton p* 2. *titu.* 12. *capit.* 1. §. 8. *& alios ſummiſtas in Verb. eodem Graff. Trax. libro* 3. *capitulo* 1. *num.* 29.

31 Quarta ſpecies ſuperſtitionis, vt dixi, eſt ligaturarum, præcantionum, aliorumque medicamentorum

Digitized by Google

ad effectus, quos nequeunt naturaliter producere, vana quædam obſeruatio, atque traditio; cuius quatuor ſunt ſpecies, ſcilicet ars notoria, obſeruantia ſanitatum, obſeruantia futurorum euentuum, obſeruantia reliquiarum. *Clau. Reg. lib. 4. capitu. 6. num. 2.*

32 Ars notoria eſt, ſuperſtitio qua quis per quaſdam orationes, & ieiunia, adhibitis inſpectionibus quarundam figurarum, & prolationibus quorundam verborum ignotorum, & alijs huiuſmodi, expectat ſcientiam abſque labore ſibi infuſum iri, quæ quidem obſeruantia peccatum mortale eſt, ob tacitum cum dæmone cōmertium *D. Thom 2.2 q. 95. art. 1. Tol. lib. 4. cap. 16. num. 1. Clau. Reg. lib. 4 c. 6. num. 3. Vide Delrium lib. 3. q. 4. ſect. 2. Reginal. lib. 17. num.* 188.

33 Obſeruantia ſanitatum, eſt cū ſcilicet homo ad ſanitatem obtinendam, vana quædam, & inutilia remedia, aſſumit; vt ſunt hi, qui quibuſdam vanis præcibus aliquos corporis dolores, vel morbos ſanant, & Brutorum etiam infirmitates curant. Cum enim talis res adhibetur, quæ naturaliter huiuſmodi effectum producere non valet, neceſſario fatendum eſt, ex pacto, vel expreſſo, vel tacito dæmonis id effici, atque adeo mortalem culpam ſecum afferre, niſi imperfectio actus, vel inuincibilis ignorantia (antequam a ſuperiore edoceatur) eum excuſet. *Siman. in Cathol. inſtitut. titu. 63. in fine. Nauar. Man c. 11. num. 34. Graff. p. 1. lib. 2. dec. aur. cap. 5. num. 2. Leſſius lib. 2. cap. 44. dub. 3.*

34 Obſeruantia futurorum euentuum, eſt cum quis ex quorundam impertinentium obſeruatione, mala futura ſibi, vel alijs conijciunt; vt ſi quid proſperè inceſſurum ſit, ex aliquo occulorum, aut aurium ſpontaneo motu, aut ex ſternutamento aut ex fortuito Canum latratu, vel tranſitu, aut ex aliqua re, quæ eis obuia fiat præcognoſcere velit aliquid ſibi malum euenturum, vt ſi cum exeat domum, pedem offendit, vel veſtem corroſam a muribus inueniat, ſi nocte canem latrare, vel
35 auem cantare audierit, velit diuinare aliquid ſibi proſperum, vel triſte euenturum. Quo ſuperſtitioſo morbo laborabat ille, qui dixit.

O quoties ingreſſus iter mihi triſtitia dixi,
Offenſum in porta, ſigna dediſſe pedem.

& iterum.

Garrula quid totis reſonas mihi noctibus aures?
Neſcio quem dicis nunc meminiſſe mei.

Martin. Delrius lib. 3. quæſt. 2. Azor. lib. 9. cap. 22. Val diſt. 6 quæſt. 13 p. 2. Leſſius lib. 2. cap. 43. dub. 10. vbi tradunt, has & ſimiles obſeruationes, vt plurimum veniales eſſe, niſi quis inſtructus pertinaciter eis adhereat.

36 Obſeruantia reliquiarum eſt, cum quis ſuperſtitioſa quadā, & vana obſeruatione eas, ſeu Breuia, vel alias orationes geſtat ſuſpenſas ad collū; veluti vt vas in quo recluduntur quadratum ſit, vel trigonum, vel ſphericum, quod Euangelium, vel alia verba ſacræ ſcripturæ in charta, vt dicunt Virgine, cum inutilibus ſignis, & ritibus ſint deſcripta; & ſimilia ſuperſtitioſa & vana; Vnde qui verba aliqua collo appenſa ſecum ferūt, ſpem ſuam in illis figentes, quaſi dū illis muniuntur, ab hoſtium inſidijs ſint ſecuri, nec vllo morbo lædi queant, peccato ſuperſtitionis, aut vanæ obſeruantiæ, peccare conuincuntur. *Graff. par. 1. lib. 2. dec. aur. capitu. 5. num. 6.* Vt autem vanitas, &
37 ſuperſtitio omnis in huiuſmodi incantationibus, vel ſcripturis ſuſpenſis euitetur, hæc omnino obſeruanda ſunt.

Primo quidem, vt nihil falſi contineant non, ſolum contra ſacram ſcripturam, ſed etiam contra Eccleſię authoritatem, & conſuetudinem;

Secun-

Secundo ne aliquid in eis proferatur, aut ſcribatur ad inuocationem dæmonis pertinens, tunc enim certum eſt ſuperſtitioſum, & illicitum eſſe. Tertio ne ignota nomina contineant, quia tunc aliquid illicitum ſub illis latere videtur, Vnde *Sanct. Io. Chriſoſt. Homil 42. ſuper Matth.* ait, quod Pharyſeorum magnificantium fimbrias ſuas exemplo, nunc multi aliqua nomina Hæbraica Angelorũ confingunt, & ſcribunt, & alligant, quæ non intelligentibus metuenda videntur. Quarto ne cum verbis ſacris aliqua vana contineantur, puta, aliquid characteres inſcripti, præter ſignum Crucis, quia alij ad dęmonis inuocationem pertinent. Quinto ne ſpes habeatur in modo ſcribendi, aut ligandi, aut in quacunque huiuſmodi vanitate, quæ ad diuinam reuerẽtiam non pertineant, quia hoc indicaretur ſuperſtitioſum. Sexto ne in eis prænotetur, quod qui hæc breuia portauerit, vel has orationes dixerit, tale malum euitabit, puta non morietur in bello, in peccato, & huiuſmodi, vel conſequetur tale bonum, puta obtinebit fauorem Puellæ, &c. nec etiam portentur, aut dicantur tali animo, quaſi ſibi, hæc quis ob illa promittat, hoc enim illicitum, & a dæmone eſt, qui dum ſic ſimplices, & idiotas reddit ſecuros, facit, vt ſe periculis exponant, & facilius peccent, & vt in peccatis moriantur. *Ex Diuo Thom. 2. 2. q. 95. art. 4. Clau. Reg. lib 4. c. 6. num. 6. 7. & 8.* Vbi in fine concludit quod in his omnibus caſibus eſt pec-
38 catum mortale huiuſmodi vana, & ſuperſtitioſa obſeruantia, vt potè contraria virtuti Religionis, niſi excuſentur ignorantia inuincibili, & non craſſa, quia ſcilicet ignorant, hęc eſſe illicita, ſecus autem ſi admoniti illis vtantur, vt communiter tradũt *D. Thom. loc. cit. D Anton. 2 p titu. 12. c. 1. §. 12. Angel. Verb. ſuperſtitio. num. 7. Silueſt. Verb. eod. q. 1c. Nau. Man. cap. 11. num. 35. Coſm. Philiarc. de offic. ſacer. p. 2. lib. 3. cap. 10. Tolet. lib. 4. c. 16.* & alij doctores.

39 Prædictis autem quatuor ſpecieb. Magia, & Maleficium adiunguntur. Magia eſt, inordinata poteſtas facien di, quæ ſupra naturam videntur. *Horat. Gamb. de caſib. reſeruat. fol. 214.* quæ quidem incontationibus, atque carminibus nephariæ curioſitatis arte compoſitis, immundorumque ſpirituum commercijs delectatur, immunda, & infamis eſt, omnium bonorum calculis exploſa, *cap. Epiſcopi. cap. nec mirum 26. quæſtio. 5. Pegna. p 3. Comment. 26. Leſſius. lib. 2 cap. 44. dub. 1. & ſeq. Suarez li. 2. de Reli. c. 14. Delrius lib 2. diſq. Mag q. 7. Franc. Victor in relect. de Magia. num. 18. Graff p. 1. lib. 2. dec aur. c 6 num. 3.*

40 Maleficium eſt ſuperſtitionis actus, per quem Maleficus pacto quodam cum dæmone inito, actiones ſuas ex eius præſcripto dirigit, modos, & rationem ab illo petens quibus alium in anima, corpore, fama, honore, & reb. fortunæ, & alijs quibuſcunque lædere poſſit. *Petrus Briſfeldius in tract. de confeſſ. Malef. & ſag. in princip. Val. d. 6. q. 13. p 4.* Et diuiditur in duas potiſſimum partes, ſcilicet in Amatorium, & Veneficum;
41 Maleficium amatorium illud cenſetur, quo ipſi malefici vtuntur ad flectendos hominum animos, ad impurum, & inconceſſum amorem inducendum: proinde rixas, & odia inter Coniugatos gignere ſolent, & vtriuſque animos ad alios homines diuertere. *Paul. Grilandus de ſortileg. q. 3. Codronchius de morb. Venef capitu. 6. Mart. Delrius. lib. 3. p. 1. q. 3. Tolet. lib. 4. c. 16. num. 3.* Vbi tamen obſeruandum nullam in his Amatorijs ſortilegijs reperiri virtutem ad compellendam liberam hominis voluntatem ad amandum: apta enim ſunt potius ad inducendum furorem, quam amorem, *Ouidio in Amator. lib. 2.* ſic atteſtante.

Digitized by Google

Nec data profuerint pallentia Philtra Puellis,
Philtra nocent animis, vimque furoris habent.

Vide de hoc plura exempla apud Tiraquell. *de legib. Connubial leg.* 14. Perſuadet tantum hominum ſpeties, & ſimulachra in mentes imprimit, quo voluntas in turpes amores accendatur erga rem amandam, ipſam amabiliorem apparere faciendo, iuxta illud vulgatum, quod refert. *Nauar Comment. 4. de Regul num. 65. & Rodriq. q. Regul. tom. 1 q. 48. art 4.*

Quiſquis amat Ranam,
Ranam putat eſſe Dianam.

42 Vnde non excuſantur iſti a peccato, quamuis dicant ſe trahi inuitos ad amorem, vel odium, hoc enim falſum eſt, ſolum enim tentantur, ſed non coguntur. *Tolet. lib. 4. c. 16. num. 5. & Graff. conſil. 19. de ſent. excom. nu. 22.* Maleficium Veneficum eſt, illud ꝑ quod in bonis animi, corporis, famæ, & fortunæ damnū per maleficos infertur. Hi enim permiſſum Dei, ele-
43 menta concutiunt, turbant mentes hominum minus confidentium in Deo, ac ſine vllo Veneni hauſtu violentia tantum Carminis interimunt, vnde Lucanus.

Mens hauſti nulla ſanie polluta veneni,
Incantata perijt. cap. nec mirum. 26. q. 5. Deo etiam permittente poſſunt cum ipſo Maleficio homines energumenos, vel dæmoniacos reddere, *Petrus Thyręus in tract. de dæmoniacis. cap. 3. & 4. Codronchius lib. 3. cap. 2. & cap. 9. & Mar. Delrius. lib. 3. ſect. 7.* Item cauſare
44 ægritudines, inducendo dolores, & infirmitates, quas nulla medicina ſanet; ſterilitates, ſanitates, applicando ad hoc venena, aliaſque virtutes naturales, quæ cauſa ſunt talium, cum enim omnia ſciunt, quæ proficua, aut nociua eſſe poſſunt, eaque a longiſſimis partib. ſubito afferre queāt, quaſcunque infirmitates viſibiliter, & inuiſibiliter locis opportunis earum applicatione cauſare poſſunt; imo non ſolum exterius, ſed etiam interius inferre ea poſſunt per os dū homo dormit, aut dum putat ſe bibere, aut aliquid aliud ſumere; in his
45 tamē dæmon eſt, qui talia operatur, vnde quādo Malefici faciūt aliquas Imagines Cereas, vel ex alia materia, & illis nocent, aut partes, & membra illius acubus pungunt, & tunc perſonæ ſtatim patiuntur in illa parte ſui corporis, quæ a Malefico torquetur, & pungitur in dicta Imagine, ingentes crudeliſſimoſq; dolores, hæc omnia diabolus ex pacto nito, tacito, vel expreſſo cum Malefico, operatur erga talem perſonam, videlicet dum Maleficus, vel Malefica, hæc facit circa Imaginem, ea etiam dæmō eodem tempore in capite, pectore, dorſo, ventre, vel alia parte corporis facit erga perſonam. *Paul. Griland. de ſortileg. fol. 19. Tolet. lib. 4. c. 16 num. 7. Clau. Reg lib 4 cap 6. nu. 20. Graff. conſi. 19 de ſent excom. num. 18. & Prax. lib. 3. c. 1. num. 14. & 21. & ſeq.*

46 Denique ad hoc peccatum reducuntur peccata Lamiarum, ſeu Strigum. *Tolet. lo ci. num.* 10. Strigæ autē ſunt Mulieres maleficæ, quæ filios rapiunt alienos eorumque ſanguinem ſugunt. *Io. Chartagen Hom. Cathol. lib. 4. Homil. 3.* hæ enim inſidiantur maxime infantibus, hāc ob cauſam inquit *Spregerus in Malleo maleficiarū p. 2. q. 1.*
47 *cap* 2. vt nimirum Infantes a ſe occiſos clam extrahant de tumulis, & coquant, ex parte enim craſſiore conficiunt venenum, quò ſe iniungunt, cū volunt transferri a dæmone, & partem liquidiorem reſeruant, quā aiūt quilibet fit Doctor in arte Venefica. Vt patet ex Lamiarum confeſſione apud Delrium. *diſq. mag. tom. 1. lib. 2. c. 24.* Infantes inquiunt nondum baptizatis inſidiamur, vel etiam baptizatis, præſertim ſi ſigno crucis non muniuntur, & orationibus: hos incunabulis, vel ad latera iacentes Parentum,

Digitized by Google

tum, ceremonijs noſtris occidimus; quos, poſtquam putantur oppreſſi eſſe, vel aliunde mortui, de tumulis clã furto recipimus, in caldari decoquimus, quouſque euulſis oſſibus tota ferè caro efficiatur ſorbibilis, & potabilis; de ſolidiore huius materia vnguētũ facimus noſtris voluntatibus & artibus, ac tranſmutationibus accommodatum: de liquidiori vero humore flaſcũ, aut vtrem replemus, de quo is, qui potatus fuerit, additis paucis ceremonijs ſtatim conſcius efficitur, & magiſter noſtræ ſectæ, hęc ibi: *ex Ioanne Niderio Formicar. lib.* 5. ſimilia etiam recenſet *Comitol lib. 4 q.7.* de qua re vide *Alphon. a Caſtro. lib. 1. de iuſt. hæreticorum punit. cap. 16. Io. Capeauill. tract. de Caſib. reſeruat. p. 2. caſu. 7. quæſt. 1. diffi. 3. Videatur etiam Paul. Griland. de ſortileg. Silueſt. Verb. Hæreſis. 2. Tolet. lib. 4. c. 16. num. 10. Clau. Reg. lib. 4. c. 6. per totum.*

48 Sortilegium ergo eſt vitium omnes has damnatas ſuperſtitiones complectens. Quid autem Sit. Ars Magica habetur infra in explicatione primi caſus reſeruati in Tabella Piſaurenſi.

Cum abuſu rerum ſacrarum, aut ſacramentalium.

49 Abuſus propriè dicitur, quando quis abutitur, hoc eſt malè vtitur re contra naturam ſuam. *Abb. in c. ex literis de conuerſ. infid.* Vel vt clarius loquar, abuſus eſt malus rei contra naturam ſuam, vſus. *Graff. in Praxi. lib. 2. capit. 18. num. 13. & 24. & conſil. 16. de ſent. excomm. num. 35. Floron. p. 2. caſu 1. verſ. malefic. num.* 8. Rerum ſacrarum.

50 Res ſacræ ſunt quatuor ſpecierum. Prima ſunt ipſa ſacramenta, quibus homo ſanctificatur, quorum præcipuum eſt, Euchariſtiæ Sacramentũ, quod continet ipſum Chriſtum. Secunda vaſa conſecrata ad Sacramentorum ſuſceptionem, vt ipſæ imagines ſacræ, & Reliquiæ ſanctorum, in quibus quodammodo perſonæ ſanctorum honorantur, & dehonorantur. Tertia ea, quæ pertinent ad ornatum Eccleſiæ, & miniſtrorũ. Quarta ea, quæ ſunt deputata ad ſuſtentationem miniſtrorũ, ſiue mobilia ſint, ſiue immobilia. *D. Thom. 2. 2. q. 99. art. 3. Horat. Gambar. de Caſib. reſeruat. caſu. 10. num. 9. fol.* 215.

51 Aut ſacramentalium. Res ſacramentales ſunt Reliquiæ ſanctorum, Agnus Dei, Cãdelæ benedictę, Aqua benedicta, Oleum Baptiſmatis, Chriſmatis, Extremę vnctionis, & ſimilia. *So. tin 4. diſt. 15. q. 2. art. 3.* & Doctores communiter. *Floron. lo. ci. n.* 80. Signũ Sãctæ Crucis, inuocatio nominis Ieſu, & B. Mariæ Virginis, pia ſcripta, vel ſacra Amuleta ad collum appenſa, vt Symbolum Apoſtolorum, initium Euangelij Sancti Ioannis, vel alia verba Pſalmorum.

Circa ſecũdum, ex hactenus dictis manifeſtè colligitur, qui nam incidunt, vel non incidunt in hunc caſum reſeruatum.

52 Primo enim incidit, qui in aliquo ſortilegio (ad ſuos Magicos effectus producendos; ſeu aliquem in anima, corpore, fama, re ve lædendum, vel ad tentandam pudicitiã mulieris, & amorem prouocãdum) dat alicui Hoſtiam conſecratam, vel illam in pulverem redactã, partim videlicet ipſe ſumendo, & partim illi a quo amari cupit ſumendam in cibo, vel potu tribuendo, vel ſanctiſſimum Chriſti ſanguinem ob eandem rationem ei ad bibendum porrigendo. *Graff. Praxi. lib. 2. cap. 18. num. 20. & num. 52. Floron. loc. ci. §. 4. num.* 12. Idem dicendum de alijs Sacramentis, & rebus ſacris ſupradictis in ſortilegio, & quibuſuis ſuperſtitionibus abutentibus. *Horat. Gambar. loc. cit. num. 9 fol. 215. & Floron. loc. cit. §. 1. num. 49.*

53 Secundo incidit, qui ad finem ſortilegij rebus ſacramentalibus abutitur, verbi gratia, qui res ſacramentales, puta Reliquiæ ſanctorum, Agnus Dei,

Dei, Candelæ benedictæ, aqua benedicta; Veſtes ſacræ, corporalia, Oleũ ſacri Baptiſmatis, Chriſmatis, vel extremæ vnctionis, ſignum Sãctæ Crucis, inuocatio ſanctiſſimi nominis Ieſu, & Beatæ Mariæ Virginis, pia ſcripta, vel ſacra Amuleta, & Breuia ad collum appenſa, vt Symbolum Apoſtolorum, initium Euangelij Sancti Ioannis, vel alia verba Pſalmorum, in prædictis Poculis amatorijs, veneficijs, ſortilegijs, & alijs ſuperſtitionibus ſupradictis quomodolibet admiſcet. *Floron loc. cit. num.* 49. Caſus. n. abſolutè loquitur dicens; Sortilegiũ cum abuſu rerum ſacrarum, aut ſacramentalium; & ideo de omnibus reb. ſacris, & ſacramentalibus intelligen-
54 dus eſt; iuxta illam Regulã iuris, lex generalis, generaliter intelligenda eſt. *l. de precio. ff de publica. in rem actio. Nauar. conſil.* 5. *de ſtat. Monach. num.* 1.

Tertio incidit etiam ille, qui dat ad finem ſortilegij alicui Sanctiſſimã Euchariſtiam, ſi ea ad prædictũ finẽ abuſus ſit, qa ſic dare eſt abuti. *Graff. Prax lib* 2. *cap.* 18 *num.* 41. ratio quia, qui per alium facit, eſt perinde ac ſi faciat per ſe ipſum, *de Reg. iur. in* 6.

Quarto, & Artem notoriam, exercentes, hominibus, animalibus reſtituere ſanitatem curãtes. Herbas obſeruatis diebus, horis, vel alijs circũſtantijs, ſuperſtitioſis, colligentes; futuros euentus obſeruantes; Reliquias cum aliqua ſuperſtitione gerentes; ſi in his, vel horum aliquibus, ſacramentis, vel ſacramentalibus abutãtur. *Floron. loc. cit.* §. 2. *num.* 14. *in fin.*

Non incidit autem primo, ille qui abuſus eſt, Sacramento Euchariſtiæ
55 ob aliquem optimum finem, puta ad recuperandam ſanitatem, vel ad ſui defenſionem, vel ex deuotione deferens illud appenſum ad collum. Et ſi mortaliter delinquat; & ratio eſt, qa illo non abutitur ad finem ſortilegij. *Graff. in Praxi. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 33. & 52. & *conſil.* 16. *de ſent. excom. num.* 26. *vſque* 29. & idem cenſendum eſt, de alijs ſacramentis ac rebus ſacris, ſcilicet abutentes alijs ſacramentis, vel rebus ſacris ob quemcunque finẽ bonum, præter finem ſortilegij, minimè comprehendi ſub hac reſeruatione, ſed tãtum peccare mortaliter, ratio, quia vbi militat eadem ratio, idem
56 ius ſtatui debet. *Bartol in l. illud ad leg. Aquil.* & etiam, cũ reſeruatio loquatur tantum de ſortilegio, ergo excludit omnes alios caſus non pertinentes ad finem ſortilegij, per Regulam
57 illam legalem, quod *incluſio vnius, excluſio eſt alterius l. cum Prætor de iudicib.* etiam ſi abutatur illis alios quouis malo fine, præter finem ſortilegij; hinc.

Secundo non incidit, qui non per ſe, ſed per alium abutitur Sacramento Euchariſtiç quamuis proculdubio mortaliter peccet, dũmodo non abutatur ad finem ſortilegij, ratio quia quotieſcunque, quis abutitur ſacramentis, vel ſacris rebus, ſi non abutatur ad finem ſortilegij nunquam incidit in hunc caſum reſeruatum, cum ad incurrẽdum hunc caſum requiratur abuſus ſacramẽtorum, vel rerum ſacrarum, aut ſacramentalium ad finem ſortilegij; vt dicit caſus reſeruatio. Incideret autem in 3. caſum reſeruatũ in Tabella Macera. qui ſortilegia veneficia; incãtationes, & alias ſupradictas ſuperſtitiones cõmittit.

Tertio non incidit, qui acceſſit ad Eccleſiam cauſa ſubtrahendi ſacram Euchariſtiam, vel Oleum Sanctum,
58 animo malo abutendi ad finem ſortilegij, tamen repertus a cuſtode Eccleſiç, non potuit potiri fine ſuo peſſimo, quia verbi gratia impeditus ab ipſo Eccleſiæ cuſtode, iterum in loco eodẽ a quo furatus eſt, repoſuit; ratio, quia cum ſimus in pœnis, pœnæ ſunt reſtringendæ, & ideo nõ habent locum niſi cum effectu ſecuto;
59 eſt enim communis traditio, quod nullus comprehendatur ſub caſu reſerua-

ſerua-

Digitized by Google

ſeruato,attentans aliquem actum,niſi ad conſummationem deueniat,iuxta Doctrinam Io. And.*in cap.perpetuo nu.1.de elect.in6.* vbi afferit quod nemo incidit in pœnam, quæ ipſo iure delinquenti pro delicto infligitur, ſi id delictum cogitauit, & aliquid egit attentando,ſed non conſummauit,etiam ſi per ipſum nō ſtetit,quod intellige quo ad pœnam legis poſitiuæ, quia quo ad Deum mortaliter peccauit. *Graff.in Praxi.lib.1.Regula.3.cap.4.num.10.p.1.lib.1.dec.aur.c.13.num.71.& conſil.16.de ſent.excommu.num.14 & in Prax.lib.2.cap. 18. nume. 38.& 45.*

60 Quarto nec,qui daret alicui,Sacramentum Altaris,vel Oleum Sāctum, aut Chriſma minanti ſibi mortem, niſi ſibi daret; ratio quia non eſt veriſimile velle Diæceſanum Anconitanum,vitę integritate,doctrina cōſpicuum, ac charitate ignitum quēquam obligare cum diſcrimine vitæ ad ſuorum caſuum reſeruatorum obſeruationem; niſi hoc fieret in contemptum Cēſuræ Eccleſiaſticæ, vel in odium fidei. *Graff.Praxi lib.2.cap.18.num.43.*

61 Quinto,nec Sacerdos,licet peccet mortaliter,qui vngit ſcienter ſanum vel paruulum ratione carētem,ratio quia,& ſi abutatur Sacramento extremæ vnctionis,quia inſtitutum fuit in vltimum remedium,cum dicatur Sacramentum exeuntium, quia debet dari infirmis in periculo mortis conſtitutis adultis habentibus vſum rationis,vt dicit Turrecremat.*in c.Praſbyteros diſt.95.*quia tamen non eſt abuſus ad finem ſortilegij,& ſuperſtitionis,immunis eſt,a caſus reſeruatione *Graff.loc cit.num.31.*

62 Sexto nec incidit infirmus,qui p̄mittit ſe rebus ſacris tangi, vel vngi pro liberatione ſuæ infirmitatis,verbi gratia,ſi patiēs morbum in aliquo membro faciat,vel permittat ſe vngi Oleo Sancto in illo loco, vt ſanetur, vel gutta Chriſmatis,vel ob ſanitatē tuendam bibit Oleum Sanctum; peccat tamen mortaliter,non tamen incidit in caſum reſeruatum, cum illis non ſit abuſus circa ſortilegia, ratio quia aut emit,& hoc eſt prohibitum, etiam in neceſſitate,*cap.placuit* 1.*q.*1.

63 vbi gloſa non eſt licitum inquit vendere Chriſmatis liquorem in neceſſitate,puta pro medicina infirmi. Præpoſitus *in cap. ad eius. diſt.5.* non enim eſt licitum patienti morbū in aliquo membro vngi Oleo Sancto,vel liquore Chriſmatis,vt ſanetur;per Regu-

64 lam,*Quæ ſemel Deo dicata ſunt,ad alios vſus transferri non debent.de reg. iur.in 6.* Aut alia via habuit, & ſic grauiſſimè peccauit inducens etiam ad peccandum illum,per quem habuit. At ſi bona fide hoc faceret, & ex maxima diuotione, non conſiderans peccatum,ſed ſolum ſanitatem; vel fortè inuitatus ab alijs, vel de licentia Epiſcopi,vel alterius de licentia Papæ,tunc liceret,alias eſſet irreuerentia magna,ſi hæc paſſim fierent. *Silu. verb.Oleum.in fin.Graff.Prax.loc.cit.n.29 & ſeq.& conſil.26.de ſent. excomm. num.39.vſq.43.*& vt omnia vnico verbo,ſeu paucis verbis amplectar, quotieſcunque (& hæc ſit Regula generalis)in aliquo ſortilegio,vel alijs ſupranarratis damnatis ſuperſtitionibus,quis abutitur aliquo Sacramēto, vel rebus ſacris, aut ſacramētalibus, toties incidit in hunc caſum reſeruatum, & è contra quotieſcunque non ad finem ſortilegij, ſed ob aliū quēcunque finem bonum,vel malū abutitur iiſdem,numquam ſub hac reſeruatione cōprehenditur, & ita in hoc ſenſu declarandus eſt, ſecundus caſus reſeruatus in Tabella Firmana, dummodo fiat prædicta cum expreſſa, vel tacita dæmonum inuocatione; eo modo quo dicam infra in Tabella Piſaurenſi.

Circa tertium, Praxis obſeruanda a Confeſſario circa confeſſionem, & abſo-

abſolutionem Sortilegi pęnitentis, hæc erit.

65 Circa confeſſionem. Primo Confeſſarius diligenter curet, vt confeſſio ſit integra; ſi quidem inter cætera ſortilegi, hoc Dæmoni polliceri ſolent, nunquam ſe integram Confeſſionem facturos; proinde Confeſſarius beneuolè debet pęnitentem excipere, illumque ad veram, & perfectam contritionem ſuorum delictorum inducere; quandoquidem licet ex parte Dei non ſit difficilè, qui illam in momento infundere poteſt, eſt tamen valde difficilè ex parte Malefici, & ſortilegi, & hoc ꝓpter duo. Primum eſt error in intellectu; dæmon enim perſuadet illi impoſſibile eſſe deinceps cõuerti ad Deum, propter fidem Deo negatam, & pactum cum eo initum. Secundum eſt, metus incuſſus, dęmon enim multis moleſtijs afficit eos, qui a data ſibi fide recedere volunt, ſubinde etiam verbera infligit, & mortem ac duriſſima quæque eis minatur. Ideo confeſſarij partes erunt pœnitentem huiuſmodi adiuuare, ipſumque ſuauiter admonere, vt ſpem totam in Deum ponat, oſtendendo dęmonem expreſsè mentiri, cum Deus ſemper paratus ſit peccatores ad ſe conuerſos benignè recipere, *Derelinquat impius viã ſuam ait per os Iſaia capit.* 55. & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur *ad Dominum, & miſerebitur eius*. Et per Ezechielem. *c.* 18. *& Iſaiam c.* 55. *Nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur, & viuat.* Deus ergo nul-
67 li claudit viſcera miſericordiæ ſuæ, ſed omnibus aperit. *c ſi quis omnem* 1. *q.* 7. cum miſericordiam ſuam idest remiſſionem peccatorum omnibus verè pœnitentibus promittat, & neminem verè pœnitentem a ſe excludat. *c. Deus, iuncta gloſa. de pœnit. diſt.* 1. ita Eccleſia ſponſa Chriſti ei ſe conformans nulli peccatori ne quidem Hæretico, quo ad animæ ſalutẽ gremium præcludit, ſed obuijs ipſum vlnis recipit *cap. ſuper eo de Hęret. in* 6. *Reginal. lib.* 17. *c.* 4 *q.* 7. Vnde inducendus erit, vt Chriſtianæ fidei ſcutum arripiens, nullis dæmonum territamentis frangatur, cum debilis ſit hoſtis, & neminem vincat, niſi volẽtem *D. Aug. ſerm.* 197. *de tempore*; Vbi etiã ait diabolum eſſe velut Canem catenis vinctum, qui ad ſe propinquantes ſolum mordet. Diabolus etiam ait
68 D. Greg. cum ei reſiſtitur, debilis eſt vt formica, cum vero ſuggeſtio eius recipitur, fortis eſt, vt Leo. *Io. Capeauill. p.* 2. *c.* 7. *q.* 3. in promptu etiam habeat ſacræ ſcripturæ teſtimonia, Patrum ſententias, & aliqua exempla, quibus clarè dęmonſtret, ſeriò cõuerſos numquam a Deo reijci, nec illos ad pœnitentiam accipere dedignari, qui etiam pactis conuentis, & data Syngrapha ſe dęmoni manciparunt; præſertim ſi ad Beatæ Marię Virginis opem confugiant; per illam namque quaſi per eſcam Deus peccatores ad ſe trahit, vt ſe a domino Deo accepiſſe Sancta Catherina Senenſ. *tract.* 4. *dialog. c.* 139. claris verbis teſtatur; quandoquidem vt ait *D. Anſelm. lib.*
69 *de excellent. B. M. V.* Ad Mariam conuerſus, & ab ea conſpectus, impoſſibile eſt, vt pereat.

70 Secundo, cũ ſortilegi ferè ſemper abutãtur Sacroſanctę Euchariſtię Sacramẽto ad impurũ amorẽ Mulierũ ſibi conciliandum, ideo animaduertat confeſſarius ſortilegum pœnitentem debere confiteri qualium Mulierum amorem ſibi conciliare ſtuduerit, an Virginum, an Coniugatarum, an Deo conſecratarum, quia illi amores ſpecie diſtinguuntur, & ideo in Confeſſione hę circumſtantię omnino ſunt aperiendę. *Io. Capeauill. p.* 2. *c.* 21. *q* 3. *in fin.* ratio quia in Confeſſione exprimenda eſt ſpecies ſuperſtitionis, vel ſacrilegij, tum vt ſciatur, an ſit caſus reſeruatus, tum etiam, quia in Confeſſione longè diuerſum iudicium

ciun

Digitized by Google

cium de pacto expreſſo, quam de tacito cum dęmone inito, faciendũ eſt. *Suar lib.2.de Relig.c.*10.*nu.*1. *Reginal.lib.*17.*c.*17.*nu.* 170.

Tertio Confeſſarius interroget ẽt pęnitẽtem de tempore, quo in huiuſmodi ſortilegijs inſorduerit. Quoties illa perpetrauit, & an Complices vel Socios habuerit, & an alios ad abutendum Sacramentis vel Sacramentalibus induxerit, quia cũ graue commiſerit homicidium ſpirituale, *c ſi cui.de pęnit.diſt.*1. multum gemere debet ob ſuas admonitiones aliorum vitam corruptã, quapropter inducere debet ad efficaciter illis diſſuadendũ, ne hoc amplius faciat, & confiteatur. *Graff.prax.lib.*2 *c.*18.*nu.*58.

Quo ad abſolutionẽ. Primo Confeſſarius inquirat, An intercesſerit aliquod pactum cum dęmone, in quo
71 ferè ſemper intercedit, dato etiã interdũ chirographo ſuo ſanguine conſignato, in quo pacto promittit ſe negaturum Chriſtum, Crucem Sanctã, fidem Chriſtianã, dęmones adorare & alias ſimiles actiones nephãdas & ſacrilegas exercere: nam vrgẽdũ erit vt illud omnino reſcindat, dęmoni abrenuntiet, & quantum in ſe eſt omnia ſigna prærumpat, & à prioribus Sortilegijs, vel Maleficijs in poſterũ abſtineat. *Tolet.lib.*4 *c.*16. *nu.* 8. *Clau. Reg.lib.*4 *c.*7.*nu* 25. *Suar lib.*2.*c.*17.*nu.* 4. *Sanchez lib.*2 *de præcept c* 40. *nu.*53. Sic apud Laurentium Suriũ legimus in Vita S. Theodori in mẽſe Aprilis, ipſum Diuum Theodorũ Archimandritæ cuidam Mago ad pęnitentiam adducto iuſſiſſe.

Primò, omnia peccata ſua integrè Confiteri.

Secundò, ſi quos haberet libros maleficos, in medium proferre.

Tertiò, quoſcunque homines, aut domos, aut Iumenta & Animalia maleficijs ſuis obſtinxerat, diſſoluere.

Quartò, non amplius ea in quemquam exercere, ſed pęnitentiã agere. *Delrius diſq.mag.tom.*3 *lib.*6.*c.*2.*ſect.*1. *q.*2 *fol.*201. Vnde niſi hæc facere promittat, imò actualiter agat minimè eſt abſoluendus, dummodo tamen Confeſſarius auctoritatem habeat illum abſoluendi, quia ſi nõ habet, debet remittere illum ad Superiorem, vt in Tabella Firmana, vbi pęnitẽtes qui abuſi ſunt Sacramentis, vel rebus Sacramentalibus, in Sortilegijs, &c. cum expreſſa dęmonũ inuocatione, vel pacto cum dęmone, mittẽdi ſunt ad Superiorem, pro abſolutione.

Secundò, inquirat, An in tali pacto
72 aliquam Hæreſim habuerit, ideſt an aliqua hæreſis labe in intellectu fędetur, puta interius etiam credendo fidem Chriſtianam eſſe falſam, Sacramenta Eccleſiæ nihil valere, vel Euchariſtiam & alias res Sacras vim aliquam ad maleficia & Sortilegia cõficienda continere, dæmonem diuinitatẽ habere, futura contingẽtia noſſe, &c. quia ſi circa illa, vel aliquid illorũ malè ſentit, habẽs errorem in intellectu, abſque dubio Hæreticus fuit, & cõſequenter excõicatione & alijs pęnis in Bulla Cęnæ Dñi contẽtis innodatus exiſtit, proinde ad Inquiſitorem remittendus eſt. *Tolet.lib.* 4.*c.*16.*nu.*8. *Io Capeau.p.*2 *c.*7 *q.*3. *Clau. Reg loc.cit. Graff.conſ* 19 *de ſent.excom.*
73 *nu.*20.*& in prax li.*2.*c.*18.*n* 21. Inquiſitores enim hæreticæ prauitatis habent auctoritatẽ in Sortilegos, quotieſcũq; aliqua in ſuis Sortilegijs admiſcent, quæ manifeſtè hęreſim contineant, aut hæreſim ſapiant; ſapiunt aũt hæreſim cę diuinationes, in quibus aliqui Imagines Baptizant, Pueros rebaptizãt, vel caput defuncti fumigant, aut Sanctorũ Imagines conculcant, porterunt, ſputis fœdãt, Cruces deijciunt, atq; cõfingunt, aut Sacramẽtis, aut rebus Sacris, aut Sacramentalibus nefariè & ſacrilegè abutuntur. Cõtinent verò manifeſtè hæreſim Diuinationes in quibus quidã ipſos dæmones inuocant, vel conſulunt,

Digitized by Google

ſunt, eis thura adolendo, ſacrificia offerendo, Candelas accendẽdo, venerationem, & cultum tribuẽdo, genua flectendo, humi proſternendo, nefarias præces emittendo, adorando, ſe eis deuouendo, obedientiam promittendo, laudes eorũ, vel cãtus in eorũ reuerentia proferendo, caſtitatẽ pro eorũ reuerentia vel admonito ſeruãdo, ieiunando, vel carnẽ ſuã alias macerando, veſtibus nigris, vel albis pro eorum reuerentia induendo, per characteres, & ſigna, & ignota nomina obſecrando. Aues vel alia ſimilia animalia immolando, ſanguinẽ propriũ ex ſe emittere procurando, vel aliquid aliud ſimile ob eorũ obſequiũ, honorẽ, & reuerentiã præſtando. Itẽ qui eis ſeipſos tradunt, fidẽ abnegãt, eorũ ſcripta nomina honoris & cultus cauſa deferũt; oẽs huiuſmodi tãquam hæretici, aut ſaltẽ tãquã hæreſis vehementer ſuſpecti iure poſſunt ab Inquiſitorib. puniri, vt colligitur *ex c. accuſatus § licet de hæret. in 6.* & iure ipſo, affecti ſunt ijs pęnis, quibus Canones, & iura hæreticos, & de hęreſi ſuſpectos ſubiectos eſſe voluerũt. *Graff. conſ. 19. de ſent excom nu. 5. Azor. p. 1. Inſt. moral. lib 9. c. 26.* Ideo tales ſortilegi ad Inquiſitorem mittendi ſunt; vel ſuppreſſo nomine ab eo abſoluendi facultas petẽda; eſt enim tã arcta obligatio ſigillum confeſſionis tegendi, vt nec ẽt hæretici cõtagioſi Confeſſionem Sacramentalem nulla prorſus de cauſa detegere liceat, vnde falſus & exploſus eſt omnino verſiculus ille, relatus à *Nau. in c. pen. Sacerdos. nu. 116 de pęnit. diſt. 6.*

74 *Eſt crimen Hæreſis, quod nec Confeſſio celat.*

Quare ſi caſus accidat, fas erit in genere citra omnẽ perſonæ ſuſpicionẽ, Epiſcopũ, vel Inquiſitorẽ admonere, vt diligenter ſuper gregẽ ſuum inuigilet, eo quod Lupus eſt in eo. *Nau. in d. c. Sacerdos. n. 119. de pęnit. d. 6 Sotus in in relect de tegen vel deteg. ſecreto memb. 3. q. 4. concl. 5 Mart. Delrius lib. 6. tom. 3. Diſq. magic c 1 ſect 2. Lazar. de Monitor. ſect. 2 q. 17. nu. 14. & ſeq.*

Si verò ſortilegus errorẽ in intelle-
75 ctu non habuit, ſed ſola malitia volũtatis, eſt ſola dęmonis inuocatio, quę eſt grauiſſimũ peccatũ mortale. *Clau. Reg. loc cit. Tolet. vbi ſup.* non tñ eſt hæreticus, nec in excõicationẽ incidit, ſaltem in foro interiori, licet in foro exteriori præſumatur hęreticus & procedatur contra illum per Inquiſitorem, cum pręfata facta & dicta ſint hæreticalia, vel ſaltem manifeſtã ſapiãt hæreſim iuxta *c. accuſatus de hær. in 6. Io. Capeau. loc. cit. q 3. Azor. p. 1. Inſt. moral. lib. 9. c. 26. q. 3.* At in Directorio Inquiſitorũ. *p 2 q 43.* cõtinetur, quædam Conſtitutio Pontificia ædita à
76 Ioan. XXII. in qua ipſo iure excõicationis pęna ijs omnibus irrogatur, qui Sacramentis, aut rebus Sacris in diuinationibus abutũtur, aut nefarijs pręcibus dæmones inuocant, aut Sacrificia illis offerunt, aut eos venerantur, & colũt, aut cum eis impia pacta faciunt. *Azor loc cit* A qua tamen excommunicatione cum nemini ſit reſeruata, cuilibet Confeſſario approbato abſoluere integrum erit per ea, quæ tradunt Doctores *in c. nuper. de ſent. excom.* præterquam quod multi aſſerunt dictam excommunicationẽ non eſſe ipſo iure latam, ſed ferendam. *Sanchez. lib. 2. c. 38 nu. 91.*

Tertio perpendat, an Sortilegus ꝑ diuinationẽ, vel per maleficia & ſortilegia ſua, aliquod damnũ in anima, in corpore, fama, vel ſubſtantijs ali-
77 cui intulerit, v. g. Pueros occidendo, vt faciunt Strigæ, dolores & infirmitates in corpore cauſando, ne matrimoniũ cõſumare queãt Coniuges ligando, ſterilitatẽ ſexus inducẽdo; Vineas, Arbores, Animalia, vel ædificia deſtruendo; elementa concutiẽdo, tẽpeſtates, grãdines, fulgura, tonitrua procurãdo; vel alia ſimilia dãna inferẽdo, quia omne illud reſarcire tenet.

Ioan-

Digitized by Google

Ioannes Capeauill.loc.cit.quæſt.2.& q.3. Clau.Reg.loc.cit.num.25. Tolet.lib.4 c. 16.numero 8.Graff.in Praxi. lib.3. cap. 1.num 20.& ſeq.& conſi.19 de ſent.excom.num.19. Et quia teſte *D. Greg.Homil.32.*in Euangelia, cũ maligni ſpiritus nihil in hoc mundo propriũ poſſident;& dæmon daturus veras Magis, vel Maleficis pecuñias,alijs ſurripere ſolet, ſi id conſtet, in foro cõ-
79 ſcientiæ veris dominis reſtituere tenentur. *Suarez.lib.2.cap.17 num.4. & Sanchez lib.2.de præcept.cap 41.num.2. Bonacin.tom.2.diſput.3 q.5 punct.5.nu. 11.in fin.*

80 Quarto obſeruet,an ſortilegus,vel Maleficus habeat adhuc aliqua Maleficia alicubi collocata, quæ necdũ damnum aliquod intulerint, aut ſaltem adhuc ſit integra, quia nõ debet abſolui, donec quocunque modo licito,futuris malis obſiſtere conetur. *Io.Capeauill.loc.cit.q.3.* verbi gratia rogare Maleficum, vt maleficium diſſoluat; clarum eſt enim ſi quis ſciret Maleficium factum conſiſtere in laqueo ibi alligato,licitum eſſe rogare Maleficum, vt illam ligaturã ſoluat; ſicut etiam licitum eſt rogare Maleficum,etiam pecunia ei data,vt illas ligaturas, quas fortè habet ſepultas,ſuſpenſas,& occultè conſeruatas, inde dimoueat: nam hic nulla interuenit opera diabolica, ſed tantum humana actio, quam quilibet alius efficere poſſet,ſi ſciret,vbi eſſet illa alligata; imo huiuſmodi facere virtus eſt, & qui ſcirent vbi ſepultæ,aut conſeruatæ eſſent, eas ſubtrahere poſſent, cũ hoc non ſit vti Maleficio,ſed factum deſtruere, ita *Sot.in 4.diſt 34.Silueſt. verb.Maleficium q.8.ver.His præmiſſis. Tabien verb.impedimentum 12.Nauar. in Man cap.11.num.29.Tolet.lib.4. c 16. Coſm.Philiarc de offic.ſacerd. p. 2. lib.3. cap.11.in fin.Caietan.Verb.Maleficium in fine.Io Capeauill.p.2 cap 7.q.3.& q.1. prope fin.* vbi etiam dicit, quod ratio huius eſt, quia in contemptu dæmonis non ſolum poſſumus, ſed quantũ in nobis eſt,debemus omnia eius opera deſtruere, & ideo rogare poſſu-
81 mus Maleficum,vt ſignum ſuum auferat,dummodo, quis proteſtetur ſe nullum negotium cum dæmone velle habere,imo etiam abſque vlla proteſtatione,ratio[illegible]uia petitur res de ſe iuſta,& licita C[illegible] *Reg.lib.4 c.6.num. 27.* & ſi pœni[illegible] buſus fuit ſacramentis, vel reb[illegible] cramentalibus, præcipitur in Tabe[illegible] Firmana,vt nõ abſoluatur,niſi prius, oĩa reſtituerit.

82 Quinto num ipſe ſortilegus ſuis ſortilegijs aliquos occiderit,& quos, quia in primis irregularitatem incurrit,& ſi Clericos occiderit incidit in excommunicationem reſeruatã ſummo Pontifici,ob *c. ſi quis ſuadente diabulo 17.q 4.Io.Capeauill.loc.cit. & c.8. q 3.in fin.*

83 Sexto animaduertat, vt relabendi occaſiones euitentur, & amputẽtur, verbi gratia ſi cũ alijs ſortilegijs verſatur,ſeparatio iniungenda eſt; & ſi quos noxios Co[illegible]plices non emendatos norit, ſtatim[illegible] iudices deferat. Confeſſarius enim [illegible]etur huiuſmodi reos admonere,[illegible]os non correctos denunciet,qu[illegible] nolint,non debet eos abſoluere, & ſi abſoluat, peccat;quod ſi reus ſciret aliquem ex ſocijs eſſe conuerſum, nec periculum eſſe, ne ad vomitum redierit, vel ſit redditurus; tunc non poteſt illum nominare, nec Confeſſarius volentem talem nominare, poſſe abſoluere. *Delr.tom.3.lib.5.ſect.3.fol.17.*

84 Septimo vtrum ſortilegus alios artem magicam,vel Maleficam docuerit,aut ſeduxerit, nã nullo modo eſt abſoluendus, niſi quantum in ſe eſt, illos conuertere conetur, & ſi pertinaces erunt,ita vt conuerti,aut abſtinere nolint, eos ſuperioribus denunciet,& accuſet. *Mart. Delrius loc. cit.li. 6.ſect.3.Io Capeauill.c.8.q.3.in fin.* pariter ſi in quibuſdam nominibus deſcriptis in Characteribus, aut ſimilibus

rebus

Digitized by Google

rebus collo alligatis ſpem ſuam po-
85 nunt, credentes ſe illis mediantibus liberos ab omni periculo futuros, mortaliter peccant; minimè abſoluēdi ſunt, niſi illa reijciant. *Graff. p. 1 lib. 2. deciſ. aur. c. 5. num. 31.* & comburant. *Graff. Traxi. lib. 2. c. 18. num. 59.*

Octauo denique inſpiciendū erit, an ſortilegus adhuc Libros Magicos
86 incantationes continentes, vel alia Magica inſtrumenta retineat, quia illis apud ſe retentis, abſolui non debet. *Io. Capeauill. loc. cit.* Hi autem libri non propria auctoritate comburendi ſunt, ſed potius ad Inquiſitores deferendi ex Conſtit. Iulij III. incipient. *Cum meditatio. Azor. p. 1. Inſtit. moral. lib. 8. cap. 16 q. 12. & ſeq. Sanchez. lib 2. cap. 38. num. 93. Suarez. lib. 2. c. 19 num. 16. Martin. Delrius lib. 5. ſect. 17. fol. 96.*
87 & cum ſatisfactio non poſſit eſſe ſine excisione ca[illegible]rum. *cap. ſatisfactio. de pœnit. diſ.* [illegible]o Cōfeſſarius accipiat ab eo iura[illegible]ıtum, ne amplius illa in poſterum committat, quia in iſtis enormibus delictis, hoc facere licet. *Graff. loc. cit. num. 58. & p 1 lib. 1. dec. aur. cap. 32. num. 15. & Nau. cap. 26 nu. 3.* In magnis ait criminib. exigat iuramentum. Denique impendat ei beneficium abſolutionis, ſi tamen habet auctoritatem, imponendo ei pœnitē-
88 tiam arbitrariam, tamen grauem, iuxta perſonarum qualitatem, præſertim orationes tam mentales, quā vocales, ieiunia, eleæmoſynas, necnon frequentiam ſacramentorum Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, quò paulatim ad Deum trahatur, & in Chriſtianis virtutibus proficiat, & vt ſapienter ait *D. Anton p. 3. tit. 17 c 20.* Si ſacerdos Confeſſarius non poteſt gaudere de omnimoda purgatione pœnitentis, ſaltem gaudeat, quod liberatum a gehenna trāſmittit ad Purgatoriū.

Et hæc pro huius primi Caſus reſeruati declaratione, dicta ſufficiant ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

IN Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti incipit declaratio ſecundi Caſus reſeruati Tabellæ Anconitanæ, qui talis eſt.

Inceſtus vſque ad ſecundum gradum, quò ad Maſculos tantum.

PRo declaratione huius ſecundi Caſus reſeruati, præter ea, quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractātes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Inceſtus.*
2 *Quando Inceſtus eſt Caſus reſeruatus, & quando non eſt reſeruatus.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionē Inceſtuoſi pœnitentis.*

CIrca primū. Inceſtus eſt cōſanguineorum, vel Affinium abuſus, *c. iex illa. §. cum ergo, 26. q. 1. D. Thom. 2. 2. q. 154 art. 1.* Vel quod
89 ideſt eſt, Inceſtus eſt abuſus, ſeu coitus, vel illicitus concubitus, per carnalem copulam cum perſona conſanguinea, vel affini intra gradus prohibitos commiſſus. *Tolet. lib. 5. c. 12. nu. 1. Io Capeauill. p. 2. cap. 14. quaſt. 1. Hora. Gambar. caſu 4 num. 6. fol. 193. Clau. Reg.*
90 *lib. 8. c 4. num. 1.* Inceſtuoſi enim ſecūdum propriam, & ſtrictam ſignificationem dicuntur, ij, qui abutuntur conſanguineis, vel affinibus. *d. c. lex illa 36 q. 1. Graff. in Traxi. lib. 1. cap. 13. num. 1.* cum igitur peccatum inceſtus perpetratur cum conſanguineis, vel affinib. intra gradus prohibitos, hinc neceſſarium cenſeo breuiter declarare quid nam conſanguinitas, & affinitas ſit, qui etiam gradus ſint prohibi-
91 ti. Conſanguinitas ergo eſt, vinculum ſeu propinquitas perſonarū deſcendentium ab vno ſtipite per carnalem propagationem contracta.

Graff.

Digitized by Google

Graff.loc.cit.num.6.D.Bonau.Centiloq.p. 3.ſect.57.D.Th.in 4.diſt.4.q.1.a.1.Clau. Reg.vbi ſupra nu.2. & dicitur conſan-
92 guinitas,quaſi ſanguinis vnitas,nam conſanguinei inde dicti ſunt, quod ex vno ſemine, ſeu ſanguine, vel ex vno Patris ſemine nati ſunt,*Graff.lo. cita*. Quod quidem vinculum Perſonarũ deſcẽdentium ab vno communi ſtipite,eſt duplex,ideoque duas lineas facit,vnam rectam,alteram vero Collateralem ſeu Tranſuerſalem. Stipes communis dicitur illa perſona,a qua reliqui ducunt originem generationis,puta, Pater,a quo Filij,& alij ab eis deſcendunt; Linea recta eſt,qua vna perſona rectè ſeu directè trahit originem ab alia mediatè, vel immediatè, vt Filius a Patre immediatè,Nepos a Patre mediatè,& Pronepos a Nepote,& ſic deinceps,& illa, vel eſt Deſcendentium,vel aſcentium; Dicitur autem Linea deſcen-
93 dens,quæ a Propagante ad propagatũ,puta a Patre, ad Filios, Nepotes, Pronepotes,&c. Aſcendens è contra eſt a Propagato ad illas, de quib.deſcendit. Linea vero collateralis,vel Tranſuerſalis eſt,in qua vna Perſona non ſic ſanguinem trahit ab alia, ſed vna ſtat ad latus alterius, & ambę dicuntur ab eodem; vt Fratres,& Sorores ſunt ab vno Patre,Cõſobrini sũt a Fratrib.& Sororibus;Conſobrinorũ Filij ſunt ab ipſis, &ita deinceps. Dicitur per Carnalem propagationem, nec refert quo ad prohibitionem,an deſcendãt per coitũ fornicarium,vel Vxoriũ. *Clau.Reg.lo ci.nu.2.*
94 Affinitas aũt eſt,propinquitas duarum perſonarum, quarũ vna cũ conſanguinea alterius copulã carnalẽ habuit,& dr̃ affinitas,quaſi duorum ad vnum finem vnitas ſm̃ Abbat.in *cap. quod ſuper de conſang.& affinit.*eo quod duæ.& diuerſę Cognationes per Nuptias,& per coitum copulantur, & alter ad alterius Cognationis finẽ accedit, vnde conſequenter Affinis dicitur, quia accedit ad cõſanguinitatis, & Cognationis alterius propter copulam cum aliquo de illa familia habitam. Et hæc Affinitas contrahitur
95 non tm̃ per coitum Maritalem licitũ,ſed ẽt per fornicarium; Affinitas ex legitima copula extẽditur vſq. ad quartum gradum incluſiuè, ex coitu vero Fornicario vſq; ad sm̃ tantum, ita reſtringit Conc. Tri.*ſeſſ.24.c.4.* & declarauit Pius V.in Conſtitu. incip. *Sanctiſſimus in Chriſto Pater*. Scilicet ad Matrem fornicariæ, vel fornicarij, & ad Sororem,vel Fratrem. Ad quã Affinitatem contrahendã nõ ſufficit
96 quæcunq. carnalis cõmixtio, abuſus enim Mulieris extra Vas debitũ, nõ inducit vinculum affinitatis, ita ẽt ſi quis Virginẽ defloraret, & clauſtra pudoris inuaderet,ſi intus non ſeminet,non cõtrahitur exinde Affinitas, *c.extraordinaria. 35.q.3.*ſed requiritur commixtio, hoc eſt, vt ſanguis Viri ſanguini Mulieris commiſceatur, & in Vas debitũ recipiatur,per quã cõmixtionem efficiũtur vna caro,iuxta illud Gene.*c.* 1.*erunt duo in carnæ vna.*
97 Candidiſſime Lector ne me quæſo turpia,hęc ſcribentem damna,neceſſitas.n.ſic expoſtulat, cum ergo hic, & alijs multis ĩ locis huius Praxis de rebus Lubricis, & obſcęnis agere me oporteat, rogo ex huiuſmodi caſtas aures tuas nõ debere pollui;recordare oĩa mũda mũdis; & Solẽ latrinas & immunda loca lucis ſuæ radijs penetrare,nec per hoc fœdari; vt.n. verum fatear,pudet me, hęc non ſolum percurrere ſcribendo,ſed ẽt mẽte reuoluere cogitando, tñ neceſſe eſt, vt pudorem vincat neceſſitas,& verecũdiã ſuperet vtilitas; vtile.n.imo neceſſarium eſt,vt Confeſſarius de prędictis notitiã habeat, vt illorum grauitate perſpecta,poſſit, quotieſcunq; opus fuerit pęnitentib. terrorẽ incutere, eiſq.oportuna remedia prębere nobis ergo liceat pro animarũ ſalute, quod Medicis pro corporũ ſalute licet,

licet, res ſuis verbis, vt facilè a Con-
feſſarijs percipiantur, exprimere. *Ho-
rat. Gamb. loc. ci. Graff. in Trax. lo. ci. n. 3.
& ſeq. Clau. Reg. vbi ſupra nu. 4* & hæc
de Cõſanguinitate, & Affinitate di-
cta ſint, ſed quia Conſanguinitas per
gradus diſtinguitur, & numeratur,
ideo ſcire oportet, quid gradus ſit.
98 Gradus ergo eſt, determinata pro-
pinquitas perſonæ ad perſonã, & di-
ſtãtia vnius ad alterũ. Et dicũtur gra
dus ad ſimilitudinẽ graduũ ſcalarũ,
vel locorũ procliuiũ, quib. aſcenditur
vel deſcenditur ab vno ad alterũ, *ff.
de gradib. l. Iuris conſultus, §. gradus*, &
propriè inuenitur in Linea recta, mi-
nus aũt propriè in Linea tranſuerſa-
li. Stipis aũt non facit gradũ, ſed eſt
principiũ, & radix arboris cõſangui-
nitatis, a quo Rami pollulant; gradus
aũt eſt diſtantia, vt diximus, vnius ad
alterũ, & nõ eiuſdem ad ſe; Pater aũt
nõ diſtat a ſe, ideo non numeratur in
99 gradibus. Solæ aũt perſonæ poſitæ
tã per Lineã rectã, q̃ per tranſuerſalẽ
faciunt gradus in ſerie, vt Filius, qui
diſtat a Patre, per hãc diſtantiã, facit
vnũ gradũ, & dr̃ primus gradus. Ne-
pos conſtituit ſecundũ gradũ, ex quo
diſtat a ſtipite ꝑ duas diſtantias; Pro-
nepos eadẽ rõne cõſtituit tertiũ gra-
dum; Abnepos ſimiliter conſtituit
quartum; Abnepotis filius conſtituit
quintũ, & ſic deinceps. Eodem mõ in
linea collaterali dicendũ eſt, vt v.g.
Petrus fecit plures Filios, qui faciũt
primũ gradũ, & quilibet illorũ gene-
rando alios Filios, faciũt alias lineas
tranſuerſales, qui adinuicẽ vocantur
Conſobrini, & faciunt ſecundũ gra-
dũ; filij Conſobrinorũ faciunt tertiũ
gradũ; & filij prædictorũ gradũ quar
100 tum conſtituunt, *Graff. in Traxi. loc.
cit nu. 2 & Clau. Reg. vbi ſup. num. 3.*
Verum vt clarius, & facilius a Cõ-
feſſario dignoſci poſſit quoto gradu
pęnitẽs Inceſtum cõmiſerit. Regula
hæc generalis ita cõſtituenda eſt. Pri
mo inueniatᷣ ſtipes, hoc eſt fundamẽ-
tũ, & radix cõſanguinitatis, hoc mõ.

Pater, vel Mater.

iſti enim nullum gradũ faciũt ſecundũ ius Canonicum, quo vtimur in his diſcernẽdis.

Filius, & filia, ſeu Frater, & ſoror.

faciunt primum gradum.

Filij Fratrũ, & Sororũ, ſeu Npotes,

faciunt vt patet ſecundum gradum.

Pronepotes filij Patruelium.

faciunt tertium gradum.

Abnepotes.

Quartum gradum conſtituunt.

101 Primus ergo gradus conſanguini
tatis ſunt, frater, & ſoror, ſi ergo fra-
ter cognoſceret filiam fratris, vel ſo-
roris, erit Inceſtus in primo, & ſecun
do gradu, ſi Patruelis, vel Conſobri-
ni, filij fratrũ, vel ſororũ turpiter cõ-
miſceantur, erit Inceſtus in ſecundo
gradu conſanguinitatis. Si Pronepo-
tes filij Patrueliũ ſimul cum fęminis
eiuſdẽ gradus coierint, erit Inceſtus
in tertio gradu. Si Abnepotes, erit
Inceſtus in quarto gradu cõſanguini-
tatis; & ſic de affinib. diſtinguẽdũ eſt;
Nam ſoror vxoris meæ eſt mihi affi-
nis in primo gradu, & ſic vice verſa
frater mariti Bertæ, eſt affinis in pri-
mo gradu Bertę, & ſic de ſingulis gra
dibus; & vſq; ad ſecundũ eſt caſus re
ſeruatus ſecundũ Tabellã Anconita-
nã, *Horat. Gamb de caſib reſerua. loc. cit.
n 10 fo. 194* & vt Confeſſarius diſcer
nere queat ẽt gradus affinitatis, ideo
hoc exemplo declarare libuit. Affini
tatis duæ ſunt ſpecies, prima eſt ea, q̃
naſcitur ex Matrimonio conſumma
to, & ſic ex licito, & iuſto coitu, iſta
affinitas ſic contrahitur. Oẽs conſan
102 guinei vxoris, fiunt affines marito,
& oẽs conſanguinei viri, efficiũtur af
fines vxori, in eodẽ gradu, quo erant
conſanguinitate iuncti marito. Exẽ-
plum, ſi Claudius, & Emilia ſunt cõ-
iuges, frater Claudij, qui eſt in primo
gradu conſanguinitatis cũ Claudio,
eſt in primo gradu affinitatis cũ Emi
lia, & Aurelius frater Emiliæ eſt, in
primo gradu affinitatis cũ Claudio,

&

Digitized by Google

& ſic de ſingulis gradibus notando, prout ſupra de conſanguineis notatū eſt; Cognoſcere ergo affinē ſuam in primo gradu, hoc eſt vxorē fratris, ē Inceſtus ī primo gradu affinitatis; in ſecundo vero gradu, ſi Patruelis, vel Conſobrinus cognoſcat vxorem Patruelis, vel Conſobrini, vel ſi quis cognoſcat vxorē Patrui, vel Auunculi, & iſte eſt caſus reſeruatus, cū reſeruatio non excedat ſecundum gradū; licet in iſtis non deſinat eſſe Inceſtus vſq; ad quartum gradū, quia tñ, vt dixi reſeruatio nō excedit ſecundū gradū, ideo vlterius non eſt extendēda.

103 Secunda ſpecies affinitatis eſt, illa quæ ex illicito, & iniuſto cōcubitu oritur, quæ licet eodem mō ex copula oriatur ſicut affinitas ex licito coitu, verū cū ex infecto fonte fluat, non in plus ſe extendere, q̃ in ſecundo gradu iure nouo ex Conſt. *Pij V.* ſācitum eſt, ita quod validū, eſt Matrimoniū in tertio, & vlteriori gradu affinitatis ortæ, ex illicita copula, ſic q̃ ēt deſinit eſſe Inceſtus vltra ſecundū gradū, quem ēt amplectitur, hæc noſtra reſeruatio. Et hæ quidem, ſunt affinitates attendendæ, tum in dignoſcendo crimine Inceſtus, tū in Matrimonijs cōt[illegible]endis, vel nō iniungēdis, *Hor. Gam*[illegible]*a n.15. & ſeq. fol. 196.*

Circa [illegible]m, ex hactenus dictis clarè dignoſc[illegible] poterit, qui nā incidit in hūc caſū reſeruatū, & q nō īcidit.

104 Primò.n. incidit, qui aliquā perſonam conſanguineam turpiter cognoſcit in primo gradu, vt ſi filius coiret cum Matre, vel frater cum ſorore ſua (ēt ſi ſit ſoror ſolum ex parte Patris) rem habeat, *Graff. in Praxi. lib. 1. cap. 13. num. 8. Clau Reg. lib. 8. cap. 4. num. 7.* & idem locum habet, etiam ſi cū affine ex illegitima copula ſimiliter intra primum gradum coeat; hi enim affines ſunt, vt per Conc. Tri. *ſeſſ. 24. c. 4. de refor. matri. Eman. Sà v. luxuria, nu. 2. Floron. p. 2. conſu, 6. nu. 27.*

105 Secundò; incidit qui ſororē Conſobrinam, videlicet filiam fratris, nefariè cognoſcit, eſt enim inter eos ſecundus gradus cōſanguinitatis. *Graff. loc. cit. & nu. 27. Floron. 2 p. num. 27.*

106 Tertiò, incidit qui non ſolū cum proprijs conſanguineis, ſed ēt cum conſanguineis vxoris ſuæ in primo, vel ſecundo gradum coitum habet; vt ſi cognoſceret cognatam, ſeu ſororem vxoris ſuæ, *Graff. loc. cit. num. 8. & 23. Clau. Reg. loc. cit. nu. 7.* vel ēt concubuerit cum Nouerca, vel Priuigna, *Floron. loc. cit. d. num. 27.*

107 Quartò incidit, qui cum Matre aliena, & poſtea cum eius filia, aut cū duabus ſororibus copulam habet, *c. ſi quis 34. q. 2. Proſper. Farina. de delict. carnis q. 148 num. 108. Clau. Reg. loc. cit. nu. 7 & Graff. loc. cit. num. 32. Floron. lo. cit. d. num. 27. fol. 598. & ſeq.*

108 Quintò incidit, qui cum ea cōcubuit, cum qua Pater ſuus, aut frater ante fornicariè ſe polluit, ex tali. n. copula contrahitur affinitas perſonarū, *34. q. 1. & 2. c. fin. Clau. Reg. vbi ſupra n. 7. Floron loc. cit. nu. 24.* vt ſi quis coeat cum aliqua fœmina, cum qua frater ſuus, aut Pater ſimiliter prius rem habuit; Hæc enim reſeruatio cōprehendit omnes Inceſtuoſos in affinitate coniunctos, non ſolum ex copula licita, ſed etiam illicita, puta ex fornicatione, cum talis affinitas vſque ad ſecundum gradum ſic impediat Matrimonium, vt contractum etiam dirimat, prout habetur in Conci. Tri. *ſeſſ. 24. c. 4. Graff loc. cit. num. 32.*

109 Sextò incidit etiam, ſecundū aliquos, qui nefandū vitiū cū mare cōſanguineo infra ſecundū gradū, vel cum duob. eodem ſibi gradu cōiūctis perpetrauit: nā licet eo caſu affinitas non cōtrahatur, quæ Matrimonium reſpicit, attamen negari nō pōt, quin hoc crimen ad Inceſtum pertineat, cum inceſtus ſit conſanguineorū, vel affinium abuſus, vide *Graff. conſi. 3. n. 17.* & fauet verba reſeruationis, Inceſtus inquit vſq; ad ſecundum gradū

Digitized by Google

quo ad Maſculos tantum; licet enim principaliter intelligat de Inceſtu Marium cum fœminis cõſanguineis vel affinibus vſque ad ſecundum gradum, ex vi verborum tñ, dicẽdo, quo ad maſculos tantum (cum in caſibus reſeruatis maximè attẽdẽda ſit proprietas verborum) ẽt ad Inceſtum cũ Maſculo conſanguineo vſq; ad ſecũdum gradum extendi poſſe cẽſendũ eſt. Verum eſt tñ, quod hęc ſententia
110 in praxi nõ recipitur. Graff. nihilominus *de Arbit. Conſ. lib. 2. c. 34. n. 3.* tenet, quod coitus Sodomiticus inter Maſculos in primo, & ſecundo gradu ſit Inceſtus; & hoc valde probabile arbitratur *Azor p. 3 lib. 3 c. 18. q. 5.*
111 Non incidit autẽ; Primo qui delictum cum ſupradictis conſanguineis vel affinibus, non perfecit. i. qui in vaſe naturali ſemen non emiſit; Quæcunque. n. turpitudo commiſſa cum affine, vel conſanguinea, non dr̃ Inceſtus, ſi intra vas ſemẽ non emittatur a viro, *c extraordinaria, 35. q. 3. Floron. loc. cit. n. 30.* Ad contrahendam enim affinitatem requiritur, vt copula ſit perfecta, hoc eſt, quod vir intra clauſtra pudoris, Mulieris ſemen emittat *Graff. conſi. 3. de Conſang. & Affinit n. 6.* Hinc ſi adoleſcens dum cognoſcit carnaliter aliquam conſanguineam
112 propter defectum ætatis non ſeminet, non incidit in hunc caſum reſeruatum, & ſi lethaliter peccet, peccato Inceſtus non conſummato, *Io Capeauill. p. 2. c. 14. q. 2.* idem dicendũ de quocunq; viro non valente ſeminare ob aliquod impedimentum; ratio quia oportet, vt ſit actus conſummatus in Vaſe debito Mulieris, vt cõtrahatur affinitas, *Graff. p. 1. lib. 2. dec. aur. c. 80. n. 7.* Et eſt regula generalis quod
113 vt quis incurrat in caſus reſeruatos, vel cenſuras, vel irregularitatem, ſẽper requiritur actus conſummatio, & perfectio. *Caie. verb. excom. in princ. Fel. in tract. an conat. deb. puniri nõ ſequuto effectu. Nau. conſi. 31. de ſent. excom. nu. 2.*

114 Secundò nec incidit, qui nõ in primo, aut ſecundo gradu, ſed in tertio, vel quarto aliquã conſanguineã perſonam, vel affinẽ cognouit, caſus. n. Inceſtuoſos intra primum, vel ſecundum gradũ duntaxat, comprehendi *Floron. loc. cit. nu. 31.* vbi ẽt dicit, quod non incidunt in hunc caſum, Inceſtum conmittentes cum filia, vel ſorore adoptiua.

115 Tertiò neq; fœminæ (cum in reſeruatione dicatur, quo ad Maſculos tantum, hæc enim dictio, tantum, eſt excluſiua aliorum non expræſſorum *l. ſi ob æs alienum, C. de præd. minor l. ſolutum, §. in ſortem, ff. de pignor. act. l. his ſo-
116 lus, C. de reuoca. donat.*) imò neq. Mares ante pubertatem, ideſt ante annũ quartumdecimum (vt ſcandalis, quæ cõtingere poſſent, obuiam eatur) includuntur ſub hac reſeruatione. Caſus enim reſeruatio cum ſit ſtricti iuris, videtur Ordinarius Anconitanus habuiſſe mentem ad ea, quæ frequenter accidũt, hoc eſt in quartodecimo anno, ad inſtar legis, & non ad ea, quę raro accidunt, *leg nam ad ea, ff. de legib.* quia mens Ordinarij quando dubia eſt, interpretari debet ad inſtar iurium, *facit tex. in l. ſi cum dotem. ff. ſoluto matrimo. l comodatiſſime. ff. de liber. & poſthum.* in quibus iuribus habetur, quod caſus omiſſus relinquit diſpoſi-
117 tioni iuris, ſed iura ad ea potius debent adaptari, quæ & frequenter, & facilè, quam quæ perrarò accidunt; nam vt dixit Theophraſtus *leges conſtitui oportet in his, quæ multum accidũt, & non quæ extra naturalem curſum.* Nã ex his, quæ fortè in vno aliquo caſu accidere non poſſunt, iura non adaptantur. Quoniam quæ ſemel, aut bis accidunt, contemnunt legiſlatores, *leg. iura cum tribus ſequen ff. de legibus*, ergo idem dicendum eſt, de caſibus reſeruatis, quando dubij ſunt, vt quia ſimpliciter includũt in peccatis carnis Maſculos, & non exprimũt de quib. vt intelligantur ſecundũ iura,

quæ

118 quæ volunt peccata, quæ membris genitalibus admittuntur, illis non attribui, niſi ab annis 14. *cap.1. de delict. Puero.* non quidem inchoatis, ſed adimpletis. *cap. Puberes de deſponſ. Impub. Graff. in Praxi lib.1. cap.13. num.9. & 28.*

Quarto neque incidunt, qui facti ignorantia inceſtum admiſerint, vt verbi gratia ſi quis cum aliqua inuin
119 cibiliter ignorans eam eſſe conſanguineam, vel affinem, rem habuerit. *Sanchez lib.7. de Matrim. diſput.15. n.9. & lib.9. d.31. num.44.*

120 Quinto nec qui in hunc exceſsũ Ebrius prolapſus eſt; Quandoquidẽ Ebrius ab inſano, Demente, & furioſo non diſtat, imo qui ebrius eſt, veluti abſens cenſetur, ex ſententia illius qui dixit:

Abſentem lædit, qui cum ebrio litigat.

Tiraquell. de tempor. pœnis. caſu 6. Hinc D. Auguſt. lib.22. contra fauſtum. cap. 44. peccauit Loth ait, non quantum meretur inceſtus (quem ebrius, & ſui impos præter omnem opinionem, & ſuſpitionem admittit) ſed illa ebrietas. *Cornel. in Comment. in Geneſi. cap.19.*
121 de qua ebrietate fortaſſe dixit ille

Vinum fac vt bibas parcè
Quia hoc iubent Loth & Patriarchæ.

122 Sexto & vltimo, cum ſub hac reſeruatione non veniat Cognatio ſpiritualis, ideo non comprehenduntur, qui cognoſcunt cognatam ſuam ſpiritualem; ſeu inceſtum committunt cum Compatre, Comatre, Patrino, vel Matrina; tum quia inceſtus ſpiritualis non eſt propriè inceſtus, quia ſola conſanguineorum, & affinium coniunctio eſt propriè talis, *c. lex illa. 26. q.1. & Caietan. 2.2. q.154. artic.9. ad 2.* dicit, Copulam cum cognata ſpirituali, non propriè, ſed metaphoricè
123 dici inceſtum, & verba in ſtatutis, non metaphoricè, ſed propriè ſunt intelligenda; *Horat. Gamb loco ſupra cit. folio 198. in fin.* tum etiam, quia in reſeruatione exprimitur primus, & ſecundus gradus conſanguinitatis, qui gradus non cadunt inter coniunctos ſpirituali Cognatione; cum igitur copula cum Comatre, non propriè, ſed metaphoricæ dicatur Inceſtus, minimè illam committẽtes, hac reſeruatione ligantur, *Floren. lo. ſupra cit. num.31. in fin.*

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem Inceſtuoſi pœnitentis, hæc erit.

Circa Confeſſionem, tres circumſtantiæ obſeruandæ ſunt. Prima gradus conſanguinitatis, vel affinitatis; Non enim ſufficit dicere in Confeſſione, rem habui cum mea conſanguinea, vel Affine, ſed ſpecificandus eſt gradus, Primus, Secundus, Tertius,
124 Quartus; An cum Matre rem habuerit, vel cum ſorore, vel Cognata, Agnata; quia vt probabiliter notat *Nau. Man. cap.16. num.4.* diuerſæ ſunt ſpecies Inceſtus, prout Inceſtæ perſonę diuerſo ſibi gradu propinquę sũt, proinde determinata ſpecies Inceſtus declaranda eſt in confeſſione, expreſſo propinquitatis gradu. Imo etiam explicanda eſt propinquitatis ratio, an videlicet ſit per conſanguinitatem, vel affinitatem; nam quod attinet ad turpitudinem actus, & ad caſus reſeruationem multum inter has coniunctiones intereſt, & ſpecie differre, communis eſt Doctorum aſſertio, vt etiam obſeruat *Val tom.3. d.9. quæſt.3. p.3. Leſſius lib.4. dub.11. n.80. & Corrad. in Additio ad quæſit.49. Azor. p.3. lib.3. cap.9. quæſt.1. Ioan. Capeauill. p.2. cap.14. q.3.*

125 Si autem in explicando gradũ Cõplicis infamiæ periculum ſubeſſet, illum in Confeſſione aperire non teneretur, vt ſi verbi gratia habuit, quis rem cum propria Matre, vel filia, vel ſorore, nec aliud ſuppetit remedium confitendi alteri, qui Complicem nõ agnoſcat, pœnitens enim, & eius Mater, vel Filia vel Soror cũ qua inceſtũ

Digitized by Google

commiſit confeſſario noti ſunt, tunc enim ſi non poſſit cognationis gradũ exprimere abſq; Mulieris infamia, tenetur huiuſmodi circumſtantiam tacere, & eam non infamare, cũ propoſito tamen illam confitendi, cum primum a prædicto impedimento illa tertia perſona, vel ipſe liber erit, iuxta ſententiam *D. Thomæ in 4. ſent. diſt. 17. q. 3. articu 4. Graff. p. 1. lib. 1. dec. aur. c. 20. n 34. Nau. Man. c. 7. num. 3. & in c. conſideret nu. 95. de pœnit. diſt. 5. Viual. de confeſſ num. 49. Rodriq. in ſum. p. 1. cap. 208. num. 3. Horat. Gamb. caſu 4. nu. 19 fol. 198. Petr. Arragon. 2. 2. q. 73. art. 2. Henriq. lib. 1. de pœnit. c. 8. num. 1.* Vbi citando Angel. *Verb. confeſſio. 1. num. 3.* dicit, quod quando ſubeſt graue periculum infamiæ Matris cum qua inceſtum commiſit, ſecurius eſt, vt pęnitens dicat rem habui cũ qua-
126 dam mea cõſanguinea intra primũ gradum, quod ſi Confeſſarius importunè adhuc ſcire vellet, an cum Matre huiuſmodi ſcelus patrauit, reſpondeat, Pater iam dixi, quod dicere debui. *Rodriq. loc. cit.*

127 Secundo conſideranda eſt circũſtantia perſonæ, an inceſtuoſus ſit cõiugatus, quia ſi exiſtens in coniugio ſuam Affinem; puta ſororem, vel Neptem vxoris ſuæ cognouerit, mox perdit vis petẽdi debitum, & Epiſcopi diſpenſatione indiget; *Sanchez. lib. 7. de Matrimo. diſput. 15. num. 4. Guttierez. lib. 1. Canonic. quæſt. cap. 23. Viuald. de Matrim. num. 209. Eman. Sà Verb. debitum num. 13. Tolet. lib. 5. ca. 12. num. 5. & Nau. c. 22. num. 75. Io. Capeauill loc. cit q 3.* Vbi etiam tradunt diſpenſationem Epiſcopi in hoc caſu non eſſe neceſſariam, ſtante cõſetudine, quod ob nullũ Inceſtum petatur, quãdo incontinentia timetur ſecundũ Palud. *in 4. diſt. 34 q. 1.* & Sanct. Anton. *p. 3. ti. 1. c. 15. §. 4.* numquam. n. vidimus neq; audiuimus vllum Inceſtuoſum petere diſpẽſationem a Papa, vel Epiſcopo, niſi qñ vellet contrahere cum ea, çum qua Inceſtum commiſit, vel cũ eius cõſanguinea, ob Affinitatem inde contractã; *Nau. loc. cit.* & hæc opinio communis eſt, & ideo tenenda, alias eſſet illaqueare multas animas. *Graff. p. 1. lib. 2. dec. aur. c. 80. num. 11.*

128 Si aũt Inceſtus Matrimoniũ pręceſſit, ipſum Matrimoniũ nullũ eſt, & Pontificia diſpenſatione opus eſt. *Conc. Tri. ſeſſ. 24. de Matri. c. 4.* quæ etiã ſi nulla facta copulæ mentione impetretur, in vtroq; foro nõ ſubſiſtit, niſi noua facultas obtineatur. *Marc. Ant. Genuenſ in Praxi. cur. Archiepi. c 25. n 4. Sanchez. lib. 8. de Matrim. diſput. 25. n. 4.*

129 Tertio eſt conſideranda circũſtãtia loci, an videlicet pœnitens perpetrauit Inceſtum in aliquo loco ſacro. Nam pręterquam, quod Inceſtuoſus ſacrilegus aſciſcit ſibi nouam, & ſpeciæ diſtinctã deformitatem propter locum ſacrum, eſt etiam incurſa excõmunicatio Papalis, ſi Religioſa aliquem virũ intromittens, admiſit Inceſtum intra ſepta Monaſterij ꝑ Bullam *Greg. XIII. emanatam anno 1575. idibus Iulij Io. Capeauill. loc. cita. q. 3.* A qua excommunicatione an poſſit abſoluere Epiſcopus maximè ſi caſus ſit occultus, vt ferè ſemper eſſe ſolet; vide ſupra in prima parte huius noſtræ Praxis, *q. 2. a. 14. verſ. Poſtremò.*

130 Quo ad abſolutionẽ multa ſunt animaduertenda. Primo an Inceſtuoſus in aliq̃ excommunicationem inciderit; v. g. ſi Inceſtum intra ſepta Monaſterij cum aliqua moniali ſua conſanguinea admiſit, quia tunc cum ſit excõmunicatione Papali irretitus, ẽt ſi caſus ſit occultus, ad ſedem Apoſtolicam pro abſolutione mittẽdus eſt. Si verò inciderit in excõmunicationẽ ob Inceſtas nuptias ſciens cõtractas, tunc cum nemini ſit reſeruata, a quolibet Cõfeſſario approbato abſolui poterit. *Sayr. lib. 3. de Cenſur. c. 35. n. 15.* A qua ẽt pęna excuſantur illi, qui infra quartũ gradũ cõſanguinitatis, vel affinitatis Matrimonium ſub illa con-

131 conditione contrahunt, ſi Summus Pontifex diſpenſauerit; licet poſt diſpēſationē, nouus nihilominus cōſēſus exigatͬ, *Sāchez li. 5. d. 5. n. 18. Marc. Ant. Gen. in Praxi. cur. Archie. c. 14. n. 8.*

132 Secundo inueſtigādū eſt, an ex Inceſtu proles natæ ſint, quia parentes eas, & ſi illegitimæ ſint, alere tenenͭ, *c. cum haberet. de eo, qui dux. in matri. quā pol. per adult. Sil. verb. Alimenta, num. 2.* Inceſtuoſus ēt Adulter ſi probabiliter credit filiū adulterinū eſſe ſuū, tenetur reſtituere omne dānū, ꝙ Pater ſic vulgo æſtimatus in ipſo filio illegitimo alendo, ſimul cum alijs filijs legitimis, paſſus eſt, *D. Anto. p. 2. tit. 2. c. 7. Ang. verb. Adulterium, n. 3. Silu. eod. q. 5. Tabien. eod. q. 5. Tolet li. 5. c. 11. Na. Man. c. 16. n. 49. Caieta. verb. adulterium. Petr. Arragon. 2. 2. q. 62. a. 6 Michael Salon. ibidem Ludou. Lopez, p. 1. Inſtru. cōſc. c. 92. & 81. Petr. Nau. lib. 3. de reſti. c. 1. p. 2. dub. 21. n. 157.* tenetur inꝗ adulter

133 ſi Mater ſatisfacere non pōt, aut nō vult, reſtituere oēs expēſas, & alimēta, quæ ſubminiſtrauit Pater putatiuus filio Adulterino, ad integrū, ſeu ēt aliquid citra integrum magis, vel minus, ſecūdum, quod magis, aut minus certus ſit, quod ſit filius ſuus, penſatis quoq; alijs cauſis, quæ in huiuſmodi interuenire ſolent, *Clau. Reg. li. 8. c. 3. n. 21.* Et ſi filia fuerit fœmina,

134 eam etiam vltra prædicta, tenetur dotare, *Panor. in d. c. cum haberet, Clau. Reg. lib. 7. c. 7. n. 5. Nau. c. 14. n. 17.* Et ſi

135 Infantem ad Hoſpitale pauperum mittit, omne damnum, quod præfato loco, apud quem fuit expoſitus, illatum eſt, reſarcire adſtringetur, *Caie. loc cit. Tolet. lib. 5. c. 11. nu. 11. Clau. Reg. lib. 7. c. 7. n. 5. & lib. 8. c. 3. n. 21. Azor. p. 2. lib. 2. c. 5. q. 7. & Bonacin. tom. 2. diſp. 6. q. vnica punct. 16. nu. 6.* Ad quid autem tenetur in foro conſcientiæ Inceſtuoſus, ſi illa puta conſanguinea, cū qua Inceſtum commiſit, erat virgo; vide infra. *Quæſt. 12.* in explicatione quinti caſus reſeruati in Tabella Cameri.

136 Tertio perpendēdum eſt etiam, an proximè delinquendi occaſiones ſint remotæ, quod maximè in hoc delicti genere Confeſſariorum ingenia torquere ſolet, cū duabus de cauſis pęnè irremediabile reddatur. Prima eſt nimis ardens erga ſanguine coniunctos amor. Secunda continua, & mutua ipſorum conuerſatio, & cohabitatio, vnde niſi efficaciori remedio a nimia Venereorum cōcupiſciētia arceantur, opportunitas aſſiduè in ipſomet Inceſtu inſordeſcēdi eiſdem præbetur, vt colligitur ex *D. Th. 2. 2. q. 154. a. 9.* Quapropter ſi ex quotidiano, & frequentiſſimo vſu regula atque lex ſit condenda, dicendum videtur, huiuſmodi homines, qui in

137 eadem domo cohabitātes turpiter commiſcentur cum ſuis conſanguineis, nequaquam abſoluendos, niſi abſcedant, & ſeparentur, *c. peccati. de Regul. iur. in 6.* Cum non ſatis ſit Hirūdines expellere, niſi Nidus deſtruatur; nec Ramos excindere, niſi radices euellantur, *c. quia de pœnit. diſt. 2.* ratio, quia cohabitatio talium, qui iā inter ſe ſic peccarunt, eſt occaſio propinqua peccati, propter quam Confeſſarius credere debet, tales, ferè ſē-

138 per mortaliter peccaturos, niſi ſeparentur. Verumtamen *Nau. Man. cap. 3. num. 15. Io. Capeauill. p. 2. c. 13 q. 9. diffic. vnica, & cap. 14. q. 3. Graff p. 1. lib. 1. dec. aur. cap. 28. num. 3. Lactantius Finellus tract. de Caſib. reſeruat. caſu. 10. nu. 16. Vuald. de abſolu. num. 43. Lopez, p. 1. cap. 78. Floron. p. 2. caſu. 6. nu. 3. Bonacin. tom. 1. q. 4. punct. 14. num. 17.* & multi alij doctores tradunt, hos aliquando non dimittendos, & abſolutione donandos, ſi hæc quatuor concurrant.

Primo vera contritio præteritorū delictorum.

Secundo, verum & firmum propoſitū in poſterū non amplius peccādi.

Tertio credulitas, qđ Deo adiuuante occaſiones deuitabunt, cum ſe in ea inuenerint, ne relabantur.

Quarto quod rationabilis ſubſit cauſa, propter quam ſeparari adinuicem nequeant. Vt ſi verbi gratia Delinquens cum conſanguinea, vel Affine, ſui iuris non ſit, ſed filiusfamilias, in cuius manu non ſit complicem è domo ablegare; Vel huiuſmodi ſeparatio magnum fortè gigneret ſcandalum, vel eſſet occaſio infamiæ, vel nō poſſunt ſeparari ſine magno detrimēto, & incommodo; tūc enim ſatis erit debitas diligentias adhibere, cohortationibus fouere, reprehenſionibus circumfodere, præceptis, & vallo circummunire, pœnitentias præſeruatiuas præcipere, ac nunquam deinceps ſe ſolus cum ſola in eadem Camera, vel alia quauis ſecretiore parte dom⁹ conuerſaturum, imperare. Semel aut bis, vel ēt ſæpius, in menſe ſacramentaliter confiteri, &c. Et ſi nullam de

139 præterito emendationem Cōfeſſarius viderit, abſolutionē differat, & ſacratiſſimā Cōmunionē interdicat; Confeſſarius.n. ex regula Prudētiæ, qua fulgere debet, ſi nullā vitæ emendationē in prçterito viderit, probabiliter arguet in futurum, iuxta illud.

140 *Præteriti ratio, ſcire futura facit.*

Suarez, to 4. diſput. 32. ſect. 2. Zech de Sacram. Pœnit. c 1. Graff p. 1. lib. 2. dec. aur. c. 20. num. 14. de Arbit. Confeſſar lib. 1. c. 18. num. 7. Io. Bapt. Corrad. p. 1. Reſponſ. caſu conſcient. quæſit. 15. Quocirca peccatoribus grauibus peccatis onuſtis, cum ad pœnitentiam reuertuntur, non eſt bonum ſtatim confeſſis, miniſtrare Sacramentum Euchariſtiæ. *Adrianus Offſtadius, ſermon. 383. Rober. de Licio, ſermon. 61. prout refert, Ioann. Theupolus Patriarcha Venetiarum, p. 1. delle conſiderat del Santiſſimo Sacramento, libro 6. cap. 4. & par. 2 lib. 12 cap. 15.* Vt clarius dicam infra in declaratione quinti caſus reſeruati in Tabella Firmana, num. 50.

141 Quarto denique Confeſſarius paratos habeat ſacræ Scripturæ locos, quibus efficaciter pœnitentem ad verum Dei timorem, & cordis compūctionem mouere poſſit, quod facilè aſſequetur, ſi ipſe igne charitatis in procurando pœnitentis ſalutem verè ardeat, cum ſicut ille ait,

142 *Vana ac inutilis eſt admonitio Cōfeſſoris, Si non fuerit accenſa igne diuini Amoris.*

Procuret igitur inducere illum ad veram, & perfectam contritionem, quem, vt facilius mouere poſſit, oſtēdat ei grauitatem huius criminis; grauitas eius patet ex pœnis, quæ Inceſtuoſo debentur, nam præter pęnam æternam, quæ iure diuino debetur, Deus punit eos, pœna ignis, vt in *Leuit. cap. 20.* Qui inquit diuina ſcriptura, *ſupra Vxorem, Filiam, Matrem eius duxerit, ſcelus operatus eſt, viuus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio veſtri.* Experientia etiam docet Inceſtuoſos raro habere bonum finem, patet in maledicto Ruben, qui cognouit Vxorē Patris ſui *Geneſ. cap. 49.* Amnon quoq; quia cum Tamar concubuit ſorore ſua, ab Abſalon in-

143 terfectus eſt, *2. Reg. cap. 13.* Apoſtolus Paulus quēdam Inceſtuoſum excommunicauit, & Sathanæ tradidit, vt illum vexaret in corpore, ſicut ante vexauit in mente, *2. Corin. cap 5.* qui ſtatim illum a Sathana correptū omnes viderunt, *Petr. Ant. Lazar. p. 1. Canoni. Quæſt. ſect. 1. q. 19. n. 13. Clau. Reg. lib. 8. cap 4. num. 8. Horat. Gamb. loc. cit. num. 3. fol. 193. Graff. in Prax. lib. 1. cap. 13. n. 14.* Inceſtuoſi enim a Deo proijciuntur in inferno. Vnde Virgil. *lib. 6. Aeneid.* dum recenſet, quos inuenit apud inferos, ait vltimum, qui repertus fuit ad luendas pœnas, quaſi in profundiori loco, fatetur fuiſſe, Inceſtuoſum; ſic enim ait:

Hic thalamum inuaſit natæ vetitoſque hymenæos,
Auſi omnes immane nefas auſoſq. potiti.

Floron. loc. ci. n 4. Ex iuris ciuilis diſpoſitione interdum pęna mortis plecti ſolent, *Clar. §. Inceſtus Menoch. lib 2. de Arbit. iudic. cent 6. caſ 286.*

De

Digitized by Google

De Iure Canonico Clericus pro perpetrato Inceſtu deponendus eſt, & carceri mancipandus. *Diaz. in prax. Can. c. 86. Farinac. de delict. carnis q. 148. nu. 35.* Laicus verò ſcienter Inceſtas Nuptias contrahens excommunicationis gladio feritur. *Clement. 1. de con ſang.* Quod ſi coniugatus ſit, & cum
144 conſanguineis vxoris hoc piaculũ admittat, iure petendi debitum ab vxore priuatur, & ipſa defuncta, ei interdicitur ne cum alia (niſi ab epiſcopo, vbi vſu ſit receptum diſpenſetur.) Matrimonium contrahere valeat. *c. 1. & 2. de eo qui cog. conſang. vxor. ſuæ. Nau. Man. c. 22. nu. 75. Graff. p. 1. lib. 2. dec. aur. c. 80. nu. 11. & in Prax. loc. cit. nu. 19.* Immo & inter animantia bruta reperiuntur pleraque, quæ Inceſtũ magnoperè aborrent ad confuſionẽ hominum, præſertim Chriſtianorũ; Refert enim Ariſtot *lib. 9. de Animal. c. 47.* quod quidam equus, quia dece-
145 ptus fuit, vt matri commiſceretur, ſeipſum præcipitauit quaſi præ horrore, eo quod etiam Animalibus aliquibus ineſt naturalis reuerentia ad parentes. *D. Tho. 2. 2. q. 194. art. 9. ad 3.* & idem Philoſoph. *in lib. de mirabilibus auſculta. c. 2.* Scribit, quod cum aliquã Decurator, Pullum matri operte adminiſtraret: is delapſo operimento matre cognita, Camellarium illũ morſu defixo, interemit. Neq; etiam ſorori Camelus admiſcetur: alia exẽpla ſimilia refert And. Tiraqu. *de leg. Connubia lib. l. 7. p. 7. glo. 1. nu. 47.* Quãobrem ex memoratis exemplis infertur Inceſtuoſos brutis animalibus eſſe peiores, quę huiuſmodi nefandos concubitus deteſtantur, quam turpe ergo ſit in tam abhominabili re, beſtias hominibus eſſe continentiores; beſtiarum cunctarum dominus ipſe homo conſideret. *Horat. Gamb. loc. cit. fol. 193.* & conſiderando, à tam nefando vitio ſe, in poſterum cum auxilio Diuinæ gratiæ, cohibeat. Et hæc pro huius ſecundi Caſus reſeruati: declaratione dicta ſufficiant ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti incipit declaratio tertij Caſus reſeruati eiuſdem Tabellę Anconitanæ, qui talis eſt.

Fornicatio, Adulterium, & alia peccata carnalia cum Iudæis, Turcis, & alijs Infidelibus.

PRo declaratione huius tertij Caſus reſeruati, præter ea, quæ dicunt Summiſtę, & alij Doctores de hac ſordida materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Fornicatio.*
2 *Quando huiuſmodi Fornicatio cum Iudæis, Turcis, & alijs Infidelibus eſt Caſus reſeruatus, & quando non eſt reſeruatus.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt à Confeſſario circa confeſſionem, & abſolutionem penitentium piaculum hoc perpetrantium.*

CIrca primum, antequã quid fornicatio, ſit dicamus, in primis (vt huius Caſus reſeruati perfectam intelligẽtiam habere poſſimus) qui nam Iudæi, Turcæ, & Infideles ſint, operepretium eſt, vt videamus. Breuiter
146 Iudæi ſic dicti à Iuda filio Iacob Patriarcha, ſecundum Archid. *in c. de minus. diſt. 57. & Io. de Anan. & Mar. Soc.* ac omnes ſcribẽtes *in rubr. eod. tit.* dicuntur, & ſunt, qui legem Moſaycam ad litteram tenent & obſeruãt, ſe circumcidendo, & alia legalia veteris teſtamenti faciendo, non conſiderantes, nec attendentes ad vim, mentem, & poteſtatem verborum. *Graff. in Prax. lib. 2. c. 7. num. 10. & p. 2. lib. 2. dec. aur. c. 23. nu. 2. & ſeq.*

Turcæ verò idem ſunt quo ad ſe-

ctam,

Digitized by Google

147 ctam, quod Sarraceni: nã & hi Mahumetum Pſeudoprophetam colũt, eiuſque ſtulta dogmata ſequũtur; & licet aliquid inter eos & Sarracenos diſtet, omnes tamen ſunt Mahometicæ perfidiæ ſectatores, qui generali nomine omnes dicuntur Sarraceni, à
148 Saraco Vrbe Arabiæ, vt tradit Couar. *Var. Reſol. lib. 4. c. 9. & Stephan. de Vrbitus, Græcus auctor;* licet alij ſint Sarraceni Turcæ, alij Sarraceni Arabes, alij Sarraceni Mauri, & ſic de ſingulis regionibus, ſectã illam prophanam profitentibus. Turcæ igitur dicuntur quidam populi Scitici (ſi Ermolao Barbaro credimus) iuxta Thiſſagetas, & vltra Sauromatas; & ab his orti iudicantur, qui ætate noſtra latiſſimè imperitãt, Turci vulgo dicti, ignauia quidem noſtra magni: ſed poſt Macedonas, & Romanos, ſine dubio potentiſſimi. *Horat. Gamb. in explic. Bullæ Cęnæ Domini, c. 7. nu. 6. fol.* 89.

Infideles autem ſunt omnes hære-
149 tici, Pagani, & alij, quocunque nomine nuncupentur, Chriſtianæ fidei. Hoſtes, idolorum cultores, de quibus habetur *in c. caue. 28. q. 1. & l. pen. C. de Pagan. Graff. conſ. 2. nu. 1. de baptiſm.* His igitur declaratis; Notandum, quod licet fornicatio propriè ſit coitus na-
150 turalis ſoluti cum ſoluta omni vinculo, ſcilicet Coniugij, Conſanguinitatis, Affinitatis, Ordinis, Religionis, ſeu Voti. *D. Bonau. Centiloq. p. 1. ſect. 31. Ang. Verb. fornicatio. Sylu Verb. Concubinarius, nu. 1 Graff. p 1. lib. 2. dec. aur. c. 75. nu. 1. Azor p. 3. Inſt. moral. lib. 2 c.* 4. Apud Theologos & Iuriſtas tamẽ ſignificat actum illicitum venereum, quocunque modo fiat. *Tolet. lib 5. c. 10. nu. 1. Clau. Reg. lib. 8 c. 2. n. 1.* & ita fornicatio largè & generaliter ſumpta eſt omnis illicitus coitus. *Angel. Sylu. & Graff. loc. cit.* hoc eſt, omnis illicitus concubitus Viri & mulieris, quocunque modo factus, ſiue per Adulteriũ, ſiue per Fornicationem, Inceſtum, Stuprum, Vitium contra naturã, nẽpe Mollitiem, & Sodomiã, & huiuſmodi; ſicut enim Furti nomine comprehenditur omnis illicita vſurpatio rei alienæ, & ita Rapina, quæ maius eſt peccatum. *c. pęnale 14 q. 5.* ſic fornicationis nomine omnis illicitus cõ-
151 cubitus, atque illorum membrorũ non legitimus vſus prohibitus debet intelligi. *c. Meretrices. 32. q. 4.* abſurdũ enim eſſet intelligi Fornicationem, quæ licet ſit graue peccatum, & non ea, quæ ſunt multo maiora eiuſdem ſpeciei. *arg. d. c. pęnale 14. q. 5.* licet
152 enim Caſus reſeruatio, cum ſit ſtricti Iuris nõ debeat excedere propriũ caſum, tamen quandoque extẽditur, immo includit alios caſus attrociores, dummodo ſint eiuſdem generis, vt in caſu noſtro; Graff. *in Prax. lib. 3. c. 8. nu. 20. & lib. 1. c. 4. Reg. 6. nu. 34.* atque ita ſumitur Fornicatio ab Illuſtriſſimo Antiſtite Anconitano, dum dicit in ſua Tabella; Fornicatio, Adulterium, & alia peccata carnalia cum Iudæis, Turcis & alijs Infidelibus; dicendo enim Fornicatio, Adulterium, & alia peccata carnalia; per illam clauſulam, & alia peccata carnalia, omnem actum venereum illicitum, quocunque modo patratum, comprehendere velle, omnino cẽſendum eſt.

Circa ſecũdum; ex hactenus dictis facilè colligi poteſt, qui nam incidũt in hunc Caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

Primo enim incidit, qui quamcun-
153 que fœminam Iudæam, Turcam, Hæreticam, & Infidelem, naturaliter, vel contra naturam, etiam ſemel, turpiter cognouit.

Secundo incidũt, qui cum eiſdem fœminis, mutuò impudicè ſe tãgũt, & polluunt, oſculantur, amplexãtur, vel qualitercunque ad pollutionem
154 extra vas in quauis parte corporis, ſe adinuicem prouocando. Reſeruatur enim in hac Tabella Anconitana, non ſolum Fornicatio, & Adulter

Digitized by Google

terium ; ſed etiam quæcunq; alia pec
cata carnalia;cum eis commiſſa,ergo
prædicta,vel ſimilia perpetrãtes,pro-
fectò ſub eadem reſeruatione cõpre-
henduntur.

Tertio incidũt fœminæ Chriſtia-
næ,quæ quomodocũque cum aliquo
155 Iudæo,vel Iudæis, Turcis , & Infi
delibus turpiter commiſcentur; etiã
ſemel; immo tantum illum, vel illos
oſculando, tangendo, amplexando ,
vel quouis alio modo , ad actum ve-
nereum prouocando,& incitãdo,vel
ab ijs ſe impudicè tangi , amplexari ,
vel oſculari permittendo.

Quarto incidunt,Maribus Iudęis,
Turcis, vel alijs Infidelibus , Sodo-
156 miticè abutentes . Caſus enim lo-
quitur abſolutè & indiſtinctè de om
nibus tam fœminis quam maribus;
& lex generaliter loquens, generali-
ter eſt intelligenda , & vbi lex nõ di-
ſtinguit, nec nos diſtinguere debe-
mus. *l. de pretio, ff. de publician.*

Quinto incidunt Pueri,ſeu adole-
ſcentes Chriſtiani, poſt pubertatem,
157 ideſt quartumdecimum annum, ſe
impudicè tangi à Iudęis, vel alijs In-
fidelibus permittẽtes,vel quod peius
eſt, prædictis Iudæis vel Infidelibus,
vt ſeipſis Sodomiticè potiantur, ſe
ſubijcientes.

Non incidit autem; Primo qui vo
luntatem & deſiderium tantum ha-
bet deliberatè ijſdem Iudęis,Turcis,
vel Infidelibus abuti velle,ſed impe-
ditus, opus nephandum minimè po-
tuit perficere ; v. g. perrexit quis ad
158 domum cuiuſdam Iudeę,animo ea
abutendi, vel duxit illam, vel Puerũ
Iudæum in domum ſuam, vel foras
ad viridarium, ut commodius cum
illis commiſceri poſſit, at ob aliquod
impedimentum, nequiuit opus perfi
cere ; licet toties quoties huiuſmodi
volutiones interpellatas habuerit ,
vel opus attentauerit, mortaliter de-
liquerit,ratio: quia reſeruatio intelli
gitur ſemper de actibus exterioribus
& completis,perfectis,& opere con-
ſummatis , vt dictum eſt ſupra *in p. 1.
q. 1. art. 3.*

Secundo nec incidunt , qui eorum
pudenda fęminis Infidelibus , etiam
praua intentione demonſtrant, ſicut
159 nec etiam mulieres Chriſtianę ma-
millas, vel partes obſcenas prædictis
Infidelibus oſtendentes , etiam cum
intentione ad malum illos alliciẽdi,
quamuis lethaliter delinquant.

Tertio nec qui locum aliquem pe-
tũt, quò Puellam Iudæam, vel aliam
fęminam Infidelem , vel puerum vi-
160 deant,& lethaliter cum intentione
mortifera concupiſcant;& ſi morta-
liter peccent.

Quarto nec mulieres Chriſtianæ,
161 quæ ſe in feneſtra domus, vel alio
loco ponunt animo , vt ab aliquo Iu-
dæo, vel Infideli videantur, à quo
ſciũt ſe amari carnaliter, licet toties
quoties id faciunt , etiam ſi nil turpe
agere vellent,peccent mortaliter.

Quinto nec mittentes litteras etiã
turpia continentes , ad aliquam mu-
lierem Iudæam, vel Infidelẽ, ſeu do-
162 na, per internuntium, ſiue lenam
inuitantes eam ad opus, etiam cum
intentione deliberata ea abutendi ;
licet mortiferè peccent.

Sexto nec Pueri,ſeu adoleſcentes
Chriſtiani ante pubertatẽ ideſt quar
tumdecimum annum quæcunq; pec
163 cata carnalia cum prædictis Iudæis,
vel alijs Infidelibus maribus,vel fœ-
minis committentes,& ſi lethali cul-
pa ſe obſtringant. Ratio,quia quãdo
Caſus reſeruati ſunt dubij, vt quia in
peccatis carnis includunt ſimpliciter
maſculos , & non exprimunt de qui-
bus, vt in Caſu noſtro , tunc intelligi
debent ſecundum iura , quæ volunt
peccata , quæ membris genitalibus
admittuntur,illis nõ attribui, niſi ab
annis 14. *c. 1. de delict. puero.* non quidẽ
164 inchoatis, ſed adimpletis , vt ex
Graff. in Prax. lib. 1. c. 13. n. 9. & 28. ſu-
pra in explicatione ſecundi Caſus re-
ſeruati

ſeruati huius Tabellæ Anconitanæ dictum eſt. Et idem dicendũ de puellis ante pubertatem cũ prædictis infidelibus carnaliter ſe cõmiſcentibus, ideſt ante duodecimum annum. Pu-
165 bertas enim in maſculis in 14. anno, in feminis verò duodecimo ſolet anno contingere. *Graff. p.1.lib.2.dec. aur.c.26.num.2.*

Circa tertium; Praxis obſeruanda à Confeſſario circa Confeſſionem & Abſolutionem Chriſtianorum ſe carnaliter cum ſupradictis Iudæis vel alijs Infidelibus commiſcentium, hæc erit.

Circa Confeſſionem. Primo animaduertat Confeſſarius; An penitẽs ſit Religioſus, vel Secularis; ſi Religioſus, interroget an vt rem haberet cum Iudæa, nocturno tempore, furti-
166 uè & inſcio ſuperiore Monaſteriũ exijt, ac etiam ſi perſonatus inceſſit ſi dimiſit habitum Religioſum, vel transformauit; & ſi dona vel pecunia de rebus Monaſterij, vt ea potiretur, largitus eſt ei: quia cũ in duobus caſibus ex decreto Clemẽt. VIII. ſuo Superiori reſeruatis inciderit, immò ſi
167 extra Monaſterium inter diù, vel noctù perſonatus inceſſit, vel laruas geſtauit, *per c.2 Ne Cleric. vel Monach. in 6.* etiam in excommunicationem inciderit, hæc omnia in confeſſione neceſſariò ſunt explicanda. Si autem eſt perſona ſecularis, inquirat cuius ſtatus & conditionis ſit, An ſit ſolutus, vel coniugatus, & ſi naturaliter, vel contra naturam ea potitus eſt; & ſi pueris Iudæis abuſus eſt, an opus nephandum perfecerit, vel ſolum attentauerit. Si eſt mulier, quæ paſſa eſt ab aliquo Iudæo, vel Infideli carnaliter cognoſci, an naturali ordine, vel præpoſtera Venere permiſit ſe fœdari; An Virgo erat, Cõiugata, vel Religioſa; hæ enim circũſtantiæ omnino in Confeſſione ſunt detegendę.
168 Acceſſus enim Viri Chriſtiani ad fœminam Iudæam, Sarracenam, aut Paganam, grauior eſt Fornicatio quã acceſſus ad aliam fornicariam; & femina Chriſtiana grauius peccat accedẽs ad Iudæum, Sarracenum, aut Paganum, quam Vir Chriſtianus accedens ad feminam Infidelem, ob maius periculum ſubuerſionis, ac iniuriæ in legem & Religionẽ Chriſtianam; *Azor p.3. Inſt. moral. lib.3 c.29.q.3.* & ideo hæc circumſtantia in Confeſſione eſt aperienda; non enim ſufficit dicere commiſi Adulterium, Fornicationem cum Viro, vel cum quadã femina, ſed neceſſe eſt explicare, ſi Vir ille erat Infidelis; ſimiliter ſi Mulier eſt Iudæa, Turca, aut Sarracena; Quia carnaliter commiſceri
169 cum Infideli, eſt circumſtantia aggrauans notabiliter, neceſſariò in Confeſſione recenſenda. *Io Bapt. Corrad. p.2. Reſpon. Caſuum Conſcient. quæſit. 174. Floron. par.2. Caſu 7. verſ. Mulierib. abutentes, num.5. Nald Verb. Fornicatio num.2.* Hoc enim flagitium ratione diſparis cultus Religionis ſpecialem deformitatem, & circumſtantiam in Sacramentali Confeſſione exprimendam ſecum acceſſit. *arg. Clar. in §. Sodomia Menoch lib 2. de arbit. Iud. caſu 290.*

Secundò, Inquirat; An diu in mala voluntate perpetrandi ſupradicta flagitia perſeuerauit, quandoquidem
170 quoties illę voluntates per actum contrarium interrumpuntur, toties mortali culpa ſe illaqueat, & ideò in Confeſſione aperiẽdæ, neceſſariò fatendum eſt.

Tertiò, An huiuſmodi ſcelus, in lo-
171 co ſacro patratum ſit, quia cum etiã ſit Sacrilegium, ideo in Confeſſione manifeſtandum.

Quartò, An Socios habuerit.

Quintò, An promiſerit ducere aliquam Infidelem in coniugium.

Quo ad Abſolutionem. Primò, Confeſſarius perſcrutetur, An religioſus rem habens cum Iudæa, vel alia femina Infideli, vt ea abutatur, inſcio Superiore è Monaſterio ſit egreſſus

Digitized by Google

greſſus, vel pecunias aut quid aliud
172 abripuit, quia cũ in multis caſibus reſeruatis ſuo Prælato, vt ſupra dictũ eſt, inciderit, à quibus eum minimè abſoluere poterit, cum nullam ſuper eum habeat facultatem, ideo ad ſuũ Superiorem, vel ad ſuæ propriè Religionis pęnitentiarium, pro abſolutione mittendus eſt. Et ſi pęnitẽs Perſona ſit ſæcularis, interroget an Fornicationem, quam cũ Iudæa vel alia Infideli commiſſit, credidit non eſſe peccatum; quia pertinaciter hoc aſſerere, eſſet Hæreticum, vt definitur in Clement. *ad noſtrum. de hære. Clau. Reg. lib. 8. c. 2. nu. 2. Nau. Man. c. 16. nu. 1.*

Secundò; An ex huiuſmodi congreſſibus carnalibus cum prædictis Infidelibus, natæ ſint proles, vel etiã procurauit abortum; Si enim proles
173 natæ ſint, tunc Confeſſarius ſedulò curabit, vt ſtatim quod Infans natus eſt, baptizetur; deinde quod pater curam illius habeat, præcipiendo ei vt optimæ nutrici illum tradat, iubens vt filiuum ſuum in fide Chriſtiana inſtruat, ac bonis moribus imbuat. Et ſi illum ad hoſpitale miſit, Pater ſi diues fuerit, omne damnũ eidem illatũ reſarcire tenebitur. *Caiet. Verb. Adul. Tolet. lib. 5. c. 11. n. 11. Clau. Reg. lib. 7. c. 7 nu. 5. & lib. 8. c. 3. nu. 21. Azor. p. 2. Inſt. moral. lib. 2. c. 5. q. 7.* Et ſi fęmina Chri-
174 ſtiana ex Iudæo, vel alio Infideli cõceperit, diligenter inquirat, an Filiũ ex ea natum, ne crimen commiſſum detegetur, Patri Infideli tradidit, præſertim ſi puer iam erat baptizatus, quia eo caſu, Confeſſarius omnibus modis poſſibilibus procurare debet, vt ab eo omnino abripiatur, & nutrici Chriſtianę tradatur. Vel ſi pater eſt pauper, vt ſaltem ad hoſpitale pauperũ occultè deferatur. Et ſi fortè (quod abſit) abortũ procurauerit,
175 tunc ſi fętus erat animatus (Anima enim in maſculo quadrageſimo die, in fęmina verò octuageſimo infunditur. *gloſ. in ſum. diſt. 5. & in Clem. Fidei Cathol. de Sum. Trinit. & fid. Cathol.*) in foro exteriori effect. ſequ. incidit in excommunicationem reſeruatã Summo Pontifici, à quo etiam abſolutio petenda eſt. *Rodriq. Quæſt. Regul. tom. 2. q. 34 ar. 4.* in foro verò Conſcientiæ cum incidat ſolum in excommunicationem Epiſcopo loci reſeruatam,
176 ideo Cõfeſſarius ab eodem Epiſcopo ſpecialiter deputatus, poterit eũ abſoluere, prout per Conſt. Gregor. XIV. ordinatur. Capucc. in Comp. Priuileg. Mend. tit. abſolutio. quo ad Fratres & ſæculares. fol. 48.

Tertiò, conetur Confeſſarius relabendi occaſiones omnino pręſcindere, inhibeat pęnitẽti ne amplius necdum domum frequentet, ſed nec ẽt propè accedat ad locum vbi peccatũ cum eiſdem Infidelibus commiſit;
177 præcipiat ne in poſterum cum eis loquatur, nec litteras, nec dona ſub quouis quæſito colore, mittat, vel recipiat, neq; amplius vllo modo fęminas Iudæas, vel Infideles cum quibus coiuit, aſpiciat. Raro enim inter quos extitit illicitæ concupiſcentiæ familiaritas diſſolui, & extricari adeò poteſt, vt non remaneant quædam effrenatę libidinis ſcintillæ, quæ mutuò aſpectu facilè reuiuiſcant. *Beia p. 1. Reſp. Caſuum Conſc. caſu 14.* Etne pęnitens in huiuſmodi grauiſſimo flagitio amplius prolabatur, imponat
178 ei aliquam pęnitentiam præſertim præſeruatiuam, v. g. quoties hoc ſcelus in poſterum patrauerit, toties & pro qualibet vice, nudis pedibus omnino diſcalceatus viſitet aliquam Eccleſiam, vbi coram Crucifixo, vel ante Sanctiſſimum Sacramentum, flexis genibus ac nudis, tacta terra, recitet aliquam Orationem, Veniam ſuppliciter petendo. Vel quod illo die in pane & aqua ieiunet; Septem Pſalmos Pęnitẽtiales, Officium mortuorum, vel Coronam, ſeu Roſariũ Beatæ Mariæ Virginis dicat, certam pecuniæ quantitatem Pauperibus largiatur,

giatur,

giatur, vel quid ſimile, ſecundũ quod prudens Confeſſarius melius ei videbitur in domino expedire. Oſtendat ei quanta ſit huius criminis grauitas, quandoquidem, ſi, vt tradunt grauiſſimi Doctores, Chriſtianus cognoſcens Iudæam, vel Sarracenam in fo
179 ro externo capitali pęna plectẽdus eſt, ſicut Sodomitæ, & ij qui cũ Brutis nepharię coeunt, quanto magis acriori pęna à Deo punientur? certũ eſt enim, quod ſi cum eodẽ peccato ex hac vita ei migrare contingat, abſque dubio ſimul cum eiſdem fęminis Iudęis, vel pueris Infidelibus quibus abuſus eſt, ardebit in Inferno. Quærat illum aliquo terribili exemplo terrefacere, & ſi opus ſit differat abſolutionem, immo imponat ei, vt
180 ſaltem bis in menſe, vel etiam qualibet hebdomada cõfiteatur; Sacram Communionem per aliquas hebdomadas prohibeat, & quod interim de peccatis ſuis vehementer doleat, ac pęniteat; Quod ſi ille pęnitentiam ſibi impoſitam libenter excipiat, veram contritionem ſuorum peccatorum oſtendat, firmum propoſitum ſe numquam in poſterum talia ſcelera committere ſpondeat, paratus ſe numquam Deo adiuuante, in poſterum talia cõmiſſurum, Confeſſarius illum abſoluat, Deum pro eo deprecando, vt dignetur per viſcera ſuæ infinitæ miſericordiæ cor eius ſua diuina gratia illuſtrare, omnia peccata ei condonando. Et hęc pro huius tertij Caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

IN Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio quarti Caſus reſeruati Tabellæ Anconitanæ, qui talis eſt.

Sodomia cum maſculis & feminis, quo ad maſculos tantum.

PRo declaratione huius quarti Caſus reſeruati, præter ea, quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia fęda pertractãtes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Sodomia.*
2 *Quando Sodomia eſt Caſus reſeruatus, & quando non eſt reſeruatus.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt à Confeſſario circa confeſſionem & abſolutionẽ Sodomitæ pęnitentis.*

CIrca primum; cum Sodomia propriè
181 fiat per cõcubitum ad non debitum ſexum, vt quando vir cum viro aut fęmina cum fęmina turpitudinem operatur contra naturam; hinc dicimus, quod Sodomia eſt coitus, ſeu concubitus maſculi cum maſculo, vel fęminę cum fęmina in vaſe indebito perpetratus. *D. Thom. 2. 2. q. 154. artic. 11. Azor p. 3. Inſt. moral. lib. 3. c. 18. Armil. Verb. Sodomia. Io. Capeau tract. de Caſib. reſeru. p. 2. c. 15. q. 1. Corrad. p. 1. Reſp. Caſuum Conſcient. quæſit. 29. Horat. Gamb. Caſ. 2. nu. 2. fol. 255. Clau. Reg. lib. 8. c. 5. nu. 5. & 16. Graff. in Prax. lib. 1. c. 11. nu. 21.* Quare concubitus maſculi cũ fę-
182 mina in vaſe indebito, non Sodomia, ſed peccatum inominabile, ſeu contra naturam, ſeu mõſtruoſum, ſpecie diſtinctum à Sodomia, vocatur. *Azor. loc. cit. c. 20. q. 1. Armill. vbi ſup. Graff. in Prax. loc. cit. nu. 10. & conſ. 3. de Adult. & Stupr. nu. 9.* Quomodo autẽ mulier ſimul cum alia muliere cõmittit Sodomiã, tradit Pelag. Aluar. de planct. Eccl. *lib. 2. c. 2. verſ. Decima.*

Circa ſecũdum, ex hactenus dictis liquidò conſtat, qui nam incidit in hunc Caſum reſeruatum, & qui non incidit.

Primo enim incidũt, qui cum mare nefario coitu in vaſe indebito etiã
183 ſemel tantum ſe immiſcent, modo

Digitized by Google

actus ſit conſummatus, ideſt in vaſe non naturali facta ſit ſeminatio; ad incurrendum enim in Caſum reſeruatum, oportet quod actus ſit cõſummatus; Hodie enim de generali conſuetudine totius Italię, immo totius mundi (per quam iuri communi abrogatum eſſe videtur) introductum eſt, vt etiam in attrociſſimis & grauiſſimis criminibus, attentatum pro cõſummato nõ puniatur, nec conatus, non ſequuto effectu, etiam ſi ad actũ propinquum deuentum eſſet. *l. vulgaris. §. furti ff. de furtis. Steph. Quarant. in Verb. Sodomia. Graff. in Prax. lib. 1. ca. 11. nu* 25. Quod ſecus tamen dicerẽ,
184 quando opus peregit vſque ad conſummationem, vt quãdo membrum appoſuit in ipſas partes pudendas cõtra naturam, quod pręuidens fraudulenter, in actu effundendi ſemen, in fine extra peregit, & ſemen effudit: nam tunc propriè dicitur Sodomita, & includitur ſub Caſu reſeruato. *Iul. Clar. in §. Sodomia. Graff. loc. cit. nu. 25. & conſ. 3. de Adult. & Stupr. nu.* 23. non enim in fraudem legiſlatoris eſt aliquid faciendum; *capit. conſtitutus. de conceſſ. præbend.* Sic nec in fraudem legis. *Coriol p. 2 caſu 9. nu.* 19. Si autem
185 ſupra tres vices per totum annum hoc egerint, tunc incidunt in Caſum reſeruatum in Tabella Ęſina, *nu.* 4. & ſi pluſquam ſemel ab vltima Confeſſione, in Tabella Callienſi, *nu.* 2.

Secundò, incidunt mares qui prępoſtera libidine quamcunque fęminam ineunt, ideſt contra naturam cognoſcunt, dummodo actus ſit cõſum-
186 matus; ſaltem ex communi loquendi vſu, & recepto more; licet enim concubitus maris cum fęmina extra vas ordinarium, quod fit eodem modo quo fit peccatum ſodomiticũ cũ maſculis nõ ſit propriè Sodomia, ſed peccatum contra naturam, & ſpecie diſtinctum a Sodomia, vt ex D. Tho. 2. 2. *q.* 154 *art.* 11. *Caiet. ibid. & Syluestr. Verb. luxuria. q.* 5 *contra Couarr. in Epit. in 4. p. 2. c. 7. §. 5. nu.* 7. probat Io. Azor. *p. 3. Inſt. moral. lib. 3. c. 20. q.* 1. Attamen & ſi ex propria ſignificatione non veniat appellatione Sodomię concubitus cum mulieribus in vaſe indebito, venit tamen ex communi vſu loquẽdi: nam ex communi vſu loquendi & recepto more, Sodomita etiam dicitur, qui hoc nephandum ſcelus cum fęmina perpetrat. *Steph. Quarant. Ver. Sodomia in Addit. in prin.* vbi citat multos Doctores, *& Graff. in Prax. li.* 1. *c.* 11. *nu.* 22. quem quidem communem loquendi vſum, ac receptum morem ſequutus Ordinarius Anconitanus; ad remouendam omnem hęſitationem, in ſua Tabella dicit: Sodomia cum maſculis, & fęminis, quo ad maſculos tantum.

Tertiò, incidit maritus, qui vxo-
187 rem ſuam extra naturale vas turpiter cognoſcit, in quo fędiorem & grauiorem inuolui culpam fatentur Doctores, *Sanchez lib 9. diſt.* 18. *Graff. loc. cit. num.* 22. nam concubitus mariti cum vxore in vaſe indebito, ex cõmuni vſu loquendi, vocatur vitium ſodomiticũ, vt patet infra in Tabella Firmana *nu.* 19.

Quartò, incidunt maſculi, qui poſt annos pubertatis, ideſt quartumdecimum annum nephando hoc vitio co-
188 gnoſci paſſi ſunt. *argum. Graff. conſ. 3. de Adult & Stupr. num.* 15. *Homob. de Caſib. reſeru. p. 2. cap. 4. fol* 363. In Prax. tamen *lib* 1. *cap.* 11. *numero* 6. 7. & 26. Idẽ Graff. ſibi contradicit, dicit enim quod cum Sodomita propriè dicatur concubitor maſculi, ſcilicet agẽs, hoc eſt qui agit contra naturam cum eadem ſpecie in vaſe indebito, *capit. Adulterij crimen, & capit. flagitia. 32. q. 7. & cap. clerici de exceſſ. Prælato.* Sequitur quod patiens non dicitur propriè ſodomita, ſed mollis, & per conſequens ſub reſeruatione minimè patiens includatur. Ego tamen, ſaluo meliori iudicio, dico, quod ſi per vim coguntur, non incidunt: ſi autem

ſpon-

Digitized by Google

ſpontè, volūtariè, & dedita opera in opus conſentiunt, incidunt: agentes enim & conſentientes pari pęna puniuntur, *c quia quæſitum. de off. iud. deleg.* hac ratione, quia tam in maſculo quam in fœmina paſſiuè dicitur poſſe committi ſodomia, vt per Abbat. *in c. in archiepiſcopatu. de Rapt. vt tradit Io. Bapt. Bartolinus, in Annot. ſup. Lancelot. Inſt. iur. Canon lib 4. tit. de Adult §. eadem.* Sed clarius Bonacina *loc citan.* Hanc reſeruationē inquit cenſeo extendi non ſolum ad agentem, verum etiam ad patientes, tum iuxta illud: In correlatiuis diſpoſitum in vno, cē
188 ſetur etiam diſpoſitum in alio: tum *arg. l. cum vir nubit in fœminam, C. de Adult.* tum quia tam peccatum patientis, quam agentis dicitur propriè ſodomiticum: ita *Iul. Clar. lib. 5. §. Sodomia, num. 2. Lactant. Finellus. de Caſibus reſeru. Caſu 9. nu 5. Bonacin. tom. 1. tract. de matrimon. q 4. punct 11. num. 1.*

Non incidunt autem; Primò, Mulieres ſodomiticè ſe adinuicē cognoſcentes, & ſi talis concubitus verè Sodomia ſit; ratio quia hæc reſeruatio comprehēdit ſolum maſculos; Sodomia inquit cum maſculis & fœminis, quo ad maſculos tantum; ergo mulieres excluduntur, cum hæc dictio, tantum, ſit excluſiua aliorum non expreſſorum *l. ſi ob æs alienum, C. de præd. minor. l. ſolutum, § in ſortem, ff de pign. act. l his ſolis, C. de reuocat. donat. Graff. in Prax. lib. 1. c. 13 num.* 10. Inciderent autem vbi abſolutè Sodomia reſeruatur, vt in Tabella Æſina, Fanenſi, Sancti Seuerini, & Feretrana, & Vrbini.

In ijs enim & alijs ſimilibus Tabellis, vbi abſolutè reſeruatur Sodomia: Crimen Sodomiæ eſt Caſus reſeruatus, non ſolum quando maſculus abutitur maſculo; ſed etiam quando fœminę ſeſe ſupergrediuntur, & medio aliquo inſtrumento, vel ſine, recipiūt
189 ſemen intra vas naturale, vel præpoſterum: nam hæc eſt propriè Sodomia completa, *Bonacin. tom. 1. tract. de matrim. q. 4. punct. 11. num. 5 in fin.* Sodomia enim eſt vbi turpitudo committitur inter duas fęminas, ſcilicet quarum altera fungatur officio Viri, & ſic aliam ſubigit; & ſic inuicem fricando ſe polluunt: *ita gloſ. in l. fœdiſſimam, C. ad leg. Iul. de Adult. Floron. p. 2. caſu 7. num 8.*

Secundò, nec fęminæ patientes ideſt ſe à Viris cognoſci contra naturam permittētes, etiamſi & ipſæ gra
190 uiter mortaliter peccent; & graui pęna dignæ ſint. Vnde refert *Graff. conſil. 3. de Adult. Stupr. num. 7.* quod ſępe per Senatum Mediolanenſem fuit iudicatum, vt tam mulieres quā Viri, qui ad eas præpoſtera Venere acceſſerant, comburerentur. Et in oppido Talauare fuit combuſtus qui-
191 dam, qui propriam vxorem contra naturam carnaliter cognouerat. Nec eas excuſat animi dolor, aut timor odij, aut verberum, quæ procaces cōplices, vel mariti minantur; ſed ſola vis præciſa, quæ ab extrinſeco profertur, nullam conferentibus vim paſſis, *Graff par. 1. lib. 2. dec. aur. c. 90. num. 2.* ratio, quia Caſus reſeruatio, non fęminas; ſed tantum Viros, Sodomiam cum maribus, vel fęminis perpetrantes, comprehendit. Inciderent tamen vbi reſeruatio fieret
192 ſub hac forma. Actus Sodomiticus maſculi cum maſculo, & maſculi cum fęmina poſt annos pubertatis, vt fit in Tabella Firmana, *art. 6.* idem dicendum de Tabella Ripana, quæ *art. 5.* ſic ſe habet. Sodomia maſculorum, & mulierum, actiua, & paſſiua: nempe maſculi poſt decimūquartum annum, & fęmina poſt duodecimum completos.

Tertiò, ob eandem rationem nec incidunt mulieres illę (ſaltem etiam ex recepto vſu) quę fricationibus, vel
193 aliquo inſtrumento materiali, ad generationem inepto, puta ligneo, vel vitreo, ſe inuicem abutuntur, & ſi

hoc

Digitized by Google

hoc facinus eſſe veræ Sodomiæ ſpeciem aſſerat D.Thom 2.2.q.154. *art.* 11. & ordinaria mortis pęna puniri in foro externo communiter Doctores tradant, *Clar. in §. fornicatio Sanchez lib. 10. d. 4 num. 5. Proſp. Farinac q. 148. n. 4. & ſeq. & Rodriq in Sum p. 1. c. 209.*
194 *nu. 2.* Vbi ſic in Cancellaria Granatæ iudicatũ fuiſſe teſtatur, quod Mulieres talia committentes, pęna combuſtionis mulctentur. *Graff. conſil 3. de Adult. num 9. Horat. Gambar. caſu 2. nu. 2. fol 255. & ſeq.* Inciderent tamen in locis vbi abſolutè Sodomia reſeruatur, prout ſupra *n.* 189. explicatũ eſt.

Quartò, nec qui voluntaria pollutione, vel mollitie ſe fœdat; vt quando Vir, vel fœmina, proprijs mani-
195 bus ſe polluit, quamuis grauiter & lethaliter contra naturam delinquere dicatur. *Summa Coron. par. 1. cap. 2. de Circunſtant. peccatorum num. 16. Menoch. libro 2. de Arbitr. Iud. in addit. ad caſum 286 Horat. Gambar. lo. cit.* Quod verum eſt etiã ſi opera alterius adhibita per tactus aut alios nephandos modos illam procuret, licet grauius peccet, propter participationem in alterius peccato. *Ioan. Capeauill. par. 2. cap. 15 quæſt* 2. ratio, quia licet pollutio volũtaria verè Sodomia dicatur, non eſt tamen talis, quæ huic reſeruationi ſubiaceat *Horat. Gambar. loc. cit.* cum ea tantum Sodomia qua maſculus cum maſculo, vel maſculus cum fœmina præpoſtera Venere coit, ſub hac reſeruatione cadat: ſecus autem in Tabella Firmana *num. 3.* vbi reſeruatur Actus Sodomiticus maſculi cũ maſculo, & maſculi cum fęmina &c.

Quintò, nec etiam incidet maritus, qui volens, legitimè vxori ſuæ copulari, quò ſe excitet, vel maioris vo-
196 luptatis captandæ gratia, nephandam copulam cum ea in vaſe vetito inchoat, animo tamen non niſi intra conceſſum vas conſummandi, Hinc Nauar. *Conſil. 7. de penit. & remiſſ.* Solam venialem culpã in eo actu agno-
197 ſcit. *Floron lo cit. verſ. Mulieribus abutentes. num. 6.* Maritus enim qui delectationis cauſa cępit actum extra vas naturale, conſumit tamen intra vas naturale vxoris, non eſt Sodomita, quia vt dicit Angel. *Verb. Debitum coniugale. nu.* 25. Deus conceſſit Coniugatis, vt delectari poſſint circa Coniugis corpus, citra pollutionẽ, vel eius periculum, propter vitandam fornicationem; quamuis Confeſſarius, debeat deteſtari omnes deuiationes, & præcipuè iſtã à naturali copula, quia nimirum periculoſa eſt, & debet pręcipere, vt deſiſtat ab huiuſmodi actu. *Horat. Gambarot. loc. cit. numero 5. in fin. fol. 256.*

Sextò, nec incidit Maritus ille, qui variato ſitu in debito vaſe vxorem cognoſcit, ſi tali modo ſemen eo ad-
198 uertente ſuſcipi, aut retineri non poſſit, quamuis ſecundum communem ſententiam mortalis culpæ reus fiat. *Angel. Syluest. Tabien & alij Summiſtæ in Verbo. Debitum Graff par. 1. lib. 2. dec aur cap. 82. nu. 13. Sanchez. lib. 9. diſt. 17. num. 13. Ioan. Capeauill. loc. cit.* Vt v. g. ſi vxore ſuper; Viro ſupergrediente, vel eo ei ſuccumbente, vel à latere, ſedendo, vel ſtando, vel a parte poſteriori, cum ea coeat, ſecũdum communem opinionem non peccat mortaliter, ſed tantũ venialiter, modo extra vas ſemen non defluat; quia cognoſcens vxorem via naturali tali
199 modo tamen, quò vxor non poſſit ſuſcipere vel retinere ſemen, peccaret mortaliter. *Nauar. cap. 16 num. 42. Graff. loc. cit. numero 17.* At ſi coeat marito ſuccumbente vxori, & vxor ſupergrediente, ſolum eſt veniale grauiſſimum, ratio quia vt omnes communiter docent ex Alberto Magno *in 4. diſt. 31. & D. Thom in 4. diſt. 31. in littera*; hic modus concubendi non impedit prolis generationem, quia in fęminis dicitur eſſe vis naturalis attractiua ſeminis virilis, & vis naturalis retentiua, licet omnes commu-

niter docent, Coniugatos ſic peccan-
tes, eſſe grauiter obiurgandos. *Azor.*
par. 3. Inſt. moral. libro 3. cap. 21. quæſt. 1.
201 Aliter tamen (puta à latere, retro
accedendo, ſedendo, vel ſtando) vxo
rem cognoſcendo, vt dixi, tantum ve
nialiter peccat, vel etiam nullum pec
catum committit; ratio, quia vt dicit
D. Thom. & Alber. loc. cit. & D. Anton.
3. p. tit. 1. cap 20. §. 3. Nihil eorum, quę
facit maritus cum vxore, vel vxor cũ
marito, ſeruato vaſe debito, ſecundũ
ſe eſt mortale, ſed poteſt eſſe ſignum
mortalis concupiſcentiæ. *Ioan. Capea-*
uil. loc. cit. Angel Verb. debitum, num.
25. Sylueſt. Verb eod. numero 7. Quod
notare debent Confeſſarij, ne in ſi-
milibus inquirendis, præter neceſſi-
tatem, ſint anxij; licet Coniuges ſic
peccantes grauiter reprehendere te-
neantur, cum peiores ſint brutis ani-
malibus, qui in huiuſmodi actibus or
dinem, ſitum, & modum naturalem
à natura inſtitutum, ſeruant *Graff. loc.*
cit. Azor vbi ſupra; & hoc propter pe-
riculum pollutionis, quod facilè ac-
cidere poteſt, quod vtique extra vas
eſſet peccatum mortale. *Nauar. cap.*
16. num 42. licet tali periculo ceſſan-
te, aliquando ſic concubẽdo nullum
ſit peccatum, vt quando ſubeſſet ali-
202 qua iuſta cauſa, v.g. ſi Coniuges cõ-
iugalem copulam commode aliter
habere nequeant; licet vt dixi, val-
dè ſint reprehendendi; *Azor loc. cit.*
quæſt. 2.

Septimò, denique non incidunt,
Pueri qui ante pubertatem, quartum
decimum videlicet annum ſe inuicẽ
Sodomiticè abutuntur, etiam ſi con-
ſtaret quod ante dictam ætatem con-
203 ſummaſſet actum in vaſe præpoſte-
ro; Caſus enim reſeruatio fit de his,
quę procedunt regulariter, & non de
his, quæ rarò accidunt, de quibus nõ
eſt curandum, *l. nam ad ea ff. de legib.*
Zabarell in cap. 1. de delict. puero. ratio,
quia peccata, quæ membris genitali-
204 bus admittuntur, non attribuuntur
maribus, niſi ab annis quatuordecim.
d. cap. 1. de delict. puer. id eſt poſt illos
completos. *Graff. in Prax. libro 1. cap.*
11. numero 30. & conſil. 3. de Adult. nu.
15. Vbi concludit dicendo, pueros
ſuccubos ante annos pubertatis non
includi ſub reſeruatione, poſt ve-
ro ſic.

Octauò, vbi reſeruatio fit tali mo-
do; crimen Sodomiæ exercentes; tũc
Sodomiam exercentes, in hunc ca-
ſum minimè incidiſſe crederem, qui
204 ſemel, vel aliquoties tale vitium cõ
miſit, & pęnitet ſe commiſiſſe; &
ideo non eſſe mittendum ad pęniten
tiarios pro abſolutione, niſi (quod lau
darem ſatis) facerent Confeſſarij ad
exagerationem talis peccati, vt pęni-
tens videns ſe a ſuo Confeſſario non
abſolui, abſtineat in futurum. *Vuald.*
de Suſpenſione, numero 202. Ioan Bapt.
Corrad. in tract. de Suſpenſ. fol. 513.

Circa tertium. Praxis obſeruan-
da à Cõfeſſario circa Confeſſionem,
& abſolutionem Sodomitæ pęniten-
tis, hæc erit.

Circa confeſſionẽ; Primo animad-
uertat Confeſſarius, an pęnitens ex
ſola paſſione, an verò ex hæreſi, aut
205 Apoſtaſia, in hoc peſſimum crimen
lapſus fuerit, quia ſi ex hæreſi, aut
Apoſtaſia, tunc eſſet excommunica-
tus, excommunicatione Summo Põ-
tifici reſeruata.

Secundò, An hoc nephandum vi-
tium cum Conſanguineis, & affini-
bus perpetrauerit: nam cum etiam
Inceſtus deformitatem induat licet
206 Affinitas non contrahatur, hæc
circumſtantia, vtpotè multum ag-
grauans in Confeſſione exprimenda
eſt. *Azor. par. 3. Inſt. moral. lib. ... c. 18.*
quæſt. 3.

Tertiò, An cum propria vxore
hoc ſcelus commiſerit, quia cum vl-
tra peccatũ contra naturam, Adulte-
rium etiam ex parte vtriuſque Con-
iugis conſentientis accedat, hæc cir-
207 cumſtantia neceſſario aperiẽda eſt.

San-

Digitized by Google

Sanchez libro 9. diſt. 18. num. 4. & ſi cũ vxore alterius, tunc non ſolum eſt peccatum contra naturam, ſed etiã habet ſpecialem malitiam iniuriç factæ contra maritum eius, quoniam abutitur vxore propria, & præſertim contra uoluntatem illius, tunc non ſolum eſt peccatum contra naturam, ſed habet ſpecialem malitiam iniuriæ factæ contra vxorem propriam, quoniam abutitur ea, & vxor ius habet diuortium faciendi quantum ad thorum, vt eſt communis opinio, ob crimen mariti nephandum commiſſum cum vxore propria, & in confeſſione exprimenda eſt circumſtantia, quod fuerit peccatum cũ vxore propria commiſſum. *Azor. loc. cit. cap. 20.*
208 *in fin.* Et ſi Coniugatus committit hoc vitium nephandum cum aliqua fœmina ſoluta, cum committat crimen habens duas deformitates cõtra rectam rationem, vnam criminis nephandi, alteram, quia fit iniuria matrimonio, ideo neceſſario in confeſſione debet exprimere hanc circumſtãtiam, quod videlicet ipſe erat vxoratus. *Azor. loc cit. cap. 20. q. 3. & Nau. c 6. nu. 4.* & idem dicendũ ſi cum maribus Sodomiã patrarit, teneri ſiquidem eandemet circunſtantiam in confeſſione exprimere. *Azor. loc. cit. cap. 18. q. 6.*

Quartò, An dum maſculus, alium maſculum cognoſcebat contra naturam, aut aliqua fœmina eodem modo præpoſtera venere potiebatur, in illo
209 actu habebat voluntatem cognoſcendi aliquam aliam mulierem, vel virum, & qualem, An, coniugatam, puellam, conſanguineam, viduam, religioſam, quia ſunt circumſtantiæ mutantes ſpeciem, & ideo neceſſario confitendæ. *Io. Capeauill. p. 2 c. 15 q. 3.*

Quintò, An pęnitẽs ſit Religioſus,
210 quia ſi religioſus, vel Sacerdos hoc flagitio ſacrilegè ſe fędauit, niſi Confeſſario ſit notus, ſolemne caſtitatis votum confiteri tenebitur. *Azor. p. 1. Inſt. moral. libro 12. cap. 12 quæſt. 9.*

Quo ad abſolutionem; Primò Cõfeſſarius ſi pęnitens eſt perſona ſecu-
211 laris, inquirat, an aliqua excommunicatione ſit innodatus, à qua prius abſoluendus ſit.

Secundò, ſi eſt Clericus ſæcularis vel Religioſus, interroget, quoties hoc ſcelus commiſit, an ſcilicet ſit huius nephandi criminis exercitator, ideſt quod quaſi ex vſu continuato
212 huiuſmodi vitium exercuerit, quia cum per Conſt. Pij V. incip. Horrendum illud ſcelus: præcipiatur omnes & quoſcunque Pręsbyteros & alios Clericos Seculares, & Regulares cuiuſcunque gradus, & dignitatis, tam dirum nefas, puta Sodomiã, exercentes, omni priuilegio Clericali, omni officio, dignitate, & beneficio Eccleſiaſtico priuari; ac per Iudicem Eccleſiaſticũ degradatos, Poteſtati ſtatim ſeculari tradantur. *Azor. par. 3. Inſtit. moral. lib. 3. c. 19.* Si iuxta dictam Conſtitutionem omni priuilegio Clericali, officio, dignitate, & beneficio per ſententiam ab Eccleſiaſtico in fo-
213 ro externo Iudice ſit priuatus, etiã in foro Conſcientiæ parere tenebitur; & ſi crimen eius notorium ſit, cũ irregularis effectus ſit, à Diuinis abſtinere cogetur. *Sayr. lib. 7 de Cenſur. cap. 12. nume. 24. Azor. loc cit. q. 6. Rodriq. Quæſt. Regul. tom. 2. q. 29. art. 2.* Quod quidem impedimentum, cum ex crimine deſcendat, quod eſt grauius
214 Adulterio, per ſolum Summũ Pontificem tolli poteſt; iuxta tradita per Dec. & alios doctores *in c. at ſi clerici. de Iudic.*

Vbi tamen ex communi opinione
215 aduertendum, in foro conſcientiæ minimè ſupradictas pęnas incurrere Sodomiam exercentes, cum leges pęnales rigoroſæ, ſint ita mitigandę, vt tantum in foro exteriori locum habeant, ac obligare dicantur; Vnde licet ex ſupradicta Conſtitut. ipſo iure ſint depoſiti dictum peccatum exer-

Digitized by Google

centes, in foro tamen cōſcientiæ nō debent cēleri depoſiti, nam cum depoſitio ſit grauior pęna, quam Irregularitas, non eſt credēdum, Summum Pontificem animarum ſalutis maximum zelatorē, ipſas in foro conſcientiæ reſpectu tam rigoroſæ pęnę illaqueare voluiſſe. *Rodriq. loc. cit. art. 2 in*
216 *fin.* Quæ etiam pęnæ quo ad forum conſcientiæ procedunt in Clerico, qui ex iteratis actibus vitium hoc frequentat, adeò vt ex vſu quaſi continuato id exerceat, ac boni Viri arbitrio illius exercitator dici poſſit, non autem in eo, qui aliquoties cadit, & cecidiſſe pęnitet. *Steph. Quarant. Verb. Sodomia. in Addit. limit* 4. Vnde Cleri-
217 cum prædictum crimen ſemel vel bis, vel ter admittentē in ſupradictas pęnas, minimè incurrere cenſendum eſt, cum pęnæ illę contra exercentes infligantur; exercere enim ſignificat
218 frequentiam ex diuerſis actibus, nō ex eodem tempore, ſed diuerſis; nam tunc actus venerei continuati antequā quis diuertat ad extraneos actus cum maſculo, habentur pro vno continuato, & aggregato. *Graff. in Prax. lib. 1. c. 11. nu.* 110. In quas etiam pę-
219 nas non incurrit, qui coit contra naturam cum fęmina extra vas debitū & ordinarium, cum non ſit peccatū ſodomiticum, vt ſupra etiam dictum eſt. *Azor. loc. cit. q. 3.* nec etiam qui nō ſeminat intra vas, vt enim huiuſmodi pęnæ locum habeant, requiritur
220 vt conſummatio huius nephādi criminis fiat in vaſe extraordinario, alioquin non comprehendit ipſum exercentem pęnæ prædictæ conſtitutionis. *Nau. Man. c. 27. nu. 250. Steph. Quarant. loc. cit. limit. 2. Rodriq. loc. cit.* Vbi etiam ait ſupradictam Conſtitutionem non comprehēdere omnem exercentem crimen contra naturam, quæ comprehēdit omnem pollutionem extraordinariam ſecundum D. Thom. 2. 2 q. 154. art. 11. nec exercentem omnem actum ſodomiticum, qui comprehendit omnem pollutionem habitum cum alio, vel cum alia extra vas ordinarium ſecundum eundem D. Thom. ſed ſolum habentem copulam ſodomiticam: *arg. cap. fin. de ſponſal.* quod habet non conſummari copulam, niſi intra vas naturale ſemē effundatur. *Nau. & Rodriq. loc. ſupra-*
221 *cit.* Denique dicta Conſtitutio ita eſt limitanda, vt quò ad pęnas in ea contentas ipſo facto incurrendas intelligitur tantum quo ad forum exterius, quò enim ad forum conſcientiæ in Praxi nō eſt recepta, vt innuit. *Henriq. in ſum. lib. 13. de excom. c. 36. in fin. in gloſ. litteræ. & Tolet. lib. 1. c. 94.* & ita Religioſus tali vitio irretitus Sodomiam videlicet exercens (licet in ea dicatur, pręſentis canonis auctori-
222 tate priuamus; quę verba cum ſint pręſentis temporis inducunt ipſo iure pęnam, prout traditur in Iure. *cap. excommunicamus de haret.* & reſoluit Felin. *in capit. Rodulphus. de reſcript. & gloſ. in c. In pęnis. de Regul. iur. in 6.*) Pœnam degradationis, ſeu priuationem beneficij Clericalis, & alias pęnas ibi contentas, non incurrit, niſi poſt condemnationem Iudicis, & ita non tenetur ſtatim commiſſa culpa dimittere beneficia, officia, & dignitates Eccleſiaſticas in foro cōſcientię, nec fructus beneficij reſtituere, ante ſententiam Iudicis, nō enim tenetur eſſe executor dictarum pęnarum contra ſeipſum, ex communi & frequentiori ſententia, vt per Graſſ. *p. 1. libro 2. dec. aur. cap. 90.* per totum. *Symanch. de Cathol. Inſtit. c. 9. num. 209. Nauar. in Comment. de dat. & promiſſ notab. 31. numero 42. in fi. Azor par. 3. Inſt. moral cap 19. quaſt. 5. Molina in tract. de inſtit. diſput. 69.* latè Guttierez. *libro primo Canonic. quaſt. cap. primo ſub numero* 12. concludens, quod ſententia tenentium contrarium, eſt à communi ſchola Theologorum, & Canoniſtarum exploſa. *Stephan. Quarant. vbi ſupra limitat. quinta.*

Item

Digitized by Google

Item interroget an filiam ſpiritualem, vel etiam puerum in actu Con-
223 feſſionis, vel propè, illam, vel illum ſolicitauerit, quia cum de fide malè ſentire prçſumatur, inſpiciendū erit, An habeat errorem in intellectu? in quo caſu eſſet ad Inquiſitorem mittēdus. *Nau. conſ. 2. de hæret. Rodriq. Quæſt. Reg. tom. 2. q. 27. art. 2. Nald. Verb. Confeſſarius, num. 16. & Verb. hæreſis, n. 17.* & ſi mulier, vel adoleſcens ad nephādum hoc vitium ſollicitatus, confiteatur, cogendus erit à Cōfeſſario, vt prædictum Confeſſarium ad ipſum Inquiſitorem deferat, quod ſi nolit,
224 vllo modo eſt abſoluendus; filiæ enim ſpirituales, ac ēt adoleſcentuli non poſſunt abſolui à Confeſſarijs quantumcunque Priuilegiatis, donec Dñis Inquiſitoribus hoc delictū pate faciant. *Rodriq. loc. cit. ar. 1. & 3.* Sicuti cauetur Conſt. Pij IV. incip. *Venerabili Fratri.* Sed clarius ex Conſt. Grego. XV. incip. *Vniuerſi Dominici gregis;* in qua quia multæ pęnæ graues infligū-
225 tur, vniuerſis Confeſſarijs, non ſolum ſęcularibus, ſed ēt cuiuſcunq; ordinis Regularibus, in actu Sacramentalis Confeſſionis, ac ēt extra pueros, & mulieres ad actus inhoneſtos allicientibus; ideo vt Confeſſores ne dū illos euadere queant, ſed vt hoc ſanctum munus rectè exercere valeant, libuit verba ad litterā, prædictæ Cōſtitutionis apponere.

Statuimus, decernimus, & decla-
226 ramus, quod omnes & ſinguli Sacerdotes tam ſæculares, quā quorūuis, ēt quōlibet exemptorum, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectorum Ordinū inſtitutorum, Societatū, & Cōgregationū Regulares cuiuſcūq; dignitatis, & pręminentiæ, aut quouis Priuilegio muniti exiſtāt, qui Perſonas quæcūq; illę ſint: ad inhoneſta, ſiue inter ſe, ſiue cū alijs quōlibet perpetranda in actu Sacramentalis Confeſſionis, ſiue ante vel poſt immediatè, ſeu occaſione, vel prætextu Confeſſionis huiuſmodi, ēt ipſa Cōfeſſione non ſecuta, ſiue extra occaſionem Confeſſionis in Cōfeſſionario, aut in loco quocunq; vt Cōfeſſiones Sacramentales audiantur, ſeu ad Cōfeſſionem audiendā electo, ſimulantes ibidem Confeſſiones audire, ſollicitare, vel prouocare tentauerint, aut cū eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſiue tractatus habuerint, in Officio ſanctę Inquiſitionis ſeueriſſimè, vt infra puniantur. Et præterea oēs Hæreticæ prauitatis Inquiſitores, & locorum Ordinarios omnium Regnorū, Prouinciarum, Ciuitatū, Dominiorum, & locorum vniuerſi Orbis Chriſtiani in ſuis quemq; Dięceſibus & territorijs per has noſtras litteras etiam priuatiuè quo ad omnes alios ſpecialiter, ac ꝑpetuò Iudices delegamus, vt ſuper his contra prædictos ſimul, vel ſeparatim in omnibus, prout in cauſis Fidei iuxta Sacrorum Canonū formam, necnō Officij Inquiſitionis huiuſmodi Cōſtitutiones, Priuilegia, Conſuetudines, & Decreta diligēter inquirant, & procedāt, & quos in aliquo ex huiuſmodi nepharijs exceſſibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, & circūſtantijs, ſuſpenſ. ab executione Ordinis, priuationis Beneficiorum, Dignitatum, & Officiorum quorumcunque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, necnon vocis actiuæ, & paſſiuæ, ſi Regulares fuerint, exilij, damnationis ad Triremes, & Carceres etiam in perpetuum abſque vlla ſpe gratiæ, aliaſque pęnas decernant, eos quoque ſi pro delicti enormitate grauiores pęnas meruerint, debita præcedente degradatione Curiæ ſæculari puniendos tradant. Dantes etiam facultatem Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanę Eccleſię Cardinalibus Generalibus Inquiſitoribus, ne delictum tam enorme, & Eccleſię Dei tam perniciosum remaneat, ob Probationum defectum impunitum cū

difficilis ſit probationis, Teſtibus, ét ſingularibus;concurrentibus præſūptionibus indicijs,& alijs adminiculis delictum probatum eſſe arbitrio ſuo iudicandi, & Curiæ ſæculari, vt præfertur Reum tradendum eſſe pronunciandi. Non obſtant omnib. quę dictus Pius IV. Prædeceſſor noſter in ſuis litteris prędictis voluit nō obſtare, cæteriſque contrarijs, quibuſcunque. Mandantes omnib. Confeſſarijs, vt ſuos pęnitentes, quos nouerint fuiſſe ab alijs, vt ſupra ſollicitatos, moneant de obligatione denūciandi ſollicitantes, ſeu vt præfertur tractantes, Inquiſitoribus ſeu locorū Ordinarijs prædictis, quod ſi hoc officium prætermiſerint, vel pœnitentes docuerint, non teneri ad denunciandum Confeſſarios ſollicitantes, ſeu tractantes, vt ſupra ijdem locorū ordinarij, & Inquiſitores illos pro modo culpæ puniri non negligant. Volumus autem, vt præſentiū tranſumptis, &c.

227 Has tamen pœnas, in foro conſcientiæ, credo quod Confeſſarij nō incurrant, ſed tantum in foro exteriori poſt condemnationem iudicis, ob rationem ſuperius tactam, nempe quia leges pęnales rigoroſæ, ita ſunt mitigandæ, vt tantum in foro exteriori locum habeant, ac obligare dicantur, præſertim cum Summus Pōtifex nō dicit ipſo facto, eo ipſo, abſq. vlla declaratione, ſed tantum, quod ſi quos in aliquo ex huiuſmodi nefarijs exceſſibus culpabiles repererint, Ordinarij locorum, & Inquiſitores pęnas prædictas in illos animaduertant.

228 Et magnoperè obſeruandū cenſeo, quod ſi Confeſſarius huius nefandi criminis reus ad Epiſcopum, vel eius generalem Vicarium, ſeu Summum Pęnitentiarium accedat, & facultatem pro propria abſolutione petens, fingat pro alio poſtulare, ſi illā obtineat, multis Doctis Viris videtur impenſam abſolutionem non valere, cum dolus det cauſam cōceſſioni, vt ex reg. legali, *Dolus & fraus nemini patrocinari debent*, *c. Sedes Apoſtolica de Reſcript. & c. ad noſtrā de emptio. & vend.* Proinde magna cautione cum his Sacerdotibus agendum; cum enim ex officio ſæpius celebrare, & Sacramēta adminiſtrare teneātur, pro ſacramentali Confeſſione ſibi ſimiles eligūt Sacerdotes, viciſſim ſe abſoluunt, vel a caſu reſeruato mutuò ſe abſoluendi facultatem procurant; & quia ſuadet licentia luxum, (quod valde deplorandum eſt) in huiuſmodi teterrima luæ, & miſerimo ſtatu, vſque ad vltimum vitæ terminum aliquando inſordeſcunt. Propterea acriter in ipſos ſeuiēdum eſt, & grauibus inflictis pęnitentijs compeſcendi; eis oſtendendo, quantum Deus vlciſci ſoleat ſacrilegam Voti violationem, & ſcandaloſam Clericalis, & Religioſi ſtatus viuendi rationem, ſicuti inter cæteros illius Sacer-

229 dotis vindex fuit Deus, de quo D. Bonau. in vita Seraphici Patris noſtri Franciſci, *cap.* 11. refert; Quod cū diuina iudicia oblitus ſecundum deſideria carnis viueret, nocte quadam, domus tecto corruente, cæteris mortem euadentibus, ipſe ſolus miſerè interceptus, atque interemptus eſt.

230 Obſeruandum quoque, ſi Confeſſarius, qui huiuſmodi crimen commiſit, eſt Regularis, cū in caſum, ſuo Prælato, ex decret. *Clem. VIII.* etiam inciderit reſeruatum, cum minimè eum abſoluere queat, defectu iuriſdictionis, quia videlicet nullam ſuper illum habet iuriſdictionem, ideo ad ſuum Prælatum Regularem, vel pęnitētiarium eius habentem auctoritatem, pro abſolutione mittendus eſt.

231 Et ſi fęmina, vel maſculus, pro huiuſmodi nefario ſcelere a Religioſo aliquid notabile acceperit, totū eius Monaſterio, ſi bonorū capax eſt, reſtituere aſtringetur, quod ſi ſit inca-

pax,

Digitized by Google

pax, tunc eidẽ per viam eleæmoſinæ largiatur, *arg. Rodriq. in ſum. p. 2. c. 42. n. 4. in fin.* patet, quia ſi aliquid notabile acceperit a Religioſo etiam in donum, ob amicitiam, & finem bonum tamen tenetur, quicquid illud ſit, reſtituere eius Monaſterio, ſeu Prælato, ex Conſti. Clem. VIII. de largitione munerum incip. *Religioſæ Congregationis*. ergo a fortiori reſtituendũ erit acceptum ob malum finem maximè in deteſtationem tam nefandi, & execrabilis criminis.

232 Tertiò; perpendat, an ſemotę ſint propinque delinquendi occaſiones; nam vera pęnitentia non eſt ſine excisione cauſarum, *c. ſatisfactio de pęnit. diſt. 3.* Vnde ſi maſculus cum maſculo cohabitat, ex qua cohabitatione ſæpe copulantur, non poſſunt abſolui, niſi ſe diuidant propter periculũ recidiui; malus enim ſemper præſumitur malus in eodem genere mali durante priori cauſa mali, ideſt cohabitationis cõmoditate, vt in Regula *Malus lib. 6.* ſimiliter ſi ad copulã veniunt, quia puer frequentat domũ alterius, euitet tranſitum per illum locum, mutet etiam ipſum locum, quia mutando tranſitum per illum locum, mutat etiam locum, & mutando locum mutatur mentis affectus,

233 *c. mulier 15. q. 1.* Quare ſi nolint huiuſmodi occaſiones amputare, omnino ſunt incapaces abſolutionis; pęnitens enim niſi firmiter proponat omnes occaſiones euitare, regulariter non eſt abſoluendus, niſi fortè illis quatuor ſupradictis circumſtantijs concurrentibus, quas vide ſupra in explicatione ſecundi caſus reſeruati huius Tabellæ Anconitanæ, nam illis concurrentibus, Confeſſarius, huius nefandi criminis Reum (oſtenſa prius grauitate huius vitij, propter hoc peccatum Diluuium igne venit in mundum. Ciuitates Sodomorum igne de Cęlo conſumptæ, &

234 in cinerem redactæ ſunt, 2. *Petr. c.* 2. Deus immittit in mundo Bella, fames, Peſtes, Terremotus, & ſimilia. *Auth. vt non luxur. contr. naturam coll.* 6. Filius Dei diſtulit diu incarnari, & in nocte eius glorioſæ natiuitatis omnes Sodomitæ fuerunt morte ſubitanea conſumpti, *D. Hieronimus, D. Ant. p. 2. tit. 5. cap. 4. § 2.* & in Leuit. *cap. 18.* Deus iubet omnes Sodomitæ pęna mortis mulctari, quia non debet homo viuere ſuper terram, qui nõ viuit, vt homo. Vnde lege Imperiali iubentur Sodomitæ decapitari, *C. de extra-*

235 *ordin. crim. l. qui Puero.* Imò igne cremari: atque grauiſſima ei impoſita pęnitentia, præſertim præſeruatiua, ieiunandi illo die, vel ſequenti in pane & aqua, quoties hoc vitio ſe fędabit; Vel talem eleæmoſinam pauperibus erogandi, vel quid aliud ſimile, maximè iniungat ei frequentiam confeſſionum, vt bis, in menſe, vel etiam ſępius confiteatur) poterit abſoluere.

236 Imò in rigore non poſſe denegari abſolutionẽ pęnitenti, q de præteritis culpis verè doleat, & in futurum cauere, occaſioneſque deuitare proponat, ſi hanc præſeruatiuam pęnitẽtiam admittere nolit, non improbabiliter aliqui tenent, ſi quidem Confeſſarius ipſe non eſt conſtitutus Iudex niſi illorum peccatorum, quæ ſecundum præſentem iuſtitiam pęnitens ipſi confitetur, &c. *Leonard. Nouell. in Inſtruct. ad Paroch. tit. de Sacra. pœniten.*

237 Verumtamen Confeſſarios qui a caſibus reſeruatis abſoluendi conceſſam ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Antiſtite Anconitano habent facultatem, illud admonitos velim, vt ſumma cum prudẽtia eam exerceãt, quò ædificationi potius, quam deſtructionis locus ſit; Quamobrem ſi inutilitatem, & auxilium ſodomitæ pęnitentis, qui in huiuſmodi nefando, ac teterrimo vitio incidit, ad ſuperiorem mittere, expedire in Domino iudicauerint, ad terrorem incutiendum,

dum, & vt magis in poſterũ in Chriſtiano officio contineatur, id quæſo facere non recuſent, nec ommittent *D. Carol. Borom. in Admonit. ad Confeſſarios, vt habetur apud Acta Eccleſ. Mediolan. p. 4.* Etenim officium Sacerdotis præcipuum eſt, remedium adhibere, ac diuerſis vti exprimentis ad ſanandum pęnitentem ęgrotum, *c. omnis de*
238 *pęnit. & remiſſ.* Ideo præſentaneum remedium etiam erit, Criminoſum ad ſuperiorem remittendum eſſe, nō ſolum quando Sodomia erit reſeruata, ſed etiam nonnunquam quando non fuerit, nimirum propter illius enormitatem, de qua conſultum eſt, ſuperiorē cognoſcere, qui efficacius remedium ei adhibere poſſit. *Reginal. lib. 22. c. 3. num. 51.* Vt vel ſic ipſe pęnitens diuina gratia ſuffultus, terrore vultus ſuperioris perterritus, ſe in poſterum a patrādis peccatis cohibeat.
239 *Vt quos Dei timor a malo non reuocat, Eccleſiaſticæ ſaltem coerceat ſeueritas diſciplinæ. cap. cum in cunctis de electio.* Et hæc pro huius quarti caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiāt ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti incipit declaratio quinti Caſus reſeruati eiuſdem Tabellę Anconitanæ, qui talis eſt.

Blaſphemia Hæreticalis, & conſuetudinaria.

PRo declaratione huius quinti Caſus reſeruati, præter ea, quæ dicunt Summiſtę, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Blaſphemia hæreticalis, & conſuetudinaria.*
2 *Quando Blaſphemia hæreticalis, et cōſuetudinaria eſt caſus reſeruatus, & quando non eſt reſeruatus.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & Abſolutionem Blaſphematoris hæreticalis, & conſuetudinarij.*

240 CIrca primum, Blaſphemia hæreticalis eſt illa, quæ hęreſim, ſeu falſitatem cōtra fidem formaliter, aut virtualiter continet, ac ſignificat, & regulariter, quæ ſanctæ fidei Articulis, Chriſtianis omnib. notis, vel qui omnibus noti eſſe debent, expreſsè contradicit, & directè fidei confeſſioni
241 aduerſatur; licet proferens non cōſentiat. Quare receptum eſt has Blaſphemias eſſe Hæreticales: *Nego, vel Renego Deum; Non credo in Deum; Renego fidem; Renego Chriſtum, Baptiſmum, vel Chriſma, quod in fronte ſuſcepi; vel Crucem Domini noſtri Ieſu Chriſti;* Vel *Hoc nec Deus facere poteſt,* præſertim ſi aliquid ſit, quod fieri poſſit, vt tempus clarum, vel ſimile; Vel dicendo, *Beatam Virginem Mariam eſſe Meretricem,* quia detrahitur eius puritati cōtra Articulum. 3. *Natum ex Maria Virgine.* Pariter Blaſphemia hæreticalis eſt dicere, *Deus eſt iniuſtus, Acceptator perſonarum, Proditor, Improuidus. Inſcius, crudelis, inuidus; Ad deſpectũ Dei; ſi Deus non faciet vindictam non credam eſſe iuſtum, negabo fidem; Deus non vult mihi benefacere, vel Deus non vult mihi ſuccurrere, ſuccurrat diabolus; Dæmon poteſt pluſquam Deus; Dominus iniuſtè me flagellat. Puttana de Dio, Dio partiale. Al diſpetto di quel becco de Dio:* & alia huiuſmodi verba nefanda, quæ nefas eſt cogitare, nedum recitare; quæ habent formam infidelitatis, & fidei abnegationem, & de directo opponuntur Symbolo fidei, & primo Decalogi Pręcepto. Ita communiter tenent Doctores *Io. Azor. p. 1. Inſtitu. moral. lib. 9. c. 28. q. 5. Graff. in Praxi. lib. 1. cap. 10. num. 44. Pegna ad Directo. Inquiſit. p. 2. Comment. 66. Decian. tracta. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 2. nume. 7. Ignat.*

Lopez

Digitized by Google

Lopez ad Diaz in ſua Prax. crim. c. 210.
in addi. Suarez. tom. de Relig. tract. 3. lib.
1. cap. 5. num. 7. Floron. de caſib. reſer. p. 2.
caſu. 3. num. 7. Clau. Reg. lib. 6. c. 13. n. 20.
Vbi etiam dicit, quod idem etiam de
alijs dicendum eſt, quæ aliquo mo-
do cōtra fidei Articulos directè pro-
feruntur. *Petr. Anton Lazar. p. 2. Canon.*
quæſt. q. 7. num. 5. & ſeq.
242 Blaſphemia verò conſuetudina-
ria, eſt cum quis ſaltem quinarijs vi-
cibus ex quodam habitu diuerſis tē-
poribus Blaſphemauerit. Nam licet
apud Doctores non ſatis cōſtet, quis
nam dicatur ex cōſuetudine blaſphe
mare; Alij enim ex bino actu induci
huiuſmodi conſuetudinem tradunt.
Alij ex trino actu. At probabilius ad
diffiniendum, quot actus ad conſue-
tudinem inducendam requirantur,
iudicis, vel Confeſſarij arbitrio id
relinquendum videtur. Ego autem
probabiliter cenſeo nō ſufficere duos
vel tres actus ad inducendam huiuſ-
modi conſuetudinem; ſed ſi particu-
lare, de hac re iudicium ferendū ſit,
243 dicerem neceſſario exigi, vt ſaltē,
vt ſupradictu eſt, quinquies ex quodā
habitu, diuerſis temporibus blaſphe-
mias protulerit; & ratio eſt, quia hoc
vitium in linguæ lubrico conſiſtit, ꝙ
non ita facilè ad pœnam trahēdum
eſt, *l. famoſum, ff. ad leg. Iul. maieſt. Curt.*
in tit. fin. de conſuetud. num. 49. Menoch.
de Præſumpt. lib. 1. q. 89. nu. 65. & conſi.
107. num. 98. Roland. a Vall. conſil. 11. n.
81. Val. 1. ex l. 1. C. ſi quis Imperat. male-
dix. & c. quod autem 22 q. 2. & hoc pro-
cedit præſertim in foro Animæ, in
quo verſamur. *Lazar. vbi ſupra q. 8. nu.*
3. 4. & 5. dummodo tamen Ordina-
rius minorem numerū in ſua Tabel-
la ſibi non reſeruet.

Circa ſecūdum, ex hactenus dictis
patēter agnoſcitur, qui nam incidūt
in hunc caſum reſeruatum, & qui
non incidunt.

Primò. n. incidunt, qui verba Hæ-
reticalia aduertendo proferunt, non
tm̄ expreſsè dicētes, *Deus non eſt Deus*
(vt impius qdā dixit) *Renego Deū, fidē,*
244 *Baptiſmum. Chriſma, Crucem, Puritatē*
Virginis Mariæ, dicendo eam eſſe Meretri
cem, Deus eſt iniuſtus, impius, crudelis,
acceptator perſonarum, proditor, improui-
dus, inſcius, inuidus, ad deſpectum Dei; put
tana de Dio, al diſetto di quel becco di Dio,
& alia ſimilia verba, ſed ēt qui tacitè
& ſub conditione proferunt tales bla
ſphemias hęreticales, prout ſolent ali
qui, puta dicendo, Nō credo in Deū,
vel poſſim renegare fidem, vel Deū,
ſi te non percutiam, vel illud faciam,
aut veritatem dico; ratio, quia nō al-
legat Deum in teſtē, ſed profert bla-
ſphemias hæreticales, licet conditio-
nales, quæ quidem habent in ſe purā,
implicitam affirmatiuam, hoc eſt, ꝙ
ſi ad percutiēdum illum opus fuerit,
in Deum nō credere, vel fidem rene-
gare paratus eſt, id libenter facere, &
ita ineſt deprauata voluntas, vt rectè
declarat Io. Royas. *de Hære. p. 2. num.*
174. Lazar. p. 2. q. 7. num. 45. dummodo
245 prædicta verba hæreticalia quin-
quies protulerint, ratio, quia ita ex-
preſsè, hęc Reſeruatio requirit, dicit
enim, Blaſphemia hæreticalis, & cō-
ſuetudinaria; Vnde hęc dictio, &, nō
eſt diſiunctiua, ſed copulatiua, & eſt
ſenſus, blaſphemia hęreticalis, & cō-
ſuetudinaria, ideſt blaſphemia hære
ticalis, quæ ſit conſuetudinaria, hoc
eſt, quinarijs vicibus ad minus pro-
lata, cum vt ſupradictum eſt, ad indu
cendam conſuetudinem non ſufficit
duos, vel tres actus, ſed neceſſario re-
quiritur, vt ſaltem quinquies ex quo-
dam habitu diuerſis temporibus, bla
ſphemias quis protulerit. In Tabella
vero Firmana, *nu. 1.* vbi reſeruatio fit
in hac forma. Blaſphemiæ hæretica-
les poſt trinam vicē prolatæ, & q̄uis
alia blaſphemia conſuetudinaria; re-
quiritur quod blaſphemia hæretica-
lis ter ſit prolata, ad incurrendū præ-
dictum caſum reſeruatum.
246 Secundò incidunt, qui dicūt, Deū
adeo

Digitized by Google

adeo eſſe miſericordē, vt peccata nō requirat; Vel adeo iuſtum, vt pęnitētes non recipiat; imò ſi pertinaciter, hoc credant, ſine dubio sūt Hæretici prout notat Gabriel Pariſ. *li.*1. *de fid. c.* 3. & ſequit̄ Graff. in Prax. *li.*1. *c.*10. *num.* 48. modo dicta verba quinquies dicant *Lazar. loc. ſupracit. nu.* 48.

247 Tertiò incidunt, qui dicunt Turificationes, & fumigationes, quæ fiūt in Magicarū Artiū, & Maleficiorum exercitio, eſſe ad Dei honorem, & ei placeant; nō quia hoc eſt blaſphemia, & error dānatus Pariſijs *anno* 1318. Et idē dicēdum, qñ quis de induſtria eſ-

248 ſet peccatū mortale cōmiſſurus, ꝙ vellet, vt Deo placeret, & ab eo acceptaret; cū ſit velle, vt Deus faciat, ꝙ ei nullo mō competit, nēpe, vt acceptet peccatū; mō vt ſupra quinquies, hæc verba ꝓtulerint *Lazar. lo. ci n.* 49.

249 Quartò, & qui, ex conſuetudine videlicet quinquies dicit; ſi Deus nō facit vindictā, nō credā eſſe iuſtum, vel negabo fidem, aut dicā nō eſſe Deū, vt dixit quidam, ſunt. n. hæreticales blaſphemiæ, & ſi quod ore profert, corde crederet; Hęreticus eſſet. *Clau. Reg. lib.* 6 *c.* 13. *nu.* 3. Idem dicendū de eo, qui dixit, *Io credo, che Dio non ſi ricor*

250 *di di me.* Item in dicente, *Puttana la noſtra Donna*; contra puritatē Beatæ Virginis appellando; ſic enim cōmunis loquēdi vſus, præſertim inter blaſphemantes, talia verba interpretantur. *Io Bapt Plotus tract. de Blaſph n.* 13. & pro hæreticali expreſsè declaratur *in tract. Inform. Sancti officij ad Vicarios ſanctæ Inquiſitionis. Lazar. loc. cit. nu.* 50. *& ſeq. & q.* 12 *n.* 26. Idem dicēdo, *Puttana de Dio, Dio parteſano* cioè partiale; *Plot. de blaſphemia. n.* 27. *Al diſpetto di*

251 *quel becco di Dio*, hæ enim, & ſimiles blaſphemiæ nō tantum attroces, ſed etiā hæreticales dicūtur, vt ex tract. ſuprad. inform. ad vic. Sanctæ Inquiſitionis, *c* 5 *Lazar q ead num.* 29.

252 Quintò & qui diceret *Iddio nō ha mai fatto queſto Matrimonio*; detrahit .n. quantum in ſe eſt, potentiæ, ac diuinę prouidentiæ, negando tale Matrimoniū non fuiſſe ordinatū a Deo, a quo omnia procedunt, & per quem facta ſunt oīa, & ſine quo factum eſt nihil. *Io. c.* 1. & in quo viuimus, mouemur, & ſumus, vt Sancta canit Eccleſia, etenim de Matrimonijs in ſpecie, Deum peculiarem habere curā, ex veteri clarè illo colligitur Prouerbio: nēpe *Matrimonij & Veſcouati: da Dio ſon ordinati Lazar. loc. cit. nu.* 52. *& ſeq.* modo huiuſmodi verba, quinquies protulerit.

253 Sextò, & Pueri, & Impuberes, qui quinquies hæreticaliter blaſphemauerint, dūmodo tamen ſint doli capaces, quos ętas minimè excuſat. *c.* 1. *de delict. puero.* Doli autem capax regulariter dicitur, qui ſeptimum annū excedit. *gl. in d. c.* 1. *de delict. pueror. in ver. grandiuſculis. Menoch. de arbit. iud. caſu* 57. *n.* 41. in qua quoq; ætate, ſi verè eſt doli capax, occidēdo, fit Irregularis, non ante, *Clem.* 1. *de Homicid.* Impuberes ergo doli capaces blaſphemare ſoliti niſi eximantur, ab ordinarijs ſub reſeruatione dubio procul cōprehenduntur. *Lazar. loc. cit. n.* 57. *& q.* 8. *n* 41. *vſque* 46. Idem dicendū de Mulierib. blaſphemare ſolitis, vbi generaliter ſit facta reſeruatio, vt hic, quia lex ge-

254 neralis generaliter eſt interpretāda *Lazar. vbi ſupra. c.* 7. *n.* 58. *& c.* 8. *nu* 46. blaſphemias enim hæreticales ex cōſuetudine euomētes, ſiue ſint mares, ſiue fęminæ incidunt in caſum reſeruatum. *Floron. caſ.* 3. *num.* 13.

255 Septimo incidunt ſupradictę Perſonę, etiam ſi blaſphemando ignorēt vim verborum, modò vt ſupra quinquies blaſphemauerint, & vulgari ſēſu ſaltem cognitum ſit vnicuiq; talia verba ſanare in blaſphemia; quia tūc nō excuſātur ignorātes ſenſum hęreticū, vel blaſphemiā eſſe hęreticalē; nam ſibi imputari debē t, talia reuoluentes verba dānata, iuxta notat. ꝑ gloſ. *in c. a nobis de ſenten. excomm.* & in

Cle-

Digitized by Google

Clement. 1. *de Conſaguini. & Affinita.* Qđ ſanè procedere prçſertim debet, quando eſſent contra ius Decalogi, vel legem Euangelicam, aut Apoſto-
256 licam: *& ſic ſtultus in culpa, fiet ſapiēs in pęna; c. qui ea. diſt. 39.* & confirmatur ex doctrina D. Thom. 2. 2. *q.* 13. *art.* 2. *ad* 3. *& Greg de Valent. tom.* 3. *diſput.* 1. *q.* 13. *p.* 1. *Ludou. Carb. in Summa. tom.* 3. *lib.* 1. *c.* 58. dicentium, quando aliquis animaduertit verba aliqua pertinere ad blaſphemiam, nec tamen abſtinet ab illis, quoties illa vſurpat, toties eũ blaſphemare, & grauiter peccare. *Lazar. q.* 7. *nu.* 60.

Octauò, incidunt etiam illi qui repentina iracundia, vel furore in hæ-
257 reticales prorumpũt blaſphemias, quas tamen aduertunt eſſe tales, modo quinquies euomantur, licet pęnitentia ducti ſtatim ſe retractent, vel reuocent, & contritionis ſigna oſtendant; tum quia quis non excuſatur à peccato mortali, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè commotus fuerit, ſiue ſtatim pęnituerit, ſiue ex interuallo. *Io. Capeau. de Caſib. reſeru. p.* 2. *c.* 19. *q.* 1. *in fin. Zech. in princ tract. de Caſib. reſeru. ex D. Tho.* 2. 2. *q.* 13 *art.* 2. tum quia Iracũdia nõ
258 excuſat, vt probatur *Leuitic. c.* 24. vbi blaphemus Iſraelita iuſſus fuit à Deo lapidari, ex eo quod blaſphemaſſet, dum iurgaretur cum alio Viro Iſraelita, & ſic dum Ira excandeſceret. Si enim Iracundiæ calor excuſaret, ferè omnes deberent excuſari, quia rari ſunt, qui quieto animo, & non excandeſcenti blaſphement, vt probatur *in c. vlt. de Maled.* Verum tamen eſt, in iudiciali foro excuſandos eſſe, vel ſaltem mitius puniendos fore blaſphemantes ex lubricitate linguę; & ſtatim ſe retractantes. *Lazar. loc. cit. nu.* 61. *& ſeq.*

Non incidunt autem, Primò, minus quinquies blaſphemias hæreticales quomodocunque proferentes; ratio, quia ad incurrendum hunc caſum requiritur quod blaſphemia ſit
259 hæreticalis, & talis ſit etiam cõſuetudinaria, ſaltem videlicet quinquies prolata; licet grauiter mortiferè delinquant: & idem dicendum eſt etiã vbi reſeruatur blaſphemia ex nepharia conſuetudine, vt in Tabella Aeſina, non includi videlicet, qui minus quinquies blaſphemauerint.

Secundò, nec qui ne dũ quinquies, ſed etiã decies hæreticaliter blaſphemauerit, vno tamẽ & eodem tempore & continuato ſermone; ratio quia tunc pro vnica habetur blaſphemia; multiplicatio enim blaſphemiæ ſi-
260 mul eodem tempore & in cõtinuatione eiuſdem ſermonis, facta, vnicũ dumtaxat conficit delictum, & non niſi pro vna blaſphemia puniendus eſt; ad incurrendum enim hũc caſum requiritur quod interpollatis vicibus, & ex interuallo, diuerſoque tempore quinquies ſaltẽ blaſphemetur, quoties tamẽ blaſphemauerit, toties peccabit mortaliter. *Lazar. q.* 8. *nu.* 23. *vſque* 30. prout infra in tertio articulo explicabimus. & idem dic de alijs blaſphemijs.

Tertiò, nec qui dicit al Corpo, aut
261 al ſangue de Dio, di Chriſto, aut della Vergine Maria & huiuſmodi, quæ non ſunt blaſphemiæ ſaltem hæreticales; etenim poſtquam Verbum caro factum eſt, Deus habet corpus & ſanguinem & alias humani corporis partes, quamuis propter inſignem irreuerentiam ſemper peccet mortaliter; dummodo tamen hæc de Deo humanato intelligat, quia ſi iuraſſet per membra Dei etiam honeſta intelligendo nomine Dei, Diuinam eſſentiã, eſſet blaſphemia hæreticalis, tribuens Deo quod ei non conuenit, &
262 ſi Diuinam naturã huiuſmodi mẽbra habere crederet, eſſet hæreticus. Quãuis vti iſtis modis loquẽdi puta, per Corpus Domini, aut Sanguinem eius, ſiue iurando, ſiue cum alio contendendo, non eſt blaſphemia, quoniam, vt dixi, poſtquam Verbum Caro fa-

ro factum eſt, Deus habet corpus & ſanguinem, in quantum homo *Archid. in c. ſiquis per capillum. 2. 2. q. 1. nu. 1. Lazar loc. cit nu. 65. Horat. Gambar. de Caſib. reſeru de blaſphemia, nu. 9 fol. 253. Graff in Prax. lib. 1. c. 10. nu. 35.* Idē di-
263 cendum ſi dicit, Hoc eſt verum, vt Chriſtus natus eſt de Virgine Maria; vel vt Deus vnus eſt, licet ſi irreuerētia accedat, ferè ſemper mortaliter peccet, & quandoque etiam blaſphemet, licet non hæreticaliter. *Lazar. loc. cit. c. 7 nu 65.*

Quartò, nec qui malum Deo, aut Sāctis impræcatur, vel eis maledicit, dicendo, Maledictus ſit Deus, vel di-
264 ſpliceat Deo; Maledicta Dei genitrix, Maledictus D. Petrus, &c. ratio quia hæ blaſphemiæ hæreticales nō ſunt, cum non opponantur Articulis fidei, vel Sacramentis Eccleſiæ, quāuis atroces dicantur. *Graff. loc. cit. nu. 27. & Lazar. vbi ſupra, nu. 66. & nu. 19.* Idem cenſendum eſt de alijs blaſphemijs atrocibus. Vt dicendo, *ſe Dio il*
265 *diceſſe io direi che il mentiſſe per la gola. Puttana de Chriſto,* Ad ſanguinē ſcorti Sancti Pauli. Nec Deus ſi deſcenderet de Cęlo, amoueret frumentū hoc de Area iſta, prout dixit quidam cum alio altercando. *Lazar. loc. ſupracit. nu. 27. & 33.* Idem dicendum ſi iuret per Chriſti, vel Beatæ Virginis Mariæ Verenda, huiuſmodi enim iuramentum enormis blaſphemia eſt, etenim paria ſunt maledicere Deum, vel de eo verba pudibunda proferre. *Bald. in l. vnica. C. ſi quis Imperat maled. Lazar.*
266 *loc. cit num. 31.* Idem dicendo, *Io deſpratio Dio di queſto che mi fà.* Graff. *loc. ſupracit nu. 29.* & ſic de ſimilibus.

Quintò, neque qui Sacræ Scripturæ verba ad iocoſa, ſcurrilia, & inania, velut Paſchinos, & turpem amorem, abſq; intellectus errore trahūt,
267 quia propriè nō dicuntur blaſphemi ſaltem hæreticales, quamuis peccent mortaliter, & grauiſſimis pęnis coercendi ſint, ab Epiſcopis, vt patet in Concil. Trid. *ſeſſ. 4. in fin. Lazar. loc. cit nu. 67. Rodriq. in Sum. p. 1. c. 34 nu. 2. Graff. loc. cit. nu. 43.* Peccatū verò mortale non eſſe, ſi quis prædicta verba dicat, vel faciat ex ſimplicitate credens eſſe id licitum ob recreationē, & conſuetudinem, tradunt *Nauar. Man. c. 12 n. 87. Fel. Zech in Sum. Moral. p. 2. c. 25. num. 5. in fin. Lazar. loc. cit. 69.*

Sextò, nec qui ignorantes vim verborum (ita vt ſi ſcirent talia verba ſonare blaſphemiā hæreticalem, nulla-
268 tenus proferrent) dicunt, *Potta*; v. g. eſt quidā ruſticus, vel alius idiota & rudis Perſona, qui dicit, *Potta,* nō aduertens tamē ad verba quæ dixit, vel ignorans quid ſibi velit, huiuſmodi turpe verbum: nam cum nō committat peccatum mortale, non incidit in Caſum reſeruatum. *Graff. loc. cit. num. 49. & append. lib. 1. c. 7. nu. 55.*

Septimò, nec qui aliquam profert blaſphemiam hæreticalem, quę licet hæreticalis ſit, attamen peccatum veniale eſt, nempe ob actus imperfectio-
269 nem, cum non fuerit deliberatus, vt cum quis ex ira aliqua, vel ex alia motus paſſione, non aduertens ad verba, in blaſphemiam prorumpat. *D. Thom. 2. 2. q. 13. art. 2. facit c. homines. 2. 2 q. 2.* vbi ex D. Auguſtin. habetur, *Ream linquam non facit, niſi rea mens, & c. 1. 15. q. 6.* vbi, *nō quod ſit, ſed quo animo fiat inſpici debet,* iuxta illud Vulgatū.
270 *Quicquid agunt homines, intentio iudicat omnes.*

Immo ſi perturbatio talis ſit, quod omnem rationis deliberationem anteuertat, ſiue auferat, tunc nullum omnino peccatū erit, ſi verò aliquantulum rationis iudicium ſequatur, & plenum præceſſerit, peccatum erit veniale; & ratio eſt, quia ſecundum communem ſententiam *Graff. p. 1. lib. 1. dec. aur. c. 13. n 71. Lel Zecch. de Caſib. reſeruat. in princ. Greg. Sayr. tract. de Sacram. in gen. lib. 2. c. 8. q. 2. art. 2.* de venialibus non fit reſeruatio *Lazar q. 1. nu. 24 & q. 7. nu. 72.*

Octa-

Octauò, nec qui profert blaſphe-
271 miam quantumcunque hęreticalē, ſolum corde, quia licet apud Deum qui eſt inſpector cordium ſit mortale peccatum, attamen non cadit ſub reſeruatione, quæ tantū de peccatis, & actibus exterioribus fieri cenſetur, vt not. *Graff. Prax. loc. cit. num.* 37. *Lazar. vbi ſupra num.* 73.

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem blaſphemi pœnitentis, hæc erit.

Circa Confeſſionem; Primo Confeſſarius animaduertat, vt pœnitens dicat quas blaſphemias protulerit; An enormes, attroces, vel hæreticales; An aduertenter, vel ex ſurreptione; An contra Deum, vel Beatiſſimā Virginem Mariam, vel Sanctos, vt ſcire queat, an pœnitens inciderit in caſum reſeruatum, nec ne.

272 Secundò, an ſimul Deum, & Beatam Virginem blaſphemauerit, nam hæc blaſphemia qua quis ſimul Deo, & Beatæ Mariæ, & Sāctis maledicit, plures deformitates continet, quia plures contumelias afficit, ſicut qui vno ictu vulneraret, vel occideret plures perſonas; Vnde qui blaſphemat Deum, & duodecim Apoſtolos, tredecim peccata facit, in Confeſſione explicanda ita *Azor. p. 1. Inſt. mor. lib. 4. c. 4. q. 5. & Lazar. p. 2. q. 8. nu. 36. contra Nau. c. 6. num. 19. & Rodriq. ſum. p. 1. c. 214. num. 3.* ratio eſt, quia licet talis locutionis actus ſit vnus, virtute tamē, ratione peccati, eſt multiplex; plures enim contumelias afficit, & hoc peccatum in ſe habet tot malitias, quot ſunt duodecim Apoſtoli, qui ſunt diuerſa obiecta exteriora; quorum quilibet eſt prohibitum blaſphemare, ſicut qui non ieiunat per
273 totam Quadrageſimam, committit tot peccata, quot ſunt ſinguli dies obligantes per ſe ad Ieiunij præceptum, ſicuti qui vno ictu vulneraret, vel plures perſonas occideret. *Lazar. loc. cit. nu. 36. & ſeq.* Ita qui in vna ſermonis ſerie, quater blaſphemat, quatuor peccata committit, neceſſario confitenda, *Lazar. loc. cit. num.* 30.

Tertiò interroget de numero ſaltem probabili; cum ad Confeſſionis integritatē expreſſio tam ſpeciei, & circumſtantiarum, quam numeri ne-
274 ceſſaria ſit, vt de Ruſticorum Confeſſione in caſu blaſphemię admonet Nau. *conſi. 12 de pœnit. & remiſſ.* vbi ex D. Thom. & *c. omnis de pęnit. & remiſſ. & Concil. Triden. ſeſſ. 14. Can. 7.* expreſsè fatetur pœnitentem teneri ad confitendum numerum veriſimilem peccatorum.

Quo ad abſolutionem; obſeruandum, an ille qui blaſphemauit, errorem in intellectu habeat, an ſcilicet crediderit quod blaſphemando pro-
275 tulit ita eſſe; nam cum incidat in excommunicationem Summo Pontifici reſeruatam (in omnibus enim caſibus in quibus error in intellectu concurrit, illorum abſolutio per litteras Bullæ in Cœna Domini, Apoſtolicæ ſedi eſt reſeruata, ita vt nec Epiſcopis, nec alijs virtute Priuilegiorum licet manus apponere, prout ſacra declarauit Cardinalium cōgregatio) tunc non niſi a Papa, vel ab habente ſpecialem facultatem abſoluēdi ab hæreſi, abſolui poteſt; *Lazar. q. 11. num. 8. & ſeq.* & ideo pœnitens ad Inquiſitorem remittendus eſt. *Simāc. in Cathol. Inſtit. ti. 3. Pegna. 2. p. Commē. 25. Guttierez lib. 1 quæſt. Canonic. c. 13. num 7. Sanchez. lib. 2. de præcept. cap. 12.*
276 *num. 14.* Vel ab eo abſoluendi facultas petenda eſt, quam (cum ſit ad vniuerſitatem cauſarum delegatus) in caſu particulari ſubdelegare poterit, vt aiūt prædicti Doctores, & Rodri. *Quæſt. Regul. tom. 2. q. 81. art. 4. & Miranda in Man. Prælat. tom. 2. q. 7. concl. 2. art. 4. & q. 34. a. 14. concl. 2.* Vel etiam pro abſolutione in foro pœnitentiali mittēdus eſt ad Epiſcopū ſiue ad eius pœnitentiarium, vel alium habentē facul-

Digitized by Google

facultatem abſoluendi a caſib. Epiſcopo reſeruatis. *Lazar.q.12.num.81.*

277 Secundò huiuſmodi blaſphematores Hæreticales, vel alias conſuetudinarios, aſſuetos, vel publicos audiens Confeſſarius, ſi nulla ex præteritis Confeſſionibus, ſecuta ſit emendatio, non obſtante, quod in præteritis Confeſſionibus emẽdationẽ promiſerint, nõ ſunt ſtatim abſoluendi, etiam ſi iterum emendationem polliceantur, ſed ad tempus differẽda erit abſolutio, vt interim hanc prauam, ac peruerſam conſuetudinem aliqua ex parte deponant, & relinquant; ratio quia indiſpoſiti ad hoc videntur, cum in præcedentibus Confeſſionibus non fuerint correcti, credi etiam veriſimiliter poteſt, ſe in poſterũ ab
278 hoc vitio non receſſuros: qualitas enim ſemel aſſumpta, pręſumitur retenta, §.reſtituta, Inſtit.de fideicommiſ.hæred. abſoluendi tamen erunt, ſi iterum, aut ter blaſphemauerint, ẽt ſi antea bis fuerint abſoluti, dummodo firmum emendationis propoſitũ concipere oſtenderint, & certa ſigna doloris, & deteſtationis huiuſmodi impietatis dederint, nec ita commodè differri poſſit abſolutio in aliud tempus; impoſita tamen pœnitentia ſalutari, ac tãto crimini debita. *Graff. p.1.lib.2.dec.aur.c.20.n 14 & in Prax. lib.1.cap.10.num.82. Io.Bapt. Corrad.p.1.reſp.caſ.conſi.q.15.in addit. prope fin. poſt Bartol.Medin.lib 1.inſtruct. Confeſſ. cap.14.§.2.Io.Azor.inſt.moral p.1.lib.9.cap.28 q.18.Clau.Reg.lib.6.cap.13 n. 10. Lazar q.11 num.24.& ſeq* abſoluere tamen non debet audientem Iudæum blaſphemare fidem noſtram, niſi illum ad Inquiſitorem denuntiat *Nald. verb iudæi.num.3.*

Tertiò; Confeſſarius, prædictos blaſphemos nullo modo abſoluat, niſi prius eis grauiſſima impoſita pœnitentia, prout expreſsè ordinat, Concilium Lateranenſe. *ſeſſ.9. §. ad abolendam. In foro pœnitentiæ nemo inquit blaſphemiæ reus abſque grauiſſima ſeueri Confeſſarij arbitrio iniuncta pœnitentia*
279 *abſoluatur.* Verum quia vt *Silu. Armill.verb.blaſphemia nu.5. Sanchez lib.2.de præcept.cap.12 num 14. Reginal.li.18.cap.14 num.201. Clau. Reg.lib.6.c.13.num.10 Azor.p.1.Inſt.moral. lib.9. cap.28. quæſt.9.* tradunt, huiuſmodi Concilij Decretum, quod attinet ad talem pœnitentiam imponendam, non eſt vtentium moribus comprobatum; & hodie omnes pęnitentiæ ſunt arbitrariæ, *c.menſuram c. Deus de pęnit.& remiſ.vt inquiunt Nau.cap.25. num.20. Io.Capeauill.p.2.c.19.q 3.* ideo laboret Confeſſarius illas pęnitẽtias
280 iniũgere, quas veriſimiliter credat pęnitẽtes adimplere debere, ne ipſas violando eis deterius contingat, noua culpa ſe onerando. *Graff.Prax.loc. cit.num. 82. Lazar. vbi ſupra nume. 21. & 29.*

281 Vt tamen in poſterum abſtineãt, ſemper aliquam pęnitentiam præſeruatiuam eis iniungenda erit, præſertim ſi blaſphemiæ ſunt Hæreticales, imponat eis, vt ſextis ferijs in memoriam paſſionis ieiunent in pane, & aqua; Vt triginta, quadraginta, aut quinquaginta diebus, non intermiſſis, genibus flexis, & nudis, tacta terra, pronuntiet ſeptem Pſalmos Pęnitentiales, & Litanias cum præcibus adiunctis, & deinde Deo, Beatiſſimæ Virgini, & Sanctis ſupplices veniam decies deprecentur, & terram decies oſculata, ſuum pectus percutiant. *Lazar.loc.cit.num.29. & Comitolus lib. 4. quæſt.9. in fin.* & denique, vt ſaltem ſemel, vel bis in menſe ſacramentali Confeſſione peccata ſua expient, aliquas eleemoſinas pauperibus errogent, vel quid aliud ſimile; præcipuę tamen imponat, vt frequentent ſanctiſſimam Confeſſionem, & ſacratiſſimam Cõmunionem; Aſſerere enim non vereor, nullam prorſus reperiri efficaciorem medicinam ad prauum
282 vincendi vſum, & ad inueteratum euel-

Digitized by Google

euellendum habitum quorumcunq;
vitiorum,quam frequens Confeſſio;
quotidiano namque probatur expe-
rimento, homines olim improbos,
hoc remedio ſanctos euaſiſſe. Quis
autem dubitare audet, quin lingua
munda, & pura ei remanere debeat,
quę Cōfeſſionis medio ab anima ex-
pulerit peccati turpitudinem, & ſor
des,quę & ipſa purificata,& ſanctifi-
cata fuerit, ex contractu ſanctiſſimi
Sacramenti omnium puritatum fon-
tis? *Lazar.loc.cit.nu.*38. Tandem com-
pleta Confeſſione conetur pęnitentē
ad ſummum odium, & deteſtationē
tam immanis flagitij, & ſi fieri pōt,
ad fletum etiam deducere. *Comitol.lo.
cit.* proponat eis aliqua exempla tre-
menda, quibus oſtendat, Deum etiā
in hoc mundo ſeueriſſimè in peccatū
blaſphemiæ animaduertiſſe; vt patet
Leuiti.*cap.*24.*&* 4.*Reg.cap.*19. vbi ob
blaſphemiam Senecherib Regis Aſſi
riorum Angelus Domini 185. milia
hominum de exercitu eius percuſſit,
& ob blaſphemiam Antiochus inſa-
nabili, & horribili plaga percuſſus
fuit. 2.*Machab.c.*15.

284 Et vt omnia, quę ad hunc blaſphe
mię caſum ſpectare poſſunt, appona-
namus; cum multi ſępe importunis
cogitationibus agitentur, non ſine
graui illorum animi perturbatione,
& moleſtia, ideo contra huiuſmodi
importunas blaſphemiarum cogita-
tiones, quibus aliqui quandoque a
dęmone tentantur aduerſus Deum,
& Beatiſſimam Virginem, Sanctam-
que fidem, pręſertim in orationibus,
optimum remedium, eſt illas non cu-
rare, neque examinare, vel diſputare
contra eas, alias homo magis inquie-
tabitur. Nec has tentationes confite
ri, vel reconfiteri debet; quia nō ſunt
peccata, niſi deliberatè eiſdem cōſen
tiant, vel niſi illę, ex ſua cauſa, culpa-
bili prouenerint, vt puta, ex negligē-
tia, otio, curioſitate, indiſcreta abſti-
nentia, vel ſimili, tunc tales cauſę in
Confeſſione ſunt explicandę, ad cul-
pam declarandam, & ad remedium
debitum tali cauſę adhibendum. *La-
zar.loc.cit.num* 40.

Poſtremò Confeſſarius prudenter
agat in impetranda abſoluendi facul
tate, nec tam facilè ad ſuperiores pro
ea obtinēda adeat, ſed pęnitenti per-
ſuadere nitatur, vt ipſe ad ſuperio-
285 res, & legitimos iudices pro abſolu
tionis beneficio accedat, iuxta decre
tum ſacri Concil. Triden. *ſeſſ.*14 *c.*7.
nam non deſunt Parochi, alijq; Con-
feſſarij, qui non ſolum pęnitentibus
peccatis reſeruatis onuſtis, ad ſupe-
riores, vt eant, perſuadent, verum ēt,
vt commodius in peccato perſeue-
rent, latè pollicentur, obtinere eos
poſſe facultatem ab Epiſcopis abſol-
uendi, importuniq; quandoq. ſunt ſu
perioribus iudicibus; & in hoc caſu il
lud ſępe vſurpatum ſuccedit, nempe,
286 vt, *facilitas veniæ, incentiuum tribuat
delinquendi c. eſt iniuſta* 32.*q.*4. *& de
vit. & honeſt. Cler. capitu. Vt clericorum.*
Vel vt alter dixi. *Accendit culpam, faci
lis dimiſſio pœnæ*, ex quo ſequit, quod
huiuſmodi Reſeruationes, quę ani-
marum vſui maximo eſſe deberent,
Confeſſariorum culpa proprium nō
ſortiuntur effectum, vt animaduertit
*Horat.Gambar.de Caſib.reſeruat.c.*1.*nu.*
28.*fol.*7.*Lazar loc.cit.num.*5.*& ſequen.*
Hinc Confeſſarios, qui a caſibus re-
ſeruatis (vt ſupra etiam dixi in fine
explicationis quarti caſus reſeruati
huius Tabellę Anconitanę) abſoluen
287 di cōceſſam ab eodem Pręſule An-
conitano facultatem habent, illud in
viſceribus Ieſu Chriſti admonitos ve
lim, vt ſumma cum prudentia eam
exercere ſtudeant, quò ędificationi
potius, quam deſtructionis locus ſit;
quamobrem ſi in vtilitatem, & auxi-
lium pęnitentis, qui in blaſphemię
peccatum incidit, ad ſuperiores Iudi
ces mittere, expedire in domino iudi
cauerint, ad terrorem incutiendum,
& vt magis in poſterum in Chriſtia-
no

Digitized by Google

no officio contineantur, id facere quæſo non omittant. *D. Carol Borrom. in Admonit. ad Confeſſ. vt habetur apud Acta Eccleſ. Mediolan p. 4.* Et hæc pro huius quinti caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti incipit declaratio ſexti Caſus reſeruati prædictæ Tabellę Anconitanæ, qui talis eſt.

Notarij & alij non reuelantes Legata Pia, cum ſimplici nota, ijs quibus relicta ſunt, poſt menſem a publicatione Teſtamentorum.

PRo declaratione huius ſexti Caſus reſeruati, præter ea, quæ dicunt Summiſtę, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Legatum Pium.*
2 *Quando Notarij, & alij non reuelantes Legata Pia incidunt in caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem & abſolutionẽ Legata Pia non reuelantium.*

CIrca primum; antequã quid Legatum Pium ſit dicamus (vt hæc materia, quæ valde difficilis eſt, ac ſatis ĩtricata, clariora fiat)
288 prius, quæ nam ſit cauſa Pia, ſeu Legatum ad Pias cauſas, opere precium eſt, vt videamus; hæc enim eſt tota baſis huius reſeruationis. Pia cauſa, ſeu Legatum ad Pias cauſas multifariam multiſque modis dicitur.

289 Primo igitur Pia cauſa dicitur Eccleſia, vel Monaſterium, & hoc eſt in cõfeſſo apud omnes; ac etiam alia Pia loca; vt hoſpitalia, ſiue ſint conſtructa auctoritate Epiſcopi, ſiue nõ; *Abb conſil. 55. lib. 1. Tiraquell. proœmio tract. Priuileg piæ cauſæ,* & alia loca in quibus pauperes ſenes, & languidæ perſonæ aluntur, & alia opera pietatis exercentur *l. ſi quis ad declinandum, C. de Epiſ. & Cleric. c. de Xenodochijs, de Relig. domib. Angel Silueſt. Armilla. Tabien.* & alij in verb. *Legatum.* Sunt ẽt loca Pia Confraternitates, Montes Pietatis, &c. vt per Concil. Trident. *ſeſſ. 22. c. 9 de Reformatione. Horat. Gambar. de Caſib. reſeruat. caſ. 4. nu. 5. fol. 226. Graff. in Prax. lib. 2. c. 22. num. 3. Floron. p. 2 caſu. 9. num. 2.*

290 Secundò, Monachus etiam particularis dicitur pia cauſa, & ideo legatum factum Monacho dicitur ad piã cauſam. *Tiraquell. loc. cit.* poſſe autem legari Monacho particulari, optimè defendit *Abb conſi 63. lib* 2. nec ideo fit proprietarius; Quod dictum debet intelligi ſi legatum fiat intuitu pietatis, non autem conſanguinitatis, aut amicitiæ, *Abb. Rubr. de teſta. Horat Gamb loc. cit.* & idem dicendũ
291 eſt de legatis factis alijs Religioſis Mendicantibus, relicta enim fratrib. ad ſua ſtudia, & alias neceſſitates, inter legata pia connumerantur, prout aduertunt Bald. *in l. 1. C. de ſacroſ. Eccl.* & Panormit. *in Rubr. de Teſtam.* dummodo tamẽ titulo pietatis relinquantur, & propter Deum, non autẽ amore ſanguinis, aut naturali. *Rodriquez. Quæſt. Regul tom. 2. q. 125. a. 7.* Idem ſi fiat Fratribus Minoribus de obſeruãtia; Licet enim Fratres Minores non poſſint aliquod legatum cõſequi; cũ bonorum ſint incapaces, vt in iure definitum eſt, *c exijt, & Clem. exiui. de verb. ſignifi.* ſi tamen eis fiat legatum cauſa ſtudij, valet, & conſequi pote-
292 runt, quia videtur relictum ad pias cauſas, & pro cultu diuino; ita conſuluit Abb. *Conſi. 63.* & voluit Federic. de Senis. *Conſil.* 12. & ſentit gloſa in *Clem. dudum. de ſepult.* dum ait valere

rel.

Digitized by Google

relictum factum ſingularibus fratrib. p libris emẽdis, *Rodriq to.3.q.57.a.8.*
293 Tertiò, pia cauſa dicitur Legatum factum pro ornamẽtis Eccleſiæ, pro fabrica Eccleſiæ, pro luminarib. pro oleo lãpadis, pro libris, pro anniuerſario, pro Miſſis dicendis, & alijs ad cultũ diuinũ pertinentibus, *Armill. Sil. Ang. Tabien. Horat. Gamb. vbi ſupra.*
294 Quartò Legatum pium dr̃, quod relinquitur pro Imagine pingenda. *Bart. in l. lineam margaritarum, ff. ad leg. falc. Horat. Gamb. num. 16.*
295 Quintò, Legatum piũ dicitur, qñ relinquitur aliquid pro anima ſua, vt ſentit glo. & Bar. *in l. ſi quis Titio. ff. de legat. 2. Horat. Gamb. Armill. Silu. Angel. loc. cit. & Graff. Praxi lib. 2. cap. 26. num. 11.*
296 Sextò pia cauſa dicitur Legatum factum alicui Sancto; & ſi in ea vrbe, vel territorio non inueniatur Eccleſia, vel Oratoriũ ſub inuocatione illius Sancti, Legatũ debetur Eccleſiæ Domicilij Teſtatoris *Couar c. 3. n. 2. de teſtamen. Horat Gamb. num. 27.* & ſi Legatum factum ſit Eccleſiæ Sanctæ Mariç, ſi in eo loco plures ſunt Eccleſiæ Sanctæ Mariæ dicit Panormit. *in cap. indicante. de teſtamen.* quod in dubio dabitur Eccleſiæ Parochiali ſi illo nomine nuncupetur, vel pauperiori, quæ habet tale nomen, & ſi nulla Eccleſia Sanctæ Mariç ſit in loco, dabitur Eccleſiæ Cathedrali. Et ſi legatur Eccleſiæ fiẽdæ, & non dicitur de loco, vbi debeat fieri, tunc Epiſcopus, & executor prouidebũt de loco Eccleſiæ conſtruendæ, niſi aliter cõſtet de mente Teſtatoris, quæ cõſideranda eſt, ſi poſſibile eſt, & hoc fauore piæ cauſæ, *Ang. verb. legatum 1 nu. 7. Silu. num. 7. Armill. num. 6.*
297 Septimò, ſepulturæ ſeu monumẽti conſtructio, quatenus eſt ad monumentum ipſum conſtruendum neceſſariũ, dicitur legatum pium; ſecus autem ſi id potius tendit ad pompam, & vanam gloriam, quam ad Dei laudem, *Horat. Gambar. numero 20.*
298 Octauò, legatum pium dicitur, id quod relinquitur pro reſtitutione incertorum, & malè ablatorum, cũ pro animæ redemptione legatum cenſeatur, *Bal. in l. hæredifas, §. ſi defuncto. ff. de petit. hæred. Horat. Gamb. num. 22.*
299 Nonò pia cauſa dicitur, cum relinquitur aliquid miſerabilib. perſonis, vt Pupillis, viduis, Peregrinis, et huiuſmodi pauperibus auxilio proprio deſtitutis, dũmodo pupilli, & viduæ pauperes ſint *Angel. Silu. loc. cit. Hora. Gamb. nu. 7. & 9.*
300 Decimò relictum cauſa redemptionis captiuorum, eſt cauſa pia *c. ſacrorum 12. q. 2. Horat. Gamb. nu. 12.*
301 Vndecimò legatum factum meretrici, dicitur ad pias cauſas, ſi ea conditione, vt ad frugem melioris vitæ redeat, legatum fuerit, *Bald. in l. imperialis, C. de nupt. Horat. Gamb. num. 21.*
302 Duodecimò, legatum pium dr̃ cũ relinquitur aliquid pro maritandis Puellis, ſecundum *Bar. in l. 1. ff. ſol. matrimo. & in l. ſi ergo, ff. de iure doct. & in l. 2. ff. de don.* Vbi dicunt Doctores, q̃ Dos eſt pia cã, & conſequenter relictũ pro dote eſt ad piã cauſã *Sil. verb. legatũ 4. n. 1. Ang. eo. 2. nu. 1.* q̃ intellige pro maritandis Puellis virginib. pauperibus, *Hor. Gã. n. 14. Graff. lo. ci. n 10.*
303 Tertiodecimo, legatum pium dicitur, quod reliquitur pro alimentis ęgentium, ſeu indigentium, *Hor. Gãb. nu. 13 Graff. conſi. 1. de teſtam. nu. 18.*
304 Quartodecimo, legatum cã ſtudij, dr̃ legatũ piũ, quod de ſtudio Theologiæ intelligendum eſt, ex obiecto ipſius, quod nil aliud eſt, niſi Deus totius cõſolationis Pater pietatũ & miſericordiarum, *Iaſon in l. 1. in 1 lectur. C. de ſacroſ. Eccl. & in l. 1. circa finem, ff. ſolut. Matrimo. Horat. Gamb. num. 17.*
305 Quintodecimo, conſtructio, reparatio ſiue refectio Pontium, & viarũ, dr̃ pia cauſa, ſicuti ẽt patriç fortificatio, vt refectio Murorum, foſſatorum ciuitatis, vel caſtrorum, & quicquid

etiam ſit publicæ vtilitatis cauſa; dūmodo tamen, & quando imminet neceſſitas, alias non *Silueſ Angel Armil. loc ci. Hora. Gamb. num. 19. Graff. conſi. 1. de teſt. num. 15.*

306 Sextodecimo & vltimo, generaliter id dicitur relinqui ad piam cauſam, ꝙ relinquitur pro honore Dei, vel ſanctorū, vel pro ſalute animæ, quomodocunq. relinquatur, ſiue pro conſtruendo Monaſterio, Hoſpitali, Capella, vel pro ſuſtentādis perſonis Eccleſiaſticis ſæcularib. aut regularibus, tā virorum, q̄ fęminarū, & multo magis monialium, vt habetur in Cōc. Tri. *ſeſſ. 23. c. fi. de Refor.* quia piū eſt, quod fit propter cultum diuinū; ſecus ſi fieret pro honore mundano, vel perpetua fama, quia nō dr̄ pium, licet præſumatur omnia ſupradicta, relicta prædictis locis, fuiſſe relicta ꝓ Deo, & pro animæ ſalute, & ſic legatum ad piam cauſam, *Graff. lo. ci. n. 10. Ang. Sil. Tabien. Armil. loc ſupracitat.*

307 Legatum ergo pium, eſt donatio quædam a Teſtatore, pro anima ſua Eccleſijs, vel alijs locis pijs, ſeu quibuſuis ſupradictis, relicta ab Hæredibus, vel fideicommiſſarijs, poſt mortem Teſtatoris, & aditam hæreditatem, præſtāda, prout colligitur, *Inſti. de legatar. § legatum, & ff. de donat. l. 1. & ff. de legat. 2 l. legatum,* Ang. verb. legatū, §. 1. Paulus de Glemona tract. de legatis perpetuis, p. 1. §. 2. n. 1.

Circa ſecūdum; ex hactenus dictis, patenter inferre poſſimus, qui nam incidunt in caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

308 Primò. n. incidunt Notarij, qui legata pia, poſt menſem a publicatione Teſtamenti, de quibus ipſi fuerūt rogati, ijs quib. relicta ſunt, cum ſimplici nota, non reuelant, *Hora. Gamba. de caſib. reſerua. De excom latis in cōcil. prouincial. Mediolan. cap. 14. num. 9. fol. 184. Tolet. lib. 5. c. 61. n. 6. Graff. p. 1. li. 3. dec. aur. cap. 9. num. 7. Clau. Reg. lib. 12. c. 25. num. 15. D. Anton. p. 3. titul. 6. cap. 3. §. 5. verſ. Tertio, Graff. Prax. lib 2. cap. 21. nu. 10. in fin.* & in ſextum caſum reſeruatum in Tabella Senogallienſi, ſi legata pia infra mēſem a die mortis ipſorum Teſtatorum, non reuelaret.

Secundò, incidunt oēs alij cuiuſcūque gradus, & conditionis ſint, Mares, & fęminæ, imò ēt Sacerdotes, & Clerici ſæculares, qui teſtatoris men-

309 tem ſcribunt, vel notant pręſentib. teſtibus in defectum Notarij, ſi poſt menſem, vt ſupra a publicatione Teſtamenti, legata pia, quib. relicta fuerint, cum ſimplici nota, non reuelauerint: ij. n. tenentur legata pia Epiſcopo, vel quibus relicta ſunt, denunciare, *Horat. Gamb. de caſib. reſer. caſ. 14. nu. 1. fol. 225.* ratio quia caſus indiſtinctè loquitur, dicendo enim, Notarij, & alij &c. indiſtinctè, & abſolutè, clarè innuit cōprehēdere velle ſub hac reſeruatione Clericos ſeculares, Mares & fœminas; Maſculinū. n. in odioſis rationabilibus, comprehendit fœmininum. *Graff. conſi. 22. de ſent. excomm.*

310 *nu. 2.* nam lex generaliter loquēs, generaliter ēt eſt intelligenda, vt habet in iure, *l. de pretio ff. de publiciana,* cum ergo caſus dicit abſolutè, Notarij, & alij &c. ſequitur quod non ſolū Mares, ſed ēt fœminas cōprehendit. Vbi aūt in reſeruatione Notarij tm̄ nominantur, vt fit in Tabella Aſculana *nu. 12.* tunc Notarij ſolum, qui vltra mēſem poſt mortem Teſtatoris non denūtiant Epiſcopo, aut eius curiæ, Teſtamenta, aut Codicillum de quibus fuerunt rogati, & legata ab ipſo Teſtatore facta Eccleſijs, aut locis pijs, ſub huiuſmodi reſeruatione comprehenduntur.

Non incidunt aūt; Primò, Notarij aliarū Dięceſum, in quib. (inſtrumētum, in quo aliquod legatū piū, reli-

311 ctū locis pijs, confecerunt) non eſt caſus reſeruatus; cum. n. nō ſint ſubditi Ep̄o illius loci, minimè legibus eius vinciri cenſendi ſunt; dūmodo tñ in hac Dięceſi Anconitana nō ha-

beant

Digitized by Google

beāt Domiciliū, quia ſi in ea haberēt domiciliū, dubio procul inciderent, quia tenerent ad reuelandū huiuſmodi legata pia, *arg. Hora. Gamb. de excom. lat. in Concil. Prouin. Medio. c. 14. n 9. fol. 184. per ea, quæ adducit Nauar. in c. Non dicatis, n. 34. 12. q. 1. arg. Graff. Prax. lib. 2. cap. 21. num 44.*

312 Secundò non incidit Notarius, ſi qn̄ tempus vnius Mēſis terminatur, reperitur abſens, vel eſt oblitus; ratio quia ceſſante fraude, videtur ceſſare culpa, & conſequenter caſus reſeruatus, *Graff. in Prax. lib. 1. c. 21. n. 20.* Idem dicendum ſi legata pia non reuelaret ex obliuione, ſeu inconſideratione, ſeu alia iuſta cauſa, iuxta notata ꝑ Caietan. *in verb. Miſſa in fi. & in verb. Inconſideratio. Vbi etiam Armilla*, ꝑ quorum doctrinā probatur quod nō peccaret mortaliter, & cōſequenter non eſſet ſub caſu reſeruato, *Graff. loc. cit. n. 33.* Vnde ſi Notarius eſſet abſens iuſta de cā, & tranſeat mēſis, ſi non pōt denuntiare cōmodè legatum piū, illi cui intereſt, non comprehēditur ſub reſeruatione, licet ſecus eſſet ſi doloſè, & ex malitia, poſt notitiam mortis Teſtatoris ſe abſentaſſet, *Graff. lo. cit. nu. 37. & ſeq.*

313 Tertiò nec Religioſi quorūcunq; ordinū, cum. n. ſint exempti a iuriſdictione ordinariorum, ideo ſub reſeruatione caſuum non includuntur, *Graff. loc. cit. nu. 23.*

Circa tertium; Praxis obſeruāda a Cōfeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem legata pia non reuelantium, hęc erit.

314 Circa Confeſſionē; Primò Confeſſarius inquirat, cur pęnitens legata pia non denunciauerit, an ꝑ odiū, inuidiam, ex dolo, vel pretio corruptus; vel tantum ex iuſta cauſa, puta abſentiæ, vel per incogitantiam, inconſiderationem, vel obliuionem, vt ſciat, an inciderit in caſum reſeruatum, nec ne.

Secundò, an occultauerit inſtrumēta continentia legata pia, nolens ma-
315 niſeſtare ijs quibus relicta ſunt, fortè quia a parte contraria pretio fuit corruptus, vel ob amicitiā, vel cōſanguinitatem, aut ob quamcumque aliam non iuſtam cauſam; quia ad reuelandum eſſet cogendus.

316 Quò ad abſolutionē, animaduertat an Notarius fecit aliquod inſtrumentū continens manifeſtè contractum vſurarium, in illo loco vbi in iudicio homines coguntur ſoluere vſuras, & ꝙ ſoluentes vſuras, non poſſint illas in iudicio repetere, q̄a peccaret mortaliter, & incidit in excōmunicationē, a qua Epiſcopus abſoluere pōt, vt habetur in *Cle. 1. de vſur. Tol. li 5. c. 61. num. 7. Nau. c. 25. nu. 54. Clau. Reg. lib. 12. c. 25. num. 13.* Vnde pęnitens ad loci ordinarium pro abſolutione mittendus eſt.

317 Secundò, cum Notarius ſignificare legata pia in teſtamēto a ſe ſcripto teneatur, vt ait *Bonaci. d. 10. q. 3. punct. vlt. n. 5. & ſupra ex D. Anto. Tol. Graff. & Clau. Reg.* dictū eſt, ideo huiuſmodi legata pia non reuelantes, tenētur reſtituere quantū ex officio ei incumbebat reuelare, *Alex. Iaſon. & alij in l. Argentarius, ff. vlt. ff. de edend. Sil. verb. Reſtitu. 3. Angles in florib in 4. ſent. q. de Reſtit. ob iniuſtit. in iud. factam, diffic. 5. Graff. p. 1. lib 2. dec. aur. c. 127. nu. 41. & Clau. Reg. loc cit. n. 9.* & ſi ex eius negligentia, vel ignorantia, pars aliquod damnum patitur, peccat mortaliter,
318 & tenetur ad reſtitutionē, *Panor. in c. 1. de fid. inſtru. & in c. ſicut te, num. 22. Ne cler. vel Monach. Clau. Reg. loc. cita. num. 2.*

Tandem oſtendat pœnitenti grauitatem huius criminis procurando inducere illum ad veram contritionem ſuorum delictorum, & hæc pro huius ſexti caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

G 2 In

Digitized by Google

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti incipit declaratio ſeptimi Caſus reſeruati prædictę Tabellę Anconitanæ, qui talis eſt.

Iuramentum falſum in iudicio cum damno rerum, aut honoris proximi.

PRo declaratione huius ſeptimi Caſus reſeruati, præter ea, quæ dicunt Summiſtę, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt iuramentum falſum in iudicio cum damno rerum, aut honoris Proximi.*

2 *Quando huiuſmodi iuramentum falſum eſt caſus reſeruatus, & quando non eſt reſeruatus.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario, circa Confeſſionem, & abſolutionem pœnitentiũ falſum in iudicio cum damno rerum, aut honoris proximi, iurantium.*

CIrca primũ, breuiter, Iuramentum falſum ſeu periuriũ ĩ iudicio cum damno rerũ, aut honoris proximi, eſt mendacium in iudi-
319 cio, cum damno rerum, aut honoris proximi, iureiurando firmatũ *D.Th. 2.2 q.98.art.1.D.Anton.p.2.tit.10.c.7. Magiſter ſent.in 3.diſt.39. Viguer. de Virt.iuſtitiæ c.5.Caie.2.2.q.98.art.3.Io. Azor.p.1.inſt.moral.lib.11.c.12.*

Pro clariori autem notitia huius diffinitionis, ac aliorum dicendorũ,
320 notandum; Iudicium, quatenus ad rem noſtram attinet, nihil aliud eſſe, ꝙ actum legitimum, his perſonis cõſtantem, Iudice, Accuſatore, Reo, & Teſtibus, *c.forus de verb.ſigni.Canoniſtæ in Rubr.de iudicijs.* Vide Nau.*Commen. in Rubr.de iudic.glo.in extrauag. comm. eod.tit.& Azor.p.3.li.13.c.12.& Clau. Reg.lib.12.c.7.n.1.* Iudicium alterum ſeculare, alterum Eccleſiaſticum; Iudicium ſeculare eſt, quod inter laicas perſonas, a iudice etiam laico exercetur. Iudicium vero Eccleſiaſticũ eſt quod corã Eccleſiaſtico iudice inter Reũ, & dictas pſonas, ſiue ſeculares, ſiue regulares, agitur. Rurſus, iudiciũ aliud eſt Ciuile, & aliud Crimina-
321 le. Iudicium Ciuile eſt quod de re pecuniaria exercetur. Criminale vero, quod circa ſanguinis, & criminũ cauſas verſatur. Item iudicium diuiditur in ordinarium, & extraordinarium, vel delegatum; iudicium ordinarium eſt, quod coram ordinario iu-
322 dice fertur; Ordinarius verò iudex is eſt, qui ſuo iure, vel ſuperioris beneficio vniuerſalem iuriſdictionem exercere põt, vt Epiſcopus, Archiepiſcopus, Legatꝰ, quo ad Clericos ſeculares, vel Generalis, vel Prouincialis quo ad Regulares; & Principes, vel Gubernatores, ac alij iudices, quo ad pſonas ſeculares. Iudiciũ vero extraordinarium eſt, quod corã delegato iudice agitatur; & iudex extraordinarius ille eſt, cui ab eo, qui demandare põt, cã committitur, *Nau.loc.cit. in Rubr.de Iudic.Ioã.Paul.* Lancellot. *inſt. iur.Canonic lib 3.tit.de iudicijs, §.ſumma diuiſio.& §.eſt & alia.* Et de his omnibus loquitur præſens caſus reſeruatio, de iudicio ſeculari Ciuili, & Criminali, quo ad omnes ſeculares, & de iudicio Eccleſiaſtico, quo ad laicas perſonas, & Clericos ſeculares. Regu-
323 lares enim, cum ab Ordinariorum iuriſdictione excludãtur, numquam ſub caſuum reſeruatione cõprehenduntur.

324 Cum dãno rerũ, aut honoris Proximi; cũ dãno; ideſt iactura, ſeu detrimento; rerum, mobilium & immobilium, ac cuiuſcũq. generis. Proximi, nomine proximi intelligitur oĩs homo cuiuſcunq; ſexus, cuiuſcũq. dignitatis cuiuſcunq; virtutis, *D.Bonau.in 3.ſent.d.28.in expoſit.litteræ*, Aut hono-
325 ris Proximi, *Honor eſt exhibitio reuerentiæ*

Digitized by Google

rentiæ in teſtimonium alicuius excellẽtiæ; iuxta Ariſtotil. 1. Ethicorum c. 5. D. Tho. 1.2.q.2.a.2.& 2.2.q.63.artic 3. Nau. in Man. cap. 18. num. 11. & in c. inter uerba. 11.q.3. Concl. 3. num. 5.

Circa ſecundum; ex hactenus dictis manifeſtè inferri poteſt, qui nam incidat in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidit.

326 Primò enim incidit, non ſolum ille, qui fuit examinatus tamquã principalis, ſed etiam is, qui tamquam Teſtis, ſi iuramentum falſum in iudicio cum damno rerum, aut honoris proximi, dixerit; Caſus enim reſeruatio loquitur ſimpliciter, & abſolutè dicens, iuramentum falſum in iudicio, cum damno rerum, aut honoris Proximi, ergo abſolutè comprehendit ẽt omnes, & quoſcunque iuramentum falſum in iudicio deponentes, ſiue ille Reus ſit, ſiue Teſtis. Graff. in Praxi. lib. 3. c. 5. num. 20. In primis de Reo, poſtea de Teſte dicemus. Incidit ergo, qui vt Reus a ſuo iudice iuris ordine ſeruato, in iudicio interrogatus de aliquo delicto perpetrato, non fatetur verum, etiam ſi ſit crimen morte plectendum ſecundum D. Thom. 2.2.q.69 art. 1. Graff. Praxi. loc. cit. num. 34. Io. Capeauill. de caſib. reſeruat. p. 2. c. 18. q. 2. Nau. Man cap. 25. num. 36 & in cap. inter verba 11. q. 3. concl 6 num. 20.

327 explorati namque iuris eſt, quemlibet reum ſub pœna lethalis culpæ teneri veritatem fateri, dummodo tria ſimul cõcurrant. Primò, vt a cõpetente iudice interrogetur. Sotus li. 5. de iuſt. & iur q. 6 art. 1. Nau. cap. 18. num 57 & in d cap inter verba loc. cita. ſi autem ſciatur eſſe legitimum, nil refert, an ſit iudex ordinarius, an delegatus, dummodo quò ad talem cauſam ſit eiuſdem rei iudex.

328 Secundò, vt delictum ſit probatũ plenè, vel ſaltem ſemiplenè, hoc eſt ſaltem per vnum Teſtem oculatum, omni exceptione maiorem (teſtis aũt omni exceptione maior is eſt, contra quem Reus nihil poteſt excipere Azor. 3. p. inſt. moral. lib. 13. cap. 25. dub. 3.) aut per indicia illi teſti æquipollẽtia, aut per infamiam, ad minus per duos teſtes plenè cõprobatam, Nau. loc. cit. qui iureiurando affirment, ſe a pluribus perſonis non diſcolis, neq; inimicis, ſed fide dignis, id ſe audiuiſſe, vt ait Bartol. in l fin. num. 7. ff. de quæſt. & alij Iuriſtæ in c. inquiſitionis, et c. qualiter, & quando el 2 de accuſat.

Tertiò, vt Reo conſtet, ac illi notificatum ſit huiuſmodi delictum ſic eſſe probatũ, vt ſciat in quo ſtatu cauſa ſua conſiſtat, videatque ſe iuſtè a ſuo

329 iudice interrogari, proinde ſe teneri eius mandato parere, vt per D. Thom. 2.2 q. 69. art. 1. Caietan Bann. Solon & Arragon. Nau. loc. ſupracit. & in d cap. inter verba num. 20 & Azor. loc. cit. quãuis ſi ommittatur hoc tertiũ, vbi conſuetudo non eſt, vt Reo hoc ſignificetur, teneatur Reus reſpõdere ſecundum mentem iudicis, & cõtra faciens iurãs falſum incurrit hũc caſum reſeruatum. Io. Capeauill. loc. ſupracit. q. 2. dummodo huiuſmodi iuramentum falſum ſit in damno rerum, aut honoris proximi.

330 Secũdò (quatenus ſpectat ad Teſtem) incidit ille, qui vt Teſtis vocatus in iudicio, affirmat verum, quod ſcit eſſe falſum, aut dubitat eſſe verum, aut tacet verum, cum damno rerum, aut honoris proximi, c. 1. de cri. falſi. Io. Capeauill. loc cit. Nau. Man. cap. 25 num 40.

331 Tertiò incidit ille, qui interrogatus a iudice cum iuramento dicendi puram, & meram veritatem, illã occultat, ex eo, quia præceſſerat iuramentum de tenendo ſecretũ; quia tale iuramentum, vt temerarium nõ eſt ſeruandum, maximè quando imminet rationabile nocumẽtũ corporale, vel ſpirituale Reipublicæ, vel damnum rerum, aut honoris particularis perſonæ, ita tex. eſt iuncta gl. in cap nerui. Verb. a tranſgreſſione. diſt.

 13.

Digitized by Google

13. *Innoc. in cap. qualiter, el 1. de Accuſa.* Nam interpretatur iuramẽtum hoc, niſi fuerit productus in Teſtem. Vnde hoc iuramentum ſeruari nequit abſque interitu ſalutis æternæ, quia inducit mortale, ſcilicet taciturnitatem veritatis, 11. *q.* 1 *cap. quiſquis cap.* 1. *de crim. falſ.* probatur ſpecificè in *c. intimauit. de Teſtibus.* per Innocen. in *capitulo conſtitutus eod. tit. Graff. Prax. loc. cit. num.* 28.

332 Quartò, & qui in iudicio a iudice iuris ordine ſeruato, hoc eſt præcedente ſemiplena probatione, aut infamia, aut indicijs, iuxta Nauar. *cap.* 18. *numero* 57. *& in cap. inter verba.* 11. *quæſt.* 3. *numero* 20. interrogatus, verbi gratia, an viderit Paulum tali nocte, ipſe reſpondeat ſe non vidiſſe, aliter mente reuoluens, ſcilicet montem, mortaliter enim peccat, &
333 dicitur falſus, quia verba iuramenti ſunt accipienda ſecundum intentionem id deferentis, non autem ſecundum intentionem iurantis, *Didacus de pactis lib* 6 *§* 5. *fol.* 284. & ſi ſit cum damno rerum, aut honoris alterius, vt dixi, incidit in hunc caſum reſeruatum. *Graff. loco citato num.* 23.

334 Quintò & qui, non ſolum, vt Teſtis, ſed etiam vt Reus, cum contra ſe crimen in iudicio confeſſus fuerit, interrogatus de locijs ſub iuramento, illos propalare, & accuſare non vult, iurando ſe eos neſcire; maximè ſi tales ſint, vt probabiliter credere debeat illos præteritorum peccatorum non pęnitere, nec per Euangelicã correctionem poſſe corrigi, quin potius paratos eſſe ad noua crimina, cum magno damno publico, aut priuato, committenda, quales ſunt regulariter Latrones, Graſſatores, Monetarum Falſarij, Hæretici, Venefici, Malefici, & ſimiles; per illa quæ docet *Nau. Man c.* 28. *nu.* 58. *Io. Capeauill. loc. ſupracit. q.* 2. *in fin.*

335 Non incidit aũt Primò, qui, ſiue vt Reus, ſiue vt Teſtis in iudicio iuramẽtum falſum profert, quod tñ in nullum damnum rerum, vel honoris proximi vergit; etenim ad incurrẽdũ hũc caſum, neceſſariò requiritur, nõ ſolum quod ſit iuramẽtum falſum in iudicio prolatum, ſed ẽt quod ſit cũ damno rerum, aut honoris proximi; nam cũ plura neceſſariò requirantur ad conſtitutionẽ alicuius, deficiente aliquo illorũ, impoſſibile eſt illud eſſe; ſicut quia ad conſtitutionẽ domus requiruntur neceſſariò fundamẽtũ, Paries, Tectum, aliquo illorũ deficiẽte non eſt domus, ſic vt pręſens caſus cẽſeatur reſeruatus requirũtur duo, quod ſit iuramentum falſum in iudicio, & quod ſit cum damno rerũ, aut honoris proximi, altero deficiente, definit reſeruatio. *Io. Capeauill. p.* 2. *c.* 19. *q.* 2. Vterq; tamen videlicet tam
336 Reus, quam Teſtis, mortaliter peccant; ratio, quia Teſtimonium falsũ cum iuramento præſtito, ſiue in Iudicio, ſiue extra prolatum, ſiue ſit in re graui, ſiue in re parua, ſemper eſt peccatum mortale, ſic *D. Th.* 2. 2 *q.* 70 *ar.* 4. *in corpore art. Salon. & Bannes, & Aragon ibidem Sotus lib.* 5. *de iuſt. & iur. q* 7. *a.* 4. *Greg. de Valent. tom.* 3. *diſput.* 5. *q.* 14 *punct* 4 *Naua. Man. c.* 25. *num.* 40. *Clau. Reg. lib.* 12. *c* 19. *num.* 7.

337 Secundò non incidit Reus, qñ delictum ab eo perpetratum eſſet occultum, vel dato, quod ẽt de eo conſtaret, eius tñ auctor neſciretur; rõ quia nemo ſe prodere tenetur, *cap. quis aliquando. §. non dico tibi de pęnit. diſt.* 1. vbi D. Io. Chriſoſt. in Matt. *Hom.* 40. Nõ dico tibi inquit, vt te prodas in publicum, neque apud alios; ideſt peccatũ tuum ſecretum publices, ſecundum
338 gloſam ibi. *Nau. in d. c. quis aliquãdo, § eod n.* 8. tum ẽt, quia *non ſunt ſumenda arma de domo Rei l. de minore. §. tormenta ff. de quæſtio l nimis graue, C. de teſtib. & bis interimitur* (vt eſt in veteri Prouerbio) *qui ſuo gladio perit. c.* 1 *de proba.* & conqueri is iure poſſet, ac illud Ouidianum exclamare.

Heu

Heu patior telis vulnera facta meis.
Menoch. de arbitr iudic caſu 499. num. 3. Lazar. de Monit. ſect. 3. c. 12. nu. 2.

339 Tertiò, nec Reus, qui interrogatus a iudice (iuris ordine nō ſeruato, hoc eſt ſine præcedente ſemiplena probatione, aut infamia, vel indicijs) falſum iurat in iudicio, aliqua æquiuocatione vtendo, ſine tñ mendacio; ſiquidem ſi iudex ſine aliquo fide digno Teſte, ſemiplena probatione, infamia, & ſufficientib. indicijs procedat, Reo integrū erit, aliqua cautela reſpondendo, veritatē contegere; Vt ſi v. g. aliquē occidiſſet, quod homicidium tm̄ Reus, & ipſe Reus ſcit, iudex vero cadauere inuento, oēs ſuſpectos iurare cōpellit, inter quos & occultus homicidij auctor extitit, ſine peccato iurare pōt ſe nō occidiſſe, in mente ſua ſubintelligendo ad ſibi dicendum, & ſimilia, ſic ex cōmuni ſententia ait *Viual in Candelab. Aureor. p. 3. c. 16. n. 11.* idem dicendū eſt, ſi interrogatus in iudicio ſub iuramento ēt ſolemni, ſciat ne quis fuerit, qui talē hominē occiderit, aut quis talem rē ſurripuerit, cuius hominis occiſio, aut rei ſubreptio ſoli ſibi, & homicidæ, vel ſoli ſibi, & furi nota eſt, reſpōdet ſe non ſcire, ſubintelligendo. ſ. vt
340 iudici manifeſtet; nā cum iudex cōtra formam iuris interrogat, nempe ſine ſemiplena probatione, infamia, aut ſufficientibus indicijs, pōt Teſtis vti æquiuocatione non tamen mēdacio, & decipere iudicem, abſq; dolo tñ & fraude, quia fraus & dolus vim mendacij habent ſecundum *D. Th. 2. 2 q. 69. a. 2. & Sot lib. 5. de iuſt. & iur. q. 7. a 1. Io. Capeauil p. 2. c. 18. q. 2.*

341 Quartò nec Reus iurans in iudicio, quam iudex interrogauit de facto, quod abſque culpa ſaltem lethali perpetrauerat, cum tunc veritatē fateri non tenebatur, exempli gratia, ſi alterū hominē inuadentē occidit, ſeruato tñ moderamine inculpatę tutelę, aut certè abſq. notabili exceſſu; nō . n. Periurus dici pōt, cum, vt dixi, homicidiū fateri nō teneretur, qui. n. hominē pro ſuo defenſione occidit, cū probare non poſſit, ad ſui defenſionē illū occidiſſe, nō tenetur fateri eū occidiſſe, ratio quia ei nō crederetur ꝓ ſua defenſione occidiſſe, proinde ve-
342 ritatem fateri non tenetur, ſi quidē mens iudicis eſt de criminoſa occiſione quærere. *Io. Bapt. Corrad. p. 1. reſp. caſ. conſi. quæſit. 171. Reginal. lib. 24. c 3. ſect. 4. nu. 38.*

Quintò; neque teſtis, ſi prętermiſſo iuris ordine interrogēt; tūc. n. perinde ac Reus, de quo ſupra, veritatē celare ei licebit. Hinc Doctores aſſerūt, notoria crimina quorū auctor penitus eſt occultus, niſi vergāt in Rei-
343 publicæ perniciē, vel in notabile alicuius particularis detrimentum, diuino iudicio relinqui poſſe, nec Reū in tali caſu, vt teſtē teneri iudici inquirenti perſonam detegere, de qua nec infamia, nec ſemiplena probatio, nec probabilia indicia præceſſerūt: & ſic non mō Reum, ſed nec teſtē, aſtringi veritatem aperire, qñ perſona eſt omnino occulta; eo quod ab inquirentis iuriſdictione ſit exēpta, per defectū nimirū ſcientiæ publicæ, ad iuridicā ſententiam ferendā neceſſariæ, & ꝓ defectū poteſtatis, quæ in huiuſmodi munere limites ſuos egreditur, vt ex doctrina Siluestri, & aliorum tradit *Petr. Nau. lib 2. de reſtit c. 4. n. 167. & Reginal loc. ſupra cit. nu. 47.*

344 Sextò, nec ſi interrogatus in iudicio, teſtificari non pōt, niſi ſeipſum prodat, vt potè quia ſit alicuius criminis complex, cū nemo apud iudicem exteriorē ſeipſum manifeſtare teneatur; quod ēt in caſu hęreſis locum habere volunt *Simanc. in Cathol. inſt titu. 29. n. 40. & Nau. conſi. 5. de hæret. nu. 3.* Niſi tñ non teſtimoniū perhibendo damnum Reipublicæ ſequeretur; nā tunc & ſeipſum prodendo teſtificari teneretur, cum quemlibet pro cōmuni bono vitam ponere oporteat.

Digitized by Google

345 Septimò; nec qui interrogatus a iudice an aliquid ſciat, quod ipſe audiuit, reſpondet, neſcio, quia *quod audit, neſcire dicitur l.2.§.idem labeo.ff. de aqua plu arcen.& ibi glo. Graff. in Praxi. lib.3.c.5.num.26.& p.1.lib 2.dec.aur.c.136.nu.4.* in omnibus enim caſibus in quibus reuelare quis non tenetur, iuramento etiam reſpondere poteſt ſe neſcire, ſubintelligẽdo intra ſe quod teneatur ad reuelandum, ita vt propalare de iure cogatur. *Nau.loc cit.n.4.& in c.inter verba.11 q.3.num.23.Rodriq.in ſum.p.1.cap.79.nu.13. Lazar. de m.onit.ſect.2.q.16.nu.12.* nec illius delicti reus erit, ẽt ſi ſub iuramẽto, vt moris eſt, reſpondere pcipiatur, vt alios referendo, tradit ẽt *Regi.ſect.5.n.48.*

346 Octauò, nec qui in iudicio falſum dixit, putans eſſe verum: nam cũ excuſetur a mortali culpa ſi moralem, & mediocrem diligentiam adhibuerit, quæ ad debitè recordandum rectoque modo teſtificandum requiritur, ſequitur, vt etiam a caſus reſeruatione eximatur, vt per *D.Thom.2 2.q.70.ar.4.Sot lib.5.q.7.a.4.de iuſt.& iure.Nau cap 25.nu 40.* Idem dicendũ, quando dixit verum exiſtimans eſſe falſum, nam licet quo ad Deum peccati mortalis reus fiat, non tamẽ quo ad homines, & mundi tribunalia, cẽſuras ſubit, ex communi doctorũ ſententia, & tradit *Graff par.1.lib.2.dec.aur.c.135.num.22.*

347 Nonò, neq; teſtimonium falſum in iudicio citra iuramentũ, materialiter ſolum poſt debitã adhibitã diligẽtiam, de veritate dicenda, profert; rõ qa nullũ omnino peccatũ cõmittit, *D.Th.2.2.q.70.a.4 ad 1.Sot.li.5.de iuſt.& iur.q.7.ar.4.* rõ quia poſtquam quis omnẽ adhibet diligẽtiã, vt in mẽtem & memoriã reuocet rem, de qua teſtimoniũ fert, exiſtimãs ſe certũ eſſe de eo, quod tñ falsũ eſt, excuſatur a peccato rõne ignorantię inuincibilis. Dixi poſt adhibitã diligẽtiã, quia ſi talẽ diligẽtiã nõ adhibuit, aut ptulit tam quam certũ id de quo dubitabat, peccat mortaliter ex genere ſuo, cũ iã ex negligẽtia culpabili falsũ protulit, & ad oĩa damna ſubſecuta reſtituenda obligatur, *Clau Reg.lib.12 c.19.nu.5.*

348 Decimò, & vltimò, non incidit mãdãs, vel cõſulẽs, vt quis falsũ iuramẽtũ in iudicio proferat, cũ in littera nihil de his exprimatᷣ, caſus.n.reſeruatio eſt ſtricti iuris, & pęnalis præiudicatiua auctoritati cõfeſſorũ, & ideo nõ patitᷣ extẽſionẽ ad caſus nõ expreſſos, *arg.tex in l.pen.de pęnis.* nã falsũ teſtimoniũ requirit actũ perſonalẽ teſtificantis, vnde non põt propriè cõmitti per aliũ; quare mãdãs, vel cõſulẽs, vt quis in iudicio exprimat falsũ, nõ dr̃ verè facere, ſed interpretatiuè, mãdans tñ, vel conſulens peccat mortaliter, & tenetur ad omnẽ reſtitutionẽ *Graff. in Trax.loc.ſupracit.nu.24.& ſeq.*

Circa tertiũ; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionẽ, & abſolutionẽ pęnitentiũ, iuramentũ falſum in iudicio cum dãno rerũ aut honoris proximi, deferentium, hęc erit.

349 Circa Cõfeſſionẽ; Primò animaduertat Cõfeſſarius, ꝙ non ſufficit, vt pęnitens dicat ſe peieraſſe, ſed exprimere debet ſe hoc in iudicio feciſſe; tũ qa ſolẽne periuriũ notabiliter aggrauat; tũ pp maius ſcandalũ, ꝗ pp maiorẽ deliberationẽ ex *D.Th.2.2 q.98.a 3.ad 2.*& tutior eſt eorũ opinio, ſentientiũ, circũſtãtias peccatorũ ſpetiẽ nõ mutantes, ꝗuis aliqui eorũ deformitatẽ grauiter augentes, eſſe neceſſariò ĩ ſacramẽtali Cõfeſſione aperiẽdas. *Io. Azor.p.1.inſt.mor.li.2.c.12.in prin & Suar.in 3.p.D.Th.tom.4.diſpu.22.ſeſt.3.n.5.vbi citat Altiſiod.li.4.ſumma tract.6.c.3.q.3.Alex. Alenſ.p 3.q.77.memb 3.ar.2.§.2.alias q.8.mẽb 4.3.§.2.Marſil in 4.q.12.art.1.p.1.Maior. in 4.d.17 q 4.*& alios, tum ẽt vt Confeſſarius intelligere poſſit, an pęnitẽs in caſũ reſeruatũ inciderit, cũ abſoluere nequeat, niſi certũ iudiciũ de peccato fecerit, num pęccatũ illud reſer-

uatio-

Digitized by Google

uationi,& cenſuræ ſubiaceat,nec ne.

Secundò,ſi pęnitẽs eſt Reus,interroget an ad falſum teſtimoniũ ferendũ in iudicio,alium induxerit,cũ grauius peccatũ rõne culpæ alterius admiſerit.*c.noli de pœn.d.*1. & ſi ꝑ odiũ alicuius,aĩo deliberato eũ iniuriandi & dãnificandi, iuramẽtum falſum in iudicio protulit, hanc etiam circumſtantiã in Confeſſione eſt recẽſenda.

350 Quo ad abſolutionẽ; Primò inquirat an ſiue Reus, ſiue teſtis fuerit, ob iuramẽtũ falſum in iudicio prolatũ, aliquẽ in corpore,fama,honore,vel ĩ reb. læſerit,qa anteq̃ abſoluaĩ perpẽdendum eſt,an reſtitutio facta ſit; cũ explorati iuris ſit,eũ q peierauit, vel falsũ teſtimoniũ tulit, ad oĩa damna reſarcienda teneri,quę ex huiuſmodi delictis ſubſecuta ſunt. Imò qui ſcienter falsũ teſtificatus ẽ, ex cuius dicto alter innocẽs ad mortẽ,vel ad Triremes,ſeu ad perpetuũ carcerẽ cõdemnatus eſt,vel alio mõ in fama, & exiſtimatione detrimentũ paſſus eſt, tenet cũ propriæ vitæ,& famæ periculo,ſi aliter nõ põt,teſtimonium retractare,quò innocens a morte naturali, vel ciuili (cuius ipſe ſuo falſo teſtimonio cã fuit) liberetur,*Sotus li 4.de iuſt. & iur.q.6.a.3. Reginal li.24.c.7.n.167. Tol lib.5.c.59.n 2. Nau Man c.15.n.17. Rodriq.tra.de ord.iud.c.7.n.3. Petr. Arragon.2.2.q.62.a.2 controuerſia.16.cõcl.3.Clau.Reg.lib.12.c.19.n.8.* Dixi teneri cũ periculo vitæ dictũ ſuum debere retractare,ꝙ intellige dummodo ſua retractatione queat iniuſtè ad mortẽ dãnatũ,liberare. Vnde notãdũ,ꝙ te-
351 ſtis,qui falsũ depoſuit in iudicio in cã criminali in damnum alterius; aut cã adhuc pendet, aut iã eſt expedita; ſi cã pendet, & non eſt iã finita,tenet omnem diligentiã ſuam adhibere,vt Reũ a morte liberet, ẽt ſi oporteret ſub diſcrimine propriæ vitæ dictum ſuum reuocare; dũmodo tñ, vt dixi, putet ſua retractatione ſic damnatũ fore liberandum,alias nõ,ſi huiuſmodi retractatio nihil ſit profutura *Cla. Reg loc.citat.* vbi ẽt ſubiungit,quod ſi ſufficeret retractatio eius in abſentia & loco tuto conſtitutus,ſine vitæ periculo,tunc ſatis eſſet id iudici veritatẽ manifeſtare,miſſis litteris, & proprio iuramento confirmatis, ẽt cum damno famæ,& honoris,ſibiq; impu-
352 tet, qui huius tanti mali cauſa fuit. Si aũt cauſa eſt iam expedita, vt quia Reus iam ſuſpenſus eſt; aut vitã ſuam redemit; ſi iam mortuus eſt,nõ tenetur cum periculo vitæ ſuæ dictũ ſuũ retractare *D.Anto in ſummul. Defecer. in 8 praecept.cap.1.Sot.lib.4. de iuſt. & iur.q.6.art.3.* tenetur tamen ad litis expenſas, quas pars læſa paſſa eſt; ac etiam ad omne damnum, quod falsò accuſatus, vel eius Hæredes patientur, cum fuerit cauſa efficax damni, & cõſequenter tenetur ad damnum *D.Thom.2.2.q.62.art.7.Couarru.in regula peccatum,& Sotus, qui ſupra Graff. in Traxi.lib.3 c.5.nu.29. & ſeq.* Quod ſi
353 Reus non incurrit amplius periculum vitæ,eo quod vitam ſuam redemit,tunc qui falſum teſtimoniũ protulit in iudicio,reconciliata,& ſatiſfacta parte aduerſa,ſufficit dictũ ſuũ, præſtito iuramento, retractare, & ſe in loco tuto conſtituere, donec ſatiſfecerit parti offenſæ, ſi adhuc viuus fuerit,aut filijs, & parentib. ob dãnũ famæ,honoris, ac rerum temporaliũ ex tali teſtimonio falſo illatũ, veniãque ſupplex petat. Quod ſi in vita id commodè pręſtare non poſſit,aut qa incurreret propriæ vitæ periculum,
354 aut propter perpetuas inimicitias, quas veriſimiliter ex tali ſua retractatione ſecuturas animaduertit; aut quia facta tali reſtitutione, parum, aut nihil ei ſupereſſe nouit, vnde ſe, & familiam ſuam alere poſſit, tunc ſatis erit, quod in morte ſua dictum ſuum retractet, & meliori quo poſſit modo,ſatisfaciat, *Clau. Reg. loco citato.* Quod ſi Reus verè commiſit delictum, & teſtis in gratiam ipſius

periu-

Digitized by Google

periurium in iudicio ad eruẽdum eũ à morte, commiſit, tunc pariter tenetur ad litis expenſas, & ad damnum, quod iuſtè accuſans patitur, quia ob falſum teſtimonium intẽtionẽ ſuam probare non potuit. At in cauſa Ciuili, ſi cauſa pendet, tenetur dictum ſuum reuocare, ſi reuocatio prodeſſe poſſit; ſed ſi cauſa eſt iam expedita, ſiue in gratiam ſiue in iniuriam falſum protulerit teſtimonium, tenetur ad litis expenſas, & ad damnum, quod cauſa ſua inde pars lęſa patitur tamquã pars efficax damni; Quod ſi delictum aliundè prius probatum fuerit, falſus teſtis non tenetur niſi ad exceſſum expenſarum, quarum cauſa fuit. *Graff. loc ſupracit. num. 32.*

Et notandum quod ſi teſtis interrogatus à Iudice legitimo, probabili-
355 ter timet mortem ſui ipſius, ſi dicit veritatem, vel infamiam ſuam, vel patris, vel fratris, vel filij, vel vxoris, vel aliquod aliud damnum notabile in vita, vel in fama, honore, vel in bonis temporalibus ſuis, vel ſuorũ, tunc non tenetur dicere veritatem, cũ nullum peccatum ex huiuſmodi occultatione veritatis, committat, nec tenetur ad aliquid reſtituendum; occultans enim veritatem in hoc caſu, ad nullam reſtitutionem damni (quod alter ob id paſſus eſt) obligatur; quia nemo ſiue ex lege charitatis, ſiue ex lege iuſtitiæ tenetur ſubuenire bono alterius cum tanto detrimento; Vnde ſequitur quod ſi ſupradictus teſtis occultet veritatem verbis ambiguis, quæ poſſunt verum aliquem ſenſum habere, nullum peccatum cõmittit, ſi verba acceperit iuxta verũ ſenſum, quia iure ſuo vtitur ambiguè reſpondẽdo; ſi verò occultet veritatem per mendacium, tunc erit quidem mendacium officioſum, & conſequenter veniale peccatum, non tamen perniciosum mendacium; quia licet ſit in iudicio, & cum damno alterius, quia tamen eſt ad euitãdum notabile dãnum proprium, non eſt mortale peccatum. *Io. Bapt. Corrad p 1 reſp. Caſ conſcien. quæſit. 117. ex Michael. Sal. n. 2. 2. q. 70. art. 1. §. vlt. Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 13. c. 27. dub. 6.*

Secundò; exquirat, an aliquid, ob falſum teſtimonium ferendum in iudicio, acceperit; quia in foro interio-
356 ri, præter peccatum mortale, ſi pecuniam, vt verum deponat, accepit, tenetur reſtituere ei, qui dedit. *c. non ſanè. 14. q. 5. Graff loc. cit. nu. 32. Nau. c. 25. nu. 45. Tolet. lib. 5 c. 59. nu. 7.* ratio, quia nulla ratione licitum eſt pretiũ & pecunias pro teſtimonio verò dicẽdo in iudicio accipere; quia ſine pecunia tenetur veritatem dicere. *Tolet. loc. cit. Clau. Reg. vbi ſupra.* videlicet *lib. 12 c. 19. nu. 12.* Si verò pecuniam accepit vt falſum ferat teſtimonium, quicquid *Nau. & Tolet. loc. cit.* velint, & etiam alij cum eis, nõ teneri ad reſtitutionem rei acceptæ ex neceſſitate, ſed tantũ ex conſilio; tenetur quidem ad ſic receptum reſtituẽdum in conſcientia ante vllam Iudicis ſentẽtiam, vt rectius tradũt *Cordub. in Summa q. 67 Salon & Bannes. 2. 2 q. 70. art. 4. Greg. de Val. tom. 3. diſp. 5. q. 6. punct. 6* ratio quia tenetur quis ex iuſtitia ad non dicendum falſum, vnde accipiẽdo aliquid ſiue vt dicat falſum, ſiue vt non dicat falſum, peccat contra iuſtitiam, pecunia verò cõtra iuſtitiam accepta, ſtatim in foro animæ, ex natura rei, hoc eſt ratione iniquæ acceptionis, reſtituẽda eſt, vt doctè & ſubtiliter præfati auctores argumentantur; tenetur enim ex iuſtitia legali, vel commutatiua non dicere contra aliquem teſtimonium falſum, vnde accipiens aliquid, vt dicat, iniquè, & contra iuſtitiam peccat, & ideò acceptum in conſcientia reſtituere tenetur. *Clau. Reg. loc. cit. nu. 14.* ei videlicet in cuius iniuriã falſum dixit, vel pauperibus. *c. non ſanè 14 q. 5. Graff. loc. cit. nu. 32. in fin.* Poterit tamen teſtis expẽ-
357 ſas vię ſeu itineris faciendi, ad ferẽdum

dum teſtimonium, recipere, in veniẽdo, ſtando, & recedẽdo, ab eo qui eũ producit; ſimiliter mercedem dierũ quibus occupatus ſtetit pro teſtimonio reddendo, & etiam lucra ceſſantia, & intereſſe damni emergentis, toto tempore, quo in teſtificando detinetur, vt habetur in *c. ſi teſtes 4. q. 3. §. venturis*; ac etiam vecturam equi, ſi qualitas perſonæ hoc patitur, & denique etiam expenſas, quas teſtis omnino infra hoc tempus feciſſet in domo ſua. ita *Nau c. 25. nu. 45. Clau. Reg. loc. cit. nu. 13. & Graff. vbi ſupra, num. 33. & Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 13 c. 18. dub 9*

Tertiò, An pęnitẽs ignorantia nõ culpabili, vel obliuione falſum in iudicio protulit teſtimonium, ob quod
358 alter morti eſt condemnatus, quia tunc nõ debet, nec tenetur cum vitæ periculo eum eripere, neque ad damnorum factorum reſtitutionẽ aliquã obligatur, ſic expreſsè *Petr. Nau. lib. 2. de reſt c. 3. p 2. poſt dub. 10. num. 255. Rodriq. in tract. de ord iudic. c. 7. concl 5.* ratio, quia neque tenetur ratione rei cum nihil poſitiuè acceperit, neque ratione iniquæ retentionis, quandoquidem non perfectè, & formaliter falſum tulit teſtimonium, ſed materialiter tãtum, & ideo ad huiuſmodi reſtitutionem non tenetur cum tãto ſuo damno, & incommodo; ſi enim excuſatur in hoc caſu a periurio & Dei offenſa, magis excuſabitur ab offenſa proximi; atq; adeò à reſtitutione; cũ qui ſolum materialiter falſum teſtatus eſt poſt debitam diligentiã, nullam omnino reſtituẽdi obligationem incurrat; ſic *Caiet. 2. 2 q. 70. art. 4. Salon. ibid Sotus lib. 5. de Iuſt. & iur. q. 7. art 4. ad 1. Rodriq. & Petr. Nau. loc. cit.* In hac re tamen diligenter cauendum eſt, ne ſibiipſi blãdiatur quiſpiã, cũ rarò cõtingere poſſit ignorãtia, & obliuio inculpabilis in tã graui materia. *Clau. Reg. loc. cit nu. 6 & 11.*

Secus autem eſſet dicendum, ſi dedita opera falſum in iudicio protulit
359 teſtimonium; nã qui à ſuo Iudice, ſeruato ordine iuris, medio iuramento interrogatus, non fatetur verum, etiam ſi crimen patrarit morte plectendum, peccat mortaliter, ſecundum *D. Thom. 2. 2. q. 69. art. 1. & Nau. c. 25. nu. 36.* vt ſupra dictum eſt, cum obligatione reſtituẽdi omne damnũ quod inde alter paſſus eſt, *Nau. loc. cit. nu. 40.* Quod vſque adeò verũ eſt, vt nec Confeſſarius in foro conſcientiæ illum abſoluere poſſit, niſi id pręſtare velit; quamuis magna prudẽtia cauere debeat, ne aliqua ſigna exteriora det, ex quib. illud Iudex ſuſpicari poſſit, vt benè monet *Sotus lib. 5. de Iuſt. & iur. q. 6. ar. 2. concl. 5. Io. Capeau. p. 2. c. 18. q 2.* Nam vt rectè ait Sotus *lib. de ratione tegend. ſecret. memb. 2. q. 7.* talis Reus iuridicè interrogatus a Iudice, in non confitendo peccat, neq; eum peccati pęnitet, immò in eo perſeuerat, & conſequenter veniam nõ meretur, nec abſolutionem, *c. peccati venia. de Reg. iur. in 6 Nau. vbi ſupra nu. 36. in fin.* quare niſi veritatem in Iudi
360 cio palam confiteatur, ſi manifeſtũ ſit illum teneri ad manifeſtandũ, non eſt in foro animæ abſoluendus. *Graff. Prax. loc. ſupra cit. n 34.*

Quartò interroget, an Iuramentũ falſũ, quod protulit in Iudicio, lęſit
361 quempiã in forma, honore, vel rebus; Qui enim falsò depoſuit contra famam alterius, ad famæ reſtitutionem, & damnorum, & expenſarum, quæ ex infamia, & lite ſequũtur etiã cum propriæ famæ periculo, & dicti ſui retractatione, obligatur, ratio eſt, quia commiſit iniuſtitiam in læſa fama, & honore alterius. & pari gradu melior eſt conditio innocẽtis. Ideq; de iactura rei familiaris, & bonorũ temporalium diſpẽdio, ex falſo teſtimonio ſubſecuto, dicendum eſt. Qui enim ex falsò teſtimonio ſuo cauſa eſt damni in bonis temporalibus, ad eorum reſtitutionem obligatur; ſicut qui rem furatus eſt ab alio, planè tenetur

Digitized by Google

netur illam domino reſtituere, neceſ-
ſitatem talium rerum patienti, etiam
cum damno rei propriæ temporalis;
vt in materia de reſtitutione famę, &
bonorum temporalium Doctores cō
muniter tradunt, & expreſsè probāt
Anton. de Cordub. in Summa q. 67. §. 2.
Petr. Nau. lib. 2. de reſtit. c. 3. p. 2. num.
252. & Io. Medin. C. de reſtitut. q. 3. cauſa
4. ad quartum. Clau. Reg loc. ſupracit. nu.
11. & Io. Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 13. c.
18. dub 10. in fin.

Denique, quærat inducere pęnitē
tem ad perfectam contritionem ſuo-
rum peccatorum, oſtendendo ei gra-
362 uitatē huius criminis; Teſtis enim
falſus tres Perſonas lędit, Deum, Iu-
dicem, & Partem *c. 1. de crim. falſ.* Vn-
de tenetur vnicuique ſatisfacere. no-
tatur *in c. Parochianos. de ſent. excom.* &
plenè per Bartol. *in l. numquam plura.*
ff. de priua. deli. Deo, per condignam
pęnitentiam; Parti quam lædit ex fal
ſo teſtimonio, ad intereſſe. *l. qui nomi-*
ne. ff. de crim. falſ. Iudici, quia cum au-
res eius offendat. *C. de teſtib. l. nullum.*
poterit per illum Iudicem puniri. *A-*
nan. in d. c. 1. nu. 1. de crim. falſ. Vbi gloſa
ait, quia falſidicus teſtis tres ſupradi-
ctas perſonas lęſit; ideo triplex pęna
ei debetur; Primo quia Deum offen-
dit, ideo ſeptennis pęnitentia ſibi in-
iungitur pro Periurio *6. q. 1. c. quicun-*
que; Quia Iudicē deluſit infamis fiet.
12. q. 1. c. quiſquis. & extraordinariè
punietur. Et quia proximum læſit ac
offendit, iuxta modum læſionis ple-
ctetur. *arg. 3. q. 9 c. nihilominus. d. gloſ.*
Quare Confeſſarius grauiſſimam pę-
nitentiam ei iniungat, ei præcipien-
do, ne amplius, vllo modo falſum iu-
ramentum in iudicio cum damno re-
rum, aut famæ, vel honoris proximi,
ferat, iuxta præceptum Dei Leuit.
c. 19. Non periurabis in nomine meo. &
Deuteron. *c. 5. Non loqueris contra pro-*
ximum tuum falſum teſtimonium. & hęc
pro huius ſeptimi Caſus reſeruati de-
claratione dicta ſufficiant, ad laudem
& gloriam Domini Noſtri Ieſu Chri
ſti. Amen.

IN Nomine Domini noſtri Ieſu
Chriſti, incipit declaratio Octaui
Caſus reſeruati eiuſdem Tabellę An-
conitanæ, qui talis eſt.

Qui poſt perceptam hæreditatem alicuius
in termino vnius anni, voluntatem te-
ſtatoris executi non fuerint, nec reli-
ctis, & legatis pijs ſatisfecerint.

PRo declaratione huius octaui Ca
ſus reſeruati, præter ea, quæ di-
cunt Summiſtæ, & alij Doctores de
hac materia pertractantes, tria ſunt
declaranda.

1 *Quid eſt Hæreditas.*
2 *Quando perceptores hæreditatis, ſi vo-*
luntatem teſtatoris non fuerint exſecu-
ti, nec relictis, & legatis pijs ſatisfece-
rint, incidunt in Caſum reſeruatum, &
quando non incidunt.
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt à Confeſ-*
ſario circa confeſſionem, & abſolutionē
prædictorum pęnitentium &c.

CIrca primum; vt breuiter
363 me expediam, hæreditas
ſecundum Bartol. in rubr. ff.
de acquir. hæred. eſt ſucceſ-
ſio in vniuerſum ius, quod habuit de-
functus. *l. nihil aliud. de verb ſignif. Ar-*
milla Sylu. Tab. Verb. eod. Lazar. de Mo-
nit. ſect. 3 q. 6. nu. 24. de qua multa qui-
dem hic eſſent dicenda, quæ gratia
breuitatis omitto, ſi quis autem hu-
ius rei perfectam notitiam cupit ha-
bere poterit videre *Sylu. Ang. Tabien.*
Armil. & alios Summiſt. *in Verb. hære-*
ditas. hæres. teſtamentum. præſertim ve-
rò Eman. Sà, in *Aphoriſ. Verb. legatū.*
Rodriq. in Summa p. 1. c. 132. & 133. &
134. Lazar. de Monit. ſect. 5. q. 6. D. An-
ton. p. 3. tit. 10 c. 3. per totum.

Circa ſecūdum; in hunc caſum re-
ſeruatum, vt liquido apparet.

Primò,

Primò, incidunt omnes diœceſani, ſiue ſint laici, ſiue Clerici, ſiue Reli-
364 gioſi, Mares & fœminæ cuiuſcunque gradus, & conditionis, qui poſt perceptam hæreditatem alicuius in termino vnius anni voluntatem teſtatoris executi non fuerint; ratio, quia voluntas teſtatoris executioni mandari debet infra annum, *C. de fideic. Authent. hoc amplius.* & in *Auth. de eccleſiaſt. tit. § ſi quis ædificatione. collat. 9 c. nos quidem. iunct. a gloſ. de teſtam. Graff. conſi. 2. de teſtam. nu. 1.* Dixi omnes tam laici, quã Clerici, Religioſi,
365 Mares, & fœminæ, quia hoc Relatiuum, *Qui*, notat vniuerſalitatẽ, includit enim omnes Diœceſano ſubditos, ſiue ſint laici, ſiue Clerici, ſiue Religioſi, qui poſſunt officiũ executionis vltimarum voluntatum ſuſcipere de ſui Superioris licentia, expreſſa petita & obtenta, iuxta text. *in c. Religioſus. de teſtam. in 6.* licet enim Religioſi non videantur comprehendi ſub huius Caſus reſeruatione, cum
366 hodie ſint ab Epiſcopo exempti, & immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubditi, *c. ſicut nobis, iunct. a gloſ. de ſupplend. negl. Prælat.* tamen cum Epiſcopi non ſolum de iure communi iuxta text. *in d. c. nos quidem, & c. tua nobis, de teſt.* ſed etiam tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegati in caſibus à Iure conceſſis omnium piarum diſpoſitionum, tam in vltima voluntate, quam inter viuos, ſint executores vt habetur per *Concil. Trid. ſeſſ. 22. de refor. c. 8.* fit, quod reſeruando caſum, cũ hoc Relatiuo,
367 *Qui*, comprehendat etiam Religioſos, non vt Epiſcopus reſeruans, ſed vt Sedis Apoſtolicę Delegatus; nam cui datur poteſtas exequẽdi, videtur etiam conceſſa facultas, vt poſſit media exercere, ſine quibus illa poteſtas commodè exequi non poteſt. *c. præterea, de off. iud. deleg. & c. ex ijs, § porrò, de Verb. ſign. in 6 Graff. in Prax. lib. 2. c. 26. nu. 1. & ſeq.* Dixi etiam Mares & fœminæ, nam vltra quod hæc reſeruatio loquitur indiſtinctè & abſolutè de omnibus, & lex generaliter loquens generaliter etiam ſit intelligẽda, *l. de pretio, ff. de publiciana.* hoc Re-
368 latiuum, *Qui*, cum ſit maſculini generis, clarum eſt quod in maſculino genere, comprehẽditur fęmininum. *gl in c. indemnitatibus, § porrò, Verb. ſed cum eas. de elect. in 6.* & in ſtatutis factis per Prelatos Eccleſiarum, maſculinum comprehẽdit fęmininũ. *Graff. conſ. 22 de ſent. excom. n. 4.* etiã in odioſis, & quo ad Cẽſuras Eccleſiaſticas, vt habetur ex Panorm. *in c. Mulieres, nu. 15. de ſent. excom. Duard. in Bull. Cęnæ Domini. lib. 2. in Can. 3. q. 14. nu. 1.*

Secundò, incidunt, qui, vt ſupra in termino vnius anni, poſt perceptam hæreditatem relictis & legatis pijs. (Quid autem ſit legatum pium diximus ſupra in declaratione ſexti Caſus reſeruati huius Tabellæ Anconitanæ) non ſatisfecerint *arg. Graff. in Prax. loc. cit. num. 31. & ſeq. Rodriq. in*
369 *Sum. p 1 c. 135 nu. 7.* vbi inquit quod hæredes tenentur in foro interiori etiam antequam finiatur annus, ſoluere ſi poſſint, & exequi relicta in teſtamento: etenim legata pia relicta in aliquo teſtamento minus ſolemni, coram ſaltem duobus teſtibus, ſolui debent, non obſtante quouis alio contrario ſtatuto, quod tamquam præiudicans libertati Eccleſiæ nõ valeret; immo qui ſcriberent illud, & iudicarent ſecundum illud excommunicati eſſent. *Nau. Man. c. 17. nu. 117. Rodriq loc. cit. n. 5. & Lazar. de Munit. ſect. 3. q 6. nu 27. in fin.* In legatis enim, donationibus & alijs operibus ad pias cauſas, præſertim vbi ſine magno detrimento ſolui poſſint, tenetur hæres ex tali teſtamento minus ſolemni fauore animæ ceſſante fraude, & dolo, prout ſentiunt *Silu. Verb. legatum. 4. q. 10. propè fi. Nau. lo. cit. Lopez in Inſtruct. conſc. p. 2 q. 14. Io. Bapt. Corrad. p. 1. reſp. Caſ conſc. quæſit. 84.* Hinc ſi Petrus in extremis conſtitutus, vt ait *Graff. p. 1.*

lib.

Digitized by Google

lib 4. dec aur. c. 8. nu. 20. ex Sylu. Verb. teſtam. 1. q. 5. inſtituat hæredem Titium, quem rogauit teſtator, vt pro eius anima daret 20. Sempronio pauperi, quod quidem relictum non fuit ſcriptum in teſtamento, hoc tamē no uerunt aliqui; defuncto Petro Sempronius petijt 20. à Titio, qui negat relictum, in hoc caſu licet Titius ex defectu probationum non teneatur ſoluere in foro iudiciali, tenetur tamen in foro conſcientiæ & per monitorium, & excommunicationē cōpelli poteſt ad tale relictum pium pr
370 ſtandum, quia voluntas teſtatoris, vt lex eſt ſeruāda in hoc caſu, vt probat *Surd deciſ. 346. nu 25. lib. 2. Lazar. loc ſupracit nu. 32 & ſeq.*

Tertiò incidunt, qui voluntatem Teſtatoris exequi, ac Legata pia ſoluere differūt poſt annum, etiam ſi id
371 bono animo fiant, vt v. g. rebus Defuncti melius venditis, amplius quam Defunctus reliquerat, pro anima eius ſatisfaciant. *arg. Graff. loc. cit nu. 23.* Etenim licet D. Tho. *Quodlib. 6. art. 14.* dicat quod ſi executor per modicum tempus eleemoſynas differat,
372 vt rebus defuncti melius venditis ampliores eleemoſynas facere poſſit laudabiliter faciat, tamen cum à Iure voluntas Teſtatoris infra annum debeat exequi, & ſupradicti nō per modicum, ſed per longum tempus, nēpè per ſpatium pluris vnius anni diſtulerint, ſeu retardauerint ſoluere, ſequitur quod peccauerūt mortaliter (& eo magis ſi non vt ampliores eleemoſynas faciant, ſed vt hęredi magis proſit, ſatisfacere neglexerint, cū fortè defunctus ſi ei remedium adhiberetur, à Purgatorio eſſet liberatus, qꝫ non ſit forſitā ob prædictam negligentiam hæredum. *D. Anton. p. 3. tit. 10. c. 3. §. 12.*) & per conſequens huiuſmodi hæredes & executores differē-
373 tes exequi volūtates defunctorum in pijs cauſis per dictum longū tempus, vt dixi, peccant mortaliter & incidunt in hunc caſum reſeruatum. *Graff. in Prax. c. 21. nu. 30.*

Non incidit autem, Primò; qui cū debeat cōſequi certam quantitatem pecuniæ à loco pio, vel ab hæredibus Teſtatoris, ſeu ab ipſo Teſtatore, in-
374 fra annum non ſoluit, inſtās pro ſua ſatisfactione, quia legata non debentur, niſi deducto ære alieno *l. irritum, C. ad leg. Falcid. l. qui fundum, ff. eod. tit. & Inſti. eod. tit. §. cum autem. arg. Graff. loc. cit. c. 21. nu. 25.*

Secūdò, nec ſi quis occultet bona, quæ fuerūt relicta, minimè in termino vnius anni reſtituēdo, ſi ea ſibi retineat animo ſibi recompēſandi, quia
375 nec ad præceptum Superioris reuelare tenetur, vel ſub pęna excommunicationis, quia ex quo licitè tale qđ poteſt in recompenſatione retinere, iam effectum eſt ſuum, & nec alterius eſt amplius, *Graff. loc. cit. nu. 26.*

Tertiò, cum compenſatio, quæ eſt debiti, & crediti inuicem cōtributio. *l. 1. ff. de compenſat.* ſit ſolutio, *l. ſi debitor, ff. qui pot. in pign. hab. l. amplius, ff. rem rat. haberi.* ſit quod qui legatum
376 pium, quod debetur per Petrū tali Eccleſiæ, compenſat debito legali, & verò cum Eccleſia, quę ei debitrix eſt dicatur ſoluiſſe, & ideò in caſum non incidit, *Graff. loc. cit. c. 26. nu. 28.*

Quartò, nec qui vltra annum ſoluere, ſeu exequi voluntatem Teſtatoris diſtulit, ſi cum eo, cui debetur Le-
377 gatum, ſuper hoc cautionē fecerit, & ſoluere promiſerit; Solutio enim, & promiſſio paria ſunt, & promittere eſt dare, *l. fin. C. ad leg. falcid.* ſicut eſt remittere, *l. ſi mulier, ff. de condit. cauſa data, l. 1. ff. de calumniat. Anchar. in c. nulla, num. 2. de conceſſ. præb. Graff. loc. cit. c. 26. nu. 29.*

Quintò, nec qui differt vltra annū exequi voluntatem Teſtatoris, & Relictis ac Legatis pijs ſatisfacere, ex
387 ignorantia; cum enim Statutum nō ligat ignorātes; *Abb. in c. nos quidem, nu. 12. de teſtam.* in caſum reſeruatum mini-

minimè incidere cenſendus eſt, *arg. Graff.loc.cit.num.30.*

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem ſupradictorum pœnitentium,&c.hæc erit.

Circa Conceſſionem; Primò Confeſſarius exquirat,cur neglexerit exequi mẽtem Teſtatoris vltra annum, quia ſi pęnitens hoc fecit propter odium,vel animo alterum iniuriandi,
379 & lædificandi, prouocando verbi gratia illum ad ſecum litigãdum, ob magnum odium,quod contra hæredes, vel Teſtatorem iam mortuũ, habet; tunc huiuſmodi circumſtantia in ſacramentali confeſſione eſſet aperienda.

Secundò; interroget, quibus locis pijs,vel perſonis legata bona fuerint in Teſtamento ab ipſo Teſtatore; an videlicet Fratribus Minoribus regu
380 laris Obſeruantiæ, vel Capuccinis huiuſmodi bona relicta fuere,& quo modo,an ſcilicet alicui Fratri in particulari, vel etiam Fratribus in communi,ſeu collegio Fratrum; aut tantum reliquit Eccleſiæ,ſeu pro fabrica Eccleſiæ,pro Vino,Hoſtijs,Cera, Oleo,Veſtimentis ad celebrationem Miſſarum,vel pro ornamento Altaris;quia ſi huiuſmodi legata pia relicta ſint pro fabrica Eccleſiæ, Vino, Hoſtijs,Cera,Oleo,& ornamẽtis Altaris,tunc prędicta legata valent,ratio, quia in hoc caſu non relinquitur aliquid Fratribus, nec eorum Collegio,nec cuipiam fratri in particulari Collegij,ſed Eccleſijs,& fabricis earum,quæ ſunt in dominio Papæ,& Romanæ Eccleſiæ,quæ non prohibetur taliter accipere, nam nec *cap. exijt de Verb.ſignifi. nec Clem exiui eod. tit.*nec vlla particula Regulæ Sancti Patris noſtri Frãciſci prohibet relinqui aliquid annuũ eorum Eccleſijs, vt aduertit *Bart.lib.1.Minoric.d.4.c.2. & in l.ciuitatib.ff.de leg.1.& in l.ſeruos, ff de alim.leg.*ratio enim quare Sãctus Pater Franciſcus voluit Fratres ſuos
385 Mendicantes fore, & in artictiſſima paupertate, eſt, vt toti penderẽt a Deo,& ſolis illis,quæ amore Dei ſibi traderentur,per incertam mendicitatem victitarent, vt colligitur ex eius Regula, & ex eius declaratione per *d.c.exijt,& Clem.exiui,* vnde conſtat eorum mendicitatem incertam non tolli ex eo, quod aliquem certũ reditum habeãt eorum Eccleſia pro fabrica,Cãdelis, Hoſtijs, & Vino ad ſacrificandum, & alijs huiuſmodi, quæ ad victum, & veſtitum fratrum nõ pertinent;ita *Nau.conſi.9.de teſta. num.3.& ſeq.* & ideo hæredes tenentur ſoluere huiuſmodi legatum, *Rodriq.in ſum.p.1.c.133.num.2.*

382 Si autem legatum, relictum ſit alicui Fratri in particulari,vel etiam in communi,aut Collegio fratrum,tũc cũ Fratres Minores ſint omnino incapaces,non ſolum non debetur in foro exteriori, ſed nec etiam in foro interiori cõſcientiæ,quia illud quod alicui incapaci relinquitur,quod nullo modo poſſit recipere, ſine aliquibus modificationibus,iudicatur per non ſcriptum, prout dicitur in iure, *l.ſi in metallũ,ff.de ijs,quæ pro non ſcrip. hab* ex hoc infertur,quod ſi aliquis teſtator,relinqueret alicui perſonæ,legatum annuum alicuius rei,cum hoc onere,vt dictæ res, puta centum ſcuta, vel decem cados olei, vel quid a-
383 liud ſimile Fratribus Minorib.de Obſeruantia, pro tot Miſſis pro anima ſua,celebrandis,tribuantur; huiuſmodi legatum,non valet nec in foro exteriori, nec in foro interiori animæ, vnde nõ poteſt nec debet eis illud perſolui,nec ipſi Fratres accipere, immo nec eis dictarum rerũ precium tamquam debitum debetur,cũ ſint penitus incapaces; ſed dictum legatum remanebit penes illum, qui fratribus tenebantur dare,ita tamen vt ipſe ex eo dici faciat tot Miſſas, ad quot obligabantur fratres *arg.l.1.*

§.pro

§.pro ſecundo,C.de cad.toll.& in eadem Eccleſia, vel Eccleſijs, & Altaribus, in quibus Teſtator ipſe iuſſit, vt cele-
384 brarentur;quia diuina officia debēt celebrari in illa Eccleſia,vel loco, in quo iuſſa ſunt celebrari, *Nauar.in Enchirid.de orat.c.5.num.3. & conſil.8. de teſtam.Rodriq loc.cit.num.3.*

Hæc doctrina, eſt contra opinionem cuiuſdam Doctoris nunc viuentis,qui aſſerit,quoddam legatū pium ab eius Patre relictum Eccleſiæ, vel Fratribus Minoribus Obſeruātibus Reformatis illius loci,non teneri ad ſoluendum, ex eo quod Fratres Sancti Franciſci ſunt incapaces hęreditatis;non aduertens quod licet verum ſit quod ſunt incapaces, ſi eis præfatum legatum relictum ſit, attamē tenetur ſatisfacere pro anima dicti Patris ſui,eo mō quo ipſe in teſtamēto
385 reliquit, cum voluntas Teſtatoris, vt lex ſit ſeruanda,vt *in Auth.de nupt. §.diſponat.coll* 4.*gl.in c.vltima* 13.*q*.2. Diſpoſitio enim Teſtatoris pro lege habenda eſt,dummodo non ſit iniuſta,& contra bonos mores, *l filius de condit.inſtit.Gemona loc.cita.*2.*par.§.6. num.3.in fin.*

Et ideo tenetur in cōſcientia facere celebrare tot Miſſas,vel dare tantam eleemoſynam, pro illius anima, ex ea pecunia, quæ danda eſſet dictis Fratribus,ſi eſſent capaces, quod vtinam Deus benedictus radio ſuæ diuinæ gratiæ, vt hoc agere queat ac debeat,illius cor illuſtrare dignetur.

Tertiò interroget,an aliquod legatum ad pias cauſas,in aliū vſum piū, propria auctoritate commutauerit; v.g. quidam legauit in Teſtamento, vt fabricetur Eccleſia,vel Capella in honorem Sanctæ Mariæ; accidit
386 quod in illo loco, non poteſt conſtrui talis Eccleſia ſeu Capella,ob aliquod notabile impedimentum, vel quia pecunia non eſt ſufficiens ad tale opus perficiendum, vel ob aliquā impoſſibilitatem,an hæres poſſit cōmutare hoc legatum pium, propria auctoritate in alium vſum ſimiliter pium,puta in reparatione Murorum Monaſterij, qui minātur ruinam,vel in neceſſitatibus Religioſorum eiuſdem Monaſterij,vel in quid aliud ſimile; & dicendum quod ſolus Papa poteſt totaliter alterare vltimam voluntatem Teſtatoris,vt habetur in *Cle.quia contingit, iuncta gloſa de Relig. domib.*quam commutationem nō poteſt fieri niſi iuſta,& neceſſaria ſubſiſtente cauſa,per Epiſcopum tamquā Sedis Apoſtolicæ delegatum prius cognita,vt in Concil.Triden.*ſeſ.*22. *cap.6.de Reformat.*ordinatur; Vbi habetur; In commutationibus vltimarum voluntatum, quæ non niſi ex iuſta, & neceſſaria cauſa fieri debent, Epiſcopi tamquā delegati Sedis Apoſtolicæ, ſummariè, & extraiudicialiter cognoſcant, nihil in precibus,tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate fuiſſe narratum,priuſquam commutationes prædictæ executioni demā-
387 dentur. Teſtamentarij tamen,ideſt executores poſſunt cum conſilio, & licentia Epiſcopi commutare legatū pium in alium, iuſta ſubſiſtente cauſa conſentiente hærede, & loco pio, cui fuerat relictum, *Eman Sà Verb.legatum,num.*1.*Graff.conſil.*2. *de teſtam. num.*10.*& conſil.*2.*de Voto nu.*5.exempli gratia,ſi Monaſterium,quod Teſtator reliquit in teſtamento, vt certo,& determinato quodam loco fiat, propter aliquam iuſtam cauſam, ibi ædificari non poſſit,de conſenſu Epiſcopi diœceſani, & excutoris Teſtamenti, poteſt conſtrui in alio loco. Epiſcopo enim diœceſano conceditur id facere poſſe tamquam executori vltimarum voluntatum, *cap.nos quidem,de teſtam.Mirand.in Man.Prælat.tom.*1.*q.*33.*art.*7. Idem dicendum
388 ſi legaſſet aliquos Calices cuidam Eccleſiæ,quibus non indigeret,cum habeat alios ad debitam ſufficientiā, poſſunt Teſtamentarij cum licentia

Ordi-

Ordinarij loci, commutare pecuniam illam emendo ex ea aliquid aliud equiualens eidem Eccleſiæ magis neceſſarium. *Bertachin. in tract. de Epiſcop. 4. par. libro 4. nume. 52. Palacios Rubios in rubric. §. 47. col. 4. Rodriquez. in ſumm. par. 2. cap. 72. num.* 8. Imo
389 mo hoc poteſt etiam facere Epiſcopus abſque conſenſu hęredum; quandoquidem Legatum pium in vſum aliquem, ſi non poteſt impleri, poteſt Epiſcopus in alium cõmutare; imò pecuniam in vſum piũ, nõ admodum neceſſarium deſtinatam, in aliũ pium magis neceſſarium, mutare poteſt, *Couarru. in cap. cum tua. de Teſtamen. num. 9. Emanuel Sà verb. Legatum, num.* 3. magis tamen placet, vt id minimè fieri poſſit ſine conſenſu hæredis, vt ſupracitati tradunt authores, & expreſsè tenet, *Rodriquez. Quæſt. Regul. tom. 1. quæſt. 27. artic.* 5. Ex iam dictis infertur, me rectè reſpondiſſe in caſu cuiuſdam Domini Sebaſtiani Presbyteri, qui in ſuo Te-
390 ſtamento, cui ego interfui, Legauit quandam poſſeſſionem Monaſterio Fratrum Minorum de Obſeruantia, vt ea vendita, ex pecunia muros Eccleſiæ fabricarẽtur, vel vt Syndicus Siluam Monaſterij ampliaret; vel ꝙ Mons Pietatis ſuccederet, ſed ea vẽdita, cum pecunia non fuiſſet ſufficiens, quæſitum fuit, an poſſet conuerti in alijs rebus neceſſarijs Conuentus pro neceſſitatibus fratrum dicti loci ſubleuandis, & reſpondi poſſe ſuperiorem cum conſenſu hæredum, & licentia Epiſcopi diœceſani huiuſmodi Legatum commutare in prædictis Monaſterij neceſſitatibus, cum vt ſupradictam eſt, hæredes poſſint cum conſenſu Epiſcopi cõmutare Legatum Pium in alium magis pium iuſta ſubſiſtente cauſa, loco pio conſenciente, cui tale legatum, fuerat relictũ; & eo magis hoc verum eſt, quando hæres ſit negligens, & legatum ob aliquod impedimentum exequi non poſſit; Vnde ſi Hæres eſt negligens, & Monaſte-
391 rium, quod exempli gratia legauit conſtrui, non poteſt ædificari de facto, quia pecunia eſt modica, vel non eſt locus aptus, vbi ædificari commodè poſſit, poterit in hoc caſu fieri cõmutatio auctoritate Epiſcopi, etiam ſi in Teſtamento ſit clauſula, quod ad alium vſum conuerti non poſſit, quam in deputatum, & ratio eſt, qa Voluntas Teſtatoris interpretanda eſt, ſecundum ius commune, vt res magis valeat, quam pereat, *cap. Abbate. de Verbo. ſignificat.* ideoque cum de iure communi poſſit in alium vſũ conuerti, *cap. quia nos, de Teſtam.* talis clauſula non obſtabit, & ſic ſi fiat legatum, vt ædificetur Monaſterium in tali loco, quod fieri non poteſt, propter Priuilegium, quod habent Fratres Prædicatores, & Minores, vt prope eorum Conuentus intra certas Cannas minimè poſſit aliud Monaſterium erigi, poteſt auctoritate Epiſcopi in alio loco fieri, ita *Rodriq. loc. cit. d. quæſt. 27. art. 5.* & non obſtat, quod per Priuilegium Sixti Quarti, quod habetur in Monumẽt. ordin. *fol. 66. conceſſ. 95.* cõcedatur, vt Prælati Ordinis Minorum poſſint commutare legata facta locis noſtris ad vnũ vsũ, in alium, ſine ſcandalo tamen illorum, ad quos ſolutio talium legatorum pertinet; nam reſpondetur hoc verum eſſe, attamen dicti Prælati per hanc conceſſionem non poſſunt huiuſmodi legatum commutare in alium vſum ſine conſenſu hæredis, & ſine ſcandalo; cum ergo in
392 caſu noſtro nullus ſit hæres (nam Syndicus nullo modo nomine Sedis Apoſtolicæ hæres eſſe poteſt) in hoc caſu, cum prædicta Sedes penes ſe nullum dominium talium rerum acquirat (& ſi Prælatus feciſſet prædictam commutationem eſſet magnũ ſcandalum, propter Nepotes, Paupe res ipſius Teſtatoris, quos neſcio cur

tali hæreditate priuauit, & nihil, vt habetur in Iure *cap. nihil prodeſt de præſcript.* faciendum eſt cum ſcandalo, vbi inquit *gloſa* quod propter ſcādalum deſiſtendum eſt a Iure ſuo; ſequitur quod Prælatus ad huiuſmodi ſcandalum vitandum, nō poſſit propria auctoritate commutare dictum legatum, ſed neceſſario requiritur, vt id faciat cum cōſenſu, & licentia obtenta diæceſani Epiſcopi. Vide *Graff. in d. conſi. 2. de teſtam.* vbi *num.* 13.
393 ponit ſeptem caſus, in quibus legatum, ſeu Relictum ad aliquem pium vſum, poteſt transferri ad alium vsū cum conſenſu, & auctoritate Epiſcopi diæceſani. Et *de Arbitr. Confeß. lib. 2. c. 69.* ait expreſsè *num.* 5. quod quādo aliquid relinquitur ad certum vſum, ſed illa pecunia non ſufficit, poteſt conuerti in alium vſum, *Anchar. in Clemen. quia contingit. de Reliq. domib.* accedente tamen conſenſu partium, & auctoritate non tantum legati, ſed etiam Epiſcopi. Et Guido Pap *deciſ.* 556. facit Regulam, quod poteſt Epiſcopus commutare, quęcunque legata pia in alios vſus, quando vſus legatus non poteſt impleri, *l. legatum, ff. de admin. rerum ad Ciui. pertinent. ff de vſufru leg. cap 3. de teſt. Federic. de ſen. conſ.* 175. Si quando non ſufficit legatum pro illo vſu, poteſt per Epiſcopum commutari in alium vſum *Calder. cōſil. 14. de teſtam. Graff. ſup num. 4.*

Concluditur ergo Epiſcopum ob cauſam, quæ ſibi iuſta videatur, & conſentiente hærede, ſi od id grauatur, & loco pio, cui res fuerat relicta, poſſe legatum pium, relictum ad certum vſum, conuertere in alium vsū pium, & ratio eſt (vltra prædicta) q̄ a nulli fit iniuria; non enim fit iniuria hæredi, vel loco pio, cum cedant iuri ſuo, conſentiendo. Neque fit iniuria teſtatori; quia hoc eſt cōforme ipſius voluntati; quamuis. n. voluntas teſtatoris modis omnibus ſeruanda ſit. *c. vltima 13. q. 2.* & vltima voluntas teſtatoris pro lege habenda ſit, *Authentica de Nuptijs, §. diſponatur*; nihilominus hoc non repugnat rōnabili teſtatoris voluntati, qui, ſi adeſſet, vt hoc ipſum fieret, rationabiliter reſponderet, & hoc ipſum mādaret Epiſcopo, qui *c. tua nos de teſt. & in* Cōci. Tri. *ſeſſ.* 22. *c.* 8. dicitur piarum diſpoſitionum executor. Hinc ſequitur primo, legatum in aliquem vſum, ſi commodè nequeat adimplere, poſſe auctoritate Epiſcopi in alium cōmutari, adeſt enim iuſta cauſa commutationis, ita *Tuſcus to. 2. concl. 273. & tom. 8. concl. 147. Couarru. c. tua de teſtam. num. 7. & 9. Molin. to. 1. tract. 2. diſp. 249. Syl. verb. legatum. 4 num. 11. Rodriq Quæſt Regu. tom. 1. q. 27. a. 5 Ang. verb. legatum 2. n. 12. & 13. Vaſquez. de teſtamen. c 8. §. 5. dub. 3. n. 104 Beia 4. p caſu. 22. vbi refert Angelum Armillā, Tabienam, & alios. Emanuel Sà Verb. legatum nu. 1. 2 & 3. & verb. teſtamentum, num. 33. Nau. Rebuff. & alij apud Henriq. lib 7 c. 37. n. 2. & apud Cechium 2 p c. 61 n. 24. Addit. Naldus verb. teſtamentum, nu. 12. cum Nau. conſi. 13. de teſta in fine* Legatum pro certa neceſſitate Eccleſiæ, poſſe quo ad eius ſuperfluum conuerti a ſuperioribus Eccleſiæ in aliam neceſſitatem; hæc enim cenſetur voluntas Teſtatoris. Secundò, hæredes tutos eſſe in conſcientia, quoties legatum, ex iuſta cauſa fit auctoritate Epiſcopi in aliquod æquale, aut melius cōmutatum, vt benè tradit *Beia. loc. cit.* Addit Cardinalis Tuſcus, non ſolum Epiſcopum poſſe deſtinatum ad vnū vſum conuertere in alium, verum ēt hæredem poſſe ſine conſenſu Epiſcopi, vel ſuperioris, quando legatū non eſt ſufficiēs pro opere, vel vſu, ad quē fuit inſtitutum, ita *Mart. Bonac. tom. 2. tract. de Contract & reſtit. diſp. 3. q. vlt. punct. vlt. num. 33.*

Quò ad abſolutionē; Confeſſarius q̄uis habeat facultatem ab Epo, non abſoluat penitentem, qui vltra annū ſoluere diſtulit relicta, ac legata Pia,

nec

nec infra terminum vnius anni volũtatẽ Teſtatoris poſt hæreditatẽ ꝓcе-
394 ptam executus fuerit, & audacter deneget abſolutionẽ, niſi prius ſatisfaciat vna cũ intereſſe ad arbitrium boni viri *Graſſ. in Pra d. c. 26. n. 40.* Imò hæres non ſoluẽs legata, tẽpore debito poſtea ẽt fructus ſoluere tenetur, ſi illud ꝙ legatum fuit, ſit fructiferum, *Io. Bap. Cor. 1. p reſp. caſ conſ. quæſit. 209.* Hæres. n. a die, quo adiuit hæreditatẽ, tenetur ſoluere legatũ legatario, & cũ fructib. quia fructus ſunt debiti ex eo tẽpore, quo legatũ eſt debitũ, & idẽ prorſus dicendum eſt, qñ non eſt ſolutũ ꝑ plurimos annos, ex ignorãtia culpabili, vel quia legatarius id nõ petijt. Hinc ſequitur ẽt ꝙ legatũ relictum Eccleſiæ conſtruendæ, vel Monaſterio, debetur cũ fructib. intermedij temporis, quo nõ fuit ſolutum, *Panor. in c nos quidem de teſt.* quia textus dicit ſoluendos eſſe ſine diminutione, *Lopez p. 2. c. 90. Armill. verb. legatum n. 53. Corra. p. 2. quæſit. 277.* Cõfeſſarius ergo ſit cautus, vt nullatenus pęnitẽtes, qui obnoxij ſint huiuſmodi legatis perſoluendis, abſoluat, niſi prius id exequãtur, vel niſi firmiter proponant ſtatim reſtituere ſi cõmodè poſſunt, cũ non ſint iſti minus in ſtatu peccati mortalis, quam illi, q actu ſunt in ꝓpoſito fornicãdi, imò erit ſæpenumero neceſſarium nõ abſoluere ante actualem reſtitutionẽ, tunc ſcilicet qñ pęnitens in alijs Cõ-Cõfeſſionib. ſtatim reſtituere propoſuit, & non fecit, talis enim cogẽdus erit reſtituere, ſi poteſt, antequam abſoluatur, *Corra. p. 1. quæſit. 189.*

395 Quod ſi fuerit negligens, & reſtituere nõ poſſet, aſtringat illũ ad cautelandum creditorem rei piæ cũ pignoribus, vel fideiuſſoribus; quod ſi nec poteſt, det cautionem Iuratoriã, & tam efficaciter poteſt oſtẽdere ſigna ſuæ voluntatis, quod velit ſatisfacere, cum primum potuerit, vt etiã poſſet abſolui, *Graſſ. loc. ſupracit. n 40.*

396 Secundò, oſtendat pęnitẽti huius criminis grauitatẽ; Hęredes. n. executores teſtamenti differentes ſoluere legata pia, ſi dilatio eſt magna, peccãt mortaliter, & ſunt excõmunicandi, *c. qui oblationes 1. & 2. 13. q. 2.* vbi dicit tex. *iuncta gloſa*, quod non ſolum qui oblationes, i. ea q. relicta ſunt Eccleſijs, negãt, ſed qui difficulter, ideſt tardè, vt ibidem dicit Archid. & tradere demorantur, tamquam egentiũ necatores excommunicantur, *D. Anton p. 3 tit. 10 c. 3 §. 12. Rodriq ſum. p. 1. c. 133 n. 8. Graſſ. in Prax. lib. 2. c. 26. nu. 19.* Imò alicubi ſolet eſſe excommunicatio Synodalis cõtra non ſoluentes legata pia.

Item videtur huiuſmodi homines malè ſẽtire de Reſurrectione, et ideo vt Infideles ſunt ab Eccleſia reijciẽdi, dicit tex. *in d. c. qui oblationes*, nam præſumuntur ſecundum *Archi. ibidẽ*, nõ credere futuram Reſurrectionẽ, qui oblationes, ideſt Eccleſijs relicta negant, vel detinent; In ſignũ enim futurę Reſurrectionis opera pietatis impendimus mortuis, & pro illorum animabus oramus, alias. n. ſuperfluũ, & vanũ videtur orare pro mortuis, vt dicitur in epiſtola, vir fortiſſimus Iuda. *Machab. 12.*

Rurſus, eſt ſacrilegium, quia amicorum quidpiã rapere furtũ eſt, ſed Eccleſiæ defraudare eſt ſacrilegium, *d. c. qui oblationes*. Vbi gloſa addit, Imò alibi dr̃ talis homicida. *12. q. 2 c. qui abſtulerit.* Præterea ex retardatione patitur Defunctus detrimentum, non quidem, vt pro huiuſmodi tarditate puniatur, ſed quia nõ adhibetur remedium expiationis, dũ ſuffragia differuntur, ex quibus plurimũ iuuaretur, vt ait *D. Th. Quodlib 6. art. 13. & D. Anton. loc. cit. §. 12.* Io. *Bapt. Corrad.*
397 *p. 2. q. 277.* Hinc infert Beatus Tarpinus ĩ ſua Hiſtoria expeditionis Hiſpaniæ *c. 7.* de quodã Milite, qui morti proximus cuidã ſuo conſanguineo præcepit, vt Equũ, quẽ Infirmus ha-

Digitized by Google

bebat venderet, pretiumq; Clericis egenis errogaret; quo mortuo equū, 100.ſolidis vendidit, preciumq; in ci bis, potibus, & veſtib. velociter expē dit; tranſactis triginta dieb. apparuit ei Mortuus in extaſi dicens, qm̄ res meas diſtribuendas pro Animæ meę commēdatione in eleemoſynas tibi commendaui, ſcias oīa mea crimina Deum mihi dimiſiſſe, ſed quia iniuſtè eleemoſynam meam retinuiſti, p triginta dies in tartareis pęnis mora me intelligas feciſſe; te aūt in eodem loco Infernali, vnde egreſſus sū, die craſtino ſcias ponēdum, & me in Paradiſo ſeſſurum, ſequenti die a dęmonibus raptus fuit, *Graff. loc. cit. & p.1. lib.1.dec.aur.c.26.num.17.*

Tertiò & vltimo, cætera peccata ſola pęnitentia delentur, non ſic aūt dilatio legatorū piorum; nā oportet, vt hæredes, & alij differentes ſoluere ea, ꝙ prius reſtituant, iuxta illud.

398 *Non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum*; quare licet poſſint reperiri peccata grauiora, huiuſmodi tamē peccatum eſt alijs periculoſius, cum reſtitutio difficulter fiat, teſte experientia, quæ eſt rerū magiſtra. *Graff. in Prax. loc. cit. n.22.* & hæc pro huius octaui caſus reſeruati declaratione, dicta ſufficiāt, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio noni caſus reſeruati ſupradictæ Tabellæ Anconitanæ, qui talis eſt.

Qui Infantes ante completum annum, in lecto detinuerint.

PRo declaratione huius noni & vltimi caſus reſeruati, præter ea, quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt infantium ante annum completum in lecto detentio.*

2 *Quando detinentes Infantes in lecto ante annum completum incidūt in caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt à Confeſſario, circa Confeſſionem, & abſolutionem pœnitentium Infantes ante completum annum in lecto detinentium.*

CIrca primum; antequam quid Infantium ante completum annum in lecto detentio, ſit, dicamus pri-
399 mo, quid Infans ſit, quidque annus completus eſt, equum eſt, vt explicemus. Infans eſt filius, Puerulus paruulus, nōdum fari, ſeu loqui perfectè ſciens. Vt eſt filius tenellus, qui nedū integrum annum expleuit, & de hoc loquitur verba huius reſeruationis; dicendo enim Tabella vulgariter, *Quelli che tengono i figli nel letto, iquali non hanno compito l'anno*, ibi per filios, intelligit filios Paruulos, & tenellos nondum annum habētes; filius enim tenellus, Infans puer, Paruulus, ſeu puerulus ſunt ſynonima, ac idem ſignificant.

400 Annus vero eſt ſpacium temporis, quo ſol ab vno puncto Zodaici exiens ad idem reuertitur, *Catholicon. verb. eod.* & conſtat ex duodecim mēſibus; continens ſeu habens 365. dies & ſex horas, *gloſa in capitulo quæſiuit. de verborum ſignificatione Rodriquez. Quæſt. Regul. tom.3. quæſt. 15. artic.5.* & notandum, quod quatuor anni habent vltra præfatum numerum dierum, 24. horas, quæ coadunatæ faciunt vnum diem, qui ſuperabun-
401 dat omni quarto anno, & dicitur Biſſextus, quia bis ſedetur, & ſtatur in vna littera Calendarij, & hi duo dies pro vno computatur, *d. gloſa.* & ſicut in anno Biſſexto ſecundum ius *lege cum Biſſextus, ff. de verborum ſignifica.* duo dies debent pro vno reputare, ſic in caſu noſtro retentionis filio-

Digitized by Google

filiorum Paruulorum in lecto, debēt in Biſſexto pro vno anno computari; & ratio eſt, quia cum hæc materia ſit polytica & ciuilis, clarū eſt, quod de ea polyticè, & ciuiliter loqui debemus; Annus igit in hac reſeruatione accipitur, prout cōtinet neceſſario trecentos, & ſexaginta, & quinque dies, & ſex horas, hoc eſt a certa die vnius Menſis, vſque ad eundēmet diem ſequentis anni, ſiue annus ſit Biſſextus, ſiue non *Rodriq. loc. cit.* & debet eſſe integer, ratio, quia qñ conſtat de mente legislatoris qđ

402 annus ſit expletus, vt hic in præſenti caſu, tunc requiritur, quod annus ſit completus, *Graff. p.2. dec. aur. c. 11. num. 12.* Infantium ergo ante annum

403 completum in lecto detentio, eſt filiorum Paruulorum tenellorum nōdum, annum completum duodecim mēſium habentium, in lecto ad condormiendum, collocatio.

Circa ſecūdum; ex hactenus dictis facilè comprehendi poteſt, qui nam incidunt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

Primò enim incidunt omnes, tam Mares, quam fœminæ, tam Pater, quam Mater, Nutrix & quiuis alius, qui, vel quæ, filium Paruulum tenel-

404 lum ante completum annum ſecum in lecto detinent, *Horat. Gamba de caſib. reſeruat. caſ. 23. num. 1 fol 244. Io. Bapt. Corrad p.1. reſp. caſ. conſi quæſit. 217. in Addit. prope fin.* tales enim peccant mortaliter, cū ſe exponant probabili periculo ſuffocationis, *Armil. verb. Irregul. n. 51. Corrad. loc. cit. Graff. p.1. lib. 2. dec. aur. c. 66. nu. 22. Clau. Reg. lib. 7. c. 14. num. 4.* Imò plerique locorum Ordinarij retētionem Paruulorum in lecto infra annum prohibere

405 ſolent ſub pęna excommunicationis, ne, prout ſæpiſſimè cōtingit, ſuffocentur, *Graff. loc. cit. Lazar. Canonic. quæſt. p. 2. in Præfatione de Blaſphemia, num 42.* Et quamuis littera ſimpliciter dicat, *Quelli che tengono i figli nel letto*, &c. ex quib. verbis videtur cōprehendere ſolum parentes; attamē

406 cum hoc Relatiuū, *Qui*, notat vniuerſalitatem, ligans omnes, & quaſcunque perſonas ſub iuriſdictione ordinarij exiſtentes, ſequitur quod comprehendat omnes tenentes filios tenellos Paruulos in lecto ante completum annum, ſiue Pater, ſiue Mater, ſiue Nutrix, ſiue Ancilla, ſiue quiuis alius ſit, *arg. Graff. in Traxi. lib. 2. cap. 38. num. 2. & c. 39. num. 1. & Horat. Gamb. c. 14. de excommunica. latis in Concil. Trouin. Mediolanenſ. num. 5. fol. 180.* Suffocātes Infantes in lecto ante annum, ſunt excommunicati in Tabella Feretrana, caſu ſeptimo. Oppreſſio vero, ſeu ſuffocatio, eſt caſ. reſer. in Tabella Senogallienſi.

Secundò, incidunt etiam detinentes in lecto ante completum annum, filios Paruulos tenellos aliarum dię-

407 ceſū, verbi gratia, Puerolos filios Dięceſani Senogall. Auximani, vel Lauretani, ſeu Reccanatenſis; vel ēt Græcorum, & quorumcunque Aduenarū in Ciuitate, vel dięceſi Anconitana commorantium, vt ſunt Nutrices alentes filios alienos.

408 Non incidit autem, Primò qui ſine peccato mortali, hoc eſt ſine veroſimili periculo ſuffocandi, filium ſuum, vel alienum tenellum ante cōpletum annum, in eodem lecto detinet, vt ſi cubile in quo dormit, eſt amplum, & Puerulum lōgè a ſe poſuit, & nutrix, vel Mater dormiens, non ſolet locum mutare, ſed in loco, et ſitu, vbi ſemel ſe ad dormiēdum collocauit, ſe inueniri cōſueuit; & maximè ſi implacabilitas Infantis, hoc exigat; quia non eſt credibile, hac adhibita diligētia, periculum timere; Vnde in *c. conſuluſti, 2. q. 5.* non omnino præcipitur parentibus ne pueros teneant in Leco, ſed monendi inquit ſunt, & proteſtandi parentes, ne tam tenellos ſecum in vno lecto collocēt: ne negligentia proueniente ſuffocē-

tur, vel oppirmãtur, *Caiet. 2 2. q. 64. a. 8. Panormit. in c. de Infantibus de his, qui fil occid. Comitolus lib 4. q. 12. Nauar. Man. c. 15. num. 13. Graff. in Prax. loc. ci. num. 33. & p. 1. lib. 2. dec. aur. c. 66. num. 22. Horat. Gambar. loc. cit. fol.* 180. &
409 ratio eſt, quia vbi nõ eſt peccatum mortale, ibi nõ cadit nec excommunicatio, nec reſeruatio, *Horat. Gamba. caſ. 23. num. 4. fol.* 245. Secus autem dicendum, eſt in Tabella Sancti Seuerini, *num.* 11. Ibi enim incidit in caſum reſeruatum, detinentes in Lecto Infantes anno minores, abſque licentia Epiſcopi, & debita cautione adhibita. In Tabella vero Feretrana, *num.* 7. Tenentes Infantes in lecto ante annum expletum, & ſuffocantes, excommunicationis ſententia innodati exiſtunt. Et in Tabella Senogalliẽſi, vt dixi, oppreſſio ſeu ſuffocatio Infantium, eſt caſus reſeruatus.

410 Secundò, nec qui etiam ſine Cunis Infantem ante annum completum, in eodem lecto detinet; modo tále, quid inter ipſum Infantem, & alios ſecum dormientes, ſit, quod veriſimiliter prohibeat ſuffocationẽ, iudicio viri diſcreti; Licet enim hęc Reſeruatio abſolutè dicat, qui filios tenellos ante completum annum in lecto detinuerint; mens tamen Epiſcopi reſeruantis, eſt, vt arceantur Paruulorum ſuffocationes; nam lex non conſiſtit in cortice verborum, ſed in vero ſenſu, & mente ipſius legis, *Horat. Gamb. loc. cit fol.* 245.

411 Tertiò, nec Perſonæ Pauperes, q̃ nec Lectum, nec Culcitram habent vbi dormiant, & coguntur Matres filios ſuos tenellos ſemper admotos ad pectus habere tempore hyemis, ne frigore pereant, ſi eam diligentiã, quam poſſunt, adhibent, ne ſuffocentur; Nam priuilegia neceſſitatis ſunt multa, *Horat. Gamb. de excomm. Concil. Mediol fol.* 180. Parentes enim pauperes, qui nequeunt commodè prouidere filijs ſuis paruulis de Lecto, nec pannis eos fouere contra frigus, ſi filium tenellum, vel filiam tenerent in Lecto, cum hoc faciant ad commodum filij, non dicuntur eſſe in culpa, vnde ſi caſu ſuccederet oppreſſio, nõ videtur caſus reſeruatus, quia de duobus malis minus malum eſt eligendũ *c. duo c. nerui. diſt.* 13. vnde eligendum eſt minus malum, & euitandum certum, ſcilicet frigus, & ſuſtinere incertum, ſcilicet periculum ſuffocationis *Silu. verb. homicid. 2 q. 22. nu. 15. Tabie. verb. eod. §. fin. Armill. verb. irregularitas, num.* 51. qui omnes concludunt
412 licere Parentibus filios Paruulos tenere in Lecto, maximè ponẽdo aliquod intermediũ īter ſe, & Paruulũ, ita vt non poſſit ſequi nocumentum Puero, ratio quia neceſſitas excuſat a contrauentione Canonis, & a peccato, *Archid. in c. vtinam. di. 76. vbi* Gemi*nian. & Turrecrem.* Ita neceſſitas, quæ non ſubiacet legi. *c. conſilium noſtrum. de obſeruat. ieiun c. quanto. de conſuetud. & c. peruenit diſt.* 3. eximit Pauperẽ, vt non comprehendatur ſub reſeruatione. At ſi pro cõmoditate eorum, Parentes hoc facerent, ne plorent ad aures, aut ne ipſi frigeant aſſurgẽtes ad Cunas tunc ſunt in culpa, ideo ſi ſequatur ſuffocatio, ipſis imputatur homicidium, & incidunt ſub hac reſeruatione, *Graff. in Prax. loc. cit. n.* 30.

413 Quartò, & vltimo, nec arbitror includi ſub hac reſeruatione Matrẽ, quæ per ſe lactabat ſuum tenellum Infantem, & malè ſe habebat, iacendo in Lecto, vbi plorantem filiũ recepit, vt ei lac præberet in Lecto, quæ dum ab Vberibus lac ſugerebat, obdormiuit, vnde a ſomno excitata, inuenit filium ſuffocatum. Nam cũ *voluntas, & propoſitum diſtinguant maleficia. c. cum voluntate de ſent. excom.* & illam oportebat filium nutrire in Lecto propter neceſſitatem infirmitatis, vnde quod poſtea obdormiſſet, fuit caſus, nam de die, & ad modicũ tempus, igitur illud non habetur in

conſi-

Digitized by Google

414 conſideratione, nam finis eius fuit Lactare filium ſuum, vt decet bonas Matres. *c fin. diſt. 5.* quare, quod poſtea ſomnus præoccupauerit, fuit præter intentionem, & ideo huic reſeruationi minimè cenſeo ſubiacere, *Graff. loc. cit. num. 34. Comitol. loc. cit.*

415 Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionē, & abſolutionem pœnitentium, filios paruulos tenellos ante completum annum in lecto detinentium, ea erit, quæ dicam infra in declaratione tertij caſus reſeruati in Tabella Forum ſempronij, & hæc pro huius non; & vltimi caſus reſeruati, ac ſimul totius illius Tabellæ Anconitanæ declaratione, dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

QVÆSTIO II.

De Caſibus Reſeruatis Archiepiſcopo Firmano.

Circa hanc ſecundam quæſtionem quæritur quot, & quales ſunt caſus reſeruati, Archiepiſcopo Firmano; ad quod breuiter reſpondeo, dicendo. Caſus quorum Abſolutionem nunc in ſua Diæceſi ſibi reſeruat Ordinarius Firmanus, ſunt hi qui in præſenti Tabella continentur.

Tabella Firmana.

1 *Blaſphemiæ hæreticales, poſt trinam vicem prolatæ, & quæuis alia Blaſphemia conſuetudinaria.*

2 *Abuſus Sanctiſſimorum Sacramentorum, rerum Sacramentalium, & Reliquiarū in Maleficijs, ſortilegijs, Incantationibus, Magijs, & alijs ſuperſtitionibus, cum expreſſa, vel tacita dæmonum inuocatione.*

3 *Inceſtus in primo, & ſecundo gradu Conſanguinitatis, aut Affinitatis.*

4 *Actus Sodomiticus Maſculi cum Maſculo, & Maſculi cum fœmina, completis annis Pubertatis.*

5 *Beſtialitas.*

6 *Percuſſiones contra Patres, & Matres, aut Auos, vel Auias.*

7 *Homicidium voluntarium, aut Abortus ſtudioſè ſequutus.*

8 *Notarij, qui infra duos menſes non denuntiant, Illuſtriſſimo Archiepiſcopo, aut eius Vicario generali, aut ſuis Rectoribus, & Vfficialibus, Legata facta in fauorem Pauperum, vel priorum locorum.*

Declaratio huius Tabellæ.

IN Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio primi Caſus huius Tabellæ Firmanæ, qui talis eſt.

Blaſphemiæ hæreticales poſt trinam vicem prolatæ, & alia quæuis Blaſphemia conſuetudinaria.

PRo declaratione huius primi Caſus reſeruati, præter ea, quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Blaſphemia hæreticalis, & conſuetudinaria.*

2 *Quando Blaſphemia hæreticalis, & quæuis alia Blaſphemia conſuetudinaria eſt caſus reſeruatus, & quando non eſt reſeruatus.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem Blaſphematoris hæreticalis, vel conſuetudinarij.*

Digitized by Google

1 CIrca primum; Quid ſit blaſphemia hæreticalis;& Blaſphemia conſuetudinaria, patet ſupra in declaratione quinti caſus reſeruati in Tabella Anconitana; vide etiam in Tabella Æſina in explicatione tertij caſus reſeruati.

2 Circa ſecundum, Quando ſcilicet Blaſphematores hæreticales poſt trinam vicem incidunt in hunc caſum reſeruatum, vel non incidunt, habetur vbi ſupra in dicta Tabella Anconitana, & quo ad Blaſphematores conſuetudinarios, quando incidunt, vel non incidunt in eundem caſum reſeruatum, declaratur in dicta explicatione tertij caſus reſeruati in Tabella Æſina.

3 Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem ſupradictorum Blaſphematorum, ea eſſe poterit, quę poſita eſt in dicta Tabella Anconitana. & hæc pauca pro huius primi caſus reſeruati declaratione modo dicta ſufficiant, ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti incipit declaratio ſecundi Caſus reſeruati eiuſdem Tabellę Firmanæ, qui talis eſt.

Abuſus ſanctiſſimorum ſacramentorum, rerũ ſacramentaliũ, & Reliquiarum, in Maleficiis, Sortilegijs, Incantationibus, Magijs, & alijs ſuperſtitionibus, cum expreſſa, vel tacita dæmonum inuocatione.

PRo declaratione huius ſecundi Caſus reſeruati, præter ea, quæ dicunt Summiſtę, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt abuſus Sacramentorum, & rerum Sacramentalium; & quæ ſunt Maleficium, ſortilegium, Incantatio, Magia, & ſuperſtitio, quidue etiam eſt expreſſa, vel tacita dæmonũ inuocatio.*

2 *Quando pœnitẽtes abutentes Sacramentis, rebus ſacramẽtalibus, et Reliquijs, in Maleficijs, Sortilegijs, Incantationibus, Magijs, & alijs ſuperſtitionibus, cum expreſſa, vel tacita dæmonum inuocatione incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem pœnitentium, dictis Sacramentis, & rebus Sacramentalibus, modo prædicto, abutentium.*

4 CIrca primum; Abuſus Sacramẽtorum, & rerum Sacramentalium quid ſit, patet in declaratione ſecundi caſus reſeruati in Tabella Piſaurenſi, & ſupra in declaratione primi caſus reſeruati in Tabella Anconitana, vbi habetur etiam quid ſit Sacramentum, & quæ res Sacramẽtales, Quid ſit Maleficium, & Sortilegium; Incantatio vero eſt ſuperſtitio, qua quis verbis ſolis ſacris, vel profanis, expreſſam vel tacitam dæmonis inuocationem continentibus, aliquid ſupra naturã agit, *Ioannes Capeauill. tract. de caſib. reſeruat. p. 1. c. 8. q. 1.* Magia eſt inordinata poteſtas, quædam arte dæmonis
5 faciendi, quæ ſupra naturam videntur, *Tolet. lib. 4. c. 14. num. 7. Horat. Gambar. de caſib. reſeruat. c. 10. nu. 7. fol. 214. Delri. diſq. Mag. tom. 1. c. 2.* vide in dicta Tabella Anconitana. Superſtitio eſt,
6 Vitium religioni oppoſitum ſecundum exceſſum, non quia plus exhibeat in cultum diuinum, quam vera religio, ſed quia exhibet cultum diuinum, vel cui non debet, vel eo modo quo non debet *D. Thom. 2. 2. q. 92. art. 1.* cuius ſpecies ſunt quatuor; de quibus vide ſupra in d. Tabella Anconitana, vbi ampliter declarantur. Quid, demum, ſit expreſſa, vel tacita dæmo-

dæmonum inuocatio, habetur in prædicta Tabella Piſaurenſi.

7 Circa ſecundum; Incidunt in hunc caſum reſeruatum, omnes quos recẽſuimus ſupra in Tabella Anconitana, dummodo pœnitentes abuſi ſint quibuſcunque Sacramentis, rebus ſacramentalibus, & Reliquijs, in Maleficijs, Sortilegijs, Incantationibus, Magijs, & alijs damnatis ſuperſtitionibus, cum expreſſa, vel tacita dęmonum inuocatione. Vnde ſi prędictis abutantur aliquo bono fine, qui non ſit cum expreſſa, vel tacita inuocatione dæmonum, hac reſeruatione minimè ligari cenſendi ſunt.

8 Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem pęnitentium, Sacramentis, & rebus ſacramentalibus, in ſupranarratis ſortilegijs, & ſuperſtitionibus, cum expreſſa vel tacita dæmonum inuocatione, abutentiũ, erit illa, quæ dixi in ſupradicta Tabella Anconitana. Verum, hæc tamen fore cenſeo addenda, circa abſolutionem, vt ait ibidem Archiepiſcopus, videlicet; *Non ſi aſſoluano in modo alcuno i penitenti, ſe prima non haueranno reſtituito, eſſendo in loro potere, i Sacramẽti, coſe Sacramentali, & Reliquie, ſi eſſortino con ogni efficacia ad inſinuare a ſua Signoria Illuſtriſſima, o al ſuo Vicario Generale, o al ſuo Parochiano, per loro medeſimi, ò per mezzo d'altri qualche modo di ouiare, & remediare alli detti ſacrileghi eccessi. Quando poi vi ſarà interuenuta eſpreſſa inuocatione, o patto del demonio, in queſto caſo ſi rimetta il pęnitente per l'aſſolutione al detto ſuperiore, dal quale impetrataſi facultà ſpetiale d'aſſoluerlo, non venga aſſoluto ſe prima non hauerà denuntiato a ſua Signoria Illuſtriſſima o al ſuo Vicario Generale, come Inquiſitore, tanto le perſone, dalle quali hauerà imparato alcuno de ſopradetti peccati, quanto anco altre perſone complici in eſſe, come ſuſpette d'hereſia, ſecondo la forma dell'editto del Sant'Officio publicato da ſua Signoria Illuſtriſſima, & Reuerendiſſima. Coſi parimente non ſi aſſoluino quelli ch'hanno inſegnato ouero in compagnia d'altri hanno commeſſi tali enormità, ſe prima non haueranno ceſſato d'inſegnare, & de più non haueranno deteſtato, & biaſimato alli loro complici, & altri ſopradetti, le predette ationi eſecrande, & empie. Alli penitenti recidiui in ſimili peccati, dopo eſſerne ſtati altre volte aſſoluti, ſi ritardi l'aſſolutione per qualche tempo, & fattaſi poi circonſpetta eſperientia della loro vera emendatione, e penitentia, ſi aſſoluino, in quelli caſi però alli quali però ſi eſtende la facultà di ſua Signoria Illuſtriſſima, & però ſiano cauti i Confeſſori à conſiderare, ſe i penitenti fuſſero incorſi nella Scommunica della Bolla in Cœna Domini, riſeruata alla Santità di noſtro Signore.* Et hæc pro huius ſecundi caſus reſeruati declaratione, dicta ſufficiãt ad laudem, & gloriam Domini nonoſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio tertij caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Firmanæ, qui talis eſt.

Inceſtus in primo, & ſecundo gradu Conſanguinitatis, & Affinitatis.

PRo declaratione huius tertij caſus reſeruati, & ſi ea, quæ hic mo-
9 do neceſſario dicenda eſſent, habeantur ſupra in explicatione ſecundi caſus reſeruati i Tabella Anconitana, tamẽ pro eius completa declaratione, ne Confeſſarij allucinentur, etiã hæc cenſui addenda neceſſaria; nempe quod cum dicitur in hac reſeruatione, Inceſtus in primo, & ſecundo gradu Conſanguinitatis, & Affinitatis; Hi duo gradus erunt in Linea recta Aſcendentium, & deſcendẽtium hoc modo. Primus ſi Pater habeat rẽ cum filia, vel filius cum Matre. Secũdus ſi Auus paternus rem habeat cũ Nepte, hoc eſt cum filia ex filio, aut

ex

Digitized by Google

ex filia; Vel ſi maternus coierit cum filia, ex filia, & ſic cum Nepte; Vel ſi Nepos ex filio, vel filia habeat rem cum Auia tam paterna, quam materna. In linea vero tranſuerſali, Primus gradus erit, ſi frater cum ſorore; Secundus ſi frater cum filia fratris, aut ſororis: vel ſi duo Conſobrini ſiue ex fratribus, ſiue ex ſororibus, videlicet maſculus cum fœmina carnaliter ſe immiſceāt: Vt ſi filius fratris habuerit rem cum ſorore Patris: Hi ergo ſunt caſus duo prohibiti in præſenti Tabella, quo ad Conſanguineos, *Floron.p.2.caſu 6.num.*17. Quò ad affinitatem autem, cum omnes conſanguinei vxoris euadant affines Marito in eundem gradum, quē cōſanguinitatis habent cum illius Vxore, & omnes conſanguinei viri efficiantur affines vxori eodem gradu, quo ſunt coniuncti conſanguinitatis marito; ideo tradit, hæc regula; quoto gradu conſanguinitatis aliquis diſtat ab aliquo, toto gradu affinitatis diſtat ab eodem illa, quæ eſt ab ipſo carnaliter cognita, quæcunque ſit; v. g. Titius duxit vxorem Seiam, & matrimonium conſumauit cum illa, frater Titij eſt affinis in primo gradu cum Seia, quia eſt conſanguineus illius in gradu primo, & filius fratris Titij eſt in ſecundo, quia eſt in ſecundo conſanguinitatis, & ſic è contra, vnde cū cognoueris conſanguineas, in quo gradu ſint, facilè cognoſces, in quo gradu affinitatis ſunt; & idem eſt in ea, quæ prouenit ex illicita copula conſideratis perſonis, quæ inſimul copulam habuerunt; eſtque primus gradus, vt ſi quis habeat rem cū duabus ſororibus, vel cum matre mulieris a ſe prius cognitæ: Vel ſi duo fratres cum eadē muliere coierint, vel ſi Pater, & filius cum eadem. Secundus eſt ſi habuit rem cum muliere, & cum filia ſororis eiuſdem mulieris; Vel ſi duo Cōſobrini, qui ſunt filij fratrum eandem mulierem carnaliter cognouerint, vel vbi cognita eſt ab vno, deinde a filio fratris, vel ab Auo eiuſdem primi. Animaduertas tamen conſanguineos coniugum ad inuicem non contrahere affinitatem aliquam, hoc eſt conſanguinei mariti non contrahunt affinitatem cum conſanguineis vxoris, & ob id frater mariti ſi habeat rem cum ſorore cognatæ ſuæ, hoc eſt cum ſorore vxoris fratris ſui, Inceſtum non committit. His præmiſſis. Viri qui rem habent cum ſua conſanguinea in primo, & ſecundo gradu ſibi coniuncta, vt in linea recta aſcendentium cum matre, aut cum Auia, tam paterna, q̃ materna; Vel itidem recta, ſed deſcēdētium, vt cum filia, vel cum Nepte, hoc eſt cum filia ex filio, aut cum filia ex filia. quo caſu licet propriè vocetur Nefarius coitus, tamē multo magis iſte comprehenditur, quia in pœnalibus fit extenſio ex maioritate rationis in his, quæ ſunt eiuſdem generis, & ob id ſi ſolummodo diceretur in reſeruatione Inceſtus conſanguineorum, multo magis eſt reſeruatus Inceſtus in linea recta aſcendentiū, & deſcendentiū, *c.pen.*14 *q.*5. & tunc potius dicitur incluſio, quam excluſio, *glo. in c.*1. *de offic.ordin.in* 6. Itidem ſi in linea tranſuerſalium, vt cum ſorore, Matre, Auia, filia fratris, vel ſororis, Conſobrinaue, quæ ſunt conſanguineæ in primo, & ſecundo gradu ex eodem ſtipite; hi inquam incidunt in hūc caſum reſeruatum. Quæ locum habet etiam ſi cum ſua affine, hoc eſt cum ſorore, vel alia conſanguinea vxoris ſuę in primo gradu, vt ſi, vt dixi, cum ſorore vxoris, cū Nouerca, vel cum Priuigna; ſi vxor cum fratre ſui viri, cum Patre, vel cū Priuigno, hi enim ſunt affines in primo gradu, vt dicitur *in c. de inceſtis*, 36 *q.* 3. & idem ſi cum affinibus in ſecundo gradu. Item locum etiam habet ſi cum affine ex illegitima copula ſimiliter intra gradum primum, vel ſe-

cun-

Digitized by Google

cundum; quare ſi quis cum duab. ſororibus, & in alijs caſibus ſupra explicatis *nu.9.* in primo vel ſecundo gradu rem habuerit, in hunc caſum incidit. *Floron. loc. ſupracit. num. 24. vſque 27.* & quæ diximus de viris, erga mulieres, idem etiam de mulieribus Inceſtum cum viris in primo, vel ſecundo gradu committentibus, dicēdum eſt. Vnde ex dictis clarè patet, quid dicendum ſit circa declarationem primi caſus reſeruati in Tabella Foroſempronienſ. quæ ſic ſe habet. *Inceſtus in primo, & ſecundo gradu Cognationis, & in primo Affinitatis.* Et hæc pro huius tertij caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio quarti caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Firmanæ, qui talis eſt.

Actus Sodomiticus Maſculi cum Maſculo, & Maſculi cum fœmina, completis annis Pubertatis.

PRo declaratione huius quarti caſus reſeruati, præter ea, quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac fœda materia pertractātes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Actus Sodomiticus Maſculi cum Maſculo, & Maſculi cum fœmina, completis annis Pubertatis.*

2 *Quando Maſculi cum Maſculo, vel cū fœmina actum Sodomiticum, completis annis Pubertatis, committentes incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem & abſolutionem Maſculorum pænitentium, actum Sodomiticum, poſt annos Pubertatis, cum alijs Maſculis, vel feminis, committentium.*

CIrca primum; antequam; Quid Actus Sodomiticus Maſculi cum Maſculo, vel Maſculi cum fœmina com-
10 pletis annis Pubertatis, ſit, dicamus, primum quid Sodomia, & quæ differentia eſt inter copulam Sodomiticam, & actum Sodomiticum, quid ve ſit annus Pubertatis, opere pretium ē, vt videamus. Sodomia ergo, iuxta
11 dicta in declaratione quarti caſus reſeruati in Tabella Anconitana, ē coitus, ſeu concubitus Maſculi cum Maſculo, vel fœminæ cum fœmina, in vaſe indebito, perpetratus. Copula vero Sodomitica, differt ab actu Sodomitico prout tradit *Ignatius Lopez in Trac. crimin. ad Diaz cap. 86.* Copula namq; ſodomitica fit maſculino coitu in vaſe ſtercorario, eiaculando ſemen intra pudēda poſteriora; Actus vero ſodomiticus, etiam fit polluendo ſeipſum cum ſecunda perſona, q̄ non ſolum inter viros, ſed etiam inter fęminas eſſe poteſt. *Graff. in Prax. lib. 1. c. 11. num 9. Clau. Reg lib. 8. c. 5. n. 16. in fin.*

12 Circa annum autem Pubertatis, notandum, quod vt habetur in eadē Tabella Anconitana, Annus eſt ſpatium temporis, quo ſol ab vno puncto Zodaici exiens, ad idem reuertitur, conſtans ex duodecim mēſibus, habens 365. dies, & ſex horas. Pubertas autem eſt ætas quatuordecim annorum in maſculis, & duodecim in fœminis, vt notant *Graff. p. 1. li. 2. doc. aur. cap. 26. num 3 & Tolet. lib. 7. c. 16. num. 8.* qui quidem Anni neceſſario debent eſſe completi, quia quando conſtat de mente legiſlatoris, vt annus ſit completus, vt patet in præſenti reſeruatione, ibi, *Completis annis Pubertatis*, tunc requiritur, vt omnino annus ſit expletus, vt not. idem *Graff. p. 2. lib. 1. dec. aur. c. 11. num. 12.*

13 Actus ergo ſodomiticus maſculi cū maſculo, & maſculi cum fęmina, cōpletis annis Pubertatis (prout colligitur

gitur

gitur ex dictis) nil aliud eſt, niſi fœdatio, ſeu pollutio, & quilibet carnalis actus, poſt annos Pubertatis inter maſculum, & maſculum, & maſculum, & fęminam, intra vel extra annum, opere perpetratus, & conſumatus, *argum. eorum, quæ dicit Nauar. in Man. cap. 27. num. 150. verſ. Quinto dico.* ibi enim fateri videtur, Actum Sodomiticum eſſe illum, qui comprehendit omnem pollutionem habitã cum alio, vel alia, extra vas ordinarium. Et quamuis *Clau. Reg. loc. ſupra citat. num. 20 in fin. ex Sum. Coron. p. 1. c. 2. de circunſtantijs, num. 16.* dicat, quod quando in caſibus reſeruatis ab Epiſcopo inuenitur reſeruatus actus ſodomiticus, intelligitur ſolum de ſodomia, quando autem inuenitur reſeruatum vitium cõtra naturam, intelligitur de omnibus luxuriæ ſpeciebus, quando agitur cum ſecunda perſona; nihilominus, credo ſaluo meliori iudicio, quod actus ſodomi-
14 ticus (cum ſit aliquantulum latior, & vniuerſalior, quam ipſa copula ſodomitica) comprehendat, vt dixi, omnem carnalem actum cum ſecunda Perſona perpetratum, dummodo ex eo ſequatur pollutio, intra, vel extra, hoc eſt, circa anum, conſummatum. Nam ſi ſodomia vocatur illa, quando vir vel mulier proprijs manibus ſe polluit, vt ait *Horat. Gambarupt. de caſibus reſeruat. caſ. 2. num. 2. fol. 254.* quãto magis erit ſodomia actus ille nefandus ſodomiticus, qui fit ab aliquo viro, polluendo ſe intra, vel ẽt extra vas alterius maris, vel fœminæ? vt v.g. cũ maſculus intra vas immundum alterius maſculi, vel in vas ſtercorarium fœminę, vel iuxta, ſeu circa illud, polluitur; vt enim clarè patet, huiuſmodi carnalis actus, ſodomiticus actus iure appellatur.

Circa ſecundum; ex haſtenus dictis liquidò conſtat, qui nam incidũt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

15 Primò enim, incidunt omnes maſculi, qui poſt quartumdecimum annum completum, cum alio maſculo, vel etiam fęmina, nefario coitu ſe ſimul immiſcent; non ſolum ſi intra illud infamiſſimum, & turpiſſimũ vas ſecuta ſit ſeminatio, ſed etiam ſi extra ſequatur pollutio; vt v.g. quando quis opus peregit vſque ad conſumationem, puta membrum appoſuit in ipſas partes pudendas contra naturam, ſed præuidens fraudulenter in actu effundendi ſemen, in fine extra peregit, & ſemẽ effudit, in hoc enim caſu, propriè dicitur ſodomita, & includitur ſub caſu reſeruato, vt tradit *Iul. Clar. in §. ſodomia*, & refert Graff. *in Prax. lib. 1. loc. cit. num. 25. & conſil. 3. de adult. num. 23.* prout faciunt nõ-
16 nulli Mares, qui, vnus ſe ſupponendo alteri, more quo fit inter Virum, & Vxorem, mutuo complexi, ſemen intra crura emittunt alterutrum, & & iſte propriè dicitur actus ſodomiticus; quod procedit etiam ſi Patiẽs ſit Mas, vel fęmina infidelis, vt Puer Iudæus, Puella, &c.

17 Secundò, hac reſeruatione ligantur omnes Viri, ac etiam Presbyteri, & alij Clerici ſeculares, copulam ſodomiticam cum maſculo, vel fęmima, in vaſe indebito, perpetrantes; etenim, vt liquidò patet, maius peccatum eſt vti copula ſodomitica, q̃ actum ſodomiticum exercere (licet iſti termini, actus ſodomiticus, & ſodomia, ſeu copula ſodomitica, confundantur, vnde credo, quod idem ſignificet, & ſi actus ſodomiticus p̃paulum, ſeu aliquantulum latior ſit) cum ergo ſit maius peccatum, ideo interpretanda eſt mens Ordinarij, vt ſub his verbis, Actus ſodomiticus maſculi cum maſculo, &c. velit etiam comprehendere ſodomiam, ſeu copulam ſodomiticam exercentes, ex maioritate rationis; Conſtitutio enim pęnalis aliquando extenditur, & maximè vbi eſt maior ratio, vt ait

*Sylu.Verb.decima,nu.*8. cum ergo ſci-
18 mus in his, quæ ſunt eiuſdem generis, non ſolum fit extenſio. *c. pęnale, 14.q.1.c. meretrices. 32.q.4.* ſed etiam includit alios caſus atrociores, dummodo ij ſint eiuſdem generis, vt notat Graff. *in Prax. loc. cit.nu.23.& lib.1.c.4.Reg.6.nu.34.* vt clarè patet in caſu noſtro; etiam ſi fœmina, cum qua rem turpem agũt, eſſet meretrix, vel etiam infidelis, vt iam dictum eſt.

Tertiò, & maritus, qui vxorem
19 ſuam præpoſtera venere turpiter cognoſcit; ex cõmuni enim vſu loquendi, vocatur vitium ſodomiticum, cõcubitus mariti cum vxore in vaſe indebito. *Graff in Prax. loc. cit. nu.* 22. in quo etiam fœdiorem, & grauiorem inuolui culpam fatentur Doctores. *Sanchez lib. 9. de Matrim. diſt in.* 18. vt dixi ſupra in Tabella Anconitana, num. 187.

Non incidunt autem, omnes quos ſcripſimus ſupra in dicta Tabella Anconitana, *nu.* 189. *vſque ad num.* 203.

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa confeſſionem &
20 abſolutionem pęnitentium, maſculorum videlicet, actum Sodomiticũ poſt annos pubertatis cum alijs maſculis vel fœminis, committentium, erit illa quæ habetur in ſupradicta Tabella Anconitana. & hæc pro huius quarti caſus reſeruati declaratione, dicta ſufficiant, ad laudem & gloriã Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amẽ.

IN Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio quinti Caſus reſeruati eiuſdem Tabellę Firmanæ, qui talis eſt.

Beſtialitas.

PRo declaratione huius quinti caſus reſeruati, præter ea, quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac teterrima materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Beſtialitas.*
2 *Quãdo beſtialitas eſt caſus reſeruatus, & quando non eſt reſeruatus.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt à Confeſſario circa confeſſionem, & abſolutionẽ Pęnitentium in vitium beſtialitatis incidentium.*

CIrca primum; breuiter, Beſtialitas eſt concubitus cũ
21 re non eiuſdẽ ſpeciei, ideſt coitus cum Bellua & animali ratione carente. ex D.Tho.2.2. *q.154.art.11.Armill.Verb.eod.num.1. Sylu.Verb.luxuria.num.1.Tolet. lib.5.c.13.nu.16.Io.Bapt. Corrad. p.1. reſp.caſu Conſc.q.29.Graff.in Prax. lib.1.cap.12. nu.5.in fin.Clau. Reg. loco ſupracit.nu.5. &* 18. *Azor p.3. Inſt.moral.lib.3.c.22.*

22 Et notandum, quod ad hanc ſpeciem beſtialitatis pertinet etiam concubitus cum dæmone, quando in aſſumpto corpore is fit incubus, vel ſuccubus, ſiue aſſumat corpus beſtiæ, ſiue viri, ſiue mulieris, ſiue alterius rei. Quia quantũ eſt ex parte concubitus, ſemper eſt eadem ratio formalis, ſiue idem motiuum, ſcilicet delectatio venerea cum re, quæ in rei veritate, eſt diuerſæ ſpeciei ab homine. Quamuis alio reſpectu cõcubitus cũ dæmone differat à beſtialitate ſpecie, ſcilicet ratione ſuperſtitionis illius, ad quam ſpectat ſocietas cum dęmone; eſt enim in tali concubitu directa ſocietas cum dęmone, vt expreſſè docent *Caiet.2.2.q.154. art. 11.dub. 3.Io.Capeau. de caſib. reſeru.p.2.c.15.q.1.Azor vbi ſup.d.c.22.& Clau.Reg.loc. cit.nu.* 19. Itaque hoc vitio beſtialitatis peccare dicitur, qui concumbit cũ re animata non eiuſdem ſpeciei, v.g. ſi abutatur aliqua beſtia, vel dęmone;
23 quod quidem contingere poteſt tali pacto ſecundum Caietan. *vbi ſup.* videlicet quãdo dęmon format & mouet corpus aereum, puta animalis, aut hominis, & nunc agit contra naturam, & nunc in edem ſexu, & nunc

in

Digitized by Google

in forma conſanguinei: tunc ſi quis beſtia etiam affectu ſodomitico abutatur, vel coeat cum dæmone, habēs hāc delectationem Sodomiticā, vel Adulterij, vel Inceſtus, præter beſtialitatis vitium Sodomię deformitatē, vel Adulterij, vel Inceſtus incurrit. Et ſi dæmon in forma beſtiæ vel hominis cū muliere coeat, & in eius vas transfundat ſemen humanum acceptum ab aliquo viro, ſi ex tali coitu mulier generat, fętus dicitur illius viri filius, à quo deciſum eſt ſemen. *Caier. vbi ſup.* Graff *p. 1. lib. 2. dec. aur. c. 89. nu. 1. & ſeq.* & certè experientia te-
24 ſte legimus, inter alios Merlinum in Anglia Vatem, ex ſemine humano ab Incubo in matris vterum transfuſo conceptum fuiſſe; Vnde *D. Anton. 3. p. tit. 2. c. 1. §. 10. in fin.* legitur inquit in Chronica Martiniana de Merlino, qui fuit filius diaboli, quia ſcilicet cōceptus per Monialem ex dæmone ſuccubo, & incubo ipſius; & de Antechriſto aliqui dicunt, quod ſimili modo concipietur; Vnde dicit eum Apoſtolus filium perditionis. *Io. Bapt. Corrad. p. 1. q. 259. in fin.* Et eodem modo multi ſcribūt Lutherum procreatum fuiſſe. *Victorel. in annot. ad Tolet. ſumma. lib. 5. c. 13. Io. Malderus in comment. ad 2. 2. D. Thom. tract. 10. c. 8. dub. 10.* dæmon enim poteſt ſuſcipere viri
25 virginis ſemen, in ſomno polluti, & transfundere in mulieris matricem, ex quo ſemine illa concipere poteſt, cuius prolis, vt dixi, Pater non eſt dęmon incubus, ſed vir ille eſt, ex cuius ſemine genitus fuit, quod agit in virtute eius, à quo eſt reſolutū. *Io. Bapt. Corrad. loc. cit. Delrius lib 2. Diſq. Mag. quæſt. 15.*

Circa ſecūdum; ex hactenus dictis patenter inferri poteſt, qui nam incidunt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

Primò, enim incidunt, omnes, qui cum bellua turpiter ſe fędant; v.g. ſi
26 cum canibus, vaccis, aſinis, & alijs beſtijs, cuiuſcunque generis, maſculis, vel fęminis, intra vel extra vas, in quauis parte corporis, quomodocunque ſe polluāt; cum beſtijs enim nullus datur naturalis coitus, ideo quomodocunq; quis cum eis ſe polluat, ſi inde ſequatur pollutio, incidit in Caſum reſeruatum, quia reſeruatio intelligitur de quacunque turpitudine, ex qua ſequitur pollutio. *Horat. Gambar. de Caſib. reſeru. caſ. 2. num. 7. fol. 257. Io Bapt. Corrad. p. 1. q. 29. Graff in Prax. loc. ſup. cit. d. nu. 5. in fin. & 13. &*
27 *num. 16.* vbi refert quendam combuſtum fuiſſe, ex quo vel cōuictus fuit, aut confeſſus, habuiſſe rem cū aſino. Vbi autem reſeruatio fit ſub hac forma, Coeūtes cum beſtijs; vel Coeuntes cum brutis tunc inciderent in Caſum reſeruatum non ſolū, qui coeūt cum aliqua beſtia terreſtri, ſed etiam cum brutis, vt Gallinis, Anſeribus, Collumbis, & huiuſmodi. *Graff. loc. ci. num. 11.*

Secūdò, & qui belluis ſe ſubijciūt; ſicut tempore Leonis X. contingit
28 Montefaliſco, nam eo loci repertus eſt muliebra patiens canibus agentibus, ob quam cauſam tam canes, quā ipſe publicè combuſti ſunt, vt tradit Borgias, qui fuit ipſius cauſæ Iudex. *Simon Maiol. de Irregul. lib. 5. c. 44. nu. 1. Graff. conſ. 3. de Adult. nu. 16.* Alia ſimilia exempla vide in declaratione tertij Caſus reſeruati in Tabella Vrbini; & ratio eſt clara, tales enim taliter ſe belluis ſubijciendo, rem deteſtabilem, & beſtialē agunt; etenim cum Caſus abſolutè & generaliter loquitur, dicendo: Beſtialitas ergo generaliter etiam eſt, tam de agētibus, quam de patientibus, intelligendus.

Tertiò, & qui cum dęmonibus incubis, aut ſuccubis rem habent. *Io. Capcau. de Caſib. reſeru. p. 2. c. 15 q. 2. in fin.* v.g. ſi cum eiſdē dęmonibus agendo, vel patiendo, rem carnalem habeant. *Graff. in Prax. loc. cit. nu. 11.* vbi
29 citat Caietan. 2. 2. q. 154 *art. 11. dub. 3.*

Quod

Quod autem fœminæ ſupponant ſe dæmoni transfigurato incubo, fatetur *Aluar. de Planctu Eccl. lib. 2. c. 45. verſ.* 101. vbi narrat exemplũ de quibuſdam ſanctimonialibus, cum quibus dęmones tantam familiaritatem contraxerant, quod ad eorum aſpectum non terrebantur, ſed abſque pauore cum eis loquebantur, & cõtrectabantur, ſicut inquit, ex earum iudiciali confeſſione habui. Multa alia exempla vide apud alios Doctores. Nec obſtat quod dicit D. Io. Chryſoſtomus, *Homil. 22. in Geneſ.* vbi ait impoſſibile eſſe vt improbi Angeli cum fœminis coitum exerceãt. & Caſſian.
30 *in Collat. Patrum, Collat. 8. c. 21.* Qui dicit, nullo modo credendũ eſſe ſpirituales naturas cum fęminis coire poſſe; nam reſp. quia nec nos dicimus dęmones coire cum fęminis animalium naturalium more, ſemen ex propria ſubſtantia fundendo; ſic enim coire & generare eſt animæ nutritiuæ & ſenſitiuæ, quæ in ſubſtantijs in corporeis non reperitur, ſed dicimus eos coire in corpore aſſumpto, & ſemen humanum aliunde acceptum fundere in matricæ mulieris, & ſic procreare, ita tamen vt proles, quæ naſcitur nõ ſit propriè dęmonis, ſed viri illius à quo per dęmonem ſemen acceptũ fuit. Poteſt autem naſci proles quando dęmon eſt incubus, ſed ſi ſit ſuccubus, hoc eſt, ſi mulieris locum teneat in copula carnali, & vir incũbat, non poterit ſequi conceptio, quia diabolus ſuccubus non habet corpus verũ quo ſemen concipiat, ſed ſolum phãtaſticum in quo actiones vitæ ad conceptionem, & generationem neceſſariæ, non poſſunt perfici. *Io. Capeauil. de Caſib. reſeru. par. 2. c. 7 q. 1 diffic. 3. fol. 207. Martin. Delrius li. 2. Diſq. Mag. q. 15*

Non incidunt autem, Primò qui animum, etiam firmum & ſtabilem
31 habent, hoc vitium execrabile & deteſtabile committendi, ſi opus non perficiant; immo etiam ſi conentur illud perpetrare, puta ponendo membrum in vaſe naturali, vel etiam ſtercorario belluæ, maris vel fęminę; vel in lecto cum aliqua beſtia, iocando, illam manibus inhoneſtè tangendo, ſeu intra crura, delectationis venereę gratia capeſcendæ, libidinosè tenendo; ſi actus non ſit cõſummatus, ideſt ſi nulla fœdatio, ſeu pollutio, ſequatur ex parte agentium, quamuis ex parte belluæ ſequatur ſeminatio, minimè reſeruatione hac innodantur; ratio, quia Caſus reſeruati intelligũtur de actibus exterioribus, perfectis, & conſummatis, vt dixi ſupra in *p. p. q. 1. nu. 46.* tãtum ergo mortaliter peccabunt.

Secundò, nec coeũtes, etiam intra
32 vas, cum beſtijs mortuis; *Homob. de Caſib reſeru. p. 2. c. 4. ſect. 6. fol. 372.* & ſi lethaliter grauiſſimè delinquant.

Tertiò, neque, ſi qui cum dęmone coeundo, virum, vel mulierem eſſe
33 exiſtimabãt. Et ſi in caſum Sodomiæ incidere cenſendi ſunt, vbi Sodomia eſt Caſus reſeruatus, ſi ipſo dęmone, qui alienum corpus aſſumpſerit, præpoſtera libidine, abuſi fuerint.

Circa tertium; Praxis obſeruanda à Confeſſario circa confeſſionem, & abſolutionem pęnitentium beſtialitatis crimen committentiũ, hęc erit.

Circa confeſſionem; Primò Confeſſarius interroget, An dum pęnitẽs
34 cognoſcebat belluam, vel dæmonẽ incubum vel ſuccubum, habebat voluntatem cognoſcendi mulierẽ, vel virum, & qualem, an Coniugatum, Cognatum, Virginem, Religioſum, quia ſunt circunſtantię mutantes ſpeciem & neceſſario confitendæ, ut tradit *Io. Capeau. loc. cit. d. c. 15. q. 3.* Vnde
35 cum quis ſe immiſcet cum beſtia, vel cum dęmone in forma cõſanguineę, vel maritatę, ſi habet delectationem ſodomiticam, vel adulterij, vel inceſtus, tunc præter beſtialitatis vitium, ſodomiæ etiã, adulterij, vel inceſtus deformitatem incurrit. *Caiet. 2. 2. q.*

154.

Digitized by Google

154.*art.*11.*dub.*3.*Graff.in Prax. loc.cit. d.c.*12.*nu.*8. Non erit tamen neceſſa-
36 rium in Confeſſione explicare cum quali dæmone, vel quali beſtia pęnitens rem habuerit; nec quęrere de nomine Bruti, vel loco corporis vbi ſe fędauit; quia beſtialitas eſt ſpecies ſpecialiſſima, & vnum eſt ſpecie motiuum in omnibus, nimirum venerea delectatio cum re diuerſæ ſpeciei. *Io. Capeau. loc. cit. d. q.* 3. *Hieron. Ilamas in ſua ſumma.* 6. *præcepti de Sodomia. cap.* 8. §. 21. *Clau. Reg. loc. ſupracit num.* 18. *in fin. Azor. p.* 3. *lib.* 3. *c.* 22. *Lactant. Finell. Caſu* 8. *nu.* 5. *Bonac. tom.* 1. *tract. de matr. q.* 4. *punct.* 12. *nu.* 4.

Secundò, animaduertat Confeſſarius, quod licet coitus cum dæmone ſuccubo vel incubo, quo ad ſpeciem
37 à beſtialitate non differat, ratione tamen ſuperſtitionis, ad quam ſocietas cum dæmone pertinet, differt à beſtialitate, vt ſupra ex *Caiet. Clau. Reg. & Azor.* dictum eſt. Proinde pęnitēs interrogandus erit, an potius ob pactum expreſſum cum dæmone initū ex hæreſi deliquerit, quia ſi pactum expreſſum cum dęmone fecerit, cum errore intellectus, proculdubio hæreticus eſt, ideo excommunicatione contenta in Bulla Cęnæ Domini innodatus exiſtit, vnde ad Inquiſitorē mittendus eſt.

Tertiò, ſi Sagarum (*vulgo Strega,*
38 *Maga, Venefica, Incantatrice, Fatuchiara*) Confeſſio excipienda ſit, cum quibus ipſe humani generis hoſtis præpoſteram libidinē exercere ſolet (ex voluptate enim ſe ſupponunt dęmoni, qui aſſumens corpus aereum puta hominis, aut animalis, agit carnaliter cum illis, prout notat *Graff in Prax. loc. cit. nu.* 7.) ſciat Confeſſarius, duplex mortale crimen admitti: vnum contra genus, alterū extra naturale vas. *Martin. Delrius lib.* 2. *Diſq. Mag. q.* 15. *in fin.*

Item quia Lamiæ ſemper ſunt pertinaces, & vix fieri poteſt, vt ex ignorantia peccent, & ſemper mora eſt damnoſa alijs, hinc ſciat etiam ſemper ſub mortali vnumquemque teneri confeſtim eas denunciare, etiam ſi cum hęreſi non ſit coniunctum earum crimen: & ideo qui non reuelant hoc crimen, extra confeſſionem Sacramentalem acceptum, indicium contra ſe ſaltem ad Inquiſitionem etiam ſpecialem præbere. Deinde ſagæ reuelandæ ſunt, quia delictum earum non cenſetur commiſſum, ſed committendum; & damna impendent proximo, & Reipublicæ, ideo in conſcientia quis non poteſt tacere; peccabit ergo hoc non faciens, ſed contra charitatem, non contra iuſtitiam idque omittendo non committendo, ideo non tenebitur ad reſtitutionem ad damna, & intereſſe partis, poſt *medinam, & Couarru. bene Clarus, quæſt.* 87. *& Farinac. de indic. & tortur. quæſt.* 51. *num.* 25. niſi ſit talis quo ex iuris pręſcripto reuelare tenebatur. *Sot.* quem refert & ſequitur *Menoch. de Arbitr. caſ.* 355. *num.* 3. *& Petr. Nauar. libro* 1. *de reſtitut. capit.* 2. *num.* 11. *&* 17. *ita Martin. Delrius tom.* 3. *Diſqu. Mag. libro quinto, ſect. quarta, fol.* 39.

Quartò, & ſi (quod auertat Deus) Religioſus, Clericus ſecularis, vel Regularis, hoc vitium Beſtialitatis
39 commiſerit, cum brutis videlicet luxuriæ cauſa turpiter ſe commiſcendo, tunc incidit in pęnas à Pio V. in Conſtitut. Horrendum illud ſcelus. contra Sodomitas, decretas. *Stephan. Quaranta. Verb. Sodomia. in Addit. Ampliat.* 2. Nam licet Conſtitut. illa tantum loquatur de Sodomita, ideſt de Clerico exercente vitium Sodomiæ, nihilominus habet locum etiam in illo, qui committit vitium Beſtialitatis, quandoquidem ex paritate, vel maioritate rationis etiam in pęnalibus de vno caſu ad alium grauiorem fit extenſio, quando in eo ſit eadem ratio, cum de mente legiſlatoris verisimi-

Digitized by Google

riſimiliter præſumitur. *Gloſ. & alij Doctores in capit. primo, de temp. ordin. Verbo. Italiæ. in 6. Rodriq in ſumm. p. 1. c. 209. num. 2.*

Quintò, animaduertat etiam Confeſſarius interrogare pęnitentem de numero peccatorum, quoties videlicet cum beſtijs ſe fœdauit; Con-
41 feſſarius enim tenetur interrogare de numero ſaltem probabili, cum ad Confeſſionis integritatem expreſſio tam ſpeciei & circunſtantiarum peccati, quam numeri neceſſaria ſit, vt de ruſticorum confeſſione in caſu Blaſphemiæ admonet *Nauar. conſilio duodecimo, de pęnitent. & remiſſ.* & ideo pęnitens tenetur certum numerum explicare, ſi ſciat, ſi autem neſciat certum, ſaltem conetur explicare propinquiorem; ad quod faciendum, rationem ſecum ponat, quoties in die, vel hebdomada, vel menſe, peccare ſolitus erat, vel circumcirca, quanto exatius potuerit, & numerum confiteatur certiorem, vel veriſimiliorem, addendo plus, vel minus. *Graff. de Arbitr. Confeſſar. libro primo, capit. decimoſeptimo, numero ſecundo, & par. prima, libro primo, deciſ. aur. capit. vigeſimo, numero deci-*
42 *mooctauo*, alias confeſſio nulla eſt, & omnino iteranda. *Ioan. Baptiſt. Corrad. par. prima, reſpon. Caſ. conſcient. quæſit. 40.*

Quò ad Abſolutionem; Primò videndum erit an pęnitens in aliquam
43 Cenſuram Summo Pontifici reſeruatã inciderit, quia ab illa prius abſoluendus erit.

Secundò, An proximæ peccan-
44 di occaſiones ſublatæ ſint; Abſolutionis enim beneficio indigni sũt, qui domi, vel in lecto animalia libidinoſo affectu detinent; Vnde niſi prius ab ipſis pęnitentibus (ſi ſui iuris ſint, & rerum ſuarum domini) interficiantur, aut ſaltem quomodocunque alienentur, nullo modo ſunt abſoluendi. *Graff. in Prax. loc. cit. numero vigeſimoquarto, & par. prima, libro ſecundo, dec. aur. cap. 89. numero ſecundo.*

Tertiò, conetur inducere pęnitentes ad perfectam contritionem ſuorum peccatorum, oſtendendo eis attrocitatem, & grauitatem huius criminis, adeo enim atrox eſt hoc
45 ſcelus, quod etiam pęna mortis ex diuinæ legis præſcripto puniri iubetur. *Exod. Cap. vigeſimoſecundo,* & *Leuit. Cap. vigeſimo.* Vbi etiam pecus occidi & deleri mandatur, cum quo huiuſmodi facinus perpetratur, eoquod bruta animalia tali flagitio contaminata indignam refricant facti memoriam. *capit. Mulier. 15. quæſtione prima, Roland. à Vall. libro ſexto, conſil. ſeptimo, Iul. Clar. §. fornicatio. verſ. cum Animali bruto.* ne igitur factum turpiſſimum, & nephandiſſimum amplius reducatur in memoriam hominum, ideo Beſtia ſimul cum homine interficienda eſt. *Graff. in Prax. loc. cit. numero nono.* Immo
46 ſecundum leges Ciuiles in quibuſdam Prouincijs, peccatum iſtud hac pęna punitur, videlicet quod reus huius criminis, vna cum Bellua ipſa igne exuritur in deteſtationem, & horrorem tam nephandi delicti. *Azor. loc. cit.* Ob huius etiam peccati enormitatem iuſtam præbet diuortij cauſam, vt ſi verbi gratia
47 Maritus hoc flagitium commiſerit, & id conſtet, Vxor iure ab eo ſeparari queat. *Sanchez libro decimo, de Matrimon. diſtinct. quarta, numero decimoquarto.* Item hoc peccatum vocatur peſſimum, vt exponit. Gloſa in *Cap. vigeſimoſeptimo Geneſ.* Accuſauit Fratres ſuos crimine peſſimo, dicit Gloſa, quia cum Pecoribus miſcebantur. *Diuus Thomas ſecunda, ſecundæ, quæſtione 154. artic. duodecimo, ad 4.* Item quandoque ex permiſſione Dei, ab ipſis beſtijs, cum quibus

coeunt, interficiuntur; Vnde legitur in Hiſtoria Græca, de quodam Paſtore apud Fluuium Cratim, qui coibat cum Capra, qui ab Hirco fuit interfectus. *Graff in Prax. loc. cit. numero* 10. Propter huiuſmodi etiam horrendas & nephandas copulas, mõſtruoſi partus prodire ſolent *Martin. Delrius tom.* 1. *Diſq. Mag. libro ſecundo, quæſt.* 14. vbi multa percenſet exempla. An autem hi ſalutari aqua abluendi ſint, vide *Card. Zabarel & Ioan Andr. in Clem.* 1. *§. ad hoc de Sum. Trinit. & fid. Cathol. Angel. & Syluest. Verb. Monſtrum. Nauar. conſil.* 3. *de Baptiſmo.* Cum ergo
49 tam nephandum, & horrendum ſit ſcelus, ideo Confeſſarius iniungat illis grauiſſimam pęnitẽtiam, v. g. quia Beſtiale ſcelus commiſerũt, ideo per aliquot dies Belluinam vitam agant, nempe vt nil coctum comedant, ſed crudis herbis famem expellant, & ſola aqua ſitim extinguãt; & ſi per multum temporis in hoc vitio inſorduerint, proprio ore, abſque manuum miniſterio more brutorum cibum capiant, & per aliquot noctes in ſtabulo ſuper pauimentum cubent; nam
50 ex Hippocritis placito *Aphor.* 6. *Extremis morbis, extrema & exquiſita remedia ſunt adhibenda*. Præſertim autem imponat eis aliquam pęnitentiam præſeruatiuam, vt ſcilicet quoties in poſterum in hoc flagitio prolapſi fuerint, toties, ſequenti die, in pane & aqua ieiunent; vel aliquam magnam ſummam pecuniæ, pauperibus tribuant; vel quid aliud aſperũ agant. Et ſi ei expedire videbitur, differat Abſolutionem, prohibendo ne per aliquot dies, vel hebdomadas ad Sacram accedant Communionẽ. Siquidem antiquæ Eccleſiæ conſuetudini conſonum eſt, & non parum ad animarum ſalutem confert, vt nullus poſt peccatum mortale præſertim atrox, vt eſt hoc, ad Altaris participationem, niſi poſt aliquot dies pęnitentiæ, & ſatisfactionis peractos admittatur. Et reuera conſentaneũ, eſt rationi, vt qui tam impie, diuinam prouocauit iram, & tam turpiter peccando Dei contempſit gratiam, non ſtatim ſe ingerat, ſed in timore & verecundia expectet, & magis in Voto, quam in Sacramento Chriſtum ſumat. *Petr. Sot. de remed. pecc. lect. quinta*, vt ſic ſaltem pęnarum & ignominiarum metu reſipiſcat, iuxta illud Regij Vatis *Pſal.* 82.
51 Imple facies eorum ignominia; & quærunt nomen tuum dominæ; ſiquidem:

Oderunt peccare boni virtutis amore;
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Gloſ. in l. 1. *in Verb. metu. ff. de Iuſt. & Iur.* Denique Confeſſarius præcipiat eis, vt ſaltem ſemel, vel bis in menſe, vel etiam qualibet hebdomada (iuxta qualitatem perſonarum) Confiteãtur, vt magis purificati, ad Euchariſtiæ Sacramentum accedant. Et hæc pro huius quinti Caſus reſeruati declaratione, dicta ſufficiãt, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti; Amen.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſexti Caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Firmanæ, qui talis eſt.

Percuſſiones contra Patres, & Matres, aut Auos, vel Auias.

PRo declaratione huius ſexti Caſus reſeruati, præter ea, quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid intelligitur nomine Patrum, & Matrum, Auorum, & Auiarum.*

2 *Quan-*

2 *Quando percutientes Patres, & Matres, aut Auos, vel Auias, incidunt in hunc Caſum reſeruatum, & quando nō incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt à Confeſſario circa Confeſſionem & Abſolutionem pœnitentium, Patres, Matres, Auos, vel Auias, percutientium.*

52 Circa primum; Vbi reſeruatio dicit, Qui Parentes percuſſerint. Vel, Parentum verberatio, ſeu percuſſio, tunc propriè nomine Parentum ſolū intelliguntur Pater, & Mater, Auus, Auia, Proauus, Proauia, & alij aſcendentes. *l. appellatione Parentum. ff. de Verbor. ſignific. Ioan. Capeauill. de Caſib. reſeruat. par. 2. capit. 4. quæſtio. 1. Horat. Gambar. tract. de Caſib. reſeru. caſ. 8. fol. 211. Armill. Verb. eod. numero 1. Graff. in Prax. libro primo, cap. 40. numero 21. & par. 1. libro ſecundo, dec aur. capit. 55. numero tertio.* Ita tamē vt nomine Patris & Matris, Aui, & Auiæ, non ſolū
53 mei, ſed & vxoris meæ intelligātur; & nomine Patris, Vitricus, & noīe Matris, Nouerca quoq; veniat. Non obſtat caſus ſtrictè eſſe interpretandos, & ideo non poſſe nomine parentum intelligi omnes ſuperiores conſanguineos, cum iuxta *l. Iuriſconſultus, §. Parentes, ff. de gradibus.* appellatione parentum veniant ſolum ſuperiores cognati vſque ad Tritauos; quocirca minus quoque poſſe intelligi Vitricum, & Nouercam cum propriè loquendo parētes non ſint. Hęc inquam non obſtant, quia reſponderi poteſt in hoc caſu honeſtatis ſeruādę cauſa, cuius maxima erga parentes habenda eſt ratio, fieri poſſe extēſionem; *arg. eorum quæ dicit Iaſon. in l. Prætor ait. ff. de in ius uocando.* Vbi inquit quod licet parētum appellatione veniant maiores tantum vſque ad Tritauum, tamen in caſu illius legis non licere vocare in ius parentes in infinitum ſine licentia, cauſa honeſtatis ſeruandæ. Sic in ſupradicto caſu, vt honor parentibus debitus ſeruetur, inijciens manus in parētes, vel percutientes parentes ſuperiores vſque in infinitum, & in eos qui proximè eorum locum tenent, & officio funguntur, vt ſunt Vitricus, & Nouerca, dicto caſui dici debet ſubiacere: *ita Ioan. Capeauill. loc. ſupracitat.* At in caſu noſtro aliter eſt dicendum; nam dicendo, Percuſſiones contra patres, & matres, aut auos, vel auias; nomine patrum, & matrum, ſolum patres & matres, qui nos carnaliter genuerunt, intelliguntur, & nomine auorum, & auiarum, tantum patres & matres, patrum & matrum noſtrorum intelligi debent. Cum enim littera exprimat tantum patres & ma-
54 tres, auos, & auias; ergo ad alios caſus non debet extendi; nam ſtatuta pęnalia regulariter extra ſuos caſus non debent extendi, vt notat *Graff. in Prax. loc. cit. numero 24.* aliud eſt enim pater, mater, auus, & auia, & aliud eſt haberi pro patre, matre, auo, vel auia, vnde à diuerſis non fit illatio. *l. Papinianus, ff. de minor. Graff. loc. cit. numero 41. in fin.*

55 Quo verò ad percuſſiones, notandum hic non habere locum illam diſtinctionem quam faciunt Doctores ſuper Canon. *Siquis ſuadente, 17. quæſt. 4.* in percuſſionem leuem, mediocrē, & enormem, de quibus loquuntur *Tolet. libro 1. cap 33. numero 1. & ſeq. Nau. in Man. cap. 27. numero 91.* & alij, & habetur in Extrauag. *Perlectis.* (Vide infra in declaratione primi Caſus reſeruati in Tabella Alculana.) Quia interdum percuſſio, quæ videtur leuis, tamen propter irreuerentiam erga patrem, matrem, auum, vel auiā, grauis, immo grauiſſima reputabitur. Hic ergo non conſideratur nec attenditur, an percuſſio ſit grauis, vel leuis, quia caſus loquitur indiſtinctè, & indifferenter de quauis percuſſione, & ideo tam de graui quam

Digitized by Google

de leui, intelligitur. Cum in Parentibus ſit peccatum mortale, etiam leuis percuſſio propter irreuerentiam. *Richard in 3. diſtinct. 37. Nauar. cap. 14. numero 12. Horat. Gambar. de Caſibus re-*
56 *ſeruat d. caſ. 8. loc. ſupracit.* Vbi tamen dignoſci non poſſit an percuſſio leuis vel grauis ſit, tunc vt dignoſcatur an ſit Caſus reſeruatus, arbitrio Iudicis relinquendum eſt. *Menoch. de Arbitr. Iudic. libro 2. cent 6. caſu 553.* quod Iudicium ad ſimplicem etiam Sacerdotē in foro conſcientię qui ab Epiſcopo habet abſoluendi facultatem pertinere poteſt, vt tradit *Tolet. libro 1 c. 33. num. 5. & Suarez. tom. 5. de Cenſur. diſput. 22. ſect. 1 num 92. in fin.*

Circa ſecundum; ex hactenus dictis, clarè deducitur, qui nam incidūt in hunc Caſum reſeruatū, & qui non incidunt.

Primò enim incidunt, omnes filij, qui Patres vel Matres, aut Auos vel Auias, ideſt Patres vel Matres ſuorū
57 Patrum, & Matrum, feriunt, vel quomodocunq; enſe, baculo, pugnis, calcibus, colaphis, grauiter, vel leuiter percutiunt. *Horat. Gambar. loc. cita: Nauar. vbi ſupra. d numero 12 Tolet. lib. quinto, cap. 1. numero 9. Rodriq. in ſum p. 1 cap 14 num. 5. Coſm. Philiarc. de offic. Sacerd. par. 2. lib. 4 cap. 21. Clau. Reg. lib. 7 cap. quinto, numero 2. Azor par. 2. Inſt. Moral. libro 2. cap. ſecundo, quæſtione 3.* etiam ſi filij ſint ſpurij; immo etiam Religioſi, puta, Sacerdotes, & alij Clerici Seculares. In Tabella autem Auximana *numero* 5. incidunt in caſum, ſolum qui Patrem, vel Matrem percuſſerint.

Secundò, & filij ex infidelitate, ad
58 Chriſtianam fidem conuerſi, Patres, vel Matres, Auos, vel Auias adhuc infideles, grauiter, vel leuiter percutientes; Caſus enim cū dicat indiſtinctè, & abſolutè, percutientes Patres, & Matres, aut Auos, vel Auias, nec diſtinguat de filijs, ſequitur quod nec nos diſtinguere debemus, vnde dicendum eſt, quod loquitur de omnibus filijs, tam de illis qui percutiūt Patres, vel Matres, Auos, vel Auias fideles, quam de ijs, qui percutiunt patres, vel matres, Auos, vel Auias adhuc infideles, dummodo, vt dixi, filij ſint catholici & fideles; & idem dicendū eſt, de Hęreticis effectis Catolicis, percutiētibus patres, matres, Auos, & Auias, adhuc Hæreticos.

Tertiò, & filiæ, cuiuſcunque generis ſint, non ſolum legitimæ, ſed etiā
59 ſpuriæ, etiam ſi Matrimonio iunctæ ſint, & in ędibus ſuorum maritorum habitant; immo etiam, ex infidelitate, ad fidem Catholicam conuerſę, quę, quouis modo, patres, matres, auos, vel auias, grauiter, vel leuiter percutiunt. Etenim cum Caſus, vt dixi, indiſtinctè & abſolutè loquitur, dicendo, percutientes patres, & matres, aut auos, vel auias, ergo abſolutè etiam de omnibus filijs, maribus, & fœminis intelligendus eſt, per regulam illam Iuris; *lex generaliter & indiſtinctè loquens, generaliter eſt intelligenda. Verba enim generalia ſecundum*
60 *ſui naturam generaliter intelligi debent. l 1. §. generaliter. de lega. præſtan. l. ſi finita. §. de cæteris. de dam. infect.*

Non incidunt autem; Primò, qui manum eleuant animo irato, cum pugno vel enſe, vt patrem, vel matrem, auum, vel auiam percutiant, quos ta-
61 men minimè tangunt. Peccant tamē mortaliter, propter iniuriam quam faciunt manum leuando actu percutiendi. *cap ſiquis pulſatus. de pęnit diſt. 1.* ratio quia reſeruatio loquitur de percutientibus; Vnde verba intelliguntur cum effectu. *cap. hæc autem verba. de pęnit. diſt. 1. & cap. relatum eſt. de Cleric. non reſident.* nam vbi facto opus eſt, ſigna voluntatis non ſufficiunt. *gloſ. in cap cum inter. el 3. de elect. in fin.* Quid enim obfuit conatus, cum in-
62 iuria nullum habuerit effectum, vt dicit text. *in l. 1. §. hæc autem verba, ff. quod quiſque iur. Graff. in Prax.*
loc.

Digitized by Google

loc.cit. numero 23. Horat. Gamb. vbi ſup. & Clau. Reg. d. libro ſeptimo, cap. quinto, numero 2.

Secundò, nec etiam qui animo irato ſignaret baculũ in capite Patris, vel Matris, Aui, vel Auiæ, dicens ni-
63 ſi eſſes Pater meus, Mater mea, Auus meus, vel Auia mea, modo cederem te; etenim licet iſte incideret in Canonem, *Si quis ſuadente*, ſi tangeret perſonam Clerici, non tamen incidit in hunc caſum; hæc enim reſeruatio loquitur de Verberante, ſeu percutiente; at iſte non percutit, ſed tantum ſignat, ſeu ictum in capite
64 menſurat; vnde à diuerſis non fit illatio. *l. Papinianus, ff. de minor.* & idẽ dicendum, quando filius leuaret baculum contra prędictos, velut verberaturus, vel percuſſurus, ſi non verberat, aut percutit, non comprehenditur ſub hac reſeruatione. *Graff. loc. ſupracit. numero 23. & 26.*

Tertiò, nec qui ignorantia probabili, quod eſſet Pater ſuus, Mater, Auus, vel Auia, quempiam eorum
65 percuſſit; v. g. ſi inter diem Laruatum incedentem, vel noctem habitu mutato, illum non cognoſcendo, forſitan ob noctis obſcuritatem, vel exiſtimans eſſe furem, etiam grauiter percuſſit. *Ioan. Capeauil. vbi ſupra. quæſtion. 2. & Graff. loc. citat. num. 28.*

66 Quartò, nec quando Pater, vel Mater, Auus, vel Auia, ludendo cum filio & ille iocosè eum percuteret, ſi filium ſtatim illum repercuteret, ſine tamen animo iniuriandi, ratio eſt, quia Caſus reſeruatio fit tantum de peccatis mortalibus, & talis repercuſſio non eſt talis, vt patet. *Graff. loc. citat. numero 27.* etiam ſi in huiuſmodi percuſſione, fieret aliquis exceſſus, modo non ſit mortalis, cum enim nõ ſit mortalis, ſequitur quod nec etiam erit Caſus reſeruatus. *Ioan. Capeauil. loc. cit. d. quæſt. 2.*

Quintò, nec ſi Filius vim vi repelleret contra Patrem, cum moderamine inculpatæ tutelæ, qui ipſum inua-
67 deret, etiam in ſua poteſtate degentem, & multo magis ſi emãcipatum, illum percuteret; etenim ſi filius ſe defendendo verberaret Patrem, iure quidem faceret, vt dixit Bartol. *in l. vt vim, ff. de Iuſtit. & Iur. Syluest. Verb. Bellum. 2. numero 7.* cum iure naturali licitum ſit ſe defendere *Diuus Thomas in Addit. 3. par. quæſt. 24. art. 1.* modo fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, quæ tunc dicitur, quan-
68 do quis facit illud, ſine quo aliter à manu Patris euadere non poteſt, qui iniuſtè eum inuadit, & in continenti, dum actu impugnatur, *Graff. loc. citat. numero 30. & ſequen. Azor par. 2. Iuſtit. Moral. libro ſecundo, cap. ſecundo, quæſt. 14.*

Sextò, nec qui percutit Patrem, vel alios ſupradictos, cũ aliter facere non poſſit, v. g. vt dictum Patrem ſuum à delinquendo arceat, vel ab
69 inimicis eripiat, vel à ſimili incommodo pręſeruet, vt puta, ſi ijs ex cauſis brachio illum vrget, faciens eum cadere in terra cum dolore. *arg. text. in cap. ipſa pietas. 23 quæſtio. 4.* Ioan. *Capeauil. d. quæſt. 2. & Graff. loc. cit. numero 37.*

Septimò, nec qui fugiendo inimicum, obuium habuit Patrem ęquitãtem, à quo equum petijt, vt commo-
70 dius fugere poſſet, & euadere à manibus inimici, quem cum ille negaſſet, vt contra inuadentem tueri poſſet, illud de equo deiecit; quod intellige, quando aliter filius eſſet occidẽdus, quia cum ſit in caſu extremę neceſſitatis, debebat Pater, immo quicunque extraneus commodare illi dictum equum, cum neceſſitatis tempore omnia ſint communia; cum igitur in tali caſu filius nec mortaliter deliquerit, fit vt in eo Caſus reſeruatio non habeat locum. *Graff. loc. cit. numero 38.*

Octauò, nec qui ex ſubita paſſione, & abſque perfecta deliberatione, Pa-

71 trem, Matrem, Auum, vel Auiã per-
cutiat, ita vt aduertẽs quid faciat, ſta
tim retrahat manum, vt fieri ſolet in
primis motibus; ratio quia talis per-
cuſſio non eſt mortifera. *Io.Capeau.lo.
cit.d.q.2.*

Nonò, nec qui verbis iniurioſis, &
maledictis Patrem, Matrem, Auum,
vel Auiam, contriſtat & affligit, &
72 ſubinde verbera minatur, vel minis
cogens illum, vel illos, aliquid ſibi
dari, ſi prædicta verbera non ſequan-
tur, quamuis peccet mortaliter, vt
tradunt *Nau.Tolet.Clau.Reg.& Azor.
loc ſupr cit.* & ratio eſt, quia reſeruatio
vt ſæpe dictum eſt, intelligẽda eſt de
actibus exterioribus cum effectu de
verberantibus, & non de metum in-
cutientibus. *Io.Capeau.d.q.2.& Graff.
loc.cit.nu.43.* Inciderẽt tamen in quar
tum Caſum reſeruatum in Tabella
Feretrana, vt ibidem adnotabo.

Circa tertium; Praxis obſeruanda
à Confeſſario circa confeſſionem, &
abſolutionem pęnitẽtium Patres, vel
Matres, Auos, & Auias, percutiẽtiũ,
hæc erit.

Circa confeſſionem, Primò confeſ
73 ſarius animaduertat, non ſufficere
pęnitentem dicere, ſe hominem per-
cuſſiſſe, ſed neceſſariò ſpecificare de-
bet ſe videlicet percuſſiſſe Patrem
ſuum, Matrem, Auum, vel Auiam,
quia hæc circũſtantia mutat ſpeciem
peccati ſecundum *D.Thom.1.2.q.76.
art.3.* & ideo neceſſariò eſt Confiten-
da. *Io.Capeau.loc.ſuprac q.3.* Filij enim
ſi Parentes ſuos odio habent, ſi malũ
aliquod, quod ſit alicuius momenti,
illis optent, ſi illis nunquam ſigna
amoris exhibeant & oſtendant, ſi in
illos maledicta conijciant, ſi eos con
tumelijs laceſſant, ſi grauiter incre-
pent, ſi paſſim aſperè & durè tractẽt,
ſi eos notabiliter lędunt, vel in eos
manus inferãt, illos grauiter, vel etiã
leuiter percutiendo, in omnibus his
74 peccatis Confitendis, Parentum
circunſtantiam oportet ęxprimere;
ſic *Alexand. de Ales. 3. par. quæſt. 33.
Angel.Verb.Filij num.30.Syluest Verb.
filij.q.22.Tabien.Verb. filij.q.16. Ar-
mill.Verb.Filius.num.2.& 22. Nauar.
Man.cap.14.num.11.Clau.Reg.loc citat.
numero 7.& ſeq.Azor. d. par.2. Inſtit.
Moral.libro 2.cap.2.q.2.& 3.*

Secundò, interroget diligenter;
An percuſſio fuit ſanguinolenta, vel
adeò grauis, vt oculum eruerit, vel
membrum mutilauerit, aut ſaltem
75 debilitauerit; ſi ob vulnus, cicatri-
cem in faciem Patris, Matris, Aui,
vel Auiæ, reliquerit; ſi illos, vel quẽ-
piam eorum per ſcalam vel alium lo-
cum, præcipitauerit; ſi inedia eos pe
rire ſinuerit, vel ad hoſpitale paupe-
rum miſerit; ſi Matrem grauidam,
ob percuſſionem, abortiri fecerit; ſi
Auum, vel Auiam, ob nimiam fortè
ſenectutem, cęcum, vel cęcam, in ter-
ram, ioci gratia, cadere fecerit. Si Pa-
76 ter, vel Mater, quem, vel quam per-
cuſſit, erat Religioſus profeſſus, vel
profeſſa alicuius Religionis appro-
batæ, vel etiam ſaltem Nouicius, ſeu
Nouicia, quia ſic eſſet excommuni-
catus. Hæc enim omnia, in Sacra-
mentali Confeſſione, neceſſario ſunt
exprimenda; Item interroget quare
Patrem, Matrem, Auum, vel Auiam,
percuſſit, an ſcilicet hoc fecerit ab ali
qua tentatione præuentus, vel eam
præueniendo, & ſi præuentus an ſcie
bat quid faceret; An fuerit aſſuetus
ad prædictos verberandum; & dæ-
mum an alijs filijs exemplum fuerit
in operatione ſui criminis; omnis
enim iſta varietas Confitenda eſt, &
deflenda, vt cum cognouerit quod
peccatum eſt multum, cito inueniat
Deum propitium, ita notat *Graff.loc.
cit.nu.45.*

Quo ad Abſolutionem; Primo
Confeſſarius inquirat, An Pater &
Mater, quos percuſſerunt, ſint Reli-
77 gioſi, quia ẽt ſi ſint Nouitij, vel ſi ſũt
tantum in ordinibus minoribus cõſti
tuti, immo ſolum prima tonſura
ſint

Digitized by Google

ſint inſigniti; etiam ſi ſint Coniugati, dummodo cum vna, ac Virgine, atque geſtent habitum,& tonſuram, illos verberantes, vel percutientes, incidunt in excommunicationem, *Canon. ſi quis ſuadente diabolo*, 17.*q*.4. reſeruatam Summo Pōtifici, ad quem, vel ad eius habentem auctoritatem, pœnitentes pro abſolutione mittendi ſunt.

Secundò, inducat pœnitentes ad veram, & perfectam cōtritionē ſuorum peccatorum, oſtendendo eis attrocitatem, & grauitatem huius criminis; ſiquidem hoc peccatum, vt pa

78 tet in multis locis ſacræ ſcripturæ, ſummoperè a Deo punitur; in *Exod. c.*21.*& Leuit.*20.dicit Deus. *Qui maledixerit Patri ſuo, aut Matri, morte moriatur.* Deuteronom.*c.*21.filius inobediens mandatur lapidibus obrui, *Prouerb.c.*19 dicitur, *Qui affligit Patrem,& fugit Matrem, ignominioſus erit & infelix,& c.*20.*Qui maledicit Patri, & Matri, extinguetur lucerna eius in medijs tenebris. Azor loc.ſupracit.* Hinc, ethnici in tantum exhorruerunt hoc peccatum, vt nullam pœnam condignam ſatis huic peccato excogitare poterant, eſt enim directè contra legem naturæ. Vnde *Euripid. & Seneca*, Oreſtem Matricidam furijs agitatū

79 fingunt. Et Nero etiam Matricida ſuis manibus perijt, ex Auxon. *Nero Matricida uim proprij pertulit enſis.* Abſalon etiam, qui contra Dauidem Patrem arma ſumpſit, miſerè interijt, 2.*Reg. c.*18.& lege olim lata, patricida primo virgis cędi iubetur, deinde in ſacco corij cum Cane, Gallo, Vipera,& Simia conſutus, in mari iactari, vel Beſtijs proijci iubetur, *ff.de patricid.l.pen.C.eod.l.*1.*Clau. Reg. lib.* 7.*c.* 5.*num.*2. Et nunc hiſce noſtris temporibus, proprijs oculis, Dei vltionem

80 clarè conſpicimus in huiuſmodi filijs; quod quidem mirum non eſt, quandoquidem digni vltionis iudicio plecti debent, qui parētibus ſunt rebelles: vt qui Patri non obediuit, à filijs contemnatur: & qui parentes expulit, à filijs expellatur: & qui parētum mortem optauit, eiuſdem etiam cum deſiderio expectetur, & qui opprobrioſis iniurijs, & contumelijs parentes offendit, a conſimilibus offendetur; & qui parentes pugnis, & calcibus, enſe, vel baculo verberauit, eiſdem à filijs ſuis verberetur, ſicut dicitur *Lucæ c.*6.eadem menſura qua menſi fueritis, remetietur vobis; eandem enim ſalſam filij parentibus reddunt, qualem ipſi parētibus tradiderunt, quia qualis Pater, talis filius.

81 Hoc patet exemplo; In Corſica dū filius verberaret patrem ſuum in medio viæ, & traheret ipſum per capillos,& barbam percutiendo ipſum pugnis, & pedibus, poſtquam traxit eū vſque ad certum locum, Pater lacrimoſis gemitibus incepit dicere verſus filium, non plura fili, non plura, nam iuſtitia Dei volente rectè feciſti, quia in iſto loco,& modo quo me traxiſti verberando, traxi & ego Patrem meum, ita quod feciſti vindictā Aui tui, *D. Bernardin. Senen. tom.*2.*ſerm.* 17 *c.*7.*& tom.*4.*ſerm.*12.*p.*2.*fol.*55.vbi alia refert exempla. Vnde merito tales peruerſi filij maledicūtur à Deo;

82 *Maledictus qui non honorat Patrem ſuū. Deutero c.*27.*Maledictus à Deo qui exaſperat* Matrem. *Eccl c.*3.*Maledictus qui cōtriſtat Patrem ſuum Eccleſ.c.*3. Qui malè tractat Patrem, nunquam eſt contentus de filijs, quos generat, qa aut moriuntur infeliciter, aut naſcutur filij monſtruoſi,& ſimilia. Tales etiam habent ſuper ſe indignationē diuinam; Vnde eſt aliquorū opinio,

83 quod Iudas proprium interfecerit Patrem,& propter hoc ſemper ſupra ſe habuit diuinam indignationē, donec factus proditor Chriſti, ſeipſum laqueo ſuſpendit. Denique tales crudeles filij, æternam habent damnationē, quia in die Iudicij dicet Deus, ſi ego condemno in ignem æternum

extraneos, qui non prouiderunt pauperibus, quanto magis condemnabo eos, qui proprijs parentibus nō ſubuenerunt, & ideo talibus malis filijs dicet; Item maledicti in ignem æternum, *D. Bernardin. loc. cit. d. ſer. 12. p. 3. in fin.* cum ergo hoc, vt dixi, eſt tam graue peccatum, ideo Confeſſarius ſeuerè ſe gerat erga filios huius criminis reos, inducendo eos vt non ſolum priuatim, & ſecretè veniam, cum corrigia ad collum omnino in terra genuflexi, a parentibus petant, oſculando etiam illorum pedes, ſed etiam ſatisfaciant ijs quibus fuerunt occaſio mali exempli, *arg. cap. porro. c. Parochianos. de ſent. excom.* & non ab-
84 ſoluat eos, donec huiuſmodi veniam petant; & quia hoc crimen impium & in humanum eſt, hinc bonū eſſet illos aſtrigere voto, aut Iuramento, vel promiſſione ad illud amplius nō committēdum antequam abſoluat. Verum hoc remittitur arbitrio Cōfeſſarij, *arg. tex. in c. clericos. Verb. redeūtes. de cohabitat. Clericor. & Mulier. iuncta gloſ.* & tandem iuxta qualitatem perſonarum, & contritionis, poterit vel eos abſoluere, aut aliquantulum ſupraſedere, differendo, ſi ei videbitur expedire per aliquod tempus, abſolutionem, iniungendo aliquam pœnitentiam præſeruatiuam, & faciendo eos abſtinere a perceptione Sacratiſſimæ Eucharistiæ, vt magis purificati accedant iuxta, *c. omnis de pœnit. & remiſſ.* ex Graff. *in Prax. loc. ſupracita. num. 46.* & hæc pro huius ſexti caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad ludem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti incipit declaratio ſeptimi, & octaui Caſuum reſeruatorum, eiuſdem Tabellę Firmanæ, qui tales ſunt.

Homicidium voluntarium, aut Abortus ſtudioſè ſequutus.

Notarij qui infra duos Menſes non denuntiant Illuſtriſſimo Archiepiſcopo, aut eius Vicario generali, vel ſuis Rectoribus, & Vfficialibus, legata facta in fauorem Pauperum, vel piorum locorum.

PRo declaratione horum ſeptimi, & octaui caſuum reſeruatorum, circa ſeptimum, quo ad *Homicidium voluntarium*, dicas vt in declaratione primi caſus reſeruati in Tabella *Auximana*, & quo ad abortum, vt in explicatione ſeptimi caſus reſeruati in Tabella *Maceratenſi*. Circa vero octauum, & vltimū, vide in Tabella *Anconitana* in declaratione ſexti caſus reſeruati per totum; ibi enim optimam amplamque declarationem huius caſus, reperies; cui tamen hoc dūtaxat fore addendum cenſeo, nem-
85 pe, quod in hunc caſum incidunt, vt dicitur in littera, Notarij, qui infra duos menſes non denuntiant Illuſtriſſimo Archiepiſcopo, aut eius Vicario Generali, vel ſuis Rectoribus, & Vfficialibus, legata facta in fauorem Pauperum, vel piorum locorū. Qui minimè ſint capaces abſolutionis, niſi prius efficienter non denuntiauerint. Et hæc pro dictorum ſeptimi, & octaui caſuum reſeruatorum, ac ſimul totius iſtius Tabellæ Firmanæ declaratione dicta ſufficiant ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

QVAE-

Digitized by Google

QVÆSTIO III.

De Caſibus Reſeruatis Archiepiſcopo Vrbini.

Circa hanc tertiam quæſtionem quæritur quot, & quales ſunt caſus reſeruati Archiepiſcopo Vrbini, ad quod breuiter reſpondeo dicendo. Caſus, quorum abſolutionem, nunc in ſua Diæceſi, ſibi reſeruat Ordinarius Vrbini, ſunt hi qui in præſenti Tabella continentur.

Tabella Vrbini.

1 *Non ſatisfacientium legatis, & obligationibus pijs, & Notariorum illas Ordinario non denuntiantium.*

2 *Sacrilegorum, Maleficiorum, & ſcienter ſuperſtitionibus vtentium, dummodo non adſit error in intellectu, quia tunc eſt reſeruatum Sedi Apoſtolicæ per Bullam in die Cœnæ Domini legi conſuetam.*

3 *Stuprum violentum; Sodomiticum vitium; Inceſtum in primo, & ſecundo Cognationis, & Affinitatis gradu committentium; & Choeuntium cum Brutis.*

4 *Conficientium ſcienter Contractus Vſurarios apertos, vel palliatos.*

5 *Fornicantium cum Iudæo, vel Iudæa, & cum eiſdem nimiam familiaritatem habentium.*

6 *Detinentium in lecto cum probabili periculo Infantes, qui annum non expleuerint.*

7 *Componentium ſuper Decimis futuris eorum Eccleſiis debitis, abſque Apoſtolica, vel Ordinaria licentia, vel ad certam quantitatem reducentium, & exigentium.*

Declaratio huius Tabellæ.

IN Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio primi Caſus reſeruati huius Tabellę Vrbini, qui talis eſt.

Non ſatisfacientium legatis, & obligationibus pijs; & Notariorum illas Ordinario non denunciantium.

PRo declaratione huius primi Caſus reſeruati, præter ea, quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt legatum pium.*

2 *Quando non ſatisfacientes legatis, & obligationibus pijs, & Notarij illas Ordinario non denunciantes incidunt in hunc caſum reſeruatum, et quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionē pœnitentium legatis, & obligationibus pijs non ſatisfacientium, & Notariorum illas Ordinario non denuntiantiū.*

CIrca primum; Quid ſit legatum piū patet ſupra in declaratione ſexti caſus reſeruati in Tabella Anconitana.

1 Circa ſecundum; Quando pœnitentes legatis, & obligationibus pijs non ſatisfacientes, & Notarij Ordinario illas non denunciantes incidunt, vel non incidunt in hunc caſū reſeruatum; quo ad pœnitentes legatis, & obligationibus pijs non ſatiſfacientes habetur ſupra in declaratione

tione decimi caſus reſeruati in Ta-
2 bella *Fanenſi*, & circa Notarios illas ordinario non denunciantes, habetur in explicatione ſeptimi caſus reſeruati in Tabella *Callienſi*. Vbi etiã habetur qualis Praxis circa hunc caſum a Confeſſario eſt obſeruanda, vide ibidem, & hæc pro eius declaratione modo dicta ſufficiant, ad laudẽ & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſecundi caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Vrbini, qui talis eſt.

Sacrilegorum, Maleficiorum, & ſcienter ſuperſtitionibus vtentium, dummodo non adſit error in intellectu, quia eſt reſeruatum Sedi Apoſtolicæ per Bullam in die Cænæ Domini legi conſuetam.

PRo declaratione huius ſecundi caſus reſeruati, certè hic multa eſ-
3 ſent dicenda, niſi in Tabella *Anconitana* in explicatione primi caſus reſeruati, & in Tabella *Firmana* in explicatione ſecundi caſus, ſufficienter eſſet explicatus, & declaratus; ne ergo ea, quæ ſemel dicta ſunt, iterum inaniter repetamus, ideo hæc pauca tantum, modo pro eius declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti incipit declaratio tertij caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Vrbini, qui talis eſt.

Stuprum violentum; Sodomiticum vitium; Inceſtum in primo, & ſecundo Cognationis & Affinitatis gradu committentium; & Coeuntium cum Brutis.

PRo declaratione huius tertij caſus reſeruati, qui, vt patet, continet quatuor, ſcilicet *Stuprum* violentum; *Sodomiticum vitium; Inceſtum in*
4 *primo & ſecundo Cognationis, & Affinitatis gradu, et Peccatum coeuntium cum Brutis*. Cum circa ſtuprum violentũ, ſufficiant ea, quæ dicam in declaratione quinti caſus reſeruati in Tabella *Camerinen.* pro explicatione iſtius primæ partis huius caſus, ideo ad prædictam declarationem Confeſſorem remitto. Circa vero vitium ſodomiticum, in hunc caſum incurrere cenſeo, nõ ſolum ſi Maſculus cum Maſculo coeat, ſed etiam ſi cum fœmina in vaſe indebito, ſe immiſceat; ac etiam ſi fœmina cum alia fœmina ſodomiticè ſe fœdat; nam licet pro-
5 priè ſodomia ſit concubitus maſculi cum maſculo, & fœminæ cum fœmina in vaſe indebito perpetratus; & ideo coitus maſculi cum fęmina in eodem vaſe, non ſodomia, ſed peccatum inominabile, ſeu monſtruoſum diſtinctum a ſodomia, appelletur, vt ſupra *ex Azor. & alijs*, in explicatione quarti caſus reſeruati in Tabella *Anconitana* dictum eſt; nihilominus ex communi vſu loquẽdi, & recepto more, talis concubitus ſodomia vocatur, & pro tali habetur, & iudica-
6 tur; quamuis enim in caſibus reſeruatis fiat ſtricta interpretatio, & attendatur propria ſignificatio verbi, tamen quando communis vſus loquendi, repugnaret propriè ſignificationi verborum, cõis vſus eſt præferendus, licet ſit improprius, *l. liberorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de legat. 3. vbi Bartol. & l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iure. Philipp. Franc. in c. 1. de temp. ordinat. in 6.* cum ergo ex communi vſu loquendi, & recepto more, talis concubitus, ſodomia vocatur, ſequitur quod non ſolum incidit in hunc caſum reſeruatum, maſculus qui cum maſculo concumbit, ſed etiam cum fęmina præpoſtera venere in vaſe indebito cognoſcit, tum quia maius peccatum videtur coire cum fœmina in vaſe indebito, quæ habet vas natu-

naturale,quã cum Mare; & cum ſit maius peccatum, interpretanda eſt mens Ordinarij, vt ſub illis verbis, quibus vtitur in ſua Tabella in reſeruatione huius caſus,nempe; *Sodomiticum vitium*; Vel dicendo,*Peccatum ſodomiæ exercentes*,velit comprehendere illud perpetrantes, ſeu exercentes cum muliere ex maioritate rationis, cum ſimus in his, quæ ſunt eiuſdem
7 generis,vnde fit extenſio.*cap.pœnale.* 14.*q.*1.*c.Meretrices* 32.*q.*4.ita ex *Graff. lib.*1.*c.*11.*num.*22. *& ſeq.* cætera pro perfecta declaratione huius caſus, vide in ſupradicta Tabella *Anconitana*. Circa Inceſtum in primo,& ſecundo cognationis, & affinitatis gradu, ea quæ ampliter dixi in explicatione ſecundi caſus reſeruati in eadem Tabella *Anconitana* ſufficere noſcens, ideo Confeſſarius diligenter declarationem prædicti caſus perlegat. Tandem, circa *Peccatum coeuntium cũ Brutis*,præter ea,quæ dicunt Summiſtę, & alij Doctores de hac fœda materia pertractãtes,tria ſunt declarãda.

1 *Quid intelligitur nomine Brutorum.*

2 *Quando coeuntes cum Brutis incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario, circa Confeſſionem & abſolutionem pœnitentium cum Brutis coeuntium.*

8 CIrca primum; breuiter,appellatione Brutorum veniunt omnia animalia terreſtria,vtCanes,Sues,Vaccæ,Oues,Capræ,Equi, Aſini,& huiuſmodi; & Piſces & Aues, vt Gallinæ Anſeres,Collumbæ,& alia ſimilia,nam idem ſignificant hæc verba, Coeuntes cum Brutis, ac ſi diceret; Coeuntes cum beſtijs. Vbi autem reſeruatio diceret, Coeuntes cum animalibus;cum appellatione animaliũ comprehendantur tãtum terreſtria, tunc Aues,& Piſces, non includuntur, *Graff.in Prax.lib.*1.*cap.*12.*num.*2. *& ſeq.*& notandum quod coire dicitur a cõ,ideſt ſimul & eo, ſcilicet qñ tam vir,quam vxor coeunt, & ſimul conferunt in vnum id,quod requiritur ad prolis generationem hoc eſt, ſemen; in alijs autem cõiugatis ſignificat hoc verbum,coniunctionẽ corporum; ideſt copulam,quæ propriæ dicit coniunctionem Maris,& fęminæ in vaſe naturali cum effuſione ſeminis; hic vero ſecundum ſubiectam materiam accipitur pro congreſſu, ſeu concubitu, qui fit, intra,vel extra vas naturale, vel inaturale, Animalis Bruti, in quauis etiã parte corporis, nã talis dicitur coitus, hoc eſt coniunctio, ex quo ſequitur fœdatio corporis cum ipſo animali Bruto. ex *Graff.loc.ſupracit.num.*5.*&* 12.

Circa ſecundum; ex hactenus dictis, liquidò patet,qui nam incidunt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

9 Primò enim incidunt, qui turpiter cum Canibus, Vaccis, vel alijs quibuſcunque animalibus brutis, quomodocunque intra, vel etiam extra vas illorum ſe immiſcent; nam cum beſtijs nullus datur naturalis coitus, quo fit, vt reſeruatio intelligatur de quacunque turpitudine,modo ſequatur pollutio, quia reſeruatio loquitur per Verbum, Coeuntium, quod propriè denotat turpitudinis conſummationem, vt notat *Hor. Gambar.tract.de caſibus reſeruat.caſ.*2.*num.*7.*fol* 257. idem cenſendum de alijs Beſtijs,& Animalibus Brutis,vt Ouibus,Equis,Aſinis,Gallinis,Anſerib. Collumbis,& alijs; etiã ſi extra vas, in quauis parte corporis ſequatũ pollutio, cum coire ſignificet etiam cõiunctionem corporum, etiam ſi conſummatio actus, ideſt fędatio,ſit ſolum ex parte hominis. *Graff.loc.cit.n.*12.*& ſeq.* vbi etiam ait,quod licet reſeruatio dicat Coeuntium cum brutis,

tis, & propriè coire ſit coniunctio maſculi cum fęmina, tamen intelligitur etiam ſi cum maſculis ſit fędatio; verba enim Conſtitutionis pęna-
10 lis extēduntur, ad caſum, in quo maior eſt ratio, at negari nō poteſt, quin ſit maius, & deteſtabilius peccatum in maſculo, quam in fęmina, ergo extenditur; Immò (vt proprijs verbis vtar) includitur talis caſus, *glo. in c. 1. verbo, Italiæ. de temp. ordinat. in 6.* vt expreſsè patet ex verbis reſeruationis, cum enim caſus dicit, *Coeuntium cum Brutis*, ſimpliciter, loquens generaliter, ergo generaliter etiam eſt intelligendus, quod ſcilicet comprehēdantur tam maſculi quam fęminæ.

11 Secundò, & Brutis Animalibus ſe ſubijcientes; ſicut tempore Leonis decimi in Monte Faliſco contingit, in eo enim loco repertus fuit quidā muliebra patiens Canibus agētibus, ob quam cauſam tam Canes, quam ipſe publicè combuſti fuere. Non q Canes fuerint in culpa, ſed vt citius a memoria hominis hoc graue ſcelus deleretur, *cap. mulier. 15. q. 1.* vt tradit Borgias, qui fuit ipſius cauſæ iudex, *Simon Maiol. de Irregul. lib. 5. cap. 44. nu. 1. in fine.* Cum enim caſus reſeruatio dicit, *Coeuntium cum Brutis*, ergo intelligitur tam actiuè, quam paſſiuè, cū etiam deformius ſit paſſiuè, quā actiuè, ita *Graff. conſi. 3. de Adult. num. 16. & in Prax. loc. ſupracit. nu.* 18. In quod
12 execrabile flagitiū, magis mulieres, quam Mares incidere, nonnulli autumnant doctores; Hinc *Virgil. in 4. Aeneid. de Phaſiphe ait.*

Hic crudelis amor Tauri ſuppoſtaq. furto.
Paſiphee mixtū genus, proleſq. biformis.
Monotaurus ineſt Veneris monumenta nefandæ.

Semiramis adeò luxurię dedita erat, vt equo vti minimè erubeſceret. Clauca, vt narrat Elianus, cum Cane coibat, ac ſi eius maritus foret. Glaueppes, teſte Tatiano in Orat. contra gentes, rem habuit cum Elephanti; In egipto in Inſula, quæ appellatur Mendes tradunt Hærodotus in ſecū do, & Strabo in decimoſeptimo ex Pindaro, quod mulieres ibi degētes coniunguntur cum Hircis. Vulteranus in *li. 32. Philoſophiæ*, fatetur in Italia, quandam Iuuenculam ex Cane, peperiſſe Semicanem, ideſt fętum cum manibus, & pedibus & auribus canis, reſiduus vero erat Homo. Qđ certè mirum quoque videtur, vt etiā in ſacris litteris de huiuſmodi teterrimis congreſſibus mentio fiat. Vn-
13 de *Leuit. c. 18. Mulier non ſuccumbet Iumento, nec miſcebitur ei, quia ſcelus eſt, & c. 20. Mulier quæ ſuccubuerit cuilibet Iumento, ſimul interficietis cum eo*, quod confirmat D. Aug. ſuper Leuit. *c. 20. q. 74.* prout habetur in *c. mulier. 15. q. 1.* dicens, *Mulier, quæ acceſſerit ad omne pecus aſcendi ab eo, interficietis mulierē, & pecus morte moriantur, rei ſunt. de his etiā* loquitur. *l. fœdiſſima. C. de adul. & Apoſtol.* epiſto. 1. *ad Rom. c. 1. ita ex Ioſeph. Paſſo. Delle Donne luſuriosſe. diſcorſ. 4. in fine. & Aluar. de planct. Eccle. lib. 2. c. 2. verſ. Alia vindicta, & D. Anton. p. 3. tit. 1. c. 25.*

14 Tertiò, etiam, cum quibuſcunque Animalibus Brutis, Maribus, vel fęminis, etiam mortuis, quomodocunque intra, vel extra vas, ſe polluētes; coire enim, vt dixi, cum Brutis, nil aliud eſt, niſi concubitus ſeu coitus, qui fit intra, vel extra vas naturale, in quauis parte corporis Animalis Bruti, cum coire ſignificet coniunctionem corporum, etiam ſi conſummatio operis, ideſt fędatio, ſequatur ſolum ex parte hominis; nam ad incurrendum hunc caſum, nil refert an
15 Animal Brutum ſit viuum, vel mortuum, dummodo enim ex parte hominis ſequatur pollutio, talis pollutio facta circa corpus Animalis mortui, ſufficit; Reſeruatio enim indiſtinctè, & abſolutè dicit, Coeuntium cū Brutis, nullam mentionem faciēs de Brutis viuis, vel mortuis, ergo nec

nos

nos facere debemus; cum iuxta Regulam Legalem, *Vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. l. de pretio ff. de publician.* immo cum turpius, fędius, monſtruoſius, & grauius ſit coire cum animali bruto mortuo, quam cum viuo, a fortiori magis hunc caſum incurrere cenſendi ſunt ſe pol-
16 luentes cum dictis brutis mortuis; Etenim licet, vt alias dictum eſt, cũ caſus reſeruatio ſit ſtricti iuris non debeat excedere proprium caſum, tamen ad caſum in quo eſt maior ratio, cum ſimus in his, quæ ſunt eiuſdem generis, fit extenſio, imò includit ēt alios caſus atrociores, dummodo ij ſint eiuſdem generis, vt not. *Graff. in Prax. lib. 1. cap. 4. Regul. 6. num. 34.* &
17 ideo reſolutoriè dico quod non ſolum incidunt in hunc caſum ſe polluentes cum brutis animalibus viuis, ſed etiam ſe fędantes cum mortuis.

18 Quartò, ſaluo meliori iudicio, credo, quod etiam incidunt, cum dęmone, agēdo, vel patiendo, rē carnalē habentes; *arg. Graff. conſi. 3. de adul. num. 16.* quod patet, quia vt obſeruat Graff. *in Prax. d. cap. 12. num. 2.* dicēdo Ordinarius, *Coeuntes cum Brutis*, eſt ac ſi diceret, Coeuntes cum beſtijs; at ſecundum *Clau. Reg. lib. 8. c. 5. n. 19.*
19 ad beſtialitatis ſcelus pertinet, & reducitur concubitus cum dęmone, quando in aſſumpto corpore ille fit incubus, vel ſuccubus, de quo vide ſupra in declaratione quinti caſus reſeruati in Tabella Firmana, ergo; Quamuis autem hoc ſit valde probabile, nihilominus contrarium eſt verius, quandoquidem vt docet idem *Graff. loc. ſupracit. num. 11.* ſolum includitur concubitus cum dęmone, quādo Reſeruatio dicit ſimpliciter, *Beſtialitas*, Vel, *Vitium Beſtialitatis*; tunc enim includuntur non ſolum coeuntes abutendo rei animata non eiuſdē ſpeciei, vt aliqua beſtia, ſed etiam cũ dæmone, vt ait *Caiet. 2. 2. q. 154 ar. 11. ad 3.* Quando vero Reſeruatio ſit his verbis, *Cum Beſtijs coeuntes*; Vel, *Coeũ-*
20 *tes cũ Brutis*. tunc cōprenduntur tm̃, qui coeũt cum aliqua beſtia terreſtri, & alijs brutis, videlicet cũ Canibus, Equis, Vaccis, Ouibus, Capreis, Gallinis, Anſeribus, Collumbis, & alijs huiuſmodi; cum igitur *Incluſio vnius,*
21 *excluſio ſit alterius l. cum prætor. de iudicib.* ſequiturq; ſub hac reſeruatione, minimè ſe, cum dæmone actiuè, vel paſſiuè turpiter copulātes, icludunt.

22 Non incidunt autem; Primò, qui cum brutis fęde ſe immiſcentes, actũ non perficiunt, nimirum cum minimè intra vas, vel extra Belluæ maſculi, vel fęminæ, facta ſit ſeminatio; cũ ad incurrendum caſum reſeruatum, vt ſæpe dictum eſt, neceſſario requiritur, quod actus ſit perfectus, & cōſumatus, vt tradit *Graff. in Prax. lib. 1. c. 13. num. 37.* peccabunt tamen mortaliter quoties id effecerint.

23 Secundò, nec qui, cum dæmone coeundo, virum vel mulierem eſſe exiſtimabant, & ſi in caſum ſodomiæ incidere cenſendi ſunt, ſi ipſo dæmone, qui alienum corpus aſſumpſit, ꝑpoſtera libidine, abuſi fuerint.

24 Tertiò, nec qui habent animum firmum, & reſolutum velle coire cũ animali bruto, ſi ad opus nefandum non perueniunt; etiam ſi manib. vel quouis alio inſtrumento, ipſum animal in partibus obſcenis, tangant, & proprijs manibus, extra vas, vel alias quaſcunque partes corporis eiuſdem animalis, ſe polluant; ad incurrendũ enim hunc caſum, oportet vt coeant cum dicto animali, vel circa aliquas partes corporis ſe fędant, ita vt actus ſit perfectus, & conſummatus, ideſt ex parte hominis intra vas animalis, vel circa eius corpus ſequatū pollutio.

25 Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem pęnitentium cum brutis coeuntium, ea erit, quæ poſita eſt ſupra in Tabella Firmana in declaratione ſupradicti quinti caſus reſerua-

ti, vi-

Digitized by Google

154.*art.*11.*dub.*3.*Graff.in Prax. loc.cit. d.c.*12.*nu.*8. Non erit tamen neceſſa-
36 rium in Confeſſione explicare cum quali dæmone, vel quali beſtia pęnitens rem habuerit; nec quęrere de nomine Bruti, vel loco corporis vbi ſe fędauit; quia beſtialitas eſt ſpecies ſpecialiſſima, & vnum eſt ſpecie motiuum in omnibus, nimirum venerea delectatio cum re diuerſæ ſpeciei. *Io.Capeau.loc.cit.d. q. 3. Hieron. Ilamas in ſua ſumma. 6. præcepti de Sodomia. cap.* 8.§.21.*Clau.Reg.loc.ſupracit num.*18.*in fin. Azor.p.*3.*lib.*3.*c.*22.*Lactant. Finell. Caſu* 8.*nu.*5.*Bonac.tom.*1.*tract. de matr. q.*4.*punct.*12.*nu.*4.

Secundò, animaduertat Confeſſarius, quod licet coitus cum dæmone ſuccubo vel incubo, quo ad ſpeciem
37 à beſtialitate non differat, ratione tamen ſuperſtitionis, ad quam ſocietas cum dæmone pertinet, differt à beſtialitate, vt ſupra ex *Caiet. Clau. Reg. & Azor.* dictum eſt. Proinde pęnitēs interrogandus erit, an potius ob pactum expreſſum cum dæmone initū ex hæreſi deliquerit, quia ſi pactum expreſſum cum dęmone fecerit, cum errore intellectus, proculdubio hæreticus eſt, ideo excommunicatione contenta in Bulla Cęnæ Domini innodatus exiſtit, vnde ad Inquiſitorē mittendus eſt.

Tertiò, ſi Sagarum (*vulgo Strega,*
38 *Maga, Venefica, Incantatrice, Fatuchiara*) Confeſſio excipienda ſit, cum quibus ipſe humani generis hoſtis præpoſteram libidinē exercere ſolet (ex voluptate enim ſe ſupponunt dęmoni, qui aſſumens corpus aereum puta hominis, aut animalis, agit carnaliter cum illis, prout notat *Graff in Prax. loc. cit. nu.* 7.) ſciat Confeſſarius, duplex mortale crimen admitti: vnum contra genus, alterū extra naturale vas. *Martin. Delrius lib.*2. *Diſq. Mag. q.* 15.*in fin.*

Item quia Lamiæ ſemper ſunt pertinaces, & vix fieri poteſt, vt ex ignorantia peccent, & ſemper mora eſt damnoſa alijs, hinc ſciat etiam ſemper ſub mortali vnumquemque teneri confeſtim eas denunciare, etiam ſi cum hęreſi non ſit coniunctum earum crimen: & ideo qui non reuelant hoc crimen, extra confeſſionem Sacramentalem acceptum, indicium contra ſe ſaltem ad Inquiſitionem etiam ſpecialem præbere. Deinde ſagæ reuelandæ ſunt, quia delictum earum non cenſetur commiſſum, ſed committendum; & damna impendent proximo, & Reipublicæ, ideo in conſcientia quis non poteſt tacere; peccabit ergo hoc non faciens, ſed contra charitatem, non contra iuſtitiam idque omittendo non committendo, ideo non tenebitur ad reſtitutionem ad damna, & intereſſe partis, poſt *medinam, & Couarru. bene Clarus, quæſt.* 87. *& Farinac. de indic. & tortur. quæſt.* 51. *num.* 25. niſi ſit talis quo ex iuris pręſcripto reuelare tenebatur. *Sot.* quem refert & ſequitur *Menoch. de Arbitr. caſ.* 355. *num.* 3. *& Petr. Nauar. libro* 1. *de reſtitut. capit.*2. *num.* 11. *&* 17. *ita Martin. Delrius tom.* 3. *Diſqu. Mag. libro quinto, ſect. quarta, fol.*39.

Quartò, & ſi (quod auertat Deus) Religioſus, Clericus ſecularis, vel Regularis, hoc vitium Beſtialitatis
39 commiſerit, cum brutis videlicet luxuriæ cauſa turpiter ſe commiſcendo, tunc incidit in pęnas à Pio V. *in* Conſtitut. Horrendum illud ſcelus. contra Sodomitas, decretas. *Stephan. Quaranta. Verb. Sodomia. in Addit. Ampliat.*2. Nam licet Conſtitut. illa tantum loquatur de Sodomita, ideſt de Clerico exercente vitium Sodomiæ, nihilominus habet locum etiam in illo, qui committit vitium Beſtialitatis, quandoquidem ex paritate, vel maioritate rationis etiam in pęnalibus de vno caſu ad alium grauiorem fit extenſio, quando in eo ſit eadem ratio, cum de mente legiſlatoris ve-

riſimi-

Digitized by Google

riſimiliter præſumitur. *Gloſs. & alij Doctores in capit. primo, de temp. ordin. Verbo. Italiæ. in 6. Rodriq in ſumm. p. 1. c. 209. num. 2.*

Quintò, animaduertat etiam Confeſſarius interrogare pęnitentem de numero peccatorum, quoties videlicet cum beſtijs ſe fœdauit; Con-
41 feſſarius enim tenetur interrogare de numero ſaltem probabili, cum ad Confeſſionis integritatem expreſſio tam ſpeciei & circunſtantiarum peccati, quam numeri neceſſaria ſit, vt de ruſticorum confeſſione in caſu Blaſphemiæ admonet *Nauar. conſilio duodecimo, de pęnitent. & remiſſ.* & ideo pęnitens tenetur certum numerum explicare, ſi ſciat, ſi autem neſciat certum, ſaltem conetur explicare propinquiorem; ad quod faciendum, rationem ſecum ponat, quoties in die, vel hebdomada, vel menſe, peccare ſolitus erat, vel circumcirca, quanto exatius potuerit, & numerum confiteatur certiorem, vel veriſimiliorem, addendo plus, vel minus. *Graſſ. de Arbitr. Confeſſar. libro primo, capit. decimoſeptimo, numero ſecundo, & par. prima, libro primo, deciſ. aur. capit. vigeſimo, numero deci-*
42 *mooctauo*, alias confeſſio nulla eſt, & omnino iteranda. *Ioan. Baptiſt. Corrad. par. prima, reſpon. Caſ. conſcient. quæſit. 40.*

Quò ad Abſolutionem; Primò videndum erit an pęnitens in aliquam
43 Cenſuram Summo Pontifici reſeruatã inciderit, quia ab illa prius abſoluendus erit.

Secundò, An proximæ peccan-
44 di occaſiones ſublatæ ſint; Abſolutionis enim beneficio indigni sũt, qui domi, vel in lecto animalia libidinoſo affectu detinent; Vnde niſi prius ab ipſis pęnitentibus (ſi ſui iuris ſint, & rerum ſuarum domini) interficiantur, aut ſaltem quomodocunque alienentur, nullo modo ſunt abſoluendi. *Graff. in Prax. loc. cit. numero vigeſimoquarto, & par. prima, libro ſecundo, dec. aur. cap. 89. numero ſecundo.*

Tertiò, conetur inducere pęnitentes ad perfectam contritionem ſuorum peccatorum, oſtendendo eis attrocitatem, & grauitatem huius criminis, adeo enim atrox eſt hoc
45 ſcelus, quod etiam pęna mortis ex diuinæ legis præſcripto puniri iubetur. *Exod. Cap. vigeſimoſecundo, & Leuit. Cap. vigeſimo.* Vbi etiam pecus occidi & deleri mandatur, cum quo huiuſmodi facinus perpetratur, eoquod bruta animalia tali flagitio contaminata indignam refricant facti memoriam. *capit. Mulier. 15. quæſtione prima, Roland. à Vall. libro ſexto, conſil. ſeptimo, Iul. Clar. §. fornicatio. verſ. cum Animali bruto.* ne igitur factum turpiſſimum, & nephandiſſimum amplius reducatur in memoriam hominum, ideo Beſtia ſimul cum homine interficienda eſt. *Graff. in Prax. loc. cit. numero nono.* Immo
46 ſecundum leges Ciuiles in quibuſdam Prouincijs, peccatum iſtud hac pęna punitur, videlicet quod reus huius criminis, vna cum Bellua ipſa igne exuritur in deteſtationem, & horrorem tam nephandi delicti. *Azor. loc. cit.* Ob huius etiam peccati enormitatem iuſtam præbet diuortij cauſam, vt ſi verbi gratia
47 Maritus hoc flagitium commiſerit, & id conſtet, Vxor iure ab eo ſeparari queat. *Sanchez libro decimo, de Matrimon. diſtinct. quarta, numero decimoquarto.* Item hoc peccatum vocatur peſſimum, vt exponit. Gloſa in *Cap. vigeſimoſeptimo Geneſ.* Accuſauit Fratres ſuos crimine peſſimo, dicit Gloſa, quia cum Pecoribus miſcebantur. *Diuus Thomas ſecunda, ſecundæ, quæſtione 154. artic. duodecimo, ad 4.* Item quandoque ex permiſſione Dei, ab ipſis beſtijs, cum quibus

coeunt, interficiuntur; Vnde legitur in Hiſtoria Græca, de quodam Paſtore apud Fluuium Cratim, qui coibat cum Capra, qui ab Hirco fuit interfectus. *Graff in Prax. loc. cit. numero* 10. Propter huiuſmodi etiam horrendas & nephandas copulas, mõſtruoſi partus prodire ſolent *Martin. Delrius tom. 1. Diſq. Mag. libro ſecundo, quæſt. 14.* vbi multa percenſet exempla. An autem hi ſalutari aqua abluendi ſint, vide *Card. Zabarel & Ioan. Andr. in Clem. 1. §. ad hoc de Sum. Trinit. & fid. Cathol. Angel. & Syluest. Verb. Monſtrum. Nauar. conſil. 3. de Baptiſmo.* Cum ergo
49 tam nephandum, & horrendum ſit ſcelus, ideo Confeſſarius iniungat illis grauiſſimam pęnitẽtiam, v. g. quia Beſtiale ſcelus commiſerũt, ideo per aliquot dies Belluinam vitam agant, nempe vt nil coctum comedant, ſed crudis herbis famem expellant, & ſola aqua ſitim extinguãt; & ſi per multum temporis in hoc vitio inſorduerint, proprio ore, abſque manuum miniſterio more brutorum cibum capiant, & per aliquot noctes in ſtabulo ſuper pauimentum cubent; nam
50 ex Hippocritis placito *Aphor. 6. Extremis morbis, extrema & exquiſita remedia ſunt adhibenda.* Præſertim autem imponat eis aliquam pęnitentiam præſeruatiuam, vt ſcilicet quoties in poſterum in hoc flagitio prolapſi fuerint, toties, ſequenti die, in pane & aqua ieiunent; vel aliquam magnam ſummam pecuniæ, pauperibus tribuant; vel quid aliud aſperũ agant. Et ſi ei expedire videbitur, differat Abſolutionem, prohibendo ne per aliquot dies, vel hebdomadas ad Sacram accedant Communionẽ. Siquidem antiquæ Eccleſiæ conſuetudini conſonum eſt, & non parum ad animarum ſalutem confert, vt nullus poſt peccatum mortale præſertim atrox, vt eſt hoc, ad Altaris participationem, niſi poſt aliquot dies pęnitentiæ, & ſatisfactionis peractos admittatur. Et reuera conſentaneũ, eſt rationi, vt qui tam impie, diuinam prouocauit iram, & tam turpiter peccando Dei contempſit gratiam, non ſtatim ſe ingerat, ſed in timore & verecundia expectet, & magis in Voto, quam in Sacramento Chriſtum ſumat. *Petr. Sot. de remed. pecc. lect. quinta*, vt ſic ſaltem pęnarum & ignominiarum metu reſipiſcat, iuxta illud Regij Vatis *Pſal. 82.*
51 Imple facies eorum ignominia, & quærunt nomen tuum dominæ; ſiquidem:

Oderunt peccare boni virtutis amore;
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Gloſ. in l. 1. in Verb. metu. ff. de Iuſt. & Iur. Denique Confeſſarius præcipiat eis, vt ſaltem ſemel, vel bis in menſe, vel etiam qualibet hebdomada (iuxta qualitatem perſonarum) Confiteãtur, vt magis purificati, ad Euchariſtiæ Sacramentum accedant. Et hæc pro huius quinti Caſus reſeruati declaratione, dicta ſufficiãt, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti; Amen.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſexti Caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Firmanæ, qui talis eſt.

Percuſſiones contra Patres, & Matres, aut Auos, vel Auias.

PRo declaratione huius ſexti Caſus reſeruati, præter ea, quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid intelligitur nomine Patrum, & Matrum, Auorum, & Auiarum.*

2 *Quan-*

Digitized by Google

2 *Quando percutientes Patres, & Matres, aut Auos, vel Auias, incidunt in hunc Caſum reſeruatum, & quando nõ incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt à Confeſſario circa Confeſſionem & Abſolutionem pœnitentium, Patres, Matres, Auos, vel Auias, percutientium.*

Circa primum; Vbi reſeruatio dicit, Qui Parentes per
52 cuſſerint. Vel, Parentum verberatio, ſeu percuſſio, tunc propriè nomine Parentum ſolũ intelliguntur Pater, & Mater, Auus, Auia, Proauus, Proauia, & alij aſcendentes. *l. appellatione Parentum. ff. de Verbor. ſignific. Ioan. Capeauill. de Caſib. reſeruat. par. 2. capit. 4. quæſtio 1. Horat. Gambar. tract. de Caſib. reſeru. caſ. 8. fol. 211. Armill. Verb. eod. numero 1. Graff. in Prax. libro primo, cap. 40. numero 21. & par. 1. libro ſecundo, dec aur. capit. 55. numero tertio.* Ita tamẽ vt nomine Patris & Matris, Aui, & Auiæ, non ſolũ
53 mei, ſed & vxoris meæ intelligãtur; & nomine Patris, Vitricus, & noĩe Matris, Nouerca quoq; veniat. Non obſtat caſus ſtrictè eſſe interpretandos, & ideo non poſſe nomine parentum intelligi omnes ſuperiores conſanguineos, cum iuxta *l. Iuriſconſultus, §. Parentes, ff. de gradibus.* appellatione parentum veniant ſolum ſuperiores cognati vſque ad Tritauos; quocirca minus quoque poſſe intelligi Vitricum, & Nouercam cum propriè loquendo parẽtes non ſint. Hęc inquam non obſtant, quia reſponderi poteſt in hoc caſu honeſtatis ſeruã de cauſa, cuius maxima erga parentes habenda eſt ratio, fieri poſſe extẽſionem; *arg. eorum quæ dicit Iaſon. in l. Prætor ait. ff de in ius vocando.* Vbi inquit quod licet parẽtum appellatione veniant maiores tantum vſque ad Tritauum, tamen in caſu illius legis non licere vocare in ius parentes in infinitum ſine licentia, cauſa honeſtatis ſeruandæ. Sic in ſupradicto caſu, vt honor parentibus debitus ſeruetur, inijciens manus in parẽtes, vel percutientes parentes ſuperiores vſque in infinitum, & in eos qui proximè eorum locum tenent, & officio funguntur, vt ſunt Vitricus, & Nouerca, dicto caſui dici debet ſubiacere: *ita Ioan. Capeauill. loc. ſupracitat.* At in caſu noſtro aliter eſt dicendum; nam dicendo, Percuſſiones contra patres, & matres, aut auos, vel auias; nomine patrum, & matrum, ſolum patres & matres, qui nos carnaliter genuerunt, intelliguntur, & nomine auorum, & auiarum, tantum patres & matres, patrum & matrum noſtrorum intelligi debent. Cum enim littera exprimat tantum patres & ma-
54 tres, auos, & auias; ergo ad alios caſus non debet extendi; nam ſtatuta pęnalia regulariter extra ſuos caſus non debent extendi, vt notat *Graff. in Prax. loc. cit. numero 24.* aliud eſt enim pater, mater, auus, & auia, & aliud eſt haberi pro patre, matre, auo, vel auia, vnde à diuerſis non fit illatio. *l. Papinianus, ff. de minor. Graff. loc. cit. numero 41. in fin.*

55 Quo verò ad percuſſiones, notandum hic non habere locum illam diſtinctionem quam faciunt Doctores ſuper Canon. *Siquis ſuadente, 17. quæſt. 4.* in percuſſionem leuem, mediocrẽ, & enormem, de quibus loquuntur *Tolet. libro 1. cap 33. numero 1. & ſeq. Nau. in Man. cap. 27. numero 91.* & alij, & habetur in Extrauag. *Perlectis.* (Vide infra in declaratione primi Caſus reſeruati in Tabella Aſculana.) Quia interdum percuſſio, quæ videtur leuis, tamen propter irreuerentiam erga patrem, matrem, auum, vel auiã, grauis, immo grauiſſima reputabitur. Hic ergo non conſideratur nec attenditur, an percuſſio ſit grauis, vel leuis, quia caſus loquitur indiſtinctè, & indifferenter de quauis percuſſione, & ideo tam de graui quam

de leui, intelligitur. Cum in Parentibus ſit peccatum mortale, etiam leuis percuſſio propter irreuerentiam. *Richard in 3. diſtinct. 37. Nauar. cap. 14. numero 12. Horat. Gambar. de Caſibus re-*
56 *ſeruat d. caſ. 8. loc. ſupracit.* Vbi tamen dignoſci non poſſit an percuſſio leuis vel grauis ſit, tunc vt dignoſcatur an ſit Caſus reſeruatus, arbitrio Iudicis relinquendum eſt. *Menoch. de Arbitr. Iudic. libro 2. cent 6. caſu 553.* quod Iudicium ad ſimplicem etiam Sacerdotē in foro conſcientię qui ab Epiſcopo habet abſoluendi facultatem pertinere poteſt, vt tradit *Tolet. libro 1 c. 33. num. 5. & Suarez. tom. 5. de Cenſur. diſput. 22. ſect. 1 num 92. in fin.*

Circa ſecundum; ex hactenus dictis, clarè deducitur, qui nam incidūt in hunc Caſum reſeruatū, & qui non incidunt.

Primò enim incidunt, omnes filij, qui Patres vel Matres, aut Auos vel Auias, ideſt Patres vel Matres ſuorū
57 Patrum, & Matrum, feriunt, vel quomodocunq; enſe, baculo, pugnis, calcibus, colaphis, grauiter, vel leuiter percutiunt. *Horat. Gambar. loc. cita: Nauar. vbi ſupra d numero 12 Tolet. lib. quinto, cap. 1. numero 9. Rodriq. in ſum p. 1 cap 14 num. 5. Coſm. Philiarc. de offic. Sacerd. par. 2. lib. 4 cap. 21. Clau. Reg. lib. 7 cap. quinto, numero 2. Azor par. 2. Inſt. Moral. libro 2. cap. ſecundo, quæſtione 3.* etiam ſi filij ſint ſpurij; immo etiam Religioſi, puta, Sacerdotes, & alij Clerici Seculares. In Tabella autem Auximana *numero* 5. incidunt in caſum, ſolum qui Patrem, vel Matrem percuſſerint.

Secundò, & filij ex infidelitate, ad
58 Chriſtianam fidem conuerſi, Patres, vel Matres, Auos, vel Auias adhuc infideles, grauiter, vel leuiter percutientes; Caſus enim cū dicat indiſtinctè, & abſolutè, percutientes Patres, & Matres, aut Auos, vel Auias, nec diſtinguat de filijs, ſequitur quod nec nos diſtinguere debemus, vnde dicendum eſt, quod loquitur de omnibus filijs, tam de illis qui percutiūt Patres, vel Matres, Auos, vel Auias fideles, quam de ijs, qui percutiunt patres, vel matres, Auos, vel Auias adhuc infideles, dummodo, vt dixi, filij ſint catholici & fideles; & idem dicendū eſt, de Hęreticis effectis Catolicis, percutiētibus patres, matres, Auos, & Auias, adhuc Hæreticos.

Tertiò, & filiæ, cuiuſcunque generis ſint, non ſolum legitimæ, ſed etiā
59 ſpuriæ, etiam ſi Matrimonio iunctæ ſint, & in ędibus ſuorum maritorum habitant; immo etiam, ex infidelitate, ad fidem Catholicam conuerſę, quę, quouis modo, patres, matres, auos, vel auias, grauiter, vel leuiter percutiunt. Etenim cum Caſus, vt dixi, indiſtinctè & abſolutè loquitur, dicendo, percutientes patres, & matres, aut auos, vel auias, ergo abſolutè etiam de omnibus filijs, maribus, & fœminis intelligendus eſt, per regulam illam Iuris; *lex generaliter & indiſtinctè loquens, generaliter eſt intelligenda. Verba enim generalia ſecundum*
60 *ſui naturam generaliter intelligi debent. l 1. §. generaliter. de lega. præſtan. l. ſi finita. §. de cæteris. de dam. infect.*

Non incidunt autem; Primò, qui manum eleuant animo irato, cum pugno vel enſe, vt patrem, vel matrem, auum, vel auiam percutiant, quos ta-
61 men minimè tangunt. Peccant tamē mortaliter, propter iniuriam quam faciunt manum leuando actu percutiendi. *cap ſiquis pulſatus. de pęnit diſt. 1.* ratio quia reſeruatio loquitur de percutientibus; Vnde verba intelliguntur cum effectu. *cap. hæc autem verba. de pęnit. diſt. 1. & cap. relatum eſt. de Cleric. non reſident.* nam vbi facto opus eſt, ſigna voluntatis non ſufficiunt. *gloſ. in cap cum inter. el 3. de elect. in fin.* Quid enim obfuit conatus, cum in-
62 iuria nullum habuerit effectum, vt dicit text. *in l. 1. §. hæc autem verba, ff. quod quiſque iur. Graff. in Prax.*

loc.

Digitized by Google

loc.cit. numero 23. Horat. Gamb. vbi ſup. & Clau. Reg. d. libro ſeptimo, cap. quinto, numero 2.

Secundò, nec etiam qui animo Irato ſignaret baculũ in capite Patris, vel Matris, Aui, vel Auiæ, dicens ni-
63 ſi eſſes Pater meus, Mater mea, Auus meus, vel Auia mea, modo cederem te; etenim licet iſte incideret in Canonem, *Si quis ſuadente*, ſi tangeret perſonam Clerici, non tamen incidit in hunc caſum; hæc enim reſeruatio loquitur de Verberante, ſeu percutiente; at iſte non percutit, ſed tantum ſignat, ſeu ictum in capite
64 menſurat; vnde à diuerſis non fit illatio. *l. Papinianus, ff. de minor.* & idẽ dicendum, quando filius leuaret baculum contra prędictos, velut verberaturus, vel percuſſurus, ſi non ver berat, aut percutit, non comprehenditur ſub hac reſeruatione. *Graff. loc. ſupracit. numero 23. & 26.*

Tertiò, nec qui ignorantia probabili, quod eſſet Pater ſuus, Mater, Auus, vel Auia, quempiam eorum
65 percuſſit; v. g. ſi inter diem Laruatum incedentem, vel noctem habitu mutato, illum non cognoſcendo, forſitan ob noctis obſcuritatem, vel exiſtimans eſſe furem, etiam grauiter percuſſit. *Ioan. Capeauill. vbi ſupra. quæſtion. 2. & Graff. loc. citat. num. 28.*

66 Quartò, nec quando Pater, vel Mater, Auus, vel Auia, ludendo cum filio & ille iocosè eum percuteret, ſi filium ſtatim illum repercuteret, ſine tamen animo iniuriandi, ratio eſt, quia Caſus reſeruatio fit tantum de peccatis mortalibus, & talis repercuſſio non eſt talis, vt patet. *Graff. loc. citat. numero 27.* etiam ſi in huiuſmodi percuſſione, fieret aliquis exceſſus, modo non ſit mortalis, cum enim nõ ſit mortalis, ſequitur quod nec etiam erit Caſus reſeruatus. *Ioan. Capeauill. loc. cit. d. quæſt. 2.*

Quintò, nec ſi Filius vim vi repelleret contra Patrem, cum moderamine inculpatæ tutelæ, qui ipſum inua-
67 deret, etiam in ſua poteſtate degentem, & multo magis ſi emãcipatum, illum percuteret; etenim ſi filius ſe defendendo verberaret Patrem, iure quidem faceret, vt dixit Bartol. *in l. vt vim, ff. de Iuſtit. & Iur. Syluest. Verb. Bellum. 2. numero 7.* cum iure naturali licitum ſit ſe defendere *Diuus Thomas in Addit. 3. par. quæſt. 24. art. 1.* modo fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, quæ tunc dicitur, quan-
68 do quis facit illud, ſine quo aliter à manu Patris euadere non poteſt, qui iniuſtè eum inuadit, & in continenti, dum actu impugnatur, *Graff. loc. citat. numero 30. & ſequen. Azor par. 2. Inſtit. Moral. libro ſecundo, cap. ſecundo, quæſt. 14.*

Sextò, nec qui percutit Patrem, vel alios ſupradictos, cũ aliter facere non poſſit, v. g. vt dictum Patrem ſuum à delinquendo arceat, vel ab
69 inimicis eripiat, vel à ſimili incommodo pręſeruet, vt puta, ſi ijs ex cauſis brachio illum vrget, faciens eum cadere in terra cum dolore. *arg. text. in cap. ipſa pietas. 23 quæſtio. 4.* Ioan. *Capeauil. d. quæſt. 2. & Graff. loc. cit. numero 37.*

Septimò, nec qui fugiendo inimicum, obuium habuit Patrem ęquitãtem, à quo equum petijt, vt commo-
70 dius fugere poſſet, & euadere à manibus inimici, quem cum ille negaſſet, vt contra inuadentem tueri poſſet, illud de equo deiecit; quod intellige, quando aliter filius eſſet occidẽdus, quia cum ſit in caſu extremę neceſſitatis, debebat Pater, immo quicunque extraneus commodare illi dictum equum, cum neceſſitatis tempore omnia ſint communia; cum igitur in tali caſu filius nec mortaliter deliquerit, fit vt in eo Caſus reſeruatio non habeat locum. *Graff. loc. cit. numero 38.*

Octauò, nec qui ex ſubita paſſione, & abſque perfecta deliberatione, Pa-

71 trem, Matrem, Auum, vel Auiã percutiat, ita vt aduertẽs quid faciat, ſtatim retrahat manum, vt fieri ſolet in primis motibus; ratio quia talis percuſſio non eſt mortifera. *Io. Capeau. loc. cit. d. q. 2.*

Nonò, nec qui verbis iniurioſis, & maledictis Patrem, Matrem, Auum, vel Auiam, contriſtat & affligit, &
72 ſubinde verbera minatur, vel minis cogens illum, vel illos, aliquid ſibi dari, ſi prædicta verbera non ſequantur, quamuis peccet mortaliter, vt tradunt *Nau. Tolet. Clau. Reg. & Azor. loc ſupr cit.* & ratio eſt, quia reſeruatio vt ſæpe dictum eſt, intelligẽda eſt de actibus exterioribus cum effectu de verberantibus, & non de metum incutientibus. *Io. Capeau. d. q. 2. & Graff. loc. cit. nu. 43.* Inciderẽt tamen in quartum Caſum reſeruatum in Tabella Feretrana, vt ibidem adnotabo.

Circa tertium; Praxis obſeruanda à Confeſſario circa confeſſionem, & abſolutionem pęnitẽtium Patres, vel Matres, Auos, & Auias, percutiẽtiũ, hæc erit.

Circa confeſſionem, Primò confeſ
73 ſarius animaduertat, non ſufficere pęnitentem dicere, ſe hominem percuſſiſſe, ſed neceſſariò ſpecificare debet ſe videlicet percuſſiſſe Patrem ſuum, Matrem, Auum, vel Auiam, quia hæc circũſtantia mutat ſpeciem peccati ſecundum *D. Thom. 1. 2. q. 76. art. 3.* & ideo neceſſariò eſt Confitenda. *Io. Capeau. loc. ſuprac q. 3.* Filij enim ſi Parentes ſuos odio habent, ſi malũ aliquod, quod ſit alicuius momenti, illis optent, ſi illis nunquam ſigna amoris exhibeant & oſtendant, ſi in illos maledicta conijciant, ſi eos contumelijs laceſſant, ſi grauiter increpent, ſi paſſim aſperè & durè tractẽt, ſi eos notabiliter lędunt, vel in eos manus inferãt, illos grauiter, vel etiã leuiter percutiendo, in omnibus his
74 peccatis Confitendis, Parentum circunſtantiam oportet ęxprimere; ſic *Alexand. de Ales. 3. par. quæſt. 33. Angel. Verb. Filij num. 30. Sylueſt Verb. filij. q. 22. Tabien. Verb. filij. q. 16. Armill. Verb. Filius. num. 2. & 22. Nauar. Man. cap. 14. num. 11. Clau. Reg. loc citat. numero 7. & ſeq. Azor. d. par. 2. Inſtit. Moral. libro 2. cap. 2. q. 2. & 3.*

Secundò, interroget diligenter; An percuſſio fuit ſanguinolenta, vel adeò grauis, vt oculum eruerit, vel membrum mutilauerit, aut ſaltem
75 debilitauerit; ſi ob vulnus, cicatricem in faciem Patris, Matris, Aui, vel Auiæ, reliquerit; ſi illos, vel quẽpiam eorum per ſcalam vel alium locum, præcipitauerit; ſi inedia eos perire ſinuerit, vel ad hoſpitale pauperum miſerit; ſi Matrem grauidam, ob percuſſionem, abortiri fecerit; ſi Auum, vel Auiam, ob nimiam fortè ſenectutem, cęcum, vel cęcam, in terram, ioci gratia, cadere fecerit. Si Pa-
76 ter, vel Mater, quem, vel quam percuſſit, erat Religioſus profeſſus, vel profeſſa alicuius Religionis approbatæ, vel etiam ſaltem Nouicius, ſeu Nouicia, quia ſic eſſet excommunicatus. Hæc enim omnia, in Sacramentali Confeſſione, neceſſario ſunt exprimenda; Item interroget quare Patrem, Matrem, Auum, vel Auiam, percuſſit, an ſcilicet hoc fecerit ab aliqua tentatione præuentus, vel eam præueniendo, & ſi præuentus an ſciebat quid faceret; An fuerit aſſuetus ad prædictos verberandum; & dæmum an alijs filijs exemplum fuerit in operatione ſui criminis; omnis enim iſta varietas Confitenda eſt, & deflenda, vt cum cognouerit quod peccatum eſt multum, cito inueniat Deum propitium, ita notat *Graff. loc. cit. nu. 45.*

Quo ad Abſolutionem; Primo Confeſſarius inquirat, An Pater & Mater, quos percuſſerunt, ſint Reli-
77 gioſi, quia ẽt ſi ſint Nouitij, vel ſi ſũt tantum in ordinibus minoribus cõſtituti, immo ſolum prima tonſura ſint

Digitized by Google

ſint inſigniti; etiam ſi ſint Coniugati, dummodo cum vna, ac Virgine, atque geſtent habitum,& tonſuram, illos verberantes, vel percutientes, incidunt in excommunicationem, *Canon. ſi quis ſuadente diabolo*, 17.q.4. reſeruatam Summo Pōtifici, ad quem, vel ad eius habentem auctoritatem, pœnitentes pro abſolutione mittendi ſunt.

Secundò, inducat pœnitentes ad veram, & perfectam cōtritionē ſuorum peccatorum, oſtendendo eis attrocitatem, & grauitatem huius criminis; ſiquidem hoc peccatum, vt pa
78 tet in multis locis ſacræ ſcripturæ, ſummoperè a Deo punitur; in *Exod. c.*21.*& Leuit.*20.dicit Deus. *Qui maledixerit Patri ſuo, aut Matri, morte moriatur.* Deuteronom.c.21.filius inobediens mandatur lapidibus obrui, *Prouerb.c.*19 dicitur, *Qui affligit Patrem, & fugit Matrem, ignominioſus erit & infelix, & c.*20.*Qui maledicit Patri, & Matri, extinguetur lucerna eius in medijs tenebris. Azor loc.ſupracit.* Hinc, ethnici in tantum exhorruerunt hoc peccatum, vt nullam pœnam condignam ſatis huic peccato excogitare poterant, eſt enim directè contra legem naturæ. Vnde *Euripid. & Seneca*, Oreſtem Matricidam furijs agitatū
79 fingunt. Et Nero etiam Matricida ſuis manibus perijt, ex Auxon. *Nero Matricida uim proprij pertulit enſis.* Abſalon etiam, qui contra Dauidem Patrem arma ſumpſit, miſerè interijt, 2.*Reg.c.*18.& lege olim lata, patricida primo virgis cędi iubetur, deinde in ſacco corij cum Cane, Gallo, Vipera, & Simia conſutus, in mari iactari, vel Beſtijs proijci iubetur, *ff. de patricid.l.pen.C.eod.l.*1.*Clau. Reg.lib.* 7.*c.* 5.*num.*2. Et nunc hiſce noſtris temporibus, proprijs oculis, Dei vltionem
80 clarè conſpicimus in huiuſmodi filijs; quod quidem mirum non eſt, quandoquidem digni vltionis iudicio plecti debent, qui parētibus ſunt rebelles: vt qui Patri non obediuit, à filijs contemnatur: & qui parentes expulit, à filijs expellatur: & qui parētum mortem optauit, eiuſdem etiam cum deſiderio expectetur, & qui opprobrioſis iniurijs, & contumelijs parentes offendit, a conſimilibus offendetur; & qui parentes pugnis, & calcibus, enſe, vel baculo verberauit, eiſdem à filijs ſuis verberetur, ſicut dicitur *Lucæ c.*6.eadem menſura qua menſi fueritis, remetietur vobis; eandem enim ſalſam filij parentibus reddunt, qualem ipſi parētibus tradiderunt, quia qualis Pater, talis filius.
81 Hoc patet exemplo; In Corſica dū filius verberaret patrem ſuum in medio viæ, & traheret ipſum per capillos, & barbam percutiendo ipſum pugnis, & pedibus, poſtquam traxit eū vſque ad certum locum, Pater lacrimoſis gemitibus incepit dicere verſus filium, non plura fili, non plura, nam iuſtitia Dei volente rectè feciſti, quia in iſto loco, & modo quo me traxiſti verberando, traxi & ego Patrem meum, ita quod feciſti vindictā Aui tui, *D. Bernardin. Senen. tom.*2.*ſerm.* 17 *c.*7.*& tom.*4.*ſerm.*12.*p.*2.*fol.*55.vbi alia refert exempla. Vnde merito tales peruerſi filij maledicūtur à Deo;
82 *Maledictus qui non honorat Patrem ſuū. Deutero c.*27.*Maledictus à Deo qui exaſperat Matrem. Eccl c.*3.*Maledictus qui cōtriſtat Patrem ſuum Eccleſ.c.*3. Qui malè tractat Patrem, nunquam eſt contentus de filijs, quos generat, qa aut moriuntur infeliciter, aut naſcutur filij monſtruoſi, & ſimilia. Tales etiam habent ſuper ſe indignationē diuinam; Vnde eſt aliquorū opinio,
83 quod Iudas proprium interfecerit Patrem, & propter hoc ſemper ſupra ſe habuit diuinam indignationē, donec factus proditor Chriſti, ſeipſum laqueo ſuſpendit. Denique tales crudeles filij, æternam habent damnationē, quia in die Iudicij dicet Deus, ſi ego condemno in ignem æternum

I 4 extra-

Digitized by Google

extraneos, qui non prouiderunt pauperibus, quanto magis condemnabo eos, qui proprijs parentibus nō ſubuenerunt, & ideo talibus malis filijs dicet; Item maledicti in ignem æternum, *D. Bernardin. loc. cit. d. ſer. 12. p. 3. in fin.* cum ergo hoc, vt dixi, eſt tam graue peccatum, ideo Confeſſarius ſeuerè ſe gerat erga filios huius criminis reos, inducendo eos vt non ſolum priuatim, & ſecretè veniam, cum corrigia ad collum omnino in terra genuflexi, a parentibus petant, oſculando etiam illorum pedes, ſed etiam ſatisfaciant ijs quibus fuerunt occaſio mali exempli, *arg. cap. porro. c. Parochianos. de ſent. excom.* & non ab-
84 ſoluat eos, donec huiuſmodi veniam petant; & quia hoc crimen impium & inhumanum eſt, hinc bonū eſſet illos aſtrigere voto, aut Iuramento, vel promiſſione ad illud amplius nō committēdum antequam abſoluat. Verum hoc remittitur arbitrio Cōfeſſarij, *arg. tex. in c. clericos. Verb. redeūtes. de cohabitat. Clericor. & Mulier. iuncta gloſ.* & tandem iuxta qualitatem perſonarum, & contritionis, poterit vel eos abſoluere, aut aliquantulum ſuprasedere, differendo, ſi ei videbitur expedire per aliquod tempus, abſolutionem, iniungendo aliquam pęnitentiam præſeruatiuam, & faciendo eos abſtinere a perceptione Sacratiſſimæ Euchariſtiæ, vt magis purificati accedant iuxta, *c. omnis de pænit. & remiſſ.* ex Graff. *in Prax. loc. ſupra cita. num.* 46. & hæc pro huius ſexti caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad ludem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti incipit declaratio ſeptimi, & octaui Caſuum reſeruatorum, eiuſdem Tabellę Firmanæ, qui tales ſunt.

Homicidium voluntarium, aut Abortus ſtudioſè ſequutus.

Notarij qui infra duos Menſes non denuntiant Illuſtriſſimo Archiepiſcopo, aut eius Vicario generali, vel ſuis Rectoribus, & Vfficialibus, legata facta in fauorem Pauperum, vel piorum locorum.

PRo declaratione horum ſeptimi, & octaui caſuum reſeruatorum, circa ſeptimum, quo ad *Homicidium voluntarium*, dicas vt in declaratione primi caſus reſeruati in Tabella *Auximana*, & quo ad abortum, vt in explicatione ſeptimi caſus reſeruati in Tabella *Maceratenſi*. Circa vero octauum, & vltimū, vide in Tabella *Anconitana* in declaratione ſexti caſus reſeruati per totum; ibi, enim optimam amplamque declarationem huius caſus, reperies; cui tamen hoc dūtaxat fore addendum cenſeo, nem-
85 pe, quod in hunc caſum incidunt, vt dicitur in littera, Notarij, qui infra duos menſes non denuntiant Illuſtriſſimo Archiepiſcopo, aut eius Vicario Generali, vel ſuis Rectoribus, & Vfficialibus, legata facta in fauorem Pauperum, vel piorum locorū. Qui minimè ſint capaces abſolutionis, niſi prius efficienter non denunciauerint. Et hæc pro dictorum ſeptimi, & octaui caſuum reſeruatorum, ac ſimul totius iſtius Tabellæ Firmanæ declaratione dicta ſufficiant ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

Digitized by Google

QVÆSTIO III.

De Caſibus Reſeruatis Archiepiſcopo Vrbini.

Circa hanc tertiam quæſtionem quæritur quot, & quales ſunt caſus reſeruati Archiepiſcopo Vrbini, ad quod breuiter reſpondeo dicendo. Caſus, quorum abſolutionem, nunc in ſua Diæceſi, ſibi reſeruat Ordinarius Vrbini; ſunt hi qui in præſenti Tabella continentur.

Tabella Vrbini.

1 *Non ſatisfacientium legatis, & obligationibus pijs, & Notariorum illas Ordinario non denuntiantium.*

2 *Sacrilegorum, Maleficiorum, & ſcienter ſuperſtitionibus vtentium, dummodo non adſit error in intellectu, quia tunc eſt reſeruatum Sedi Apoſtolicæ per Bullam in die Cœnæ Domini legi conſuetam.*

3 *Stuprum violentum; Sodomiticum vitium; Inceſtum in primo, & ſecundo Cognationis, & Affinitatis gradu committentium; & Choeuntium cum Brutis.*

4 *Conficientium ſcienter Contractus Vſurarios apertos, vel palliatos.*

5 *Fornicantium cum Iudæo, vel Iudæa, & cum eiſdem nimiam familiaritatem habentium.*

6 *Detinentium in lecto cum probabili periculo Infantes, qui annum non expleuerint.*

7 *Componentium ſuper Decimis futuris eorum Eccleſiis debitis, abſque Apoſtolica, vel Ordinaria licentia, vel ad certam quantitatem reducentium, & exigentium.*

Declaratio huius Tabellæ.

IN Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio primi Caſus reſeruati huius Tabellę Vrbini, qui talis eſt.

Non ſatisfacientium legatis, & obligationibus pijs; & Notariorum illas Ordinario non denunciantium.

PRo declaratione huius primi Caſus reſeruati, præter ea, quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt legatum pium.*

2 *Quando non ſatisfacientes legatis, & obligationibus pijs, & Notarij illas Ordinario non denunciantes incidunt in hunc caſum reſeruatum, et quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionē pœnitentium legatis, & obligationibus pijs non ſatisfacientium, & Notariorum illas Ordinario non denuntiantiū.*

CIrca primum; Quid ſit legatum piū patet ſupra in declaratione ſexti caſus reſeruati in Tabella Anconitana.

1 Circa ſecundum; Quando pœnitentes legatis, & obligationibus pijs non ſatisfacientes, & Notarij Ordinario illas non denunciantes incidunt, vel non incidunt in hunc caſū reſeruatum; quo ad pœnitentes legatis, & obligationibus pijs non ſatiſfacientes habetur ſupra in declaratione

tione decimi caſus reſeruati in Ta-
2 bella *Fanenſi*, & circa Notarios illas ordinario non denunciantes, habetur in explicatione ſeptimi caſus reſeruati in Tabella *Callienſi*. Vbi etiã habetur qualis Praxis circa hunc caſum a Confeſſario eſt obſeruanda, vide ibidem, & hæc pro eius declaratione modo dicta ſufficiant, ad laudẽ & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſecundi caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Vrbini, qui talis eſt.

Sacrilegorum, Maleficiorum, & ſcienter ſuperſtitionibus vtentium, dummodo non adſit error in intellectu, quia eſt reſeruatum Sedi Apoſtolicæ per Bullam in die Cœnæ Domini legi conſuetam.

PRo declaratione huius ſecundi caſus reſeruati, certè hic multa eſ-
3 ſent dicenda, niſi in Tabella *Anconitana* in explicatione primi caſus reſeruati, & in Tabella *Firmana* in explicatione ſecundi caſus, ſufficienter eſſet explicatus, & declaratus; ne ergo ea, quæ ſemel dicta ſunt, iterum inaniter repetamus, ideo hæc pauca tantum, modo pro eius declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti incipit declaratio tertij caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Vrbini, qui talis eſt.

Stuprum violentum; Sodomiticum vitium; Inceſtum in primo, & ſecundo Cognationis & Affinitatis gradu committentium; & Coeuntium cum Brutis.

PRo declaratione huius tertij caſus reſeruati, qui, vt patet, continet quatuor, ſcilicet *Stuprum* violentum; *Sodomiticum vitium; Inceſtum in*
4 *primo & ſecundo Cognationis, & Affinitatis gradu, et Peccatum coeuntium cum Brutis*. Cum circa ſtuprum violentũ, ſufficiant ea, quæ dicam in declaratione quinti caſus reſeruati in Tabella *Camerinen.* pro explicatione iſtius primæ partis huius caſus, ideo ad prædictam declarationem Confeſſorem remitto. Circa vero vitium ſodomiticum, in hunc caſum incurrere cenſeo, nõ ſolum ſi Maſculus cum Maſculo coeat, ſed etiam ſi cum fœmina in vaſe indebito, ſe immiſceat; ac etiam ſi fœmina cum alia fœmina ſodomiticè ſe fœdat; nam licet pro-
5 priè ſodomia ſit concubitus maſculi cum maſculo, & fœminæ cum fœmina in vaſe indebito perpetratus; & ideo coitus maſculi cum fęmina in eodem vaſe, non ſodomia, ſed peccatum inominabile, ſeu monſtruoſum diſtinctum a ſodomia, appelletur, vt ſupra ex *Azor. & alijs*, in explicatione quarti caſus reſeruati in Tabella *Anconitana* dictum eſt; nihilominus ex communi vſu loquẽdi, & recepto more, talis concubitus ſodomia vocatur, & pro tali habetur, & iudica-
6 tur; quamuis enim in caſibus reſeruatis fiat ſtricta interpretatio, & attendatur propria ſignificatio verbi, tamen quando communis vſus loquendi, repugnaret propriè ſignificationi verborum, cois vſus eſt præferendus, licet ſit improprius, *l liberorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de legat. 3. vbi Bartol. & l omnes populi. ff. de inſtit. & iure. Philipp. Franc. in c. 1. de temp. ordinat. in 6.* cum ergo ex communi vſu loquendi, & recepto more, talis concubitus, ſodomia vocatur, ſequitur quod non ſolum incidit in hunc caſum reſeruatum, maſculus qui cum maſculo concumbit, ſed etiam cum fęmina præpoſtera venere in vaſe indebito cognoſcit, tum quia maius peccatum videtur coire cum fœmina in vaſe indebito, quæ habet vas natu-

Digitized by Google

naturale,quā cum Mare; & cum ſit maius peccatum, interpretanda eſt mens Ordinarij, vt ſub illis verbis, quibus vtitur in ſua Tabella in reſeruatione huius caſus,nempe; *Sodomiticum vitium*; Vel dicendo,*Peccatum ſodomiæ exercentes*,velit comprehendere illud perpetrantes, ſeu exercentes cum muliere ex maioritate rationis, cum ſimus in his, quæ ſunt eiuſdem
7 generis,vnde fit extenſio.*cap.pænale*. 14.*q*.1.*c.Meretrices* 32.*q*.4.ita ex *Graſſ. lib*.1.*c*.11.*num*.22. *& ſeq*. cætera pro perfecta declaratione huius caſus, vide in ſupradicta Tabella *Anconitana*. Circa Inceſtum in primo,& ſecundo cognationis, & affinitatis gradu, ea quæ ampliter dixi in explicatione ſecundi caſus reſeruati in eadem Tabella *Anconitana* ſufficere noſcens, ideo Confeſſarius diligenter declarationem prædicti caſus perlegat. Tandem, circa *Peccatum coeuntium cū Brutis*,præter ea,quæ dicunt Summiſtę, & alij Doctores de hac fœda materia pertractātes,tria ſunt declarāda.

1 *Quid intelligitur nomine Brutorum*.

2 *Quando coeuntes cum Brutis incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt*.

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario, circa Confeſſionem & abſolutionem pœnitentium cum Brutis coeuntium*.

Circa primum; breuiter,appellatione Brutorum veniunt omnia animalia ter-
8 reſtria,vtCanes,Sues,Vaccæ,Oues,Capræ,Equi, Aſini, & huiuſmodi; & Piſces & Aues, vt Gallinæ Anſeres,Collumbæ, & alia ſimilia,nam idem ſignificant hæc verba, Coeuntes cum Brutis, ac ſi diceret; Coeuntes cum beſtijs. Vbi autem reſeruatio diceret, Coeuntes cum animalibus; cum appellatione animaliū comprehendantur tātum terreſtria, tunc Aues, & Piſces, non includuntur, *Graſſ. in Prax.lib*.1.*cap*.11.*num*.2. *& ſeq*.& notandum quod coire dicitur a cō,ideſt ſimul & eo, ſcilicet qñ tam vir,quam vxor coeunt, & ſimul conferunt in vnum id,quod requiritur ad prolis generationem hoc eſt, ſemen; in alijs autem cōiugatis ſignificat hoc verbum,coniunctionē corporum; ideſt copulam,quæ propriæ dicit coniunctionem Maris,& fęminæ in vaſe naturali cum effuſione ſeminis; hic vero ſecundum ſubiectam materiam accipitur pro congreſſu, ſeu concubitu, qui fit, intra,vel extra vas naturale, vel inaturale, Animalis Bruti, in quauis etiā parte corporis, nā talis dicitur coitus, hoc eſt coniunctio, ex quo ſequitur fœdatio corporis cum ipſo animali Bruto. ex *Graſſ.loc.ſupracit.num*.5.*&* 12.

Circa ſecundum; ex hactenus dictis, liquidò patet,qui nam incidunt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

9 Primò enim incidunt, qui turpiter cum Canibus, Vaccis, vel alijs quibuſcunque animalibus brutis, quomodocunque intra, vel etiam extra vas illorum ſe immiſcent; nam cum beſtijs nullus datur naturalis coitus, quo fit, vt reſeruatio intelligatur de quacunque turpitudine,modo ſequatur pollutio, quia reſeruatio loquitur per Verbum, Coeuntium, quod propriè denotat turpitudinis conſummationem, vt notat *Hor. Gambar.tract.de caſibus reſeruat.caſ*.2.*num*.7.*fol* 257. idem cenſendum de alijs Beſtijs,& Animalibus Brutis,vt Ouibus,Equis,Aſinis,Gallinis,Anſerib. Collumbis,& alijs; etiā ſi extra vas, in quauis parte corporis ſequat̄ pollutio, cum coire ſignificet etiam cōiunctionem corporum, etiam ſi conſummatio actus, ideſt fędatio,fit ſolum ex parte hominis. *Graſſ.loc.cit.n*.12.*& ſeq*.vbi etiam ait,quod licet reſeruatio dicat Coeuntium cum bru-

tis,

nos facere debemus; cum iuxta Regulam Legalem, *Vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. l. de pretio ff. de publician.* immo cum turpius, fędius, monſtruoſius, & grauius ſit coire cum animali bruto mortuo, quam cum viuo, a fortiori magis hunc caſum incurrere cenſendi ſunt ſe pol-
16 luentes cum dictis brutis mortuis; Etenim licet, vt alias dictum eſt, cũ caſus reſeruatio ſit ſtricti iuris non debeat excedere proprium caſum, tamen ad caſum in quo eſt maior ratio, cum ſimus in his, quæ ſunt eiuſdem generis, fit extenſio, imò includit ẽt alios caſus atrociores, dummodo ij ſint eiuſdem generis, vt not. *Graff. in Prax. lib. 1. cap. 4. Regul. 6. num. 34.* &
17 ideo reſolutoriè dico quod non ſolum incidunt in hunc caſum ſe polluentes cum brutis animalibus viuis, ſed etiam ſe fędantes cum mortuis.

18 Quartò, ſaluo meliori iudicio, credo, quod etiam incidunt, cum dęmone, agẽdo, vel patiendo, rẽ carnalẽ habentes; *arg. Graff consi. 3. de adul. num. 16.* quod patet, quia vt obſeruat Graff. *in Prax. d. cap. 12. num. 2.* dicẽdo Ordinarius, *Coeuntes cum Brutis*, eſt ac ſi diceret, Coeuntes cum beſtijs; at ſecundum *Clau. Reg. lib. 8. c. 5. n. 19.*
19 ad beſtialitatis ſcelus pertinet, & reducitur concubitus cum dęmone, quando in aſſumpto corpore ille fit incubus, vel ſuccubus, de quo vide ſupra in declaratione quinti caſus reſeruati in Tabella Firmana, ergo; Quamuis autem hoc ſit valde probabile, nihilominus contrarium eſt verius, quandoquidem vt docet idem *Graff. loc. ſupracit. num. 11.* ſolum includitur concubitus cum dęmone, quãdo Reſeruatio dicit ſimpliciter, *Beſtialitas*, Vel, *Vitium Beſtialitatis*; tunc enim includuntur non ſolum coeuntes abutendo rei animatæ non eiuſdẽ ſpeciei, vt aliqua beſtia, ſed etiam cũ dæmone, vt ait *Cai. t. 2. 2. q. 154 ar. 11. ad 3.* Quando vero Reſeruatio fit his verbis, *Cum Beſtijs coeuntes*; Vel, *Coeũ-*
20 *tes cũ Brutis*. tunc cõprenduntur tm̃, qui coeũt cum aliqua beſtia terreſtri, & alijs brutis, videlicet cũ Canibus, Equis, Vaccis, Ouibus, Capreis, Gallinis, Anſeribus, Collumbis, & alijs huiuſmodi; cum igitur *Incluſio vnius,*
21 *excluſio ſit alterius l. cum prætor. de iudicib.* ſequitur q̃ ſub hac reſeruatione, minimè ſe, cum dæmone actiuè, vel paſſiuè turpiter copulãtes, ĩcludunt.

22 Non incidunt autem; Primò, qui cum brutis fędè ſe immiſcentes, actũ non perficiunt, nimirum cum minimè intra vas, vel extra Belluæ maſculi, vel fęminæ, facta ſit ſeminatio; cũ ad incurrendum caſum reſeruatum, vt ſæpe dictum eſt, neceſſario requiritur, quod actus ſit perfectus, & cõſumatus, vt tradit *Graff. in Prax. lib. 1. c. 13. num. 37.* peccabunt tamen mortaliter quoties id effecerint.

23 Secundò, nec qui, cum dæmone coeundo, virum vel mulierem eſſe exiſtimabant, & ſi in caſum ſodomiæ incidere cenſendi ſunt, ſi ipſo dæmone, qui alienum corpus aſſumpſit, ꝑpoſtera libidine, abuſi fuerint.

24 Tertiò, nec qui habent animum firmum, & reſolutum velle coire cũ animali bruto, ſi ad opus nefandum non perueniunt; etiam ſi manib. vel quouis alio inſtrumento, ipſum animal in partibus obſcenis, tangant, & proprijs manibus, extra vas, vel alias quaſcunque partes corporis eiuſdem animalis, ſe polluant; ad incurrendũ enim hunc caſum, oportet vt coeant cum dicto animali, vel circa aliquas partes corporis ſe fędant, ita vt actus ſit perfectus, & conſummatus, ideſt ex parte hominis intra vas animalis, vel circa eius corpus ſequat̃ pollutio.

25 Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem pęnitentium cum brutis coeuntium, ea erit, quæ poſita eſt ſupra in Tabella Firmana in declaratione ſupradicti quinti caſus reſeruati,

ti, vi-

Digitized by Google

ti, videatur ibidem; & hæc pro huius tertij caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio quarti, quinti, & ſexti caſuum reſeruatorum eiuſdem Tabellæ Vrbini, qui tales ſunt.

Conficientium ſcienter Contractus *Vſurarios apertos, vel palliatos.*

Fornicantium cum Iudæo, vel Iudea, & cum eiſdem nimiam familiaritatem habentium.

Detinentium in Lecto cum probabili periculo Infantes, qui annum non expleuerint.

PRo declaratione horum quarti, quinti, & ſexti caſuum reſeruatorum, cum in alijs Tabellis plenè
26 ſufficientervè enucleati, & explanati inueniantur, nam quartus caſus iã declaratus eſt in Tabella *Fanenſi*. Declaratio quinti habetur ĩ explicatione ſeptimi caſus reſeruati in Tabella *Piſaurenſi*, & in Tabella *Senogallienſi*. & declaratio ſexti habetur in declaratione noni caſus reſeruati in Tabella *Anconitana*, ideo hæc pauca modo pro illorum declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti incipit declaratio ſeptimi, & vltimi caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Vrbini, qui talis eſt.

Componentium ſuper Decimis futuris eorum Eccleſiis debitis, abſque Apoſtolica, vel Ordinaria licentia, vel ad certam quantitatem reducentium, & exigentium.

PRo declaratione huius vltimi caſus reſeruati, præter ea, quę dicũt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Decima, quæ item neceſſaria requiruntur ad eius ſolutionem.*

2 *Quando facientes compoſitiones ſuper Decimis futuris eorum Eccleſiijs debitis, abſque Apoſtolica, vel Ordinaria licentia; Vel ad certam quantitatem illas reducentes, & exigentes incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionẽ pœnitentium, componentium ſuper Decimis futuris eorum Eccleſiis debitis, abſque Apoſtolica, vel Ordinaria licentia, vel ad certam quantitatem reducentium, & exigentium.*

27 CIrca primum; Decima iuridicè loquẽdo ſecundũ *Hoſt. in ſum. tit. de Decim. §. 1.* eſt omnium bonorum mobiliũ, licitè quæſitorum pars decima Deo dicata, diuina conſtitutione debita; ideſt Miniſtris Dei pro debita illorum ſuſtentatione, penſa, vt colligitur ex *c. 1. c. Parochianos & cap. non eſt, & c. tua nobis. & cap. cum non ſit in hor. ine. de decimis. ita ex D. Anton. p. 2. titul. 4. c. 3. §. 3. Sylu. Verb. Decima nu. 1 Rodriq. Quæſt. Regul. tom. 2. q. 44. ar. 1. & Io Paul. Lancelot. Inſt. iur. Canon lib. 2 de Decimis ti. 26. §. Decim. a eſt.* Ius enim Canonicũ patet appellatione Decimæ intelligere, omnium bonorum mobilium, ſiue fructuum iure quæſitorum partem decimam, quæ Miniſtris Eccleſiæ quotannis perſoluitur. *Azor. p. 1. inſt. moral. lib. 7. ca. 23. q. 1.* & fatentur Doctores ſecundum *Hoſt. vbi ſupra. §. 3.* cuius ſentẽtia cõmuni conſenſu
28 recepta eſt, Decimam eſſe triplicẽ, nempe

nēpe Prædialē, Perſonalem, & Mixtam; Decima Mixta eſt, quæ partim ex prædijs, partim ex opere, & induſtria perſonali proueniunt, vt ſunt animalia, quæ paſcuntur in prędijs, nimirum Oues, Boues, Sues, Gallinę, & alia huiuſmodi, ac eorum fœtura, quæ humano opere ex cibo terræ nutriuntur, *D. Anton. Rodriq. lo cit. & in ſum. p 1. c. 87. num. 1. Sylu. vbi ſupra. Angel. verb. Decima. Nau in Man. c. 21. num 29. Tolet lib 6. c. 20 num. 4. Azor. loc ſupraci. q. 3.* Hæ autem decimæ dādæ ſunt illi Eccleſiæ vbi eſt conſuetudo dandi ſecundum *D. Anton. loco ſupracitat.* Vel dicendum, ſecundum communem ſententiā eiuſmodi decimam referri ad decimam Prædialem, vt ait *gloſa in c. ad Apoſtolicæ. de decim.* ibi enim duo tantum genera decimarum perſonalium, & prædialium, dicta gloſa connumerat, quam ſequitur *Lancellot.* vbi ſupra. dicens, decimarum duas tātum eſſe ſpecies, perſonales, & prædiales. *Azor loc. cit. d. q. 3. & c. 24 q. 15.* quam opinionem ego quoque libenter amplector.

29 Decima Perſonalis eſt, vt Pars fructuum, quæ ex ijs prouentibus deducuntur, quæ ex propria cuique ſolertia & induſtriā, puta ex opere perſonæ, obueniunt, nimirum ex mercatura, negotiatione, Artificio, militia, Venatione, vel ex cuiuſpiā alterius rei diſciplina, & arte quam quis exercet, *cap. decimæ: 16. q. 1. & c. ad apoſtolicæ. de decim. Lancel. Rodriq. Nau. Sylu. Tolet & Anton. loc citat. Azor vbi ſupra d cap. 23. q 3.* Quæ profectò, licet ſoluenda ſit iure communi Eccleſiæ Parochiali in qua quis diuina audit, & percipit ſacramenta, in qua domicilium habet, vt ait *Nau. conſil 1. de decim. Sylu. loc. citat. num. 14 & Graff p. 2. lib. 2 dec. aur. c. 27. num. 30. & D. Anton d. §. 3* Hodię tamen vbi eſt cōſuetudo legitimè præſcripta eam nō ſoluendi, vt eſt ferè noſtra ætate in toto orbe Chriſtiano, minimè eſt ſoluē-

30 da, vt ait *Nau. Man. c. 21. num. 31.* Nā decima perſonalis hodie in deſuetudinem iam abijt ſecundum *Azor. loc. ſupracit. c. 24. quæſt. 9 in fin.* quia per conſuetudinem ferè iam vbique obtinuit, inquit *Greg. de Valent. tom. 3. diſpu. 6 q. 5. puncto. 3.* vt ſolum pendātur decimæ prædiales, vel quaſi prędiales mixtæ, ideſt Pecorum, non autem perſonales, vt notauit *Nau. d c. 21. n. 31.* Vbi autem perſonales quoque ſoluerentur, liceret prius deducere expenſas factas, & de reliquo ſolum lucro decimas dare, vt not. *gloſ. in c. non eſt. de decim.* & patet manife-

31 ſtè, *ex cap. Paſtoralis. eod titu.* At teſte Nau. *tract. de reddit. Eccleſ q. 1. monit. 24. num 2.* Perſonales decimæ iā vbique fermè ſubtractæ ſunt.

32 Decima autem Prædialis, eſt decima pars, quæ ſoluitur ex fructib. qui proueniunt ex prædijs, cuiuſmodi ſunt Vinum, Frumentum, Oleum, olera, fructus Arborum, & huiuſmodi, *c. peruenit c. Paſtoralis. c. Apoſtolica. de decim. Azor. vbi ſupra c. 23. q. 3. Rodriq. Angel Sylu. Nau. Tolet Lancelot. et D. Anton. loc ſupracit.* & hæc ſoluenda eſt illi Eccleſiæ in cuius Parochia ſitum eſt prædium, ratione cuius illa debetur, *gloſ. in cap ad apoſtolicæ. de decim. Nau. conſi 1. de decim. Azor. loc. ci.*

33 *cap 24. q 14. in princip.* etenim hodie vnum ſolum genus decimarū eſt in præcepto, ſcilicet vt decima pars omnium emolumentorum licitè prouenientium ſoluatur Eccleſiæ in cuius Parochia ſita ſub prædia, etiam ſi nō ſit matrix, ideſt Baptiſmalis, ſi ſunt decimæ Prædiales, *cap quoniam de decim. c. alia. 16 q 1. & c. ſi Laicus. 13. q. 1. c. Eccleſias. ead. q. 1 §. 1. Graff. loc. cit. nu. 29.* Etiā ſi Domini Prędiorū ad aliā Parochiam ſiue Eccleſiam ſe tranſtulerint, vt tradit *D. Thom 2. 2 q. 87 art. 3 ad 2.* & colligitur ex *cap. quoniam de decim. & cap. vlt. de Parochijs, & tradit gloſ. & alij in c. ad apoſtolica. de decim.* Quod idem verum eſt de Prædiali-

bus

bus decimis ex Prædijs (vt vocant) Noualibus,ideſt quæ ante culta non fuerunt,vt patet ex *d c. quoniam. Greg. de Valent. loc. ſupracit. puncto.4.* & nolentes illas ſoluere, nempe decimas Prædiales, quas iure communi, ſiue diuino, ſiue humano omnes tenẽtur ſoluere,mortaliter delinquunt. *Nau. conſi.2. de decim num.1.* Nam rationalis ratio dictat,vt illi qui pro populo in ſpiritualibus laborant, a populo ſtipendia ſuę ſuſtentationis accipiãt, etiam ſi ſacerdotes quibus ſoluendæ sũt decimæ ſint diuites,ſolutio enim
34 decimarum inſtituta eſt, non ſolum ad ſuſtentationem Miniſtrorum Eccleſiæ, ſed etiam ad ſuſtentationem Pauperum, quibus debet de domo Dei prouideri; Vnde dicitur Mala-
35 chiæ *c.3. Inferte omnem decimationem, vt ſit cibus in domo mea.* Et ſic ſacerdoti,qui non ſolum ſibi,ſed Pauperibus prouidere debet,quantumcunque diuiti ſunt decimæ neceſſariæ ſoluendæ, ita *D.Thom. Quodlib 6 q.5. art.4.*
36 Tenentur enim Eccleſiaſtici, cũ ſecundum *Sotum lib.9. de iuſt. & iur. q.3. art.1.* vere ſint domini omnium ſuorum reddituum Eccleſiaſticorum, ſtrictiſſimo præcepto miſericordiæ Pauperibus eleemoſynas erogare ex decimis, *Greg. de Valent. loc. cit. puncto. 1.* ſoluẽda eſt ergo decima Parochis, tametſi opibus,& rebus temporarijs abundent, nõ enim ſoluitur decima ratione perſonæ, ſed cauſa diuini miniſterij,quod Parochus præſtat. Nec enim quis ob diuitias ſuo poteſt iure ſpoliari:neque Regi, aut Principi opulento tributa detrahuntur: nec creditori copioſo debita pecunia denegatur; Ita nil refert ſi Parochi ſint diuites, vel ſint improbi, aut ſi decimarum fructus in malos vſus impendant,quoniam decima debetur præciſè ratione muneris,& officij Eccleſiaſtici,quo fungitur idem Parochus
37 *Azor. vbi ſupra c.25. q.9.* Vnde licet ſacerdos diues ſit, & non indigeat decimis,tamen videtur,quod nõ poſſit relaxare decimas homini diuiti, vbi tenetur ſoluere,ſed debet recipere pro Pauperum ſuſtẽtatione, aliter eſt infidelis diſpenſator relaxando diuiti,quod tenetur dare Pauperi. *Armill. verb. decima num.4. &* ratio eſt, quia,vt ait *D.Thom.2.2.q.87.art.1.ad 4. & ar.4.ad 4.* decimæ quæ Miniſtris
38 Eccleſiæ dantur, per eos debent in vſus, & ſubuentionem Pauperũ diſpenſari. Vnde beneficiarius condonando diuiti,quod pauperib. eſt erogandum, nempe decimas, & diues accipiendo, quod illis erat dandum, peccant,& tenentur ad reſtitutionẽ, *Nau. in c. non liceat. 12. q.2. §.1. nu.5. & in Man c.21. num.32.*
39 Ad hanc igitur decimarũ Prædialium ſolutionẽ tenentur omnes Laici tam pauperes,quam diuites ſecundum *Alex. de Ales. in ſum. p.3. de decimis. Angel. verb. ecd. num.7.* Imò decimas prædiales quilibet indiſtinctè ſoluere tenetur, etiam Iudæus,hæreticus, vel paganus, & quilibet alius prædia poſſidens, *c. de terris. de decim.* quia dantur nõ ratione perſonæ, ſed quaſi ex cenſu debito prædiorum. *d. c. de terris. Ita Hoſt. & Syl. verb. decima. num.13.* Imò vt tradit *Azor. loc. cit. ſupracit. d.c.24. q.1.* decimam prædialẽ ſoluere tenetur ex *c. a nobis. de decim.* quilibet ſiue nobilis,ſiue ignobilis,tã Clericus, quam ſecularis, vt colligi-
40 tur ex *c. ſiquis Laicus.16 q.1.* Imò Iudæi decimam ſoluere debent ex terris quas colunt Chriſtianorum Principum iuriſdictioni ſubiectis. *d. c. de terris,* & idem dicendum eſt, de Sarracenis, Turcis,& Paganis, qui ſub Chriſtianorum Principum ditione, & poteſtate degunt;& idem prorſus de hęreticis,vt docent *Abb. & cæteri in d.c. de terris.* Dixi etiam Clericum teneri ad ſolutionem decimarum, quod intellige de decimis ex prædijs patrimonialib. ſitis in aliena Parochia, nam talis decima eſt onus,quod ipſis

præ-

Digitized by Google

Prædijs adhæret. *Sylueſt. vero verb. decim. quæſt.* 7. ait hoc locum habere niſi Clerici inſeruiant Eccleſiæ,
41 cui debentur; & ratio eſt, quia ipſi in ea Eccleſia ſunt Parochi adiutores, vnde ſolum decimam debent, quando ſe habent vt Laici, qui in aliena Parochia prædia Patrimonialia poſſident, *Azor. ſupra q.* 5. Vide D. Thom. 2. 2. *q.* 87. *art.* 4.

42 Dixi teneri etiam Pauperes; nam Decima debetur, etiam ſi ſoluendo quis incideret in egeſtatem; puta colligit, quis tot fructus, qui ſufficiunt ſibi, & pro familia ſua, ſi autem ſoluit decimam, ipſe indiget, tunc *gloſ. in cap. quia tua fraternitas.* 12. *q.* 1. decidit quod tenetur illam ſoluere. Dicit tamen Panormit. *in cap. cum homines. de decim.* quod iſte tenetur ſoluere, ſed Eccleſia tenetur ſibi remittere tantum, quod poſſit viuere, cum Eccleſia teneatur de ſuo ſibi prouidere. Dummodo tamen non ſit tanta inopia, quod ſi decimam ſolueret, fame periret, quia in tali caſu, cum tempore neceſſitatis omnia ſint communia, minimè teneretur ad illius ſolutionem, ita *Graff. vbi ſupra num.* 34.

43 Dicit etiam *Sylu. verbo. decima num.* 11. ex Ray. quod ſi quis retinuerit decimas longo tempore, & nunc pœnitens remiſſionem petit, quia alias oporteret eum mendicare, Sacerdos videns eum contritum, & vera dicentem, remittere debet ei tam quam pauperi: cum hoc eidem poſtea dare deberet. *capitu fin* 16 *quæſt.* 1. *Diuus Antonin. loco citato in fin.* Quæ
44 quidē decimæ Prædiales, ſeu mixtæ reddendæ ſunt ex integris fructibus, nequaquam prius deductis expenſis ſationis, collectionis, aut penſionis, aut quibuſcūque tributis, ſeu ſtipendijs operum, vt patet *ex cap. tua nobis. & cap cum non ſit. & c. Paſtoralis. de decim.* & tradit etiam *D. Thom.* 2. 2. *q.* 87. *art.* 2. *ad* 4. quia peccatum mortale eſſet prædicta prius extrahere, vt ait. *Nauar. Man cap.* 21. *num.* 31. Quod ſi fructus ante decimationem ad alias transferantur, per quamcunque viam, vt venditionis, vel ſtipendij, vel tributi, vel donationis, &c. apud illos etiam decimari debent; nam res cum onere ſuo tranſijt, vt ait in hoc ipſo propoſito *Innocent.* 3. *in d. capitu. cum non ſit. & d. cap. Paſtoralis.* Ex eiſdem quoque Decretis colligi-
45 tur, deberi etiam ex rigore quidem iuris deferri decimas expenſis Villici, ſeu Domini, ad ipſas etiam ædes Miniſtrorum Eccleſiæ, vt integræ ad eos perueniant, ſicut poſt alios tradit *Couarru. libro* 1. *Variar. reſolut. cap.* 17. *num* 8. Quamquam in hoc, & in alijs, quæ ad modum pendendi Decimas pertinent, ſtandum eſt conſuetudini, vt idem auctor & alij communiter fatentur. ita *Gregor. de Valen. loco ſupracitato puncto* 3. etenim an in Vineis, vel Agris vbi fructus colliguntur, ſolui Decimæ debeant, an vero deferendæ ſint ad Eccleſiam, cui debentur, ſecundum Hoſtien. vt ait *Sylu. verb. decima num.* 15. ſtandum eſt conſuetudini. *Azor. loc. citat. quæſt.* 15. *in fin.* Ita etiam idē cenſendum eſt circa Decimarum ſolutionem, fatendum eſt iure quidem communi deberi, ſed conſuetudine tamen, magna ex parte ſolui deſijſſe videmus; Decima enim Perſonalis in deſuetudinem iam abijt; Præ-
46 dialis quoque ex multis fructibus, præſertim minutis alicubi non ſoluitur, vt ex herbis, oleribus, legaminibus, & huiuſmodi. Quare vbique eſt gentis, Ciuitatis, vel populi conſuetudo ſeruanda, cum eſt vſu ipſo legitimè præſcripto recepta. *Azor. loco ſupracitat. d. cap.* 24. *quæſt.* 9. *in fin.* Vbi tamen, & quando ſoluenda eſt, tunc non tenentur dare optima, meliora, & præcioſiora, neque vilia, ſed ſatis eſt, vt ſint mediocria. *Diuus Anton. vbi ſupra d.* §. 3. *Nauar. d. num.* 31. *Silueſt. verb. decim. num.* 15.

Digitized by Google

in fin. Hoc autem malè obſeruabat quidam Doctor huius noſtri temporis, qui decimam Prædialem (neſcio quo ſpiritu diabolico) Sacerdoti Curato ſuę Eccleſiæ Parochialis, in qua diuina Sacramēta percipiebat, & ſua Prædia ſita erant, ſoluere renuebat.

Circa ſecundum; ex hactenus dictis, manifeſtè colligitur, qui nam incidunt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

47 Primò enim incidunt; Omnes ſæculares, cuiuſcunque ſtatus, ſexus, gradus, & conditionis, quaſcunque compoſitiones ſuper Decimis futuris eorum Eccleſijs debitis, abſque Apoſtolica, vel Ordinaria licentia, facientes; Vel eas ſine prædicta licentia ad certam quantitatem reducentes, & exigentes. Et notandum ſecundum *Azor. d. libro 7. c. 26. quæſt. 5.* quod Compoſitio eſt gratis, & liberaliter facta conuentio, quæ fieri ſolet inter amicos. Vnde compoſitio Epiſcopi auctoritate fieri nequit, qua Laicus Decimam Eccleſijs, vel Clericis non ſoluat; bene tamen auctoritate Romani Pontificis, iuſta, & legitima de cauſa. Valet item compoſitio, vt Laicus non ſoluat integram decimam, ſed minorem, vt potè vigeſimam, trigeſimam, &c. at non ſufficit in hoc ſola auctoritas Epiſcopi; niſi Romani Pontificis conſenſus accedat. Nam cum decima ex toto, vel ex parte remittitur, ius commune relaxatur, quod præcipit integram decimam ſolui, vt ſu-
48 pra dictum eſt. Valet item compoſitio, vt Laicus non ſoluat decimam ex certis quibuſdam fructibus, aut bonis, modo fiat auctoritate Romani Pontificis: ſiquidem hac etiam in parte ius commune remittitur. Ra-
49 ta nihilominus, & firma eſt compoſitio, quæ fit auctoritate Epiſcopi, vt decima ſoluatur quidem Clericis, vel Eccleſijs integra, ſed certo loco, & tempore, nimirum in Area, vel Agro, vel domo: Item vt poſt certos dies a collectis fructibus; tum etiam, ne ſoluatur decima, antequam petatur a Clericis; Inſuper, vt non ſoluatur decima, niſi ad finem vitæ. *ita Azor. loco citato.* & ad hunc ſenſum, credo quod intelligi debeat, id quod cum *Hoſtien. in cap. ſtatuimus. de tranſactionibus*, infra citandi auctores fatentur, videlicet, quod compoſitio inter perſonam Eccleſiaſticam, & Laicos ſuper aliqua parte decimæ, vel quota, de conſenſu ſuperioris Prælati, valet: *Diuus Antonin. vbi ſupra. §. 6. in fin. Sylueſt. verb. decima nume. 11. Graff. d. part. 2. libro 2. cap. 27. num. 19.* Licet ergo decimæ diuina conſtitutione debean-
50 tur, poteſt tamen ſuper eis fieri compoſitio, vt minus, vel certo modo ſoluantur, ſed hoc non niſi cum auctoritate Epiſcopi, vt per Abbat. & alios *in d. cap. ſtatuimus. de tranſactio. Lancelot. loco ſupracitato. §. decima eſt. in gloſa.* & idem cenſet etiam *gloſ. in d. capit. ſtatuimus.* nimirum quod valet amicabilis compoſitio facta ſuper decimis etiam cum Laicis ex ſola auctoritate Epiſcopi, aut Archiepiſcopi, etiam ſi de quantitate remittatur, præſertim quando huiuſmodi remiſſio fit ex cauſa. *Graff. conſil. vnico. de Decim. num. 9.* Qui ergo ſine huiuſmodi auctoritate, faciunt tales compoſitiones, ſuper decimis futuris eorū Eccleſijs debitis, illas ad certam quātitatem reducentes, & exigentes, dubio procul hac reſeruatione ligantur. Et ratio quare cōpoſitio nō pōt
51 fieri inter Laicos quo ad decimas impoſterum ſoluendas ſine auctoritate Iudicis, eſt, quia decimæ ſunt tributa animarum *c. decimæ. 16 q. 9. c. tua nobis. de decim.* In tributis autem non fit compenſatio. *Graff. loc. cit. num. 32.*

Secundò, ſaluo meliori iudicio, credo quod incidunt etiam, qui faciunt prædictas Compoſitiones cum licentia Vicarij Generalis Epiſcopi, vel Capi-

52 Capituli Sede vacãte; Nam licet Vicarius faciat id tribunal cum ſuo Epiſcopo, vt habetur. *in c. 2. de Conſuetud. in 6. & c. Romana. de appell lib. 6.* & tradit *Lazar. de monit. ſect. 1. q. 6. num. 3.* & Capitulum cathedralis ſede, vacante ſuccedat generaliter in iuriſdictione
53 ſui Epiſcopi, etiam cum adminiſtratione temporalium, & ſpiritualiũ, & habeat iuriſdictionem a iure communi, & poteſt Iudices dare, ac cõſtituere, atque omnia expedire, quæ ad iuriſdictionem ordinariam pertinent, prout latè ſcribit *Franc. Pauin. in tract. de offic. & poteſt. Capit. ſede vacante. q. 1. & ſeq. primæ partis prin. Steph. Quarant. Verb. Capitulum ſede vacan. Graff. lib. 6. de ſent. excom. n. 9. & Lazar. vbi ſupra. ſect. 1. q. 7. num. 2.* Attamen quo ad Vi
54 carium, facit idem tribunal in contentioſis tantum, non autem in foro conſcientiæ, vt notat *Graff. in Prax. lib. 2. c. 43. num. 22.* Capitulum etiam ſede vacante non ſuccedit in his, quę competunt Epiſcopo iure ſpeciali iuxta *Innoc. & Abb. in cap. ad abolendam. vbi glo. in Verb. ſede vacante. de Hæretic.* quos ſequitur *Alphonſus de Azeuedo.* vt notat *Rodriq. Quæſt Regul. tom. 1. q. 61. art. 9.* cum igitur, prout colligitur ex *Azor. loc. citat.* huiuſmodi Compoſitiones ſuper decimis futuris Eccleſijs debitis, ſit ius particulare, pertinens ad Summum Põtificem, & Epiſcopum, ſequitur quod ſuper illud nihil poſſunt Vicarius generalis, & Capitulum, ſede vacante.

55 Tertiò, & qui cum licentia quidẽ Summi Pontificis, vel Epiſcopi, tñ obreptitia, ſubreptitia, vel falſa (hæc enim nomina ſynomina ſunt, & idẽ ſignificant) prędictas compoſitiones faciunt, nam dolus, & fraus, nemini debet patrocinari. *c. ad noſtrã. de empt. & vendit. & facit. c. ex multiplici. iuncta gl. de decim.* vbi habetur, quod *Priuilegium veritate tacita impetratũ non ualet.*

Quartò, non ſolũ huiuſmodi cõpoſitionẽ abſq. Apoſtolica vel ordinarij licentia facientes, ſed ẽt, nullã Cõpoſitionẽ facientes, tñ prædictas Deci
56 mas, ſine tali licentia, propria auctoritate, ad certã quantitatẽ reducẽtes, & exigentes. Dictio etenim, *Vel*, eſt diſiunctiua, vt ſatis liquet, & ideo caſus bimẽbris eſſe vr̃, determinare. n. quotã decimarũ, vt ſit minoris quãtitatis decimæ partis fructuũ, nõ pertinet ad perſonã particularẽ, cũ iam in Iure ſtatutũ ſit, vt ſit decima pars fructuũ, & ea integra ſoluatur, nã cũ decima ex toto vel ex parte remittitur, ius commune relaxatur, ꝙ præcipit decimã integrã ſolui, hoc aũt nemo facere põt niſi Papa; Vnde ſupra dixi cum *Azorio* valere cõpoſitionẽ, vt Laicus nõ ſoluat integrã decimã, ſed minorem, vt potè vigeſimam, trigeſimam &c. ad quod non ſufficit ſola auctoritas Epiſcopi, niſi etiam conſenſus Romani Pontificis accedat.

Nõ incidunt aũt; Primò componẽtes, abſq; Apoſtolica, vel Ordinarij licentia ſuper decimis præteritis eorũ Eccleſijs debitis, non futuris, ẽt illas
57 ad certam quantitatẽ reducendo, & exigendo. Caſus. n. loquitur de decimis futuris, nõ aũt de præteritis. Vnde, non ſolum, vt ſupra dixi, quum quis retinuerit lõgo tẽpore decimas, veniens ad pęnitentiam, petens ſibi remitti, quia alias oporteret eũ mendicare, ſacerdos ſi videt eũ contritũ, & preces eius īniti veritati, debet ſibi remittere tamq̃ pauperi, cum hoc eidẽ poſtea præſtare teneatur. *c. quoniam. 16 q. 1.* ſed ẽt ſi eſt diues, põt in totum, vel in partẽ decimas dimittere, ſi vult in poſterũ abſtinere. *D. Anton. vbi ſupra. §. 6. prope finem.* ergo multo magis facere põt aliquam compoſitionem ſuper eis, vt nimirum ſi nõ poteſt ſoluere totam, ſaltem aliquam partẽ perſoluat, qñ cõmodè poterit.

Secũdò, nec qui bona fide, ſine dolo, ignoranter, aut imprudenter ſiue inaduertenter, ſine tali licẽtia, faciũt
58 huiuſmodi Cõpoſitionem, omninò

neſcientes eſſe caſum reſeruatũ, ita vt ſi ſcirent, nullo modo fierent; modo confeſtim, vt ſciunt, reſcindant ſcripturam quam fecerunt circa talẽ Compoſitionem, nulla interpoſita mora, procurando a Sedia Apoſtolica, vel Ordinario, prędictam licẽtiã.

Tertiò, nec ad huiuſmodi Compoſitionẽ faciendã abſq. Apoſtolica, vel ordinaria licentia, tm̃ conſulẽtes, vel
59 mandantes; rõ, quia caſus reſeruatio loquitur in perſonam, talẽ compoſitionem faciẽtem, vt pate tex littera; Quotieſcunq. enim caſus loquitur in *Perſonam*, tunc ille qui fieri fecit, non propriè facit, ſed ex interpretatione, id eſt sm̃ fictionem, & interpretationem vr̃ feciſſe, & ita minimè cõprehenditur ſub caſus reſeruatione mãdans, aut conſulens, quia in caſib. reſeruatis ſunt verba ſumenda in propria ſignificatione, at mandans, vel conſulens non dicitur verè facere. *c. vt famæ. de ſent. excom.* ita notat *Graff. in Prax lib. 1. c. 4. Regul. 16. num. 61. in fin. & lib. 3. c. 6. num. 23.*

Circa tertium; Praxis obſeruãda a Confeſſario circa Confeſſionẽ & abſolutionem pœnitentium compoſitionem ſuper decimis futuris eorum
60 Eccleſijs debitis abſq. Apoſtolica, vel Ordinarij licentia faciẽtiũ, vel illas ad certã quãtitatẽ reducentiũ, & exigentium, hæc erit. Circa Confeſſionem; cũ in Sacramentali Cõfeſſione ſæpiſſimè, maximè hiſce noſtris tẽporibus, inter pęnitentem, & Confeſſarium, varia dubia, circa decimarũ ſolutionem oriantur, hinc vt Confeſſarius, rectè, vt par eſt, munus ſuum exercere valeat, nonnulla ſũmopere animaduertenda fore cenſeo. In primis certi iuris eſſe, Priuilegio Summi Pontificis, poſſe aliquos eximi a decima ſoluenda, vt tradunt *gl. Hoſt. Ioan. And. & Panormit. in cap licet. cap. ad audientiam. capit ex parte tua nos. de decimis.* Imò vt communis eſt opinio tum Iuris Pontificij doctorum, tum theologorum, eam in toto propria auctoritate etiam tollere poteſt; nam
61 quemadmodum decima conſuetudine, vel præſcriptione tolli poteſt, non quidem, vt Laicis ſoluatur, quæ Clericis, vel Eccleſijs debetur, ſed vt ſimpliciter decima non ſoluatur, ſic etiam auctoritate Pontificis fieri poteſt, vt decima in totum non ſoluatur, quoniam dummodo Clericis, & Eccleſijs aliunde ſubminiſtrentur, quæ ſunt ſimpliciter ad vitæ vſum, & victum neceſſaria, quod Iuris naturalis, & diuini eſt; & dummodo aliquid Deo offeratur, vt agnoſcatur ſupremus rerum omnium dominus, quod Ius diuinum, & naturale præſcribit, reliquum, cum ſit tantum Iuris Canonici, auctoritate Pontificia tolli poteſt. *Azor d. p. 1. Inſt. moral. lib. 7. c. 26. q. 6.* Item decima etiam con-
62 ſuetudine tollitur; conſtat enim decimam, vt eſt pars fructuum neceſſaria ad victum Clericorum, diuina, & ſpiritualia bona miniſtrantium, item vt eſt merces laboris ipſorum, inſuper, vt eſt aliquid quod Deo offerimus, vt ipſum agnoſcamus tamquã ſummum rerum omnium dominũ, iuris naturæ, & diuini eſſe: vt vero eſt certa, & definita pars fructuum, videlicet decima non maior, aut minor, non eſſe iuris diuini, vel naturalis, ſed Canonici, ac propterea quemadmodum cõtra quodlibet Ius Canonicum, vel Ciuile conſuetudo magnam vim, ac robur habet, ſic etiã contra Ius decimarum, vt rectè *Couarru. libro 1. var. reſolut. capitulo 17. nu. 8. & Turrecremat. in capit. reuertimini, 16. quæſt. 1.* Theologorum ſentẽtiam ſecuti, annotarunt. Dubitandum ergo non eſt, quin decima conſuetudine in totum tolli queat, ſi re alia maiori, vel æquali compenſetur: nam cætera debita etiam iuſta, alterius rei cõpenſatione ſoluuntur. Deinde certum eſt, Ius ipſum decimarũ, quatenus eſt naturale, vel diuinũ cõſuetudi-

Digitized by Google

tudine nec ex toto, nec ex parte tolli poſſe, quatenus vero eſt Canonicũ poſſe; Vt merito *D. Thom.2.2.q.87. art.*1.dixerit, potuiſſe Eccleſiam decernere, vt pars minor, loco decimæ
63 ſolueretur. Certum quoq; eſt potuiſſe Eccleſiam ſuo iure cedere, nimirũ decimas non petendo, vti eas Laicis remitteret, quamuis nõ potuerit Ius diuinum relaxare, quo Deo aliquid offerimus, vt agnoſcamus ſupremũ eius dominium in res omnes, quod ius diuinum ſeruamus, ſi aliquid ẽt, ſi decima ſit minus, offerimus. Nam decima eſt inſtituta ad Clericorum victum, & cæteros vitæ vſus neceſſarios: potuerunt igitur Eccleſiæ, & Clerici ſibi aliunde alimenta, & cętera vſus vitæ neceſſarios cõquirere, & Laicis decimam condonare. Hinc perſpicuum eſt, quam vim conſuetudo in decimis habeat; Quemadmodum enim Pontifex poteſt decimam remittere, ſi aliunde Clericis ſuppetant bona, ex quibus commodè ſuſtẽtentur, ſic & conſuetudo. Ex dictis
64 colligitur, vbi eſt conſuetudo recepta, & pſcripta legitimè, vt decima nõ ſoluatur, ſolui eã nõ debere, ẽt ſi a Clericis petantur: ſtandum eſt enim conſuetudini receptæ, quę legis vim habet. Hinc etiã exiſtit, vt ſi ex quibuſdam fructibus, & bonis nõ ſoleat decima ſolui ea minimè debeatur: in multis enim locis ſolui non ſolet ex minutis rebus, vt ex fęno, herbis, ole-
65 ribus, & alijs fructibus pleriſque. Valet etiam conſuetudo vbi nõ integrè decima ſoluitur, ſed minor, nempe vigeſima, trigeſima, quinquageſima. Cõſuetudo itidem ea valet, qua nulla decima ſoluitur, ſed aliquid aliud, quod eſt in locum ipſius ſubrogatũ. Vnde hęc eſt cã cur in multis Prouincijs decima non ſoluitur; olim enim Romani Pontifices ſponte ſua, & voluntate remiſerunt decimas; quia laici prædictarum Prouinciarum certa quædam bona aſſignarunt ad Eccleſiarum, & Clericorum vſus, & alimẽta, quod ego quidem factum exiſti-
66 mo in Italia. Præterea Romanus Põtifex ẽt decimas Regib. & Principibus, alijſq; primarijs viris optimè de Eccleſia meritis attribuit, ea lege, vt dotarent Eccleſias, & neceſſaria vitę ſubſidia Clericis præberẽt, & ita cõceſſę ſunt Hiſpaniarũ Regi decimę, quæ in certis ſuæ dictionis Prouincijs colligũtur. Decimæ ẽt quibuſdã Religioſorum ordinib. ſunt attributæ, ex quibus tamẽ decimis detractæ ſunt certæ portiones, & Eccleſiaſtica quædam beneficia conſtituta, vnde ſuſtententur Clerici, qui ex ipſis, Ordinibus ad Eccleſiarum Præfecturam, & gubernationem deliguntur. Aut certè Eccleſiarũ Antiſtites expreſſo, vel tacito Romanorum Pontificum, vel totius Eccleſiæ conſenſu, ſuo iure omnino ceſſerunt, Laicos a decimis ſoluendis liberantes, & ita factum reor in Orientis Eccleſijs, in quibus decima non ſoluitur; fortaſſe enim Regionis Epiſcopi; Paulum
67 ſunt imitati, q noluit Corintios adigere ad decimam ſoluendã, vel quippiam aliud vitę vſibus neceſſariũ ſuppeditandum, ne quemquã eorũ grauaret; ſed ſuarum, vt ipſe teſtat̃, manuum labore, victũ ſibi quæritabat. Niſi fortè fatendum, decimas Eccleſiarum Orientis Saracenos, & Turcas, alioſque Tirãnos per vim rapuiſſe, ac ſibi vſurpaſſe; licet illud potius veriſimilius videtur, eiuſmodi Eccleſias a multis annis petere decimas nõ cõueniſſe. Ex his etiam facilè colligi poteſt, non eſſe continuò damnandum, ſi quis Laicus vſu de conſuetudine ſe exemptum a ſoluendis decimis contendat, cum probat diuturno vſu eas ſe nunquam ſoluiſſe. Deinde multo minus eſſe dubitandum de quibuſdam alijs cõſuetudinibus.
68 Valet itaque conſuetudo, qua Clerici Rectores Eccleſiarum ex Prædijs etiam Patrimonialibus decimam ſi-

bi retinent. Ea item conſuetudo, qua Laici decimam Perſonalem non ſoluunt; necnon ea, vt decima vni Parochiæ iure debita alteri Parochiæ ſoluatur. *cap. ad Apoſtolicæ. cap cum contingat, & capit. quoniam, de decimis.* Illa itidem conſuetudo, vt decimæ ne deferâtur in Clericorum horrea, ſed vt ſoluantur in Area, Agro, vel domo, dummodo collector decimæ
69 admoneatur. Data etiam eſt conſuetudo alicui, ideſt, vt dicitur, apud Venetos recepta, vt perſonalis decima non ſoluatur, niſi ad finem, & exitũ vitæ: nam ſicut Eccleſia damnum pati, ſic etiam lucrum facere poteſt, eo quod ad finem vitæ quiſq; ſicut pauperior, ſic etiam locupletior eſſe poterit. Valet quoque illa conſuetudo, vt perſonalis decima non niſi ad exi-
70 tum anni ſoluatur. Demum conſuetudo pari ratione illa valet, vt Colonus certas menſuras quotannis ſoluat Eccleſiæ, ſiue nihil ex Agro, ſiue multum collegerit: quia Eccleſia, & damnum, & lucrum habere poteſt, *ita Azor. loc. cit. d. c. 26. q 2.* Item remota qualibet conſuetudine, conſtat ẽt iure communi Decimam Prædialẽ ſoluendam eſſe non deductis impenſis, etiam factis in fructibus colligendis. *cap. cum ſicut homines, & cap. paſtoralis. de decimis.* item non deductis impenſis factis in domibus, aut Molendinis reficiendis, *Abb. in d cap. paſtoralis. de decim. Azor. cap. 25. q. 8. in fin.*
71 Item quãdo fructus collecti ſunt, ſtatim videlicet cum collecti ſint decima prædialis eſt ſoluenda, ſufficit tamen eſſe perceptos, quamuis nondũ ſint perfectè collecti, & ſecundũ communem, & veriorem ſententiam ſolui debet iure communi antequam petatur, vt tradunt *Anchar. & Abb. in cap peruenit. de decim. & in cap. cum homine. eod. titu.* apertè ſtatuitur eam ſtatim eſſe ſoluendam collectis fructibus: nam decima eſt quædam oblatio, & oblatio ſponte datur, an-
72 tequam petatur. Quando tamen Eccleſia expreſsè, vel tacitè decimam remitteret, eam ſoluere, quis non debet, niſi Eccleſia denuo eam petat; quando autem ea non remittitur; tunc ſolui debet antequam petatur. Cæterum vbi fuerit conſuetudo recepta, & præſcripta, vt decima non niſi petita ſoluatur, non debe-
73 tur niſi petatur. Et ſi fortè accidat quod quis vendat Agrum ſuum, verbi gratia, Caio, ex cuius fructib. per aliquot annos venditor decimã non ſoluerat, tunc clarum eſt, quod Eccleſia poterit conuenire Caium emptorem, vt ſoluat omnes decimas prætermiſſas, quas dictus venditor non ſoluerat: ita *Hoſtien. Ioan. And. & Abb. in cap. paſtoralis. de decim.* ra-
74 tio, quia res tranſit cum ſuo onere ad emptorem, ſiue poſſeſſorem, nam *in l. Imperatores. ff de public.* Poſſeſſor cogitur ſoluere tributa præterita, quia res tranſiuit ad eum cum eo onere, & res, non perſona eſt obligata. Imò addit *Ioan. And.* poſſe Rectorem Eccleſiæ conuenire recentem, aut veterem poſſeſſorem; & idem aiunt *Archid. 16. q. 1. cap. ſi quis Laicus. Federic. conſil. 74. & Abb. in d. c. paſtoralis de decim. Azor. vbi ſupra cap 24. q. 16. 17.*
75 *& 18.* Et ſi quæratur an decimam ſoluere debeat ex Agro dominus Agri, vel potius conductor, qui ſolet vocari Colonus, partiarius, ſiue mediarius, aut Colonus cenſualis, ſiue Penſionarius: ille dimidiam partem fructuum domino ſoluit, hic vero certas menſuras fructus, aut certam pecuniam; & reſpondetur cum *gloſ. & Abb in cap tua nobis. de decim.* In primis de domino Agri; Aut is locauit Agrum, vt reciperet dimidiam partem fructuum, & tunc vterque partem decimæ debet, quia vterque dimidiam partem ex fructibus percipit, ergo ex ea dimidia parte decimam debet; aut dominus conduxit operas Coloni pecunia, vel loco pe-

cuniæ

Digitized by Google

cuniæ certis menſuris fructus, ſiue colligeretur fructus aliquis, ſiue nullus, & tunc dominus debet ſoluere integram decimam, quia omnes fructus percepit ex agro, nec poteſt deducere id, quod ſoluit Colono, quia debet decimam ſoluere nō deductis impenſis, *cap. non eſt, & cap. cum non ſit. de decim.* Aut dominus locauit Agrum Colono certis menſuris, aut certa pecunia, ita vt omnes fructus ad conductorem ſpectent, & tunc dominus non debet decimam ex penſione, quam recipit a Colono: quia totum onus ad conductorem tranſit, eo quod dominus propter hoc onus minorem penſionem exigit. Si ſermo ſit de Colono, aut is eſt Partiarius, & debet decimam ex dimidia parte fructuum, quam colligit; Aut eſt cenſualis, qui conduxit prædium certis menſuris, & tunc debet ſoluere decimam ex lucro ſuo deductis ſumptibus, vt conſtat *ex gloſ. in cap quæſti ſunt. 16. quæſt. 1.* Aut eſt cenſualis, qui conduxit totum prædium ita, vt ad ipſum ſpectent omnes fructus, & ſic debet integram decimam. *Azor. d. cap. 24. quæſt. 4.*

76 Obſeruandum item, quod ſi quiſpiam fortè combuſſit ſegetes, vel conculcauit Sata, vel incendit Vites, vel rupit Retia, quibus capiuntur Piſces, Volucres, vel feræ, non ſolum debet arbitrio boni viri damnum illatum reſarcire, quod paſſus eſt dominus, vel Piſcator, aut Venator, ſed etiam Eccleſiæ reſtituere debet decimam, quam veriſimiliter haberet, niſi id damni eueniſſet; Vt enim docent *Innocen. Abb. & Ioann. And. in cap commiſſum de decim.* aduerſus prædictum Eccleſia actionem habet, quia decimæ dominium habet Eccleſia. Vnde ſicut dominus habet actionem in eum, vt reddat æſtimationem damni, ſic Eccleſia, vt reſtituat æſtimationem decimæ arbitrio boni viri; & ita idem docuit *Couarru. in regul. peccatum. par. 2. §. 8. num. 12. ad finem*. Hoc tamen locum habet, vbi decima ſolui debet ex prædiorum fructibus, & ex Venatio-
77 ne, Aucupio, & Piſcatione. Et circa fructus etiam obſeruādum, quod ſi res aliqua duplices, triplicesvè fructus ſingulis annis reddat, licet decima ſoluenda ſit iure communi ex ſingulis, ideſt non ſolum ex primis, ſed etiam ex ſecundis, & tertijs fructibus, *capitulo ex parte. de decim.* nam ex omnibus frugibus, ac fructibus decima perſoluitur; Conſuetudine tamen introduci poteſt, vt ex primis tantum fructibus decima debeatur, & ſoluatur. An autem decima debeatur ex bonis, vel lucris malè acquiſitis, & partis, vt ex re furtiua, vel rapta, reſpondetur, decimā Prædialem deberi quamuis prædiū ad nos contra leges, & iura deuenerit: quia Prædium cum ſuo onere tranſit ad quemlibet poſſeſſorem ſiue bonæ, ſiue malæ fidei, *gloſ. in cap. decimæ. 16 quæſt. 1.* Decima perſonalis non debetur ex ijs, quæ ſunt domino reſtituenda. Ex cæteris vero,
78 ſi fuerint lucra ex peccato mortali notorio parta, vt ex Meretricio queſtu, Eccleſia decimam non recipit, quamuis ipſi, qui acquirunt, debeāt; Eccleſia enim non debet eas accipere, quandiu ſunt in peccato, ne videatur eorum peccato communicare; ſed poſteaquam reſipuerint, poteſt de huiuſmodi turpi lucro decimam accipere, vt tradit *D. Thom. 2. 2. quæſt. 87. articul. 2. ad 2.* quamuis, vt notat *Gregor. de Valent. tomo 3. diſputa. 6 quæſtio. 5. puncto. 3 in fine*, nuſquam videtur in vſu eſſe, hoc genus decimarum. Si vero lucra fuerint ex peccato occulto, licet noto Parocho, ſiue Prælato, tunc Eccleſia decimam vtique recipere poteſt. Dicit etiam *Diuus Thomas loco citato*, quod ſi aliquis Ager ſit emptus de

Vſura, de fructu eius tenetur Vſurarius decimas dare, quia fructus illi
79 non ſunt ex Vſura, ſed ex Dei munere. Decima mixta, vt ſupra dictum eſt, reducitur ad Prædialem, vnde circa decimam prouenientem ex fructibus Animalium, notandum triplicem eſſe Animalium fructum, primus conſiſtit in fœtu, ſecundus in lacte, & ijs, quæ ex lacte conficiuntur; tertius in Pellibus, & Lana. *l. in pecudum ff. de Vſuris. & inſtitutio. §. in pecudum. de rerum diuiſio.* ex fœtibus igitur, is qui decimo loco natus eſt, debetur, quamuis conſuetudine ſoleat pro eo pecunia ſolui. ex Lana, decima quoque debetur, cum detonſæ ſunt pecudes, ita vt nouem velleribus retentis, decimum perſolua-
80 tur. Ex lacte ſimiliter, nouem menſuris retentis, decima præſtatur, & ex Caſeis, decimus. Conſuetudine alicubi receptum eſt, vt decima ex lacte in Parochiam ſoluatur, vbi ex vberibus, ſiue mammis hauritur, & ſugitur; & ex Caſeis, vbi Caſei fiunt; & ex fœtu, in ea, vbi Pulli naſcuntur. *Azor. loco ſupracitato quæſtio. 6. 12. 13 & 15.* Poſtremo obſeruandũ, quod Clerici tantum primam tonſuram habentes, & alij Minoribus ordinibus initiati, cum Sacramenta a ſuis Parochis accipiant, inſtar Laicorum iure communi decimam ſoluere coguntur, & qui beneficia habent, ex beneficiorum fructibus conſuetudine decimam non ſoluunt.
81 Clerici itidem Matrimonio coniuncti a decima ſoluenda liberi, & immunes non ſunt, vt patet *ex cap. 1. de Cleric. coniugat. in 6. ad finem*, eamque debent Parocho, in cuius Parochia Sacramenta ſuſcipiunt, & rem diuinam audiunt. *Azor. loco citato quæſt.*
82 *7. in fin.* Omnes conueniunt, valere Compoſitionem inter Clericos, liberaliter factam, vt vni, non alteri decima ſoluatur. *capit. ſtatuimus de tranſactio. & capitu. dilecti, de decim.* & hæc Compoſitio ſi Epiſcopi auctoritate fiat, ad ſucceſſores quoq; tranſmittitur, ſi vero priuata ſolummodo auctoritate, tunc contrahentes ſoli, non ſucceſſores eorum obligantur. *Azor. vbi ſupra. capitu. 26. quæſtio. 5.* Hoc tamen credo non habere locum in hac diœceſi, vbi reſeruatur caſus, in quo prohibetur fieri huiuſmodi compoſitiones ſuper decimis futuris, abſque Apoſtolica, vel ordinaria licentia. Et tandem circa pe-
83 titionem decimarum; Quamquam Miniſtri Eccleſiæ poſſint laudabiliter requirere decimas, tamẽ laudabiliter faciunt, ſi eas non requirunt in locis, vbi ſine ſcandalo requiri non poſſent, vel propter deſuetudinem, vel aliam cauſam; nec tamen ſunt in ſtatu damnationis, qui non ſoluunt in illis locis, in quibus Eccleſia non petit: niſi propter obſtinationem animi habentes voluntatem non ſoluendi, etiam ſi peterentur ab eis, *ita Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 87. art. 1. ad 5. in fin.* & non obſtat, quod cum decimę ſint de pręcepto, ergo videtur ſemper obligare non ſoluentes ad peccatum mortale: quia eſt præceptum affirmatiuum, & non negatiuum, vnde cum ſit præceptũ affirmatiuum, & ſi obliget, non tamẽ ad ſemper, ſed pro loco, & tempore, id eſt cum neceſſitas eſt, & petuntur
84 a Miniſtris Eccleſię; Vnde ſi huiuſmodi Miniſtri non haberent vnde honeſtè viuant, tunc Parochiani, pro rata, nulla conſuetudine in contrarium ſuffragante, tenerentur eos alere, vt tradunt *Tolet. libro 6. capitulo 20. numero 5. & Ioann. Baptiſta Corrad. part. 1. reſp. caſuum conſcientiæ. quæſit. 394.* at ſi nulla eſt neceſſitas, nec petantur aliquibus rationabilib. de cauſis, tunc non ſoluentes, non peccant. *Graff. d. lib. 2. c. 27. nu. 20.* Ex dictis ergo, ſatis liquet, quomodo Confeſſarius reſpõdere poterit in ſacramentali Confeſſione, ad omnes diffi-

Digitized by Google

difficultates pęnitentium, circa decimarum ſolutionem; quæ licet nimis prolixa ſint, & omnia longa ſoleant
85 cunctis faſtidia ferre, vt ait Poeta; nihilominus, cum teſte *Martiale lib.2.* Epigram.

Non ſunt longa, quibus nihil eſt quod demere poſſis.

Ideo tã prolixè locutus ſum, vt Confeſſarius commodius & facilius in promptu habeat vnde reſpondere queat.

Secundò, animaduertat Confeſſarius, non ſufficere pęnitentem dicere ſe feciſſe compoſitionem ſuper deci-
86 mis futuris; Vel non ſoluiſſe decimã quam debebat, ſed neceſſariò debet dicere in Confeſſione, quoties ommiſit facere huiúſmodi ſolutionem; item obquã cauſam, an propter odiũ erga ſuum Parochũ, quia eſſet mortale peccatum; vel ob contemptum pręcepti Eccleſiaſtici, quia ſic etiam eſſet mortale; vel ſi (quod abſit) habuerit errorem in intellectu, credẽdo nimirum pertinaciter decimas futiles fore, & quod Deus, & Eccleſia perperam præcipiant illarum ſolutionem, quia ſic incideret in Bullam
87 Cęnæ Domini; In omnibus enim caſibus in quibus concurrit error in intellectu pęnitentis, illarum abſolutio per litteras Bullæ Cænæ Domini, Sedi Apoſtolicæ, eſt reſeruata, vt perbellè notat *Lazar. de Blaſphem. q. 11. num. 9.*

Tertiò, An ante ſolutionem decimarum deduxit prius impenſas ſatio-
88 nis, aut collectionis fructuum, aut ſemen ſatum, aut penſionem quam domino Prædij ſoluit, aut decimauerit partem peiorem, quia lethali culpa ſe obſtringeret, cum etſi non debeatur optima, debetur tamen mediocris, vt etiam ſupradictum eſt; vnde ad integritatem Confeſſionis hoc quoque in ipſa Confeſſione exprimẽdum eſt.

Quo ad Abſolutionem; Primò videndum erit, an pęnitens inciderit in aliquam excommunicationem propter decimarum ſolutionis omiſſio-
89 nem; Præcipit enim Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſione 25. ca. 12. de reformat. omnibus cuiuſcunque gradus & conditionis ſint, ad quos decimarum ſolutio ſpectat, vt eas, ad quos de iure tenentur, in poſterum Cathedrali, aut quibuſcunque alijs Eccleſijs, vel Perſonis, quibus legitimè debentur, integrè perſoluant; qui vero eas, aut ſubtrahunt, aut impediunt, excommunicẽtur: nec ab hoc crimine, niſi plena reſtitutione ſecuta, abſoluantur. Et idem ſtatuit etiã Leo X. *in Concil. Lateran.* vt ait *Rodriq. Quæſt. Reg. tom. 2. q. 44. artic. vlt. in fin.* præcipiendo videlicet Cõfeſſoribus Regularibus, vt non abſoluant pęnitẽtes nolẽtes ſoluere decimas. Quod
90 profectò intelligendum cenſeo iuxta determinationẽ *Concil. Trid. loc. cit.* nimirum, ſi ter admoniti fuerint excommunicati, & noluerint ſoluere. Hoc eſt, ſi bis, vel ter admoniti fuerint, & neglexerint, & ita tamquam inobediẽtes excommunicati fuerint, tunc enim, niſi reſtitutione facta, nõ ſunt abſoluendi; & ratio eſt, quia qui aliàs admonitus fuit, vt ſolueret, & non ſoluit, præſumitur quod nec in poſterum perſoluet, etiam ſi rurſum ſoluere polliceatur. *Rodriq. in Sum. p. 1. c. 87. nu. 8.* Rectè autem id ſtatuit dictum *Concil. Trid.* quia qui ſic admonitus bis, aut ter, eas ſoluere noluit, aut earum ſolutionẽ impediuit, meritò excõmunicandus eſt, atque adeò ſic excommunicatus à tali crimine & Cenſura abſolui non debet, niſi facta reſtitutione, cum prudenter credi & præſumi poſſit, talem non verè proponere, ſed fictè, & ob id meritò tali negãdam eſſe abſolutionem, niſi reſtitutione facta, illi Reuerendiſſimi Patres decreuerunt. *Clau. Reg. lib. 10. tract. 5. c. 5. nu. 29.* Quod tamen *Nau. in Man. c. 21. nu. 32.* aſſerit fore intelligen-

gen-

Digitized by Google

gendum non niſi quando quis poteſt reſtituere, antequam oporteat ipſum abſolui propter inſtantem mortem, vel neceſſitatem cõmunicandi. *Greg. de Valent. tom 3. diſp. 6. q. 5. pun* 1. Hinc etiam idem *Nauar. d. Man. c. 17. nu. 59.* infert quod licet d. Concil. ſtatuat, quod non ſoluentes decimas, aut impedientes, vt non ſoluantur, aliter
91 abſolui nequeant, quam plena reſtitutione ſecuta, aliquando tamen ea non ſecuta abſolui poſſe, puta quãdo ſic accedentes ad Confeſſionem, ſint impotentes ad reſtitutionem, tunc enim abſolui poſſunt, ſi realiter non poſſunt, vt *Petr. Nauar. lib. 4. de reſtit. c. 4. dub. 13 nu. 79.* animaduertit. *Clau. Reg. loc. citat.* Pari ratione qui iuſſus à ſuis Confeſſoribus ſoluere decimas ſemel, iterum, atque iterum, ſi nõ ſoluat, poterit ſemel, aut bis, non obſtante dicta Leonis X. & Concil. Tridẽt. prohibitione, abſolui, dummodo tamen nondum ſit excommunicatus. *Rodriq. in ſum. loc. cit. & ſuprad. art. vlt. tom. 2. q. 44.* Et notãdum, quod Sacerdos Parochialis, non poteſt propria auctoritate negare Sacramẽta nolentibus ſoluere decimas, quia nemo poteſt ſine cauſæ cognitione aliũ iuris ſui vſu priuare, quia illud eſſet auctoritate priuata priuare, quod non eſt licitum, iuxta ea, quæ notantur in Iure. *c. in litteris: cum ibi notat. de reſtit.*
92 *ſpoliat.* tum etiam quia *nemo debet eſſe Iudex in cauſa propria. c. conquirente. eod. tit.* vt eruditiſſimè probat *Nau. conſil. 2. de decim. nu. 2. & ſeq. Graff. conſi. vnico de decim. num. 6. Rodriq. in ſum. loc. ſupra cit nu. 2.* Notandũ quoq; ſi poſt trinã admonitionem fuerit excommunicatus, tunc cum hæc excommunicatio ſit nemini reſeruata, à quouis Cõfeſſario ritè approbatos, poterit abſolui, dummodo, vt dixi, non habeat errorem in intellectu, nimirum credendo pertinaciter malè à Deo & Eccleſia præcipi illarũ ſolutiones, quia
93 cum in omnibus caſibus in quibus error in intellectu concurrit, illorum abſolutio per litteras Bullæ Cœnæ Domini, Apoſtolicæ Sedi eſt reſeruata, nec Epiſcopis, nec quibuſcunque alijs virtute Priuilegiorum licebit manus apponere, prout *Sacra Cardinalium declarauit Congregatio. Lazar. d. q. vndecima, nu. 9.*

Secundò, animaduertat Confeſſarius, quod in *Clement. cupientes. de pe-*
94 *nis*, excommunicatione afficiuntur omnes Religioſi Regulares tantum, qui in ſuis Prædicationibus, vel alias etiã in priuatis locationibus, aliqua verba dicunt, vt retrahant audientes à decimarum ſolutione, quas ſuis Eccleſijs iure debent. Item omnes Religioſi, qui in ſacris peccatorum Confeſſionibus quas audiunt, de induſtria nullum animæ ſcrupulum incutiunt pœnitentibus quorum Confeſſiones excipiunt, de ſolutione decimarum, tandiu ipſo facto ſuſpendũtur, donec eos, quorum Confeſſiones audiuere, admonuerint, ſi commodè poſſunt, ut decimas debitas ſoluant, alioqui id non faciẽtes, ipſo facto in excommunicationem incurrunt, ſi Concionari audeant, prædicta negligentia non expiata. *Silu. Verb. decim. nu. 9. Rodriq. d q. 44. ar. 8. Azor. d. lib. 7. p. 1. c. 26. q. 9.* Aduertendum tamen
95 quod quo ad nos fratres Minores & alios Regulares noſtrorum Priuilegiorum communicantes, iam huiuſmodi excommunicatio dictæ Clemẽtinæ, eſt ſublata, ſi dicti fratres non fuerint requiſiti in quibuſdã ſolemnitatibus, de quibus *in d. Clement. & tradit Silu. Verb. excommunicatio. 9. nu. 89.* Immo non ſolum eſt neceſſarium vt requiratur in dictis feſtiuitatibus, ſed quod requirantur, quando prædicabunt, nam ſi actualiter non prædicant, non in fraudem, ſed ex alia cauſa, non incidunt, cauſa autem & incõmoditas prædicandi, arbitrio boni Viri eſt relinquendum. *Rodriq. loc. cit.*
96 Item requiritur ad incurrendam huiuſmo-

iuſmodi excommunicationem vltra prædicta, quod ſit Religioſus, quod habeat intentionem auertendi, & quod decimæ debeantur Eccleſiæ.
96 *Caietan. in Sum Verb. excom. caſu ſit. & Nau. in Man. c. 27. nu.* 145. addit, vt ēt audientes ſint, qui eas debeant, vt palam colligitur ex eodem contextu dictæ Clement. *Rodriq. vbi ſupra.* Confeſſores verò Religioſi, qui, vt dixi tenentur facere conſcientiam Confitētibus de decimis ſoluēdis, alias ſi ſciēter omiſerint ſunt ſuſpenſi ab officio prædicationis, donec faciant ſi commodè poſſunt, & ſi interim prędicāt, ipſo facto ſunt excommunicati; hoc intelligendum eſt, quando ab Eccleſiarum rectoribus, vel eorum loca tenentibus, dicti Confeſſores fuerint requiſiti ad hanc conſcientiam faciēdam, alias huic pęnæ minimè ſubijciuntur. *Graff. d. 2. p. lib. 2 dec. aur. c. 27. num. 69.* & Notandum quod dicta ex
97 communicatio non eſt Papæ reſeruata, ſed poteſt abſolui ab Epiſcopo. *Tolet. lib. 6. c. 20. nu. 6.* quāuis alij probabilius teneant, quod nemini ſit reſeruata. *Cathalog. excomm. c. 3. nu. 19. & c 5. nu. 7.* & ideo a quolibet Confeſſario ab Epiſcopo approbatos, poterit abſolui.

Tertiò, conetur inducere pęnitentem ad veram & perfectam cōtritio-
98 nem ſuorum peccatorum, oſtendendendo ei grauitatem criminis quod incurrit, non ſoluēdo decimas; Siquidem non dantes decimas Eccleſijs quibus de Iure ſoluere tenētur, committūt ſacrilegium, & æternæ damnationis periculum incurrunt *c. 1. 16. q. 7.* nam rem ſacris vſibus deputatā, nempe decimam, ſibi vſurpant. Item Deus propter non ſolutionem decimarum immittit ſiccitates, infirmitates, & mortalitates. Vnde *Paralipom. 2. cap. 6. Clauſo Cęlo, pluuia non fuit ſuper terram.* Quanti pauperes mortui fame fuerint, tot detentor decimarum reus eſt homicidiorum, *c. decimæ 16. q. 1.* Rurſus maledictionem Dei incurrunt, vnde *Malach. c. 3. Quia mihi non reddidiſtis decimas & primitias, idcirco in fame & penuria vos maledicti eſtis. Graf.*
99 *loc. cit. nu. 27.* Item permittit Deus, quod aliquando omnia bona rapiat fiſcus. *Maiores noſtri ait D. Aug. in cap. maiores. 16. q 7. ideo copijs abundabant omnibus, quia Deo decimas dabant, & Cæſari cenſum reddebant, modo autem quia diſceſſit deuotio Dei, acceſſit indictio fiſci; nolumus partiri, cum Deo decimas, modo autem totum tollitur. Hoc tollit fiſcus, quod non accipit Chriſtus.* Tandem qui non ſoluit decimam, cum dæmonibus in Inferno ſociabitur. *dicto cap.*
100 *decimæ. iuncta gloſ.* At qui decimas libenter ſoluit quadrupliciter remuneratur à Deo. Prima remuneratio eſt abundantia fructuum. Secunda ſanitas corporis. Tertia remiſſio peccatorum, & Quarta eſt cęleſte præmium. *Graff. loc. cit. & D. Anton. 2. p. tit. 4. c. 3. §. 3.* Poſtea impoſita ſalutari pęnitentia, & pro qualitate perſonarum, ea monita ſalutis tradita, quæ magis in domino expedire videbitur, beneficium abſolutionis impendat, omnino ei prohibendo, ne amplius in poſterum huiuſmodi compoſitiones abſque expreſſa licētia Summi Pontificis, aut Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Archiepiſcopi auctoritate, faciat. & hæc pro huius ſeptimi & vltimi Caſus reſeruati, ac ſimul totius iſtius Tabellæ Vrbini declaratione dicta ſufficiant, ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti; Amen.

QVAE.

Digitized by Google

QVÆSTIO IV.

De Caſibus Reſeruatis Epiſcopo Aſculano.

Circa hanc Quæſtionem quartam, quæritur, quot & quales ſunt Caſus Reſeruati Epiſcopo Aſculano; Ad quod breuiter reſpondeo dicendo. Caſus, quorum Abſolutionem nunc in ſua Diœceſi ſibi reſeruat Ordinarius Aſculanus, ſunt hi qui in præſenti Tabella continentur.

Tabella Aſculana.

1 *Subiacentes Excommunicationi, Suſpenſioni, aut interdicto promulgato à nobis, etiam generaliter per Conſtitutiones & Edicta; aut a Canone, ſiquis ſuadente. 17. q. 4 in caſu leuis percuſſionis, qui etiam reſeruatus eſt a Iure, licet tales Cenſuræ ſint occultæ.*

2 *Qui vtuntur Sacramentis, aut Sacramentalibus ad alios vſus, præter illos, ad quos fuere inſtituta.*

3 *Qui commiſerunt Homicidium, aut ad illud dederunt conſilium, auxilium, aut fauorem.*

4 *Mares, & fœminæ, qui procurant, aut quouis modo adiuuant, & cooperantur ad procurandum abortum partus, ſiue fœtus animati, ſiue inanimati.*

5 *Inceſtum committentes, maſculi vſque ad tertium gradum; & fœminæ vſque ad ſecundum tantum incluſiuè.*

6 *Qui poſtquam alias fuerunt abſoluti, committunt nephandum peccatum Sodomiæ.*

7 *Qui perhibent falſum teſtimonium in Iudicio, tam Ciuili quam Criminali.*

8 *Sponſi qui priuſquam contraxerunt matrimonium in facie Eccleſiæ iuxta formam Sacri Contil. Trident. ſimul carnaliter copulantur; & omnes dantes eis ad id auxilium, aut fauorem.*

9 *Patres, aut Matres, aut Fratres, aut Propinqui, qui poſtquam contraxerunt illarum filiæ, aut ſorores, aut propinquæ, cum aliquo ſanctum Matrimonium per verba de præſenti in facie Eccleſiæ, prædictas fœminas aut maritos, minis aut alio modo impediunt quo minus illud conſummare queant, etiam in proprijs laribus ipſorum Patrum, aut fratrum, aut propinquorum.*

10 *Mares, aut feminæ, qui exponunt, aut exponere faciunt Puerulos infantes locis pijs, ſi habent modum eos alendi.*

11 *Qui faciunt pacta, aut contractus qualitercunque Vſurarios; & Notarij, qui ſcienter faciunt de ipſis, inſtrumenta, aut alias quaſcunque ſcripturas.*

12 *Notarii qui vltra menſem poſt mortem alicuius Teſtatoris, non denũtiant nobis, aut Curiæ noſtræ Teſtamenta, aut Codicillum de quo fuerunt rogati, & legata ab ipſo Teſtatore facta Eccleſiis, aut locis pijs.*

13 *Mares, aut fœminæ qui impediunt volentem facere Teſtamentum; aut procurãt per ſeipſos aut alios, peruertere ſuam voluntatem.*

14 *Qui in domibus vel habitationibus ſuis tenent ordinarium conuentum Ludi, Alearum, ſeu Cartarum, vel Taxillorum, præbentes quaſi quotidianam commoditatem ludendi omnibus illuc accedentibus; prohibendo huiuſmodi exercitia continuæ Barattariæ ſub pena excommunicationis latæ ſententiæ.*

15 *Illi Concubinarii non ſolum veri & proprii cohabitantes, tam mares, quam feminæ, ſed etiam alii, ſi illorum conuerſatio continuata fuerit vltra ſex menſes, ipſi, ipſæque iã olim ter abſoluti, vel abſolutæ fuerint, ſi poſt tertiam vicem reperientur in carnalem copulam inter ipſos recidiſſe.*

Decla-

Digitized by Google

16 *Declaratur quod quotieſcunque continget publicari aliquam excommunicationẽ contra aliquos, aut ob violationem Eccleſiaſticæ immunitatis, vel ob offenſam ſimiliter perſonæ Eccleſiaſticæ, conuerſatio cum huiuſmodi publicatis, non amplius intelligẽda eſt quòd ſit prohibita ſub pęna excommunicationis minoris tantum, ſed ſub pęna maioris, eo ipſo incurrenda, etiam ſi alias de hoc non fieret expreſſa mentio.*

17 *Illi mares, vel fœminæ, qui loquendo cum aliqua Sanctimoniali abſque licentia prius in ſcriptis obtenta a Superiore, indifferenter excommunicationem ipſo facto incurrent; ſed quo ad mulieres, ſi accedent àd Monaſteria in quibus non habeant aliquas ſanguine coniunctas, ſaltem in tertio gradu Conſanguinitatis, vel in ſecundo Affinitatis, ſi illuc accedent die Dominico, vel in aliis feſtiuitatibus de præcepto, et extra eoſdem dies, etiã ſi pluries quam ſemel in menſe.*

Declaratio huius Tabellæ.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio primi Caſus reſeruati huius Tabellæ Aſculanæ, qui talis eſt.

Subiacentes excommunicationi, Suſpẽſioni, aut Interdicto promulgato à nobis, etiam generaliter per Conſtitutiones & Edicta; Aut à Canone, ſiquis ſuadenté. 17. queſ. 4. in caſu lęuis percuſſionis, qui etiam reſeruatus eſt à Iure, licet tales Cenſuræ ſint occultæ.

PRo declaratione huius primi Caſus reſeruati, qui vt patet continet Excommunicationẽ, Suſpenſionem, Interdictum, & Canonẽ ſiquis ſuadente. pręter ea quę dicunt Summiſtę, & alij Doctores de his materijs pertractãtes, tria ſunt declaranda.

1 *Quænam ſunt Excommunicatio; Suſpẽſio, & Interdictum; & quæ neceſſario requiruntur, vt quis incurrere cenſeatur in ſupradictum Canonem.*

2 *Quando ſubiacentes Excommunicationi, Suſpenſioni, aut Interdicto ab Epiſcopo quomodocunque promulgata, aut à Canone prædicto, in caſu lęuis percuſſionis, incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt à Confeſſario circa Confeſſionem & Abſolutionem pęnitentium Excõmunicationi prædictæ, Suſpenſioni, Interdicto, aut Canoni, ſubiacentium.*

CIrca primum; Excommunicatio maior (nam de minori nihil in pręſentiarum dicere cenſeo, nec de ea, quę
1 Summo Põtifici, aut nemini eſt reſeruata, ſed tãtum de ea, quæ reſeruatur Epiſcopo, quę dicitur maior, quia quandocunque ſiue à Iudice, ſiue à Canone de excõmunicatione fit mẽtio, niſi aliud verbis exprimatur, ſemper de maiori intelligitur. *c. ſi quem. de ſent. excom. Sayr. lib. 1. de Cenſur. c 4. nu. 19*) eſt Cenſura Eccleſiaſtica priuãs hominem Chriſtianum actiuè & paſſiuè à participatione Sacramẽtorum, à fidelium communione, & ab Eccleſię ſuffragijs & orationibus. ex *Franc. Mol. in Aphoriſm. Tolet. lib. 1 c. 5. num. 1. & ſeq. & c. 6. nu. 1. Nau. Man c. 27. num. 1. Lancellot. Inſt. Iur. Canonic. li. 4. de ſent. excomm. tit. 13. §. excommunicationum. Rodriq. in expoſit. Bull. Cruciatæ. §. 9. num. 49. Graff. p. 1. lib. 4. dec. aur. cap. 1. num. 3.*

Suſpenſio autem, quatenus eſt Cẽ
2 ſura Eccleſiaſtica, prout colligitur *ex c. 1. §. fin. de ſent. excom. in 6.* & tradunt *Io. Bapt. Corrad. p. 1. reſp. Caſ. conſc q. 342 Nau. in Man. c. 27. num. 151. Mirand. p. 2 q. 36. art. 1. Vgol. tab. 4. c. 10. Viuald de Suſpenſione. Suarez. tom. 5. diſp. 25. ſect. 1 Sayr. lib. 4. de Cenſur. cap 1. num. 13. Val. tom. 4. d. 7. q. 18. p. 1. Henriq. de Suſpenſ. c. 31. §. 2. Graff. in Prax. lib. 2. c. 2. num. 28.*

eſt

eſt Cenſura Eccleſiaſtica, qua alicui perſonæ Eccleſiaſticæ, ſiue ſit Clericus Sęcularis ſiue Regularis, ob ſuã culpam prohibetur exercitiũ ſui officij, ordinis, vel beneficij ab habente poteſtatem, ad tempus, vel in perpetuum, in totum vel in partem. Cum ergo ſuſpenſio ſit inhabilitas quædã ad exequendos ordines & officia Eccleſiaſtica nullam perſonam ſęcularem, ſed ſolum ipſos Clericos attingere poteſt. *Lancell. loc. ſupracit. tit.* 15. *§. eſt autem.* Solum enim Perſonæ Eccleſiaſticæ ſuſpendi poſſunt. *Io. Bapt. Corrad. tract. de Suſpenſione. in fin. 2. p.*

3 Quando autem ſententia Suſpenſionis pro contumacia, aut patrato delicto eſt proferenda, his verbis vti poſſunt; Quia conſtat Petrum tale delictum commiſiſſe, idcirco eũ à beneficio, vel officio, & ordinũ executione, ab vtroq; ſuſpendimus vſque ad tale tempus, aut beneplacitum noſtrum. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti; Amen: Si aũt Prælatus alicuius Edicti obſeruationẽ ſub pęna Suſpenſionis intimare voluerit, his verbis vtetur.

4 Quicunq; tale, vel tale fecerit, aut non fecerit, eum in his ſcriptis ab exercitio ordinum, vel ab officio, &c. Suſpẽdimus; Vel ille his ſcriptis, &c. nouerit ſe ſuſpenſum; In nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti, Amen. ita tradit *Dominicus Epiſcopus Scalenſis de Cenſur. tit. de Suſpenſione c 13 Corrad. loc. cit.* Quam quidem ſententiam ferre poteſt Epiſcopus, eius Vicarius generalis, Legatus, Archiepiſcopus in Metropoli, Inquiſitores, Ordinum Superiores, & alij iuriſdictionem propriam, vel delegatã habentes, prout tradũt *Sylu. Verb. Suſpenſio. nu. 2. & alij Summiſtæ; Nau. c. 27. nu. 159. Epiſcop. Scalen. de Suſpenſ. c.* 12. An

5 autem neceſſaria ſit admonitio ante hanc hominis Suſpenſionem, dicendum, quod cum Suſpẽſio ab homine duobus modis infligatur, vel duabus de cauſis, nimirum, vel ob contumaciam, vel in pęnã alicuius patrati delicti; Admonitio ergo tantum requiritur, quando imponitur ob contumaciam, ſecundũ omnes, & traditur *ex Innoc. Nau. d. ca. 27. nu. 159. Sylu loc. cit. nu. 4. Epiſc. Scalienſ. d. c. 12 per text. in c. Reprehenſibilis. de Appell. & per text. in c. 1. de ſent. excom. in 6. Io. Bapt. Corrad. loc. ſupracit.*

6 Interdictum, quod Doctores fatẽtur eſſe triplex videlicet Locale, Perſonale, & Locale & Perſonale ſimul, prout tamẽ hic propriè accipitur, eſt ſententia iuris vel hominis ſcilicet Prælati Eccleſiaſtici prohibentis alicui, vel aliquibus diuerſa officia, Sacramenta, vel ſepulturã Eccleſiaſticam in pęnam delicti, ſeu cõtumaciæ illius, qui interdicitur, vel in pęnam alterius, vel aliorum. *Graff. in Prax. li. 2. c. 1. nu. 2.* Quæ ſanè prohibitio hanc

7 ob cauſam Interdictum appellatur, quia per ipſum diuina officia, ideſt Miſſa, Horæ Canonicæ, Officium B. Mariæ Virginis paruũ, Defunctorũ, & omnia quæcunq; deputata ſunt ordinibus maioribus, necnon & Sacramẽta, & Eccleſiaſtica ſepultura prohibita intelliguntur, vt patet per Sũmiſtas *Verb. eod. Graff. loc. cit. nu. 3.* Ex quo infertur quomodo, Interdictum differat & cõueniat cum excõicatione, & ſuſpenſione, ſitque adeo Tertia Eccleſiaſtica Cenſura; Excommunicatio enim, vt iam ſupradictum eſt, vſu Sacramentorum, Eccleſiæ ſuffragijs, & conſortio fidelium omnino

8 priuat; Suſpenſio impedit ne quis Eccleſiaſtica munia ex officio exercere valeat; Interdictum vero prohibet, ne diuinis officijs dum ipſa fiunt intereſſe, aut in locis interdictis eadem facere poſſimus, nec demum frui eccleſiaſtica ſepultura valeamus. Notandum tamen, quod qui ab ingreſſu Eccleſiæ eſt perſonaliter & ſpecialiter interdictus, ei integrum eſt, abſq; peccati labe, vel alicuius Cenſuræ periculo, extra tẽpus celebrationis diuinorum

Digitized by Google

uinorum officiorum priuatim in Eccleſia etiam interdicta orare, & hæc eſt doctrina certiſſima. *Archid. & alij in c. is cui. de ſent. excom. in 6. & Nau. in Man c. 25. nu. 75.* Immo non ſolum
9 poteſt Eccleſiam intrare, & ibi priuatim orare, tempore, quo diuina non celebrantur officia, ſed etiam dũ celebrantur poteſt in eam intrare, nõ autem ibi manere, ſed tranſire tantum de vna Ianua, ad aliam. *Io. Bapt. Corrad. p. 1 reſpon. caſuum conſc. q. 341.* Quare autem, & quomodo, & ſub qua forma verborum debet poni Interdictum, vide Summiſtas, & alios de eo differentes.

Circa Canonem, *ſiquis ſuadente.* Notandum quod In Iure. *c. ſiquis ſuaden-*
10 *te. 17. q. 4.* habetur. *Si quis ſuadente diabulo huius ſacrilegij reatum incurrerit, quod Clericum, vel Monachum violentas manus iniecerit; anathematis vinculo ſubiaceat: & nullus Epiſcoporum illum præſumat abſoluere (niſi mortis vrgente periculo) donec Apoſtolico conſpectui præſentetur, & eius mandatum ſuſcipiat.* Pro cuius declaratione animaduertendũ ſecũdum Doctores quod Canon iſte
11 dicendo, *Siquis* loquitur generaliter & indiſtinctè, & ideo generaliter etiã eſt intelligendus, vnde comprehẽdit omnes fideles qui poſſunt excommunicari, mares, & fœminas, Clericos & Laicos, ſenes, & pueros, modo ſint doli capaces, habẽtes vſum rationis, Religioſos & Moniales, quorumcunque ordinum, non ſolum profeſſos, & profeſſas, ſed etiam nouitios, & nouitias. Item ſorores tertij ordinis Sãcti Franciſci, & Sancti Dominici, ſimul in communi viuentes, ac etiam Hæremitas, modo ſubiecti ſint alicui Prælato, ideſt Epiſcopo, vel alteri Superiori Religioſo. ita ex *Graff. p. 1. lib. 2. dec. aur c. 49. nu. 8. & 22. & 26. p. 2. lib 2. c. 5. num 9. & Suarez. tom. 5. de Cenſuris. diſput. 22. ſect. 1. num. 5. & ſeq. & 19. & ſeq.*

Suadente diabulo, ideſt quando inie-
12 ctio manuum in Clericos, fit animo iniuriandi, & offendendi, ita vt ſit adeo illicita, quod ſit culpa mortalis; nam excommunicatio lata à iure, vel ab homine, non incurritur, niſi peccando mortaliter. *c nemo. & c. nullus. 11. q. 3. Graff. d. par. 1. lib. 2. ca. 49. nu. 4.*
13 *in fin. Manus violentas iniecerit in Clericum vel Monachum.* Nomine Clerici comprehenduntur omnes habentes non ſolum characterem Clericalem, ſed etiam primam tonſuram, dũmodo Clericalem habitum, & coronam geſtent; quamuis cõiugati ſint, ſemel tantum, & cum Virgine. vt explicatur. in *c. vnico. de Cleric. coniugatis. in 6.* Vbi etiam dicitur, Canonẽ hunc editum eſſe in fauorem totius ordinis Clericalis; conſtat autem in toto hoc ordine comprehendi initiatos à prima tonſura, vſque ad ſupremum ordinẽ, iuxta *c. cum contingat. de ætat. & qualit.* Vnde comprehenduntur ẽt Clericus depoſitus tantum verbali-
14 ter, Excommunicatus, Suſpenſus, & Irregularis, hi enim gaudent hoc priuilegio preſentis Canonis. *Si quis ſuadente.* Non autem ſolemniter degradati qui traduntur curiæ ſæcularis. *Graff. loc. cit. num. 28. & 30. & Suarez. Vbi ſup. d. ſect. 1. nu. 6.* Nomine Mona-
15 chi comprehẽdũtur omnes Monachi profeſſi in aliqua Religione approbata, tria Vota profitentes; Canonici Regulares; omnes Religioſi mẽdicantes profeſſi, ac eorum Nouitij, & Conuerſi; Moniales & earum Nouitiæ; Fratres tertij Ordinis Sancti Franciſci, & Beati Dominici ſimul in communi viuentes, ſi enim gregatim viuunt, & habitum Religionis portant, vtique hoc priuilegio fruuntur; & Hæremitæ ſi ſunt ſubditi Epiſcopo, vel Prælato Religionis. *Graff. vbi ſupra, num. 22. & 27. & Suarez. loc. cit. num. 19. & 21. & ſequen.* Per manus autem violentas, intelliguntur omnes partes corporis, immo quælibet
16 bet inſtrumenta, quibus ſolet, ac poteſt

teſt Clericus percuti, quia manus eſt organum organorum, intelliguntur igitur per manus, pugni, pedes, ſiue calces, & genua; Item brachia vrgentes, cubito vel humeris in via Clericos; nam ex parte perſonæ Eccleſiaſticę, cui iniuria infertur, non eſt neceſſe vt manus violentę aliquam partem corporis eius immediatè attingant, ſatis eſt enim ſi attingant Veſtem, aut pileum, vel aliquid ſimile, dummodo alias actio iniurioſa ſit. Immo etiam ſi contactus verſetur circa rem aliam continentem, vel deferentem talem perſonam, ſi violentia redundet in ipſam perſonam, id ſufficit ad incurrendam hanc Cenſu-
17 ram. Vt ſi ex odio ſpuant in faciem Clerici, vel aſpergunt eum aqua, vel puluere, vel includunt eum in carcerem, vel exiſtentem alicubi intrinſecus ita claudunt, vt vel omnino exire non poſſit, vel non ſine magno pudore; Vel ponunt cuſtodes, ſi de domo exeat, ad illum capiendum, vel ei equitanti capiunt habenas equi, vel rumpunt cingulum Sellę, aut Veſtes quibus veſtitus eſt, ſcindunt. Hæc enim excommunicatio non tantum afficit percutientes Clericum ea percuſſione, quæ tangit corpus, ſed etiam veſtem, qua actu inductus eſt, Vel etiam eripiunt per vim è manibus, aut corpore aliquid vi, vt pecuniam, aut veſtem, non ſolum eo vigilante, ſed etiam dormiente, quando tamen Clericus ea ratione cogeretur aut nudus incedere, aut intra domum contineri, ne nudus exeat, aut redundaret in ſpecialem Clerici iniuriam, dedecus aut pudorem; & denique qualitercunque quis contingat iniurioſè perſonam Clerici incurrit in hunc Canonem. *Graff. loc. citat. numero 19. & ſeq. & Suarez, d. ſect. 1. numero 23. vſque 32.*

Anathematis vinculo ſubiaceat, &c.
18 Vnde obſeruandum quod percutientes Clericum, vel Monachum ſuadente diabulo, ideſt cum peccato mortali, incidunt in excommunicationem Papæ reſeruatam; modo percuſſio ſit grauis. Quod procedit, Primò etiam ſi Clericus ſit prima tonſura tantum inſignitus. *cap. cum contingat. de ætat.*
19 *& qualit.* Secundò etiam ſi Clericus ſit cõiugatus, dummodo cum vnica, & Virgine, atque geſtet Habitum, & tonſuram. *cap. 1. de Cleric. coniugat. in 6.* Tertiò, etiã ſi Monachus ſtrictè ſumptus non ſit, ſed Religioſus, ideſt tria Vota in Religione approbata emiſerit, *cap. cum illorum, de ſentent. excommunic.* Quartò, etiam ſi fœmina ſit, vt ſupponitur in *cap. de Monialibus, de ſentent. excommunic.* Quintò, etiam ſi Nouitius vel Nouitia ſit. *ca. Religioſi. §. quamuis, de ſentent. excommunic. in 6.*
20 Sextò, etiam ſi Conuerſus, vel Conuerſa ſit. *cap. non dubium, de ſentent. excommunic.* Et extenditur Primò ad eos quorum auctoritate, vel mandato, alij percutiunt, *cap. mulieres, de ſentent. excommunic.* Secundò, ad ratam habentes percuſſionem ſuo nomine factam. *cap. cum quis, de ſentent. excommunic.* Tertiò ad eos, qui cũ poſſint, huic facinori deſinunt obuiare. *cap.*
21 *quantæ, de ſentent. excommunic.* Quartò ad detinentes in cuſtodia publica, vel priuata, vel etiam detrudentes in vincula, etiam ſi corporalis lęſio nulla fuerit ſubſecuta. *cap. nuper, de ſenten. excommunic.* Quintò ad conſentientes dando percuſſori auxilium, conſilium, vel fauorem, vt probant Doctores *in d. cap. quantæ, per locum à fortiori.* Sextò, ad percutientes illum qui ſpontè ſe ſubijcit percuſſioni, *cap. contingit, de ſentent. excommunic.* Ipſe tamen Clericus, qui ſe tali percuſſioni ſubijcit, non eſt excommunicatus, ſed excommunicandus, ex *d. cap. con-*
22 *tingit.* Si autem percuteret ſeipſum cum peccato mortali, ideſt ſi iratus ob impatientiam, dedecus, vel paupertatem, aut quoduis aliud infortunium percutit ſeipſum (*cum nemo ſit*

domi-

dominus membrorum ſuorum. l. liber homo. ff ad leg. Aquil. & nemo poſſit ſibiipſi iniuriam facere, 25. quæſt. 2. cap. quod vero in fin.) eſt excommunicatus. ita *ex Panormit. in d cap. contingit. Nauar. cap. 27. num. 79. Tolet libro 1. cap. 34 numero 7. Graff. par. 1. loc. citat. numero 21. & par. 2. d. cap. 5. numero 44. Suarez. d ſect. 1. numero 55. vſque 59.* Si vero Percuſſio eſt leuis, tunc hæc excommunicatio eſt reſeruata Epiſcopo. *Cathalog. excommunicat. cap. 9. numero primo.*

23 Vt autem ſciamus quid ſit percuſſio grauis, quid vè leuis, notandum, cum communiori ſententia illam cuiuſcunque perſonæ grauem, ſimulque enormem percuſſionẽ iudicari, qua membrum abſcinditur, aut inutile, vel quaſi ad ſuum munus obeundum efficitur: & illa, ob cuius ictum illatum in alia corporis parte, quam in naribus, vel alia vnde ſanguis facilè erumpere ſolet, multum cruoris defluit. Ad quod etiam reducitur percuſſio illa, quæ licet corporalis læſio grauis non ſit, in proprium Epiſcopum, Abbatem, ſeu Prælatum, vel etiam erga Magiſtratum, vel aliam perſonam, cum magno ſcandalo in populo, perpetratur; & eo magis ſi ex huiuſmodi percuſſione, macula vel cicatrix in facie relinquatur. ita ex *Graff. in par. 1. d. capit. 49. numero 51. vſque 56 Tolet. libro primo, capit. 33. numero 2. & ſequen. & Nauar. in Man. capit. 27. numero 91. & ſequen.* Leuis verò cē-
24 ſebitur percuſſio, vt dicitur in Extrauagant. *Perlectis.* ſi fiat palma, pugno, pede, manu, ligno, lapide, quæ nullam maculam, aut veſtigium, aut ſugillationem carnium relinquit. *Tolet. numero quarto, Graff. d numero 51. Marc. Anton. libro tertio, Var. reſolut. 11. Mar. Anton. Genuenſ. in Prax. Curiæ Eccleſ. Neapol cap 98.* & hæc percuſſio leuis eſt reſeruata Epiſcopo.

Incidit ergo in excommunicationem huius Canonis, Papæ reſeruatam, quando percuſſio eſt grauis. Pri-
25 mò, qui in Clericos, Regulares, Monachos Profeſſos, vel Nouitios, aut Conuerſos, Moniales Profeſſas, vel Nouitias; Sorores Tertij Ordinis Sancti Franciſci, & Beati Dominici gregatim viuentes, & habitum Religionis geſtantes; ac Hæremitas alicui Regulæ Religioſæ aſtrictos, & alicui Superiori Eccleſiaſtico ſubditos, impias manus iniecit. *Lancelot. loc ſupracitat. tit. 13. §. Siquis. Graff. d ca. 49 numero 22. & 26. & ſequent. & Suarez, dicta ſect. 1. numero ſexto, & 19. vſque 22.*

Secundò, qui à Clerico ludenti
26 ſecum grauiter fuit percuſſus, ſi incontinenti libidine vindictæ, animo iratus, grauiter illum repercutit, incidit proculdubio in hunc Canonem. *Aſtenſ. eodem tit. q. 4. Graff. loc. cit. numero 36.*

Tertiò, qualitercunque quis Perſonam Clerici iniurioſè contingat, ſecundum aliquem modum, quem diximus ſupra, declarando quæ per manus violentas intelliguntur, hanc Cenſuram incurrit. Vide ibidem à *numero 16. vſque* 18. Verum circa ex-
27 tenſionem ad mandantes, conſulentes, ratam habentes, & non obuiantes, notandum quod ſi verba prædicti Canonis præciſè conſiderentur, mandantes, conſulentes, & ſimiles non videntur incurrere hanc Cenſuram, ſed ſolum illi, qui per ſeipſos Clericum percutiunt, nam illi ſoli manus violentas propriè & in rigore iniiciunt. Nichilominus Iura alia vel generalius interpretata ſunt Canonem hunc, vel certè extenſionem illi addiderunt; Atque ita in *cap. mulieres, §. illi vero. de ſentent excommunic.*
28 dicitur, Illos, quorum mandato, vel auctoritate alij violentas manus in Clericos iniiciunt, in hunc Canonem incurrere. Quod ampliatur in *capit. cum quis. de ſentent. excommunic. in 6.* ad mandatum retrotractum per ratihabitionem. Nam ſi Petrus v.g.

nomine Ioannis percuſſit Clericum ſine Ioannis mandato,& poſtea Ioannes percuſſionem illam ratã habuit, & probauit,in hanc Cenſuram incurrere dicitur in illo textu: quia talis ratihabitio retrotrahitur, & moraliter æquiualet mandato. Et idem dicendum de illis, qui cum poſſint manifeſto facinori non deſinunt obuiare,*cap quantæ.de ſentent.excommunicat.* Verum intellige quod comprehenduntur ſub hac Cenſura mandantes, & conſulentes, dummodo iniectio vel percuſſio conſequatur, *cap. mulieres.arg.text.d.cap.quantæ. de ſentent.excommunicat.* Sed ſi mandatum fuerit reuocatum, & mandans percuſſerit antequam reuocatio mandati peruenerit ad ipſum, tunc vterque manet excommunicatus; ſed ſi peruenerit, & ea non obſtante mandans executus eſt,ipſe ſolum manet innodatus. At ſi mandans moritur antequam reuocauerit mandatum, habendus eſt tamquam excommunicatus, ſi non pęnituit, cuius ſignum eſt, ſi non reuocauerit. *Sylueſt. Verb. excommunicat. 6 caſu 3. numero quinto*, Et ſi non mandat Clericum percuti, ſed tantum dicit ſuis, ſe velle de eo vindicari, animo prouocandi illos,præuidens,vel præuidere debens, eos inde fortè excitandos ad percutiendum eum,ſi de facto id faciunt, ipſæ incidit in hanc Cenſuram. *arg.cap.penult. de Homicid.in 6. Nauar. cap.27. numero 78.* Idem ſi non dixerit eo animo,ſed tamen verba talia fuerint,quæ mandato comparentur, vel conſilio,conſideratis omnibus circũſtantijs, quia dicendo fuit in culpa,& cogitare debuit hoc potuiſſe euenire. *arg. d. cap. penult.de homicid.in 6.* Ratificantes au-
29 tem, & non impedientes percuſſionem Clerici; cum poſſint delicto obuiare, incidunt quidem, vt dictum eſt, tamquam fauentes, & conſentientes,*d.cap.quantæ.de ſentent. excommunicat.* (Si enim manus quis violentas non iniecerit, inferenti tamen vel auctor, vel fautor, vel adiutor fuerit, aut factum ratum habuerit, pari pęna plectendum catholica ſanxit auctoritas, eos etiam delinquentibus fauere interpretata, qui cum poſſunt manifeſto ſceleri deſinunt obuiare *Lancelot. loc. cit. §. ſed etſi.*) concurrentibus tamen duobus, Primum vt poſſint ſine proprio incommodo, periculo, & damno prohibere, cum *prima charitas incipiat à ſeipſo. l.præſes,C.de ſeru. & aq.* Secundum,vt ad id teneatur ex officio, & lege Iuſtitiæ; vt ſunt officiales,vel patresfamilias, qui habent publicam poteſtatem, aut priuatam iure familiæ in percuſſorem. *Dec. & Cagn. in l.culpa caret, ff. de regul. iur. Couarr.in Clement. prima,de Homicid. §. ſecundo, numero ſecundo, par. ſecunda, Caietan. in Summa. Verb. excommunicat.* Si verò non tenentur, ex officio, & lege Iuſtitiæ, nec habent auctoritatem publicam,vel priuatam in percutientẽ, etiam quod poſſint obuiare, non obuiando, non incurrunt dictam Cenſuram,ſed peccant ſolum mortaliter. *Doctores communiter in cap. Petrus.de Homicid. Sylueſt. Verb. excommunicat. 6.nnmero quinto, Nauar. dicto capit. 27. numero .... ita ex Graff. loc. cit. numero 18.& ſequent.& Suarez.d. ſect. 1.numero 55. & ſequent.* & vt conſtituamus
30 Regulam generalem, quotieſcunque quis ſuadente diabulo, ideſt animo iniuriandi, impias manus in Religioſum,ſeu Clericum,iniecerit,quę ſit culpa mortalis, ſemper hac Cenſura remanet innodatus.

31 A quà tamen Cenſura Immunis eſſe cenſetur, Primò, qui ludens cũ Clerico, iocoſa leuitate, ſine dolo, etiam deliberatè,eum percutit,*capit. primo,de ſenten. excommunicat.* & idem ſi percuſſus à Clerico ludente, ſtatim etiã ſine deliberatione repercutiat; nam hęc eſt conditio ludi,& quidam naturalis impulſus, vt percuſſus gra-

uiter

Digitized by Google

uiter, etiam grauiter repercutiat, ne videatur inferior; & generaliter dicit *Richard. in 4. diſtinct.* 18. quod percutiens non ex deliberatione, quamuis turbatus, non incidit *Syluestr. Verb. excommunic. 6. numero 6. Graff. loc. citat. numero 6. & 35.* Ratio quia id nõ facit ſuadente diabulo, quod expoſcit dictus Canon. *Nauar. d. cap. 27. numero* 80. Nec incidit ob eãdem rationem ſi quis dum irruentem turbam cohibet, fortuito percutit Clericum. *Tolet. libro 1. cap. 34. numero 1.*

Secundò, ex nonnullorum non
32 contemnenda ſententia, immunis etiam cenſetur ille, qui licet etiam grauiter percutiendo, venialiter tantum peccauit, vt qui ſubita ira correptus, motu ſecundo primo grauem ictum alicui Clerico intuliſſet. Vide *Sayr. libro tertio, de Cenſur. capit. 28. numero 33.*

Tertiò, hac Cenſura non ligatur, qui percutit Clericum cum ignoran-
33 tia probabili, facti, nempe ignorans eſſe Clericum, quia Clericus non habebat ſigna, vnde Clericus apparet, tunc enim non contrahit hanc excõmunicationem; & idem dicendum, ſi noctu percuſſit, quamuis ſigna Clericatus haberet, ignorando eſſe Clericum, quamuis, qui percuſſit, daret operam rei illicitæ. *Tolet. libro primo, cap. 24. numero 1. Nauar. d. capit. 27. numero 80.*

Quartò, nec incurrit hanc excommunicationem, qui verbis quantum-
34 uis contumelioſis, iniuriam infert Clerico, ſi ad opus manuum non perueniat. Immo nec qui aggreditur Clericum, & lapidem, verbi gratia, in eũ proijcit, aut quamcunq; aliam actionem ex ſe percuſſiuam, vt ita dicam, in ordine ad illum exercet, ſi de facto non attingit perſonam eius, nec ledit; hæc enim Cenſura tantum lata eſt in eum, qui inijcit, vnde donec actio exterior conſummatur, non incurritur. Quin potius, licet actio violenta attingat aliqua ex parte Perſonam Clerici, ſi tamen ita leuiter attingat, vt ex vi talis percuſſionis non ſufficiat ad peccatum mortale, non incurritur hæc Cenſura, etiamſi alias ex intentione operantis ſit peccatum mortale, quia excommunicatio non incurritũr, niſi propter peccatum mortale externum, illa autem percuſſio, vt exterior ſit, non eſt peccatum mortale, licet intentio operantis fuerit culpa mortalis, quia illa malitia potius interior, quam exterior exiſtit. *Suarez, loc. ſupracit. d. ſect. 1 numero 23.* Qui ergo in-
35 iurias inferendo, moliatur Clericum percutere, manum eleuando, ſeu extendendo, vel gladium euaginando, ſi non percutiat, licet grauiter delinquat, non tamen in Canonem incidit per verba *d. cap. Siquis, ibi, iniecerit manus,* hæc enim verba cum effectu ſunt accipienda. Hinc licet attentatio puniatur, quamuis aliquid ſequutum non ſit, *l. Si quis cum telo, ff. ad leg. Cornel de ſicar. l quiſquis, C. ad leg. Iul. maieſtat.* fallit tamen hæc regula in excommunicatione, & alijs Cenſuris, quia ad eas incurrendas, requiritur factum ſecundum *Cardinal. in cap. præterea requiſiuiſti de appellat. Graff par. 2. libro 2. dec. aur. cap quinto, numero* 10. *& ſequent.*

36 Quintò, neque qui infert manus violentas in Clericum in iuſtam defenſionem, ita docent omnes, & colligitur *ex cap. Si vero, el 1. & cap. ex tenore. de ſentent excommunic.* vbi hoc declaratur habere locum quando in cõtinenti ſit defenſio, vim vi repellendo. Et ratio eſt, quia vim vi repellere omnes leges permittunt, vt ibidem dicitur. Atqui illa manuum iniectio, nec dici poteſt, ſuadente diabulo, ſed ratione, cum licita ſit, & quaſi naturalis: nec propriè dici poteſt violenta, cũ non fiat aggrediendo, ſed ſe defendendo: ex quo colligitur hoc habere verum in om-

Digitized by Google

ni defenſione, quæ iuſta eſt, ſiue ſit
in defenſionem perſonæ, ſiue hono-
ris, ſiue aliarum rerum, quia iura
illa abſolutè loquuntur de defenſio-
ne iuſta. Vnde ſi Clericus fœmi-
nam tentet aggrediendo non tan-
tum verbo, ſed facto aliquo, ſi il-
lum violenter percuſſerit, illa mini-
mè hanc cenſuram incurrit; quia illa
eſt iuſta defenſio caſtitatis & hono-
ris. At verò ſi aggreſſio eſſet tantum
37 verbalis, *Nauar. d. cap. 27. num. 85. loc. cit. numero primo, & Graff. d. par. 1. capit. 49. numero 46.* aiunt tantum li-
cere defenſionem verbalem, &
ideo ſi percutiat, non excuſari, &
citant *Angel. Verb. excommunicat. 5. numero 21.* qui cum moderatione lo-
quitur, ſcilicet quando ſolis verbis
potuit eum repellere, alias inquit,
licitè eum percutit: & addit, ſi ze-
lo caſtitatis accenſa, modum exce-
deret, non ex propoſito, ſed ſubitò
& improuiſo, non incurreret. Quæ
ſententia mihi placet, præſertim quia
illa non eſt tantum defenſio caſtita-
tis, ſed etiam honoris, ad quam ſæ-
pe verba non ſufficiunt. *Suarez. loc. cit. nu. 33.*
38 Atque idem dicendum, ſi Puer ten
tetur de vitio nephando, & Cleri-
cum tentantem percutiat, quia, *vbi eſt eadem ratio, idem ius ſtatui debet. Gloſa in capit. maiores. de Baptiſm. & vbi eſt eadem ratio, ibi lex extendi debet ad vlteriores caſus. l. 1. §. quod vulgo. de vi & vi arma.* Sicut tradit
39 Baiardus *ad Iul. Clar. in Verb. Homicidium, & Verb. Sodomia.* ſicut re-
fert *Graff. de Arbitr. Confeſſar. libro ſecundo, capit. 45. numerò quarto*, fe-
ciſſe quidam Puer, qui cum tenta-
retur à ſuo Pedagogo de hoc flagi-
tio, cum gladiolo ei totum priapum
amputauit: ita qui Clericum ſe ten-
tantem de caſtitate volentem ipſum
ſolicitare ad turpia, grauiter percuſ-
ſerit, excuſatur ab hac excommuni-
catione, modo tentatio ſit opere, &
non verbo; quia ſi eſſet tantum ver-
bo, non licet ei niſi defenſio verba-
lis. *Angel. loc. ſupracit. Graff. vbi ſupra d. capit. 49. numero 46. par. 1. libro ſecundo.*
40 Similis caſus eſt, ſi quis à Clerico
aggreſſus ſine ignominioſa fuga vi-
tare non poteſt nocumentum niſi ſe
defendendo, nam ſi ea de cauſa per-
cutiat Clericum, non incurret hanc
Cenſuram, vt *Nauar. d. capit. 27. numero 82. cum Caietan. in Sum. Verb excommunicat. 10. not. 6. & Panormit. in capit. olim. de reſtit. ſpoliat.* notauit, quia tunc
non peccat. Similiter ſi quis inſequa-
tur Clericum fugientem, & propria
bona aſportantem, & vi eum deti-
neat, aut ea de cauſa Clericus ſe præ-
cipitet, vel aliud nocumentum pa-
tiatur; præſertim ſi vt bona ſua recu
peret, quæ iniuſtè capta Clericus
aſportat, vel vi occupat, illum capiat
ad præſentandum eum ſuo Prælato,
iuxta communem, hanc Cenſuram
non incurret, verbi gratia, ſi quis Cle
ricum debitorem, & fugam paran-
tem detineat, vt eum Superiori præ-
ſentet, vt ea via ſuum debitum recu-
peret. *Nauar. loc. cit. Graff. d. capit 49. numero 48.* Extenditur autem hęc de-
fenſio in *d. cap. ſi vero. de ſentent. excom-*
41 *municat.* ad quoſdam caſus non om-
nino licitos, vt ſunt quando quis in-
uenit Clericum turpiter paccantem
cum propria Vxore, Matre, Filia, aut
Sorore; nam tunc ſi Clericum percu-
tiat, quamuis à culpa non excuſetur
apud Deum, Cenſuram hanc mini-
mè tamen incurrit; modo huiuſmodi
percuſſio fiat incontinenti quando
actualiter Clericus in tali actu inue-
nitur. vt notat. *Syluest. Verb. excommunicat. 6. notab 4. caſu 16. Tolet. loc cit. numero primo, Nauarr. numero 84. Graff. loc. cit. numero 44 & par. 2. d. capit. 5. numero 22. Lancelot. vbi ſupra, titul. 13. §. ex contrario. Angel. loc. ſupracit. numero decimoſexto*, & ratio eſt quia Ec-
42 cleſia ſuo præcepto & obediētia non
vult

Digitized by Google

vult obligare in caſu tam acceſſo, in quo doloris vis vehementer hominem occupat & commouet, & ideo etiam Eccleſia non reputat illā percuſſionem tamquam factam ſuadente diabulo, ſed vt factam vehementi paſſione, nec etiam iudicat eam violentam oppreſſionem, ſed humanam quandam defenſionem. Et notandū
43 quod nomine Vxoris intelligitur ēt ſponſa de præſenti per verum & ratum matrimonium ducta, etiamſi matrimonium conſummatum non ſit, quia illa eſt vera vxor. Et nomine Filiæ intelligitur de legitima, ac etiam naturali; *Tolet. & Nauar. loc. cit.* vnde infertur quod qui percutit Clericum inuentum turpiter agentem cū alijs coniunctis in remotiori gradu, puta cum ſponſa de futuro, filia adoptata, Nepte, vel quauis alia aſcendēte, vel deſcendente, incidit in huius Canonis Cenſuram. *Tolet. Angel. Nauar. Graff. loc. cit.* Notandum etiam, quod
44 per illa verba, *Turpiter inuentum*, non requiritur vt Clericus inueniatur in actuali delicto carnalis coniunctionis, nam id vix poteſt cōtingere; nec etiam eſt neceſſarium vt inueniantur ſimul in eodem lecto, aut quid ſimile, ſed ſufficit ſi inueniant exercētes quoslibet actus turpes, illos enim cōprehendunt, dicta verba, *Turpiter inuentum*; & ita communiter intelligūtur; Immo ſufficit quod ſolus cum ſola in loco ſuſpecto inueniatur vt patet ex *Nauar. nu.* 84. vbi dicit eſſe ſententiam communem. Quod intelligendum cenſeo quando & Perſonæ ipſæ ſuſpectæ ſunt, & vt tales habentur, non ſine cauſa rationabili, & locus ipſe aptus eſt ad actus impudicos inter ſe exercendos, tunc enim verè, ac propriè dicitur quiſpiam turpiter inuentus. Addit verò *Angel. excommunic.* 5. *num.* 19. *& Sylu excommun.* 6.
45 *num.* 6. *§. decimo.* In eo caſu quo maritus inuenit Clericum loquentem cum vxore, quamuis non inueniat in actu turpiter, ſi tamen prius eum ter admonuit, poſſe eum violenter detinere, & capere, vt eum ſuo Superiori præſentet, vt de illo conqueratur. Immo addit *Syluest.* etiam ſi in eo caſu talem Clericum violenter percutiat, non eſſe excommunicatū, quia ſecundum leges hunc licet perimere. *in l. Siquis ei, C. ad leg. Iul. de Adult.* Angelus vero, quem Nauar. ſequitur hoc non admittit, quia *d. cap. Si vero.* hoc reſtringit ad actum turpem, & ideo cum res ſit odioſa extendenda non eſt. Concedunt autem hi Auctores in eo caſu poſſe maritum Clericum detinere per viginti horas, iuxta legem, *capite quinto, ff. ad leg. Iul. de Adult.* ad tradendum ſuo Iudici; quia huiuſmodi detentio eſt licita, cum ſit per modum cuiuſdam defenſionis iuſtæ; & ſententia Silueſtri non mihi diſplicet, nam licet *d. c. Si vero.* Dicat, turpiter inuentum, meritò tamen dici poteſt turpiter inueniri eum, quem Iura Ciuilia damnāt tamquam turpiter inuētum. ita *Suarez. loc. ſupracit. num.* 33. *vſque* 37. An
46 autem incidat maritus, qui ſe domi abſcondit, vt præbyter id ignorans veniret ad domum, vt inuētum cum vxore, percutiat eum, dico quod non cum text. *in d. cap. Si vero.* generaliter loquatur, ergo generaliter intelligendus eſt. *l. de precio, ff. de publician. in rem act.* Quia intentio Summi Pontificis videtur fuiſſe, quod maritus non incideret in excommunicationē ob percuſſionem Clerici in caſibus, in quibus liceret lege ſeculari eum percutere; licet ſecus eſſet ſi eum interficeret, & ratio quare Canon remittit excommunicationis pęnam, eſt propter illum dolorem iuſtum, quem facilè non poteſt quis temperare.
47 *Grff. vbi ſupra num* 45. Item ob iuſtam ſui defenſionem non incidit in hanc Cenſuram, qui violenter aufert à Clerico enſem, ut ſe liberare poſſit ab inimicis perſequentibus;

Digitized by Google

tibus; nec ob eandem rationem, ſi auferat ei equum, cogens illum de eo deſilire, vt fugere queat; nam hæc non eſt propriè violentia, ſed iuſta defenſio ſuæ propriè vitæ; dũmodo tamen Clericus priuatus enſe, aut equo, non ſit in ſimili periculo, quia tunc violenter auferendo ei enſem, vel equum, Cẽſuram incurreret, *Suarez, loc. cit. numero* 38.

Sextò, ſimili modo fatendum eſt de defenſione tertij, nimirum quod
48 non incurrat hanc Cenſuram; nam ſi ſit ſola & pura defenſio, etiam aduerſus Clericum inuadentem, licita eſt: quia defenſio innocentis reſpectu cuiuſcunque aggreſſoris, eſt maximè naturalis, & ſuo modo debita, vel ſaltem licita, vt dicitur in *in cap. dilecto, verſ. & quidem, de ſentent. excommunic. in 6. & c. non inferenda, cum alijs, 23. q. 3.* ergo propter talem actum non poteſt excommunicatio incurri. ita docent *Innocent. Abb. & alij in d. cap. Si vero.* qui hoc extendunt ad defenſionem rerum proximi, quia illa iuſta eſt. Quod tamen ſecus erit ſi vel modus defenſionis excedatur, vel ceſſet vera, & iuſta ratio defenſionis, vt verbi gratia, cum Clericus non res alienas vſurpabat, ſed proprias recuperabat, vel non inferebat iniuriam, ſed ius habebat caſtigandi, vel aliquid ſimile. Et ad hanc iuſtam defenſionem tertij reduci poſſunt nonnulli caſus,
49 qui a doctoribus aſſignantur, quales ſunt. Quod Iudex ſecularis, ſeu familia poteſtatis, poſſit capere Clericum inuentum in proſtibulo, vel in Adulterio, vel in alio actuali crimine, vel noctu cum magna ſuſpicione criminis repertum, vt eum ſuo Epiſcopo, vel Superiori offerat: nam tunc ſi non excedat iuſtam & moderatam vim in capiendo, puta ſi permittenti ſe ſpontè capi, & duci quietè, de induſtria pugnos impingit, aut calces, non incurrit hunc Canonem, iuxta communem ſententiam. *in cap. cum non ab homine, de Iudic. Nauar. numero* 83. *& Graff. 2. par num.* 7. Ratio autem reddi poteſt, quia illa videtur eſſe quædam iuſta & neceſſaria Reipublicæ defenſio, licet etiam dici poteſt, ibi interuenire interpretatiuam volũtatem Iudicis Eccleſiaſtici. Item, quis non incidit in excõmunicationem niſi per dolum, *cap. Si quis ſuadente, 17. quæſt. 4.* Sed hic non eſt dolus, quia ſit propter quietem publicam, ergo ceſſat excommuni-
50 catio, cum prout notat Angel. *excom munic. 5. num. 1.* dolus requiritur, vt excommunicatio hæc incurratur.

Alius caſus eſſe poteſt de illo qui à Sede Apoſtolica eijcit eum, qui ſine canonica electione Cardinalium eam occupat; quem caſum ponit. *Nauar. num. 89. ex cap. Si quis pecunia. diſt. 79.* vbi hæc facultas videtur primo, & per ſe concedi Cardinalibus tamquam Principibus Eccleſiæ, ad quorum Collegium defenſio Eccleſiæ tunc ſpectat, etiam in dicto bello, ſi neceſſe ſit: alijs verò non conceditur, vt ſua auctoritate id faciant, ſed vt miniſtri, & adiutores Cardinalium, ex eorum præcepto & facultate. Tandem hinc fit, vt in defenſionem ipſiuſmet Clerici etiam liceat abſque Cenſura manus inijcere violentas, dummodo ratio moderatæ defenſionis non excedatur. Vt ſi Clericus per vim detineatur, ne aliquis eum percutiat iniurioſè, aut ne incidat in manus hoſtium, vt notat *Syluestr. excommunicat. 6. numero* 5. Ratio eſt clara, quia illa non eſt iniurioſa vel ſacrilega violentia, ſed ex charitate procedit. Quomodo ait Diuus Auguſtinus *Epiſt. 50. ad Bonifacium, & habetur in cap. ipſa pietas, 23. quæſt. 4.* Si duo eſſent in domo, quam certiſſimè ſcirent eſſe ruituram, non eſſet iniuria eos eruere, vel inuitos, ſed potius eſſet crudelitas eos non eripere. *Suarez, loc. cit. num. 39. & 47.*

Septi-

Digitized by Google

51 Septimò, Cenſura hæc non incurritur, quotieſcunque percuſſio Clerici non fit per modũ violentæ manus (vt ſic dicã) ſed quolibet alio iuſto, vel licito titulo, ideſt quando percuſſio nõ eſt peccaminoſa, ſed eſt leuis, vt cum percuſſio fit cauſa correctionis; vnde ex *c. cum voluntate. de ſenten. excommu.* ſex generibus perſonarum conceditur poſſe leuiter percutere Clericos, vel Monachos abſque excommunicatione, & hi ſunt *Superiores Eccleſiaſtici*, qui poſſunt percutere Clericos turbantes diuinum officiũ; *Seniores*, Zelo deuotionis; *Prælati*, reſpectu ſubditorum; *Magiſtri*, reſpectu diſcipulorũ, *Domini*, reſpectu eorum, qui de familia ſunt; & *Parentes*, & alij propinqui ſecundum carnem. *Tolet. lib. 1 c. 34. num. 2.* hi enim poſſunt, vt dixi, abſque excommunicatione percutere leuiter Clericos,
52 & Monachos, licet non æqualiter, ſed diuersè; etenim Superiores Eccleſiaſtici, gratia correctionis, vel diſciplinæ, & Seniores Zelo deuotionis poſſunt percutere leuiter Clericos in minoribus ordinibus conſtitutos turbantes in Eccleſia diuinum officium. *d. c. cum voluntate. Angel. excõ. 5 num. 11. Tolet. loc. cit. Graff. p. 1 d. cap. 49. num. 39. Suarez. loc. cit. num. 48.* vbi refert exemplum in. *c. veniens. de ſen-*
53 *ten excommu.* de Clerico qui per vim eijciens ab Eccleſia Monialem, quæ perturbabat officiũ Eccleſiaſticum, minimè Canonẽ illum incurrit, quia non iniuriæ cauſa, ſed vt quietè poſſet Eccleſia diuino officio vacare, id fecerat. Magiſtri vero, & Prælati poſſunt etiam cauſa correctionis ꝑcutere Sacerdotes, nam Canon his non limitat, ſicut ſuperioribus, ideſt *in d. c. ex voluntate*, nõ diſtinguitur an Clericus ſit in ſacris, aut in minorib. ſicut nec in Prælato, vt notat *Summ. Angel. loc. cita. num. 9. & Tolet. vbi ſupra num. 3.* Quare non dubito quin comprehendantur Clerici etiam in ſacris conſtituti, quod tenet *Angel. loc. cit. Sylu. excomm. 6. num. 6. & Nau. num. 81.* & patet etiam, quia ibi in *d. cap.* æquiparantur quo ad hoc Prælatus, & Magiſter; at conſtat, Prælatũ poſſe caſtigare Clericum etiam in ſacris conſtitutum. *Suarez. loc. ci. nu. 48.* Additur tamen in *d. c. cum voluntate.* verbum illud, *Leuiter percuſſerit*; itaq;
54 requiritur, vt percuſſio huiuſmodi leuis ſit, & dicunt *Graff. loc. cit. nu. 41. & Angel. num. 11.* quod etiam ſi tales excederent modum, ideſt etiam ſi in percuſſione fuerit aliquis exceſſus (cum iuxta *Sylu. loc ſupracitat. num. 6. verſi. octauo. in fin.* non poſſint verbera ſemper ſuſpendi in ſtatera, modo exceſſus ille non proceſſerit ex odio principaliter, vel ex ira mixta correctioni, ſed ira fuit dux, & principalis cauſa percutiendi, nõ autem comes) non erunt excommunicati. Vnde
55 infertur rectè me reſpondiſſe, minimè ſcilicet hunc Canonem incurriſſe Guardianum cuiuſdam loci noſtræ Religionis, qui Nouitium quendam in dementiam verſum, verberauit proprijs manibus, modum etiam excedendo, citra tamen ſanguinis effuſionem, ſi id non ex odio, vel ira, ſeu malo animo, ſed tantum gratia correctionis fecerit, licet ratione ſcãdali, cum hiſce animaduerſionib. in noſtra Religione non vtantur, a cul-
56 pa mortali liberare nequiuerim. Prælatus enim poteſt per ſe, vel per aliũ citra pœnam excõmunicationis corrigere Clericum, vel Monachum vel Conuerſum ſuæ iuriſdictioni ſubiectum, pro ſuis exceſſibus, vel delictis in multis caſibus ſecundum *Graff. 2. p. c. 5. num. 33.* Primò, poteſt Clericũ, vel Monachum capere, & Carceri mancipare, tam per ſe quam per Clericos, vel Laicos. *c. vt fama. de ſent. excomm. c. cum Epiſcopus. de offic. ordini in 6. & cap. ſi Clericus. eod. tit.* quæ iura loquuntur de captione, & incluſione, quæ de mandato Prælati cuiuſcunq;

tibus; nec ob eandem rationem, ſi auferat ei equum, cogens illum de eo deſilire, vt fugere queat; nam hæc non eſt propriè violentia, ſed iuſta defenſio ſuæ propriè vitæ; dũmodo tamen Clericus priuatus enſe, aut equo, non ſit in ſimili periculo, quia tunc violenter auferendo enſem, vel equum, Cẽſuram incurreret, *Suarez, loc. cit. numero* 38.

Sextò, ſimili modo fatendum eſt de defenſione tertij, nimirum quod
48 non incurrat hanc Cenſuram; nam ſi ſit ſola & pura defenſio, etiam aduerſus Clericum inuadentem, licita eſt: quia defenſio innocentis reſpectu cuiuſcunque aggreſſoris, eſt maximè naturalis, & ſuo modo debita, vel ſaltem licita, vt dicitur in *in cap. dilecto, verſ. & quidem, de ſentent. excommunic. in 6. & c. non inferenda, cum alijs, 23. q. 3.* ergo propter talem actum non poteſt excommunicatio incurri. ita docent *Innocent. Abb. & alij in d. cap. Si vero.* qui hoc extendunt ad defenſionem rerum proximi, quia illa iuſta eſt. Quod tamen ſecus erit ſi vel modus defenſionis excedatur, vel ceſſet vera, & iuſta ratio defenſionis, vt verbi gratia, cum Clericus non res alienas vſurpabat, ſed proprias recuperabat, vel non inferebat iniuriam, ſed ius habebat caſtigandi, vel aliquid ſimile. Et ad hanc iuſtam defenſionem tertij reduci poſſunt nonnulli caſus,
49 qui a doctoribus aſſignantur, quales ſunt. Quod Iudex ſecularis, ſeu familia poteſtatis, poſſit capere Clericum inuentum in proſtibulo, vel in Adulterio, vel in alio actuali crimine, vel noctu cum magna ſuſpicione criminis repertum, vt eum ſuo Epiſcopo, vel Superiori offerat: nam tunc ſi non excedat iuſtam & moderatam vim in capiendo, puta ſi permittenti ſe ſpontè capi, & duci quietè, de induſtria pugnos impingit, aut calces, non incurrit hunc Canonem, iuxta communem ſententiam. *in cap. cum non ab homine, de Iudic. Nauar. numero 83. & Graff. 2. par num. 7.* Ratio autem reddi poteſt, quia illa videtur eſſe quædam iuſta & neceſſaria Reipublicæ defenſio, licet etiam dici poteſt, ibi interuenire interpretatiuam volũtatem Iudicis Eccleſiaſtici. Item, quis non incidit in excommunicationem niſi per dolum, *cap. Si quis ſuadente, 17. quæſt. 4.* Sed hic non eſt dolus, quia fit propter quietem publicam, ergo ceſſat excommuni-
50 catio, cum prout notat Angel. *excommunic. 5. num.* 1. dolus requiritur, vt excommunicatio hæc incurratur.

Alius caſus eſſe poteſt de illo qui à Sede Apoſtolica eijcit eum, qui ſine canonica electione Cardinalium eam occupat; quem caſum ponit. *Nauar. num. 89. ex cap. Si quis pecunia. diſt. 79.* vbi hæc facultas videtur primo, & per ſe concedi Cardinalibus tamquam Principibus Eccleſiæ, ad quorum Collegium defenſio Eccleſiæ tunc ſpectat, etiam in dicto bello, ſi neceſſe ſit: alijs verò non conceditur, vt ſua auctoritate id faciant, ſed vt miniſtri, & adiutores Cardinalium, ex eorum præcepto & facultate. Tandem hinc fit, vt in defenſionem ipſiuſmet Clerici etiam liceat abſque Cenſura manus inijcere violentas, dummodo ratio moderatæ defenſionis non excedatur. Vt ſi Clericus per vim detineatur, ne aliquis eum percutiat iniurioſè, aut ne incidat in manus hoſtium, vt notat *Syluestr. excommunicat. 6. numero* 5. Ratio eſt clara, quia illa non eſt iniurioſa vel ſacrilega violentia, ſed ex charitate procedit. Quomodo ait Diuus Auguſtinus *Epiſt. 50. ad Bonifacium, & habetur in cap. ipſa pietas, 23. quæſt. 4.* Si duo eſſent in domo, quam certiſſimè ſcirent eſſe ruituram, non eſſet iniuria eos eruere, vel inuitos, ſed potius eſſet crudelitas eos non eripere. *Suarez, loc. cit. num. 39. & 47.*

Septi-

Digitized by Google

51 Septimò, Cenſura hæc non incurritur, quotieſcunque percuſſio Clerici non fit per modũ violentæ manus (vt ſic dicã) ſed quolibet alio iuſto, vel licito titulo, ideſt quando percuſſio nõ eſt peccaminoſa, ſed eſt leuis, vt cum percuſſio fit cauſa correctionis; vnde ex *c. cum voluntate. de ſenten. excommu.* ſex generibus perſonarum conceditur poſſe leuiter percutere Clericos, vel Monachos abſque excommunicatione, & hi ſunt *Superiores Eccleſiaſtici*, qui poſſunt percutere Clericos turbantes diuinum officiũ; *Seniores*, Zelo deuotionis; *Prælati*, reſpectu ſubditorum; *Magiſtri*, reſpectu diſcipulorũ, *Domini*, reſpectu eorum, qui de familia ſunt; & *Parentes*, & alij propinqui ſecundum carnem. *Tolet. lib.* 1 *c.* 34. *num.* 2. hi enim poſſunt, vt dixi, abſque excommunicatione percutere leuiter Clericos,
52 & Monachos, licet non æqualiter, ſed diuersè; etenim Superiores Eccleſiaſtici, gratia correctionis, vel diſciplinæ, & Seniores Zelo deuotionis poſſunt percutere leuiter Clericos in minoribus ordinibus conſtitutos turbantes in Eccleſia diuinum officium. *d. c. cum voluntate. Angel. excõ.* 5 *num.* 11. *Tolet. loc. cit. Graff. p.* 1 *d. cap.* 49. *num.* 39. *Suarez. loc. cit. num.* 48. vbi refert exemplum in. *c. veniens. de ſen.*
53 *ten excommu.* de Clerico qui per vim eijciens ab Eccleſia Monialem, quæ perturbabat officiũ Eccleſiaſticum, minimè Canonẽ illum incurrit, quia non iniuriæ cauſa, ſed vt quietè poſſet Eccleſia diuino officio vacare, id fecerat. Magiſtri vero, & Prælati poſſunt etiam cauſa correctionis ꝑcutere Sacerdotes, nam Canon his non limitat, ſicut ſuperioribus, ideſt in *d. c. ex voluntate*, nõ diſtinguitur an Clericus ſit in ſacris, aut in minorib. ſicut nec in Prælato, vt notat *Summ. Angel. loc. cita. num.* 9. *& Tolet. vbi ſupra num.* 3. Quare non dubito quin comprehendantur Clerici etiam in ſacris conſtituti, quod tenet *Angel. loc. cit. Sylu. excomm.* 6. *num.* 6. *& Nau. num.* 81. & patet etiam, quia ibi in *d. cap.* æquiparantur quo ad hoc Prælatus, & Magiſter; at conſtat, Prælatũ poſſe caſtigare Clericum etiam in ſacris conſtitutum. *Suarez loc. ci. nu* 48. Additur tamen in *d. c. cum voluntate.* verbum illud, *Leuiter percuſſerit*; itaq;
54 requiritur, vt percuſſio huiuſmodi leuis ſit, & dicunt *Graff. loc. cit. nu.* 41. *& Angel. num.* 11. quod etiam ſi tales excederent modum, ideſt etiam ſi in percuſſione fuerit aliquis exceſſus (cum iuxta *Sylu. loc ſupracitat. num.* 6. *verſi. octauo. in fin.* non poſſint verbera ſemper ſuſpendi in ſtatera, modo exceſſus ille non proceſſerit ex odio principaliter, vel ex ira mixta correctioni, ſed ira fuit dux, & principalis cauſa percutiendi, nõ autem comes) non erunt excommunicati. Vnde
55 infertur rectè me reſpondiſſe, minimè ſcilicet hunc Canonem incurriſſe Guardianum cuiuſdam loci noſtræ Religionis, qui Nouitium quendam in dementiam verſum, verberauit proprijs manibus, modum etiam excedendo, citra tamen ſanguinis effuſionem, ſi id non ex odio, vel ira, ſeu malo animo, ſed tantum gratia correctionis fecerit, licet ratione ſcãdali, cum hiſce animaduerſionib. in noſtra Religione non vtantur, a cul-
56 pa mortali liberare nequiuerim. Prælatus enim poteſt per ſe, vel per aliũ citra pœnam excõmunicationis corrigere Clericum, vel Monachum vel Conuerſum ſuæ iuriſdictioni ſubiectum, pro ſuis exceſſibus, vel delictis in multis caſibus ſecundum *Graff.* 2. *p. c.* 5 *num.* 33. Primò, poteſt Clericũ, vel Monachum capere, & Carceri mancipare, tam per ſe quam per Clericos, vel Laicos. *c. vt famæ. de ſent. excomm. c. cum Epiſcopus. de offic. ordini in* 6. *& cap. ſi Clericus. eod. tit.* quæ iura loquuntur de captione, & incluſione, quæ de mandato Prælati cuiuſcunq;

Digitized by Google

qui crimina punire poteſt, fieri poſſunt per Laicos, licet nondum ille incorrigibilis appareat. Secundus
57 caſus eſt; Poteſt Prælatus per ſe, verberare, modo non ex propoſito, & ſcienter, atque malitiosè excedat debitam correctionem. *c. vniuerſitatis. in fin. de ſent. excomm.* fallit in Epiſcopo qui neminem ſuis manibus percutere debet. *cap. non liceat. diſt. 86.* ſed ſi Clericum, per quem percutiat non habeat, poteſt percutere ꝑ ſeipſum, vt notat *Archid. 45. diſt. in ſumm.* Tertius in Epiſcopo, qui verberando per ſe, non propter hoc incidit in excommunicationem, cum iſtud introductum videatur in honorem Pontificalis officij. Quartus in Prælato, qui poteſt verberare per Clericum ſecularem, vel Regularem. *d. c. Vniuerſitatis. verſ. vel ſi neceſſitas. & in d. cap. cum Epiſcopus.* Incidit vero in Canonem,
58 ſi ex propoſito, & malitiosè Prælatus excederet debitam correctionē, vel etiam illi, qui de mandato ipſius, hoc faciunt, ſiue hoc faciat in capiendo, vel ducendo ad Carcerem, vt q̃a non reſiſtentem, ſed quietè ſe duci permittentem, calce, pugno, vel alio modo, percutiunt. *d. c. vt famæ. §. fin. Graff. loc. cita.* De Tortura vero nihil inuenio in iure expreſsè definitum. Panor. vero in *d. c. vniuerſitatis*, cēſet, eandem rationem eſſe de illa, atque verberatione, ſcilicet non eſſe faciendam per Laicum, niſi in eo caſu, in quo deeſſent Clerici, per quos poſſet fieri, quia in tortura inquit inferūtur verbera, & cruciatus, ſi ergo non debet Clericus per Laicum verberari, neque etiam torqueri, iuxta *gloſ. in c. 3. §. Presbyteri. 5. q. 6.* cōmuniter per Abb. probatam, & alios quos refert. *Nauar 3. Commenta. de Regul. num. 52.* Ait tamen idem Nauar. cum Panormit. & alijs, hoc non eſſe communi conſuetudine receptum, & licet in *ſumm. num. 86.* dicat, hanc conſuetudinem excuſare a pęna, & non a culpa, tamen in *d. Commenta. 3.* addit etiam, excuſare a culpa, quia ſolum eſt contra Ius humanum, quod poteſt ꝑ cōſuetudinem derogari. Addo præte-
59 rea nullum eſſe ius expreſſum, quo prohibeat, Iudex Eccleſiaſticus torquere Clericum per Laicum. Nam *c. vniuerſitatis.* Solum loquitur de verberatione, quæ fit cauſa diſciplinę regularis: tortura autem in rigore non eſt Verberatio, nec punitio delicti, ſed ſolum fit ad extorquendam veritatem: vnde eſt actio media inter capturam, & ſupplicium, cur ergo potius cenſetur comprehenſa ſub vno extremo, quam ſub alio? Eo vel maximè, quod talis actio, regulariter loquendo, nec commodè, nec honeſtè per Clericum exerceri poteſt: tū q̃a neque Clerici ſunt inſtructi ad illud munus, neque etiam illud eſt decens grauitatem, & manſuetudinem Eccleſiaſticæ perſonæ. Cenſeo igitur rectè ſeruari poſſe talem conſuetudinem, vbi fuerit ſeruata: & maximè quando modus torturæ acerbior eſt, & eiuſdem rationis cum illo, quo Iudices Laici vtuntur. Quod etiam cōfirmatur: nam alias deberet Eccleſiaſticus Prælatus per ſeipſum torquere ſubditum, iuxta *d. c. vniuerſitatis.* q̃ tamen, & inauditum eſt, & per ſe indecens: nō ergo oportet caput illud extendere ad torturam, niſi fortaſſe illa talis ſit, quæ non excedat modū, & lenitatem Religioſæ diſciplinæ, ita *Suarez. vbi ſupra. num. 44.*

60 Domini autem reſpectu eorū, qui de familia ſunt, & Parentes ac alij propinqui, nullum dubium eſt, quin poſſint leuiter verberare, cauſa correctionis, Clericos ſibi ſubiectos, in minoribus ordinibus conſtitutos. *Ang. loc. ci. num. 10.* difficultas autem eſt an poſſint etiam verberare Clericos Sacerdotes; de hac duę ſunt opiniones, *Io. de Lign. in c. cum voluntate. de ſenten. excomm. Sylu. excom. 6. num. 6. verſ. octauo. Tabien. excom. 5 caſu. 1. num. 8.* quos refert

refert Tolet. *loc. cit. num.* 4. dicunt li-
61 cere Patribus, filios etiam Sacerdotes percutere correctionis cauſa; & hoc idem licere etiam Patribusfamilias circa ſuos ſubiectos fatetur, *Suarez. loc. ſupracit. nu.* 49. Hoc ius, inquit exiſtimo habere etiam Parentem in filium Clericum, etiam in ſacris conſtitutum, & Patremfamilias in ſibi ſubiectos ex *d. c. cum voluntate.* vt etiã *Nau. loc. cit. nu.* 82. notauit dicẽs, hoc eſſe verum de rigore iuris; nullamq; rationem in contrarium cogere, & ꝙ de Patre dictum eſt intellige de Pro-
62 pinquis. *d. c. cum voluntate*, vbi dicit gloſa, quod non ſolum Pater, ſed ẽt Propinqui domeſticos ſuos corrigere debet, & ſi tales perſonæ modum excedant, non incidunt ſecundũ gloſam *in d. c. cum voluntate.* quia Canon exigit dolum, ſine quo non eſt violẽtia, iſtæ autem manus ſunt charitatiue. *Sylu. loc. cit.* Alij vero, nempe Panormitan. *in d. c. cum voluntate & gloſa ibidem, & gloſa in c. 1. de ſen. excomm.* quos refert: & ſequitur *Tolet. d. nume.* 4. hoc negãt, dicunt enim, Patres nõ
63 poſſe percutere niſi Clericos in minoribus ordinibus tantum conſtitutos, & ego, inquit Toletus ita credo; & ratio hæc eſt, quia illud. *c. cũ voluntate.* cum dat Propinquis talem facultatem, ſimiliter & dominis reſpectu familiæ, limitat expreſsè de conſtitutis in minoribus, ſicut etiam circa ſuperiores, & ſeniores, vt ſupra dictum eſt; Vt ergo ſuperioribus prędictis & ſenioribus non licet caſtigare conſtitutos in ſacris, vt optimè notat *gloſa in d. c. cũ voluntate.* ita nec licebit Propinquis, & conſequenter nec Patrib. & hoc tutius eſt. *Tolet. loc. citat.* quod patet, quia ex eo, quod ſpecialiter de iſtis permittitur, de alijs prohibetur.
64 *c. qualis diſt in. 25. & cap. nonne. de Præſumpt. l. cum prætor. ff. de iudic.* cum q̃d non eſt conceſſum, intelligatur prohibitum, *gloſ. in c. inter corporalia. de tranſlat. Epiſcop.* Et hæc opinio quidẽ ſatis mihi placet; Et ratio eſt quia, vt notant *Tab. loc. ſupracitat. d. nume.* 8. & *D. Anton. p. 3. tit. 24. c. 1. §. 2. verſ. duodecimus.* Sacer ordo, quoad manuum iniectionem, ſeu percuſſionem, liberat a patria poteſtate. Fateor tamen,
65 ſaluo meliori iudicio, in aliquib. caſibus grauibus, & arduis, tametſi rarò, poſſe quidã Patres, correctionis gratia, leuiter verberare filios ſuos Clericos in ſacris conſtitutos, nimirũ ſubdiaconos, vel Diaconos; maximè ſi ob nimiam eorum Iuuenilem ætatẽ, ipſoſmet parentes, vel percutiunt, vel contumelioſis verbis animo deliberatò afficiunt, aut opprobrijs, & conuicijs lacerant, toruis oculis aſpiciunt, eos aſperè alloquuntur, illis maledicunt, vel ad notabilem iracũdiam prouocant; At filios ſuos Sacerdotes etiam leuiter nequaquam percutere poſſe cenſeo, cum nimis durũ videatur, quod Sacerdotes verberibus ſubijciãtur; Nolite, inquit Deus
66 loquens omnibus per Prophetã, tangere Chriſtos meos, & hoc propter magnam excellentiam dignitatis Sacerdotalis, cum huiuſmodi percuſſio ſit illi ſtatui iniurioſa, vt docent. *Tol. loc. cit. & Salon. apud Bonacin. diſp 6. q. vnica. punct. 8. nu.* 10. licet ipſe teneat appoſitum cum *Nau. Sylu. Tabien. & alijs.*

67 Octauò, & vltimo, nec hanc Cenſuram incurrit, qui leuiter tantũ Clericum, vel Monachum percutit, vt patet, cum Canon iſte non de leui, ſed ſolum de percuſſione graui loquatur.

Circa ſecundum; ex hactenus dictis patenter oſtenditur, qui nam incidunt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

68 Primò enim incidunt, quo ad excommunicationem omnes tam mares, quam fœminæ, tam Clerici, quã ſeculares, cuiuſcũque gradus, ſtatus, & conditionis, qui excommunicatio ni ab Epiſcopo latæ per generalem

Con-

Conſtitutionem,& edicta,ſubiacent *arg.c.nuper.de ſent. excomm. Nauar. in Man.c.27.num.112.Cathalog. excomm. cap.10.num.5.*

69 Secundò,circa ſuſpenſionem, & omnes Clerici ſeculares, qui ob aliquam culpam ſuam, ab exercitio ſui Ordinis,officij,vel Beneficij,quouis modo ab Epiſcopo ſunt ſuſpenſi. Dixi,omnes Clerici ſeculares, nam ſolos Clericos eſſe capaces huius cenſuræ tradit *Suarez.tom.5.de Cenſur.diſput.28 ſect.2.num.1. & ſect.3.num.8.* dixi ob ſuam culpam,quæ debet eſſe mortalis ; Ad hoc enim, quod hæc Cenſura ſuſpenſionis a Iure, vel ab homine ferri poſſit, non ſufficit Venialis culpa, ſed neceſſario requirit, quod mortalis culpa præcedat, prout tenet *Areti. in c. cum non ab homine. de Iudic. & Sot.in 4.diſt.22.q.3.artic.1. Suarez.loc.citat ſect.4 num.9. & 7. Miranda in Man.Tralat.p.2.q.36.art.1 & Aegid.Conin in Commen. de Cenſur.de ſuſpenſ diſput.15.dub.3 num.24.* vbi cēſent hoc tempore id communiter eſ-

70 ſe receptum;quandoquidem ſuſpenſio,vt modo eſt in vſu Eccleſiæ,grauior atque acerbior pœna eſt,quam vt pro ſola Veniali culpa ſecundum æquitatem, ac Eccleſiaſticam pietatem implici poſſit. Et huc confert illa ratio, quod cum in aliqua lege pœna excommunicationis ſupenſionis, irregularitatis, & interdicti apponitur,cenſendum eſt Legiſlatoris mentem velle ad culpam mortalem obligare. *Carbo.diſp.4.de legibus.Io. Medin. C.de ieiunio.q.7.Graff.p.1.li.2. deciſ.aur. cap.57.num.3.Armill.verb.præceptum. num.6.Clau.Reg.lib.3 c.7.n.25.* Quam opinionem, quicquid aliqui dicant,

71 Confeſſarius tuta conſcientia amplecti debet:ſiquidem inter duas ſententias,illa ſemper eſt præferenda, quæ mitior eſt,& benignior,& magis vſu & conſuetudine, optima rerum magiſtra,comprobatur. *c. odia.de Regul. iur.in 6. c fin.vbi Doctores. de conſuetud. Azor p.1.Inſt.Moral lib.2.c.11 in princip.* Vſque dum ergo Clerici ſuſpenſi manent, in hunc caſum reſeruatum incidiſſe cenſendi ſunt. Vnde ſi ſuſpenſi ſint ab executione ordinis,Beneficio,iuriſdictione,vel ingreſſu Eccleſiæ, quotieſcunque talem ſuſpenſionem violant,exercendo aliquem actum peculiarem illius ordinis, vel quemlibet alium actum exercent, a quo ſunt ſuſpenſi, lethalem culpam committunt, irregularitatem incurrunt Summo Pontifici reſeruatam, *c.cum medicinalis de ſen.excomm. lib.6. Nau.c.27.num.163 & 244.Sayr lib.1. de Cenſur.num.16.Val.tom.4 diſpu.7.q. 18 p.1.Tolet.lib.1.c.46 num.1. & ſeq.* & conſequenter hac reſeruatione ligantur. *Ioan Bapt.Corrad p.1.reſp.caſu conſci.q.342.*

72 Tertiò,quo ad Interdictum,& omnes vtriuſque ſexus,tam Religioſi,q̄ ſeculares,qui Interdicto,quocunque modo ab Epiſcopo promulgato,ſiue per Conſtitutionem, ſiue per edictū, ſubiacent; ſiquidem ſeculares ſcienter Interdictum perſonale violātes, vt audiendo ſacrum, vel Miſſam, vel dicendo talia officia, qualia dicendo Clerici violarent ipſum Interdictū, mortaliter delinquunt, ex *Soto. in 4. ſent. diſt.22.q.3.art.1.concl.6.Nau.cap. 27.num.187 Graff.in Prax.lib.2.cap.1. num.11.* quia in re graui contra Eccleſiæ præceptum agunt. *Suarez d.diſpu. 33 ſect.2.num.2.* id quod intelligitur de quocunque Interdicto ſpeciali, & generali,vt notat *d.Suarez. diſput. 34. ſect.5.num.4.* Clerici vero in ſacris or-

73 dinibus conſtituti Interdictum violātes vltra peccatum mortale, ſi exercent aliquod officium,quod eſſet ordini annexum, Irregularitatē incurrunt. *Panormit.in cap.1. de Cler. excom. miniſt. & in cap. fin.de exceſſib. Tralat. Graff.loc.citat.num.12.Nau.d. nu.187. Suarez.loc.ſupracitat.ſect.4.num.14.* ſuper quam ſolus Papa diſpenſat. *c.is qui de ſen.excom.in 6. & c.is cui. eod.tit.*

Quar-

Digitized by Google

74 Quartò, circa Canonem, *ſi quis ſuadente*; incidunt omnes tam Mares, q̃ fœminæ percutientes Clericum, vel Monachum, quotieſcunque tamen percuſſio eſt leuis. In caſu inquit Reſeruatio, leuis percuſſionis; quę tunc leuis dicitur, cũ vt ſupradictum eſt, fit pugno, palma, pede, ligno, ideſt baculo, aut lapide, veſtigium, aut ſugillationem poſt ſe non relinquentem.

75 Hinc cõcludit *Lapus in alleg.* 76. Qđ cum plebanus quidam, Canonicum ĩ Eccleſia Aretina manu vacua, ideſt colapho percuſſiſſet, Epiſcopus potuit illum abſoluere: quia leuis fuit iniuria. Sic in ſimili voluit C*ardinal. in conſi.* 41. Epiſcopum poſſe abſoluere Clericos, qui ad inuicem cum manibus, & pedibus ſe percuſſerint, q̃a leuis iniuria reputatur, Sic *Calder. cõſ.* 7. tenet Epiſcopum poſſe abſoluere Clericos, qui in ludo nimis ſe percuſſerint, deiciendo ſe in terram, cũ aliqua ſanguinis emiſſione, ita refert *Dec. in cap. peruenit. el* 1 *num.* 7. *de appellat. Nau. cap.* 27. *num.* 92. *in fin Graff. p.* 1 *lib.* 2. *dec. aur c.* 49. *num.* 52. Verum cum ſupradicta extrauagãs. *Perlectis.* circa percuſſionem leuẽ, ſeu mediocrem, concludat hoc committẽdum eſſe prudentis arbitrio, ait *Suarez loco ſupracit. diſput.* 32. *ſect.* 1. *nume.* 92. & *ſecundum Tolet lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 5. &

76 *Nau. d. num.* 92. de hac certa regula tradi non poſſit; fit, vt hoc arbitrio Iudicis ſit relinquendum; *Menoch. de Arbitr. Iud lib.* 2. *cent.* 6. *caſu.* 553. vel arbitrio Epiſcopi; vel etiam Confeſſarij, qui habet facultatem abſoluendi ab Epiſcopo iuxta *Hoſt.* receptum ab omnibus in *d. c. peruenit. Tolet. loc. citat.* vt iudicent habita ratione circunſtantiarum perſonarum, locorũ, & temporum, cauendo ne leuem iudicent eam, quæ enormis eſt, ſecundum Panormit. in *d. c. peruenit. Nau. d. num.* 92. Notandum tamen, quod licet arbitrium de quantitate percuſſionis, Iuris interpretes communiter

77 dicant hoc commiſſum eſſe Epiſcopo, vel Iudici, hoc tamen verum eſſe cenſeo in foro exteriori, vt huiuſmodi declaratio authenticè fiat, in foro autem interiori fieri poteſt a Viro prudente, & docto, hoc enim magis pendet ex prudentia, & doctrina, q̃ ex iuriſdictione, & ideo in foro conſcientiæ quilibet Confeſſarius hoc iudicium ferre poteſt, immò ei propriè commiſſum eſt hoc iudicium in tali foro, quatenus Claues ſcientiæ habere debet, atque ea vti vbi neceſſariũ fuerit. *Suarez loc. ſupracita. d. ſect.* 1. *nu.* 92. *in fine.* Dixi ſub hac reſeruatione includi oẽs, &c. quod intellige dum-

78 mõ ſint doli capaces; hinc Impuberes pro iniectione manuũ in Clericũ, ſunt excõmunicati. *c.* 1. *de ſent. excõ. n.* 9. vt not. *Graff. cõſi.* 22. *de sẽt. excõ. n.* 9.

79 Non incidunt autem, Primò Pueri, & Puellæ vſum rationis non habentes; nam cum peccare nõ poſſint, *c.* 1. *de delict. Puero.* certum eſt illos nõ incurrere excommunicationẽ. *Graff. loc. ſupracit. d conſi* 22. *num.* 8.

Secundò, nec ſubiacentes excommunicationi, aliter quam per Conſtitutionem, vel edictum, ab Epiſcopo latæ, eidem reſeruatæ. Vt eſt excom-

80 municatio contra communicantes in crimine crimiñoſo cum innodato excommunicatione reſeruata Epiſcopo. Item excommunicatio contra abſolutum ob articulum mortis, vel periculum, ab excommunicatione reſeruata ipſi Epiſcopo, ſi ceſſante periculo, vel impedimento contẽnit præſentare ſe Epiſcopo. Item & contra omnes Abortum facientes, in caſu in quo per conſtitutionem *Greg. XIV.* datur facultas Epiſcopis, vt per ſe, vel ꝑ quoſuis Confeſſarios ad hoc ſpecialiter a ſe deputatos, poſſint ab hac excommunicatione abſoluere. Item & omnis excõmunicatio, quæ

81 eſt reſeruata Sedi Apoſtolicæ, ſed excommunicatus ob iuſtum impedimentum nequit adire, nam ſi non

poſſit

poſſit adire, eſt reſeruata Epiſcopo; & idem dicendum de quibuſcunque alijs excommunicationib. reſeruatis Epiſcopis, de quibus vide in declaratione vndecimi caſus reſeruati in Tabella Camerinen. dummodo tamen huiuſmodi excommunicationes nō ſint latæ ab Epiſcopo, eidemvè reſeruatæ per ſuum edictum, vel generalem conſtitutionem.

82 Tertiò, nec ſubiacentes eidem excommunicationi ob aliquam tātum culpam venialem; Vt enim quis excōmunicatione ligetur, oportet, vt cōmittat peccatū mortale, ait *Graff. p.1. lib.4. dec. aur. c.9. num.1.* hinc quoties homo certus eſt nō peccaſſe mortaliter contra obedientiā Eccleſiæ, tutam ſubinde conſcientiam habere poteſt nullam incurriſſe excommunicationem apud Deum, nec eſſe priuatum ſuffragijs Eccleſię, licet quandoque propter falſam opinionem & prę ſumptionem Iudex poſſit eum arcere ab externo cætu fidelium; hęc eſt Regula *Palud. in 4. diſt. 18 q.1. a.1.* ſequuntur omnes, *Sylu. verb. excom.1. num.1. Sot. diſt. 22 q.1. artic.2. concl.3. Petrus Sotus, Couarru. in c. Alma mater §.9. num.1. verſ.2.* vbi ampliat hoc dictum ad quamcunque excommunicationem generalem, ſiue particularem iuris, ſiue hominis generaliter latam, ita etiam *Nau. c.27. nu 9. Graff. loc. cit. c.8. num.3.* Ex dictis infertur,

83 quotieſcunque aliquis excuſatur a culpa mortali in tranſgreſſione alicuius legis, vel præcepti, excuſari ēt ne Cenſuram maioris excommunicationis contrahat, etiam ſi omnib. tranſgreſſoribus illius præcepti impoſita ſit, vt ſi excommunicētur omnes, qui furantur aliquid, qui leue furtum committit, cum leue furtum nō ſit culpa mortalis, ſed tantum venialis, cum ex leuitate materiæ excuſetur a mortali, excuſabitur etiam ne talem cenſuram contrahat. *Suarez. d. tom.5. diſp.18. ſect.3. num.7.*

84 Quartò, nec ex ignorantia, ſine dolo, ex obliuione, incogitantia, vel inaduertentia, excommunicationi prędictæ ſubiacentes; Regulariter enim qui ex obliuione, incogitantia, inaduertentia, aut ſimpliciter, vel bona fide, & ignorantia in actum prohibitum iure diuino, vel naturali vetitū ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrendę incideret, non eſſet excommunicatus. *D.Thom.1.2.q.6.a.8. vbi Caietan. & Doctores communiter in c. Apoſtolicæ. de Clerico excom. miniſt.*

85 Quod procedit, etiam ſi quis ſcienter faceret actum prohibitum iure diuino, vel naturali, ignorans bona fide ius commune canonicum prohibere illum ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, vt de magis recepta, æquiori, & mitiori opinione concludit *Azor. p.1. inſt. moral. lib.1. cap.15. q.3. ita Petr. Anton. Lazar. de monitor. ſect.4. q.6. num.11.* vide Suarez. vbi ſupra. *diſp.4. ſect.8. nu.20.*

86 Quintò, nec incidunt, qui ſuſpenſi ſunt a iure; cum nunc nullus reperiatur caſus, qui de iure ſit Epiſcopis reſeruatus, prout declarabimus in explicatione vltimi caſus reſeruati in Tabella Sancti Seuerini. Quot autem modis, quis incidat in ſuſpenſionem ipſo iure, vide *Io. Bapt. Corrad. in tract. de ſuſpenſ. par.2. reſp. caſ. conſc.* vbi ponit 82. modos in quibus a iure incurritur ſuſpenſio. & ratio eſt, quia hæc reſeruatio intelligitur de ſuſpēſione reſeruata Epiſcopo. Vnde in-

87 fertur, quod nec incidunt, qui ſunt ſuſpenſi a ſuo Cōfeſſario, licet enim Confeſſarius poſſit ſuſpendere, ſcilicet præcipiendo Sacerdoti ne celebret vſque ad tale tempus, & iuſta de cauſa Diacono, & Subdiacono interdicere, & prohibere ne exerceant ordinem, ne Communicent, &c. vt ex *c. omnis de pœniten. & remiſſ.* probat communis ibi, cum tamen talis non ſit, nec dicatur propriè Cenſura, ſequitur quod faciens contra dictam pro-

Digitized by Google

prohibitionem non erit Irregularis, vt probat gloſ. communiter recepta *in c. is qui. de ſenten. excomm. in 6.* & tradit *d. Io. Bapt. Corrad. loc. ſupracitat.* nec incidet in hunc caſum reſeruatum, ex *Graff. p. 1. lib. 4. dec. aur. c. 25. num. 2. Nau. c. 27. nu. 151.* ergo tantum conditori canonis, ſi ſibi eam reſeruauerit, huiuſmodi ſuſpenſio, erit reſeruata.

88 Sextò, nec comprehenditur ſub hac reſeruatione ſuſpenſio illa, quæ non eſt cenſura, vt eſt illa, qua Aduocatus ſuſpenditur ab officio Aduocādi *l. motis ff. de pœnis.* & Notarius ab exercitio Notariæ. *c. ſi aduerſus de Hæret.* & notat. *in Clement. cupientes. de pœnis D. Anton. p. 3. titul. 27. c. 1. in princip.* neque ſuſpenſio facultatis dandi gradus conceſſæ per Regem, vel Imperatorem, quicquid ſentiat *glo. in d. Clement. cupientes. Nau. d. c. 27. num. 153. in fin.* nec illa qua quis ſuſpenſus eſt, quo ad ſe tantum, quæ incurritur ob quodcunque peccatum mortale, in quo quis exiſtens ante pœnitentiam ſuſpenſus eſt a participatione omniū Sacramentorum. *c. quæſitum. de cohabit. Cler. & Mulier. c. Adulti. diſt. 90 c. Sacerdotes. 1. q. 1. c. teſtamentum. diſt. 6. & c fin. de tempor. ordin.* & exercens aliquem actum ſui ordinis ſolemniter quaſi vtens officio ſuo, peccat mortaliter; nec qui ſuſpenſus eſt, quo ad alios, & non quo ad ſe, hoc eſt, qui ex parte ſua poteſt celebrare, ex parte tamen aliorum, qui interſunt, nō poteſt, vt cum Villa, vel Ciuitas eſt interdicta propter delictum Ciuium, vel ſæcularis poteſtatis, tunc enim Clerici non ſunt ſuſpenſi quo ad ſe, quia poſſunt celebrare in loco non interdicto. *c. tuæ. de Cleric. peregrin.* & not. *in c. ſi. de cohab. Cler. & Mulier.* Itē
89 poſſunt celebrare clauſis ianuis. *c. ſi. de ſent. excom. in 6.* & hac ſuſpenſione ligantur Clerici peregrini, qui non poſſunt publicè celebrare, niſi fidem prius faciant de eorum ordinatione. *c. 1. de Cler. peregrin.* & habetur in *Concil. Trid ſeſſ. 23. c. 16. in fin.* quamuis ſecretè bene poſſint. *d. c. tuæ eod. tit.* hoc eſt in loco occulto deuotionis cauſa celebrare poterunt, tamen ſi publicè celebrent, non propter hoc efficiuntur Irregulares, ex *Graff. in Prax. lib. 2. c. 2. num. 23. & ſeq Armil. verb. ſuſpenſ. num. 3. Ioan. Bapt. Corrad. d. tract. de ſuſpenſione. Angel. verb. eod. 1. num. 40. Io. Bapt. Bartolin. in Anno. ad Lancelot. Inſt. Iur. Canonic. lib. 4 de ſuſpenſione. titu. 15. & D. Anton. loc. ſupracita.* & ratio eſt, quia talis ſuſpenſio non eſt cenſura, nam nulla ſuſpenſio, ſiue ſit a Iure, ſi-
90 ue ab homine, comprehenditur ſub hoc caſu reſeruato, niſi ſit Cenſura; quæ quatenus cenſura ſolum tangit Clericos, & Religioſos, vt patet ex diffinitione ſuſpenſionis, & ſupra ēt dictum eſt; vnde vbicunque in iure præcipitur, vt ſuſpenſio feratur, in ſolos Clericos ferri iubetur, *c. quoniam. c. a crapula. de vit & honeſt. Cler. c. clericos. & c. ſicut. de cohabit Cler. & Mulier. c. 1 de Cler. coniugat.* & clarius *in c. tuarum. de Priuileg & in c. dura. de crimine falſi. & in extrauag. vnica §. alioquin. de Cenſibus.* Vbi Laici excommunicantur, & Clerici ſuſpenduntur. *Graff. loco citat. d num 24 in fin & num 28.*

91 Septimò, nec violantes Interdictū ex ignorantia probabili puta in loco ſuppoſito Interdicto celebrando; & idem dicendum, ſi bona fide, vel etiā ex obliuione, & inaduertentia, aliquem actum ſibi interdictū exercēt; dummodo ignorantia affectata non ſit: *ex Suarez. diſpu. 34. ſect. 4. nu. 15.* per ea, quæ dixi ſupra in caſu excommu-
92 nicationis. *num 84.* Imo etiam ſi conſultò id agant, dummodo non vt Religioſus, ſeu perſona Eccleſiaſtica, ſed vt Perſona ſæcularis, aliquā partem v.g. officij non notabilem, vt medium Pſalmum tantum, vel vnū verſum canant; Secus ſi aliquam partem notabilem dicant. Vnde publicè canere in Eccleſia diuinum officiū, vel aliquam partem eius notabilem cō-

tra

Digitized by Google

tra Interdictum, eſt ſufficiens materia peccati mortalis, nimirum quando Clericus ſeu Religioſus, vt Clericus ſeu Perſona Eccleſiaſtica ad illud officium deputata, tale munus, vt pars illius Cleri, ſeu communitatis Eccleſiaſticæ, exercet, officium diuinum celebrando, vt faciunt Religioſi in choro cantantes, & Clerici ſæculares, qui ratione Beneficij, vel alio ſimili titulo in Choro aſſiſtunt; dummodo tamen pars aliqua notabilis officij dicatur, qualis erit vna hora Ca-
93 nonica, vel magna pars eius: nam dicere vnum verſum, imò etiam vnum Pſalmum, non videtur eſſe mortale ſecluſo ſcandalo; Idem ſi faciat aliquid aliud non pertinẽs ad officium diuinum, vnde quod Sacerdos ingrediens cum alijs Eccleſiam Interdictam eos aſpergat aqua Benedicta, nullum peccatum eſt: quia neque illud eſt officium diuinum, neque propriè eſt actus ordinis, vnde non eſt ꝑ Interdictum prohibitus, & ſic de ſimilibus dicendum erit. *Suarez. vbi ſupra d. ſect. 4. num. 10 & ſeq.*

94 Octauò, nec Pueri vſu rationis carentes, nec Amentes. *Silu. verb. Interdictum. 2. num. 8. Cordub. in ſumm. Quæſtio ſexta. concl 3.* tales enim non poſſe per Interdictum perſonale ligari, certum eſt, quia huiuſmodi Interdictum non fertur niſi propter propriã culpam, cuius hæ Perſonæ capaces non ſunt; iſti enim ſunt omnino incapaces culpæ, rationeque carentes, & ratio eſt, quia hæc Cenſura eſt veluti priuatio quædam moralis diuinorũ officiorum, priuatio autem ſupponit capacitatem in eo, qui priuatur: cum ergo hi non ſint capaces diuinorum officiorum, priuari nequeunt neque ligari hac Cẽſuram; nã eorum actus, ſi interſunt diuinis officijs, non ſunt actus humani, imò nec liberi, ſi quidẽ nec ſentiunt, nec percipiunt, quod officia diuina dicuntur, vel ceſſent, vnde ſicut pœnas ſecularium non incurrunt, ita nec pœnas Eccleſiaſticas incurrere cenſentur. *Suarez. loc. ſupraci diſput. 36. ſect. 2. nu. 7. & Graff. in Prax. lib. 2. c. 1 num. 29.*

95 Nonò, nec his Cenſuris ligantur Regulares; nam Regulares cum legibus ſinodalibus nõ ſubdantur, & ab Epiſcoporum iuriſdictione omnino ſint exempti, caſus reſeruatione minimè innodantur; & patet; quia ſi Ordinarius procedat per Cenſuras contra Perſonas Regulares, vt per excõmunicationem, aut ſuſpenſionẽ, aut imponat Interdictum in Eccleſia Regulari, quamuis ignoret id exemptionis Priuilegium, Cẽſura eſt ipſo iure nulla, & ſine effectu, & in nullo foro ſeruanda, vt poſt alios tradunt *Couarr in c. alma mater p. 1 §. 7. num 5. Driedo lib. 2. de liber. Chriſt. c. 8. pag. 68. Cordub. lib. 3. Quæſtionar. q 43. colum. 3.* Exemptio enim Religionis eſt notoria Populo, & Ordinarijs iuxt. notat. in Iur. *c. ex parte, el 2. de Priuileg.* & tradit Coman. *Conſil. 369. num. 20.* Vnde
96 *Martinus V.* pro maiori quiete fratrũ Prædicatorum conceſſit eis, quod *Ordinarij, & alij Prælati, ſiue queuis alia Perſona generaliter, vel ſpecialiter, aut communiter, aut diuiſim, non poſſint quauis auctoritate excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti ſententias promulgare.* ita habetur in Bulla, quæ incipit. *Ad ſummi apoſtolatus apicem. In libro Monumenta ordinum. fol. 263. conceſſ. 681. Rodriq. Quæſt. Regul. tom. 2. q. 59. art. 5. & q 63. art. 3.* & hoc Priuilegio, per communicationem, iuxta communem, fruuntur omnes, cuiuſcunque ordinis, Regulares. Ex hoc infer-
97 tur, quod licet Ordinarij locorũ præcipiant ſub pœna excommunicationis ne Regulares accedant ad Monaſteria Monialium, & accedentes dicta excommunicatione ligentur, hoc tamen intelligitur verum, dummodo Priuilegio Põtificio nõ gaudeãt, quo ab Epiſcopis excommunicationis gladio feriri nõ poſſint; prout habent

bent Fratres Minores, qui habent hoc Priuilegium ne ab aliquo Legato niſi de latere Sedis Apoſtolicæ poſſint excommunicari, ſuſpendi, vel Interdici, niſi litteræ ipſæ plenè, & expreſsè de præfato ordine, & indulto huiuſmodi facerent mentionem, ita habetur *in Bulla Clemen 4. quę incipit. Exigentibus veſtræ deuotionis meritis. in eod. lib. Monumenta ordinum fol. 29. conceſſ. 25.* Vnde ſi ipſi Regulares non haberēt huiuſmodi Priuilegiū, ſine dubio accedentes abſque Epiſcopi licentia ad prædicta Monialium Monaſteria, inciderent in excommunicationem, quam Epiſcopus ſuo edicto propoſuit, & ſic excommunicati non poſſent abſolui a ſuis ſuperiori-
98 bus, ſed ab Epiſcopo, qui ſibi dictam excōmunicationem reſeruauit, prout ſic reſpondiſſe ſacram Congregationem Cardinalium ſuper Cōciliū, inuenitur die nona Aprilis, anno domini milleſimo quingētesimo octuageſimoprimo, ait *Collector Capucin. in Compendio Mendicant.* Cum ergo Fratres Minores, vt dictum eſt, habeant dictum Priuilegium, & illo gaudent omnes alij Regulares, per communi
99 cationem, ſequitur quod Regulares ſunt omnino exempti ab Epiſcoporum iuriſdictione, ita vt nec innodari poſſint caſuum reſeruatione, nec excommunicari, ſuſpendi, nec Interdici, ita *ex Rodriq. Quæſt. Regul. tom. 1. q. 45. art. 2. in fin. & tom. 2. d. q. 59. artic. 5. & q. 108. art. 3. in princip. Tolet. lib. 1. cap. 8 num. 7. & Graff. p. 1. lib. 4. dec. aur. c. 6. num. 11. & Laza. de Blaſphem. q. 10. num. 54. & Leonard. Duard. in Bulla Cœnæ Domini lib. 1. c. 1. q. 3. num. 219.*

Decimò, cum hæc reſeruatio dicat, *In caſu leuis percuſſionis*, & tunc qs illam incurrat quando percuſſio le-
100 uis eſt culpa mortalis, ſequitur qđ non incidunt in illum quando huiuſmodi percuſſio leuis, eſt tantum culpa venialis; cum de culpis Venialib. nulla fieri debeat reſeruatio, prout dictum eſt, ſupra *in 1. p. quæſt. 1. num. 25.* Hinc iniuria leuis etiam animo vlciſcendi facta in Eccleſia, eſt tantum culpa venialis expers excommunicationis, verbi gratia, cum quis percuſſerit Clericū, ita leuiter, vt talis percuſſio ſit duntaxat peccatum veniale ex *Nau. in c. inter verba. 11. q. 3. concl. 2. num. 6. & Couarru. in cap alma mater. §. 9. p. 1.* quoties enim propter aliquam circunſtantiam, & qualitatem actus conſtiterit tranſgreſſionis culpam, alioquin mortalem, eſſe venialem, tunc dicendum eſt non eſſe locū ex-
101 communicationis Canonis, nec Iudicis; Vnde licet percuſſores Clericorum, qui ſanguinem in Eccleſia effuderint ſint excommunicati, nihilominus ſi Clerici Pueri in Eccleſia rixantes ſe pugno, vel palma percuſſerint, & ſanguinem è naribus emiſſerint, nulla innodantur Cenſura propter talē circunſtantiā actus: quia cū ſit parua, non facit excommunicationem incurrere. *Sot. in 4. ſent. diſt 22. q. 1. ar. 2. colum. 9. Graff. p. 1. lib. 4. dec. aur. c. 8. num. 7. & ſeq.*

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem pęnitentium excommunicationi, ſuſpēſioni, Interdicto, aut Canoni prædicto, ſubiacentium, hæc erit. Circa Confeſſionem, hæc quæ ſequuntur Confeſſarius notare
102 debet; Primò certiſſimum eſſe, excommunicationem maiorem ferri non debere neque poſſe, niſi ob culpam mortalem, cum inobediētia Eccleſiæ, & contumacia commiſſam; quia ſi ob leuem culpam incutiatur, clarum eſt, quod magis cōtemnitur, quam formidatur, & perniciem potius parit, quam ſalutem. Ex hac regula infertur; Nullum Iudicem, vel Prælatum Eccleſiæ infra Summum Pontificem poſſe pro culpa, quę mortalis non ſit, vel pro cauſa, in qua de euitanda mortali culpa non agatur, hanc Cēſuram excommunicationis impo-

imponere, vel ſub illa obligare; & ratio eſt, quia nullus ex his Prelatis, vel Iudicibus poteſt præceptum, vel ſententiam ferre. niſi iuxta formam, & modum per ſacros Canones inſtitutum: habent enim iuriſdictionẽ ſuã ſacris Canonibus ac legibus alligatã, ſed ſacri Canones ſtatuunt, vt hæc Cenſura non feratur niſi pro graui culpa; ergo non poſſunt aliter eã ferre; Id quod procedit etiam de abſoluta poteſtate data Eccleſiæ a Chriſto Domino, ita vt nec ipſe Summus Põtifex poſſit pro ſola veniali culpa præciſè, directè maiorem excommunicationem ferre. Ex quo generali
103 principio ſequitur, excommunicationem latam pro leuiori culpa, quã mortalem grauitatem non attingat, eſſe non ſolum iniuſtam, ſed etiam ipſo iure nullam, a quocunque fera-
104 tur. Vnde ſequitur neminem excõmunicationis gladio feriri poſſe, niſi ob peccatum mortale, quod inobedientiam, & contumaciam ob præteritam culpam adiunctam habeat, & ſi aliter feratur, nimirum abſque vera culpa mortali, qui in perſona ſupponatur, apud Deum, & in foro conſcientiæ per ſe nullam obligationem inducit; licet in foro exteriori, vel interdum ex accidente propter vitandum ſcandalum obligare poſſit, ita *Suarez. tom. 5. de Cenſur. diſputa. 18 ſect. 3. a num. 1. vſque 7.* Quare Doctores ſequentes Paludan. *in 4. ſenten diſt. 18.*
105 *q. 1. art 2.* tradũt, eum, qui ſe immunem a culpa mortali iudicat, poſſe ẽt ſe tuta conſcientia ab excommunicatione liberum credere. *Sayr. lib. 1. de Cenſur. c. 9. num 4. Vgol. tab. 2. cap. 27. num. 2.* Et quamuis ſecundum veriorem, & probabiliorem opinionem, vt plurimum Iudices, quãdo excommunicant pro re leui habent animũ, atque intentionem excommunicandi, prout in dubio præſumitur ſecundum *Ioan Gutier. lib. 1. Canon. quæſtion. c. 11 num. 61.* & ſi iniuſtè id quidem fa-
106 ciant, & peccent mortaliter, etiam ſi abſque dolo, odio, aut mala voluntate fieret, contraueniendo ſacris Canonib. & præſertim grauiſſimo Concilij Trident. præcepto *ſeſſ. 25. c. 3.* vt probant *Bannes, & Michael Salon. 2. 2. q. 66. art. 6. Ioan. Bapt. Corrad. p. 1. reſp. caſum conſc. q. 173. Graff. p. 1. lib. 4. dec. aur. c. 7. num. 9.* nihilominus ſi pro leui, & minima peccatum mortale continẽte concedatur, ſicuti etiam pro quouis peccato mortali inobedientiæ, & contumaciæ feratur, valida eſt, & ligat, iuxta illud *Diui Gregor. Papæ. de quo in c. ſententia paſtoris; & probatur in cap. nemo. 11. q. 3. c. ſacro. de ſen. ex comm. gloſ. fin. recepta in c. 1. vt lite non conteſt. Nau. in Man. c. 27. nu. 9.* & pro indubitato tradit *D. Marcus Anton. Varia. reſol lib. 1. reſolut. 73. num. 11. & lib. 3. reſolut. 13. num. 14. & 16. poſt Neuiz. in Sylua nupt. lib. 3. verb. monitoriæ. nume. 49. in fin. & Boſchum, Codecham Papiẽſ. in repetit. c. de quod vult deo. num. 93. & ſeq. de Iudic.* vbi pulchre declarat, & *num. 184.* concludit excommunicationem tenere, etiam ſi feratur pro
107 præſumpta contumacia. Contumacia autem nihil aliud eſt, quam inobedientia quædam, qua ius dicendi nõ paretur. *arg. leg. contumacia. ff. de re iudic. & cap. 2. & ibi gloſ. in verb contumaciter. de dol. & contum.* ita *Lazar. de monitor. ſect. 1. quæſtio. 12. nume. 4. vſque. 9.* Item licet Caietan. *2. 2 quæſt. 69. ar. 1. ad 2. & Cordub. in Quæſtionario libro 2. quæſt. 27.* vt etiam refert *Sayr. in tracta. de Cenſur. lib. 1. cap. 9. num. 25.* eius fuerint ſententiæ excommunicationem maiorem ſaltem a Papa ob peccatum præteritum ferri poſſe, dum dicũt, quod ſicut ante factum poteſt excommunicari, quicunque furtum, vel incendium commiſerint, ita poſt factum poteſt excommunicari quicũ-
108 que fecit, &c. tamen ſecundũ communem ſententiam non poteſt quiſpiam abſolutè excommunicari pro peccato prѳterito niſi in futurũ pen-

Digitized by Google

deat ſcandalum, aut ſatisfactio, vt latè tradit. *Panor.in c.P. & G. num.7. de offic.deleg. Sot.lib.5. de iuſt. & iur.q. 6.art.2.& in 4.diſt.22.q.1.art.2. concl. 4. Nau.in c.inter verba.11 q. 3. concl.6. num.306. Petr. Nau.lib.2. de reſtit.c.4. nu.164. Salon.2.2.q.69.art.2.controu.7. Vgol.de Cenſur.tab.1.cap.9.num. 5.latè Sayr.loc.citat.d.nu.25.& ſeq. poſt Lud. Beiam.in reſp.caſ.conſcient.p.2. caſu.2.in fin.& expreſſe colligitur ex c. Romana et ibi Stephan. Coſta.§. caueant.de ſentent. excomm.in 6.* vbi excommunicationē pro commiſſis culpis ferri prohibeт, & tenet *Suarez.de Cenſur.diſput.4.ſect. 5.a num.6.* Et ratio eſt, quia excom-
109 municatio non fertur, niſi in contumacem, ſeu rebellem, & inobedientem, iuxta *Math.c.18. ſi Eccleſiam non audierit.& c.1.de ſentē.excomm.in 6. & c.ſi Epiſcopus.11.q.3. Boſch. Codecha.in repet.c.de quoduultdeo.de iudic. num.93.* Inobedientia autem nō reſpicit prę- terita, quæ iam non ſunt in hominis facultate, quin ſint facta: ſed ſolū futura facta: enim pro infectis haberi nequeunt. *Caſt.in l.ſi vnus. §.ne peteret. nu.3.ff.de pact.* & certè ſi quis pro peccato præterito excommunicaretur, ſæpe eum excommunicari contingeret, qui iam eſſet de eo contritus, & in gratia; cum tamen non niſi ob graue mortale peccatum excommunicari quis debeat *c.nemo Epiſcoporum. 11. q.3.* vt etiam ſupra dictum eſt, & debet eſſe proprium peccatum, vt *in c.ſi habet 24 q.3. Couarru. var. reſol.lib 2.c. 8.* & accedit vſus, & praxis Eccleſiæ, quæ neminem vnquam ſub hac forma excommunicat; Excommunico te, quia hoc feciſti (ſic enim pro peccato præterito excōmunicaret) ſed, Niſi hoc feceris, niſi ablatū reſtitueris, aut ſatisfeceris, aut ſi hoc credideris, aut hoc feceris, *arg. c. præterea requiſiſti.de appellat.* quomodo excommunicātur a iure hæretici, percuſſores Clericorum, & alij *Lazar.d.ſect.1. q.13.num.1. vſque 4.* vide Suarez. *loco ſupracitat.num.6.* vbi multos citat do-
111 ctores. Quando autem aliquid futurum ſiue a Iure, ſiue ab homine ſub pœna excommunicationis prohibetur, non eſt opus, vt id ex ſui natura culpam mortalem ſecum aduehat: vt ſi verbi gratia Epiſcopus ſub pœna excommunicationis præcipiat, ne quis ad colloquendum ad Monialiū Monaſteria ſine ipſius licentia accedat, Vel ſi Prælatus Regularis, vt Generalis, vel Prouincialis ſub eadem excom. pœna alicui ſubdito interdiceret, ne litteras ad Sanctimoniales mittat, vel quid aliud ſimile; ex huiuſmodi enim pęna manifeſtè colligitur, præcipientis mentem eſſe, velle ad peccatum mortale obligare, & ꝑ conſequens tranſgredientem ipſa excommunicatione innodari.

112 Et ex hac regula infertur, Ignorātiam ſiue iuris, ſiue facti, obliuionē, Inconſiderationem, &c. ſicut a mortali peccato excuſare ſolent, ita etiā ab excommunicationis pœna immunes reddere, per ea quæ tradit. *Azor. p.1.inſt moral.li.1.c.16.q.3.& ſeq. Sayr. in Clau. Reg.lib.2 c.2. & de Cenſur.li.1. c.18. Sanchez. de Matrimon.lib.9.d. 32. Vaſquez.in 1.2.D.Th.diſput. 107.cap.3. Suarez.d.diſp.4 per totum, & Alex.Peregr.in tract.de duello.q.8.num.33.* hinc
113 etſi a Cenſura iuris communis, & Summi Pōtificis, nulla excuſet ignorantia vincibilis, excuſat tamē (vt nobiles auctores docent) a Cenſuris particularium Prælatorum, dummodo ignorantia craſſa, & ſupina non fuerit. *c.2.de conſtit.in 6.* Craſſa vero ignorantia eſt, quæ vel ex malitia, vel nimia procedit negligentia. Hinc ignorantes Cenſuram impoſitam a Pręlatis in ſuis dięceſib. contrahentib. Matrimonium ſine denuntiacionibus, ſi inſcij venerint cōtra Cenſuram illā, non incidunt. *Sotus in 4.ſent.d.28.q.1. ar.2 colum.4.* Item excommunicatio lata per Canonem Romani Pontificis pro actu iure diuino, vel naturali

prohibito, non ligat eos, qui inuincibiliter, atque probabiliter in eam impingunt, quantumcunque ſciant actum eſſe illicitum, ita *Nauar.cap.27.num.16.Sot.diſt.22.quæſt.1.art.2.*
114 *propoſitio 4.& ratio* eſt, quia qui probabiliter Eccleſiæ iuſſa ignorat, nullatenus eſt ei inobediens, & neque eam offendit, ideo Cēſuram excommunicationis minimè ligatur. *Silueſt. Verb excomm.2.num 6.Graff p 1.lib.4. dec aur c 9.num 20 & ſequen.* Excom-
115 municatio etiam in dicta ob crimē iure diuino, vel humano vniuerſali damnatum per ſpeciale alicuius diœceſis ſtatutum, aut Conſtitutionem, minimè ligat eum, qui huiuſmodi pœnalem conſtitutionem probabiliter ignorat, eiuſque fuerit inſcius, *Abb. & Felin.in c.a nobis.el 1.de ſent.excom.* & eſt communis, vt refert *Couarru.in c alma mater.§.10.num.11 Graff.loc.ci. num.16.* Item qui prohibitionem ſub pœna latæ excommunicationis ſcit,
116 ſed dum certum quid agit, de illo non recordatur, ex eo, quod non eſt noſtrum omnia reminiſci, excuſatur a peccato mortali, & a Cenſura; talis enim nullo modo videtur contemnere: verbi gratia, ſcio Franciſcum eſſe nominatim excommunicatum, & denuntiatum, communico cum illo in diuinis, ex eo, quod non actu mihi occurrit illum eſſe excommunicatum, in Cenſuram non incurro. *Caie. 1.2.q.6.art.8.Silueſt.verb excom.5. nu. 16.in fin.Graff. vbi ſupra.nu.37. Suarez. loc citat.d.diſpu 4.ſect.8.num.11.* Item, Quandocunque, vt etiam ſupra tetigimus, ſiue a Iudice, ſiue a iure de ex-
117 communicatione fit mentio, niſi aliud verbis exprimatur, ſemper de excomm. maiori intelligitur. *c.penul. de ſent.excomm.Graff in Prax.lib.2.cap. 3.num.5.Sayr.lib.1.de cenſur.cap.4.nu. 19.Angel.Verb.excommu.2.num.9.* cui tamen ſecundum communem ſententiam, numquam eſt locus, quando actio propter quam fertur non eſt conſummata, licet ſit incæpta, ex *Caiet.in Verb.* excomm. quem omnes ſequuntur; quod expreſsè tenet etiam *Suarez d.diſp.4.ſect.3.num.4.& Rodriquez. Quæſt.Regul tom.1 q.6. art. 16.*
118 Vt verbi gratia, ſi quis volens percutere Clericum, caſu illum non attingat, etiam ſi ſagittam emittat, vel ictum in eum dirigat, non incurrit in Canonem *ſi quis ſuadente*. Eſt enim regula generalis, quod vt quis incurrat in caſus reſeruatos, vel Cenſuras, ſemper requiritur actus conſummatio, & perfectio. *Caietan. in Verb.excō. in princip.* vt patet ſupra in declaratione quarti caſus reſeruati in Tabel
119 la Anconitana, & ratio eſt, quia *verba intelligenda ſunt cum effectu.leg.1.§. hæc autem verba. ff. quod quiſque iuris.* Hinc excommunicationem non incurrit, qui rem tentauit, non ſecuto
120 effectu; Quare excommunicatio lata a Greg.XIII. ne cuiuſdam ordinis fratres ſcriberent ad aliquas Moniales, non ligat illum, qui epiſtolam miſit, ſed epiſtola non peruenit ad illā, vt conſuluit. *Nau.conſil.60.de ſent ex-*
121 *com.* ſic & ſi Concilium Trid. Anathematizat cogētes Mulierem ad ingrediendum Monaſterium Monialium, tamen cogens, & conſulens effectu non ſecuto, nō incurrit excommunicationem: & ratio eſt, quia excommunicatio eſt pęna. *c.corripiantur 24.q.3.* & vbi pęna imponit pro delicto, non incurrit quis illam, licet cogitauerit, & aliquid attentauerit, ſed non perfecit delictum, etiam ſi per ipſum non ſtetit. *c.perpetuo.de elect. in 6.ita Graff p.1.lib.4.c.18 nu.61.* & nos
122 ſupra in *1.p.q.2.nu.96 fol.33.* Quod ſi excommunicatio ſit de re, quæ omnino eſt impoſſibilis, non ligat; Verbi gratia ſi feratur pro re in qua homo obedire non poteſt, vt ſi quis excommunicetur, niſi ſoluerit ea, quæ deprædatus eſt, & tempore, quo excommunicetur non ſit ſoluendo, cū impoſſibiliū nulla ſit obligatio, nulla te-

Digitized by Google

latenus excõmunicatus manet iuſtè. *gloſ. in cap. Odoardus de ſolut. Archid. in c. venerabilibus. de ſent. excom in 6. Silu. Verb. pœna q. 18. Graff. d. lib. 4. cap. 8. nu. 10.* quod intelligitur de quacunq. re impoſſibili per dictam Regulã Iuris,
123 *Impoſſibilium nulla eſt obligatio. de reg. iur. in 6.* Nec etiam incidit, quis in excommunicationem, quando ideo nõ vult obedire Iudici, vel Prælato excommunicationem ferenti, quia iuſtam cauſam excuſationis prætendit habere; Verbi gratia, ſi ſub excõmunicationis pœna præcipitur rem talem reſtitui debere Titio, qui dicit ſuam, quæ apud me detinetur, ſed q̃a ſcio verè meam eſſe, nolo reſtituere.
124 Vel ſub eadem Cẽſura præcipitur, vt qui habet has, vel illas ſcripturas, proferat, quas ego proferre nolo, q̃a ſcio me tale ius habere in illis, quod non poſſum ad edendum cogi, in excommunicationem non incido; Verbi gratia: Ita illæ ſcripturę ad meum ius conducunt, vt nullatenus ad alterius ius confirmandum attineant, q̃a ſi aliquo pacto ad aliorum ius attinerent, proferre deberem, etiam ſi ex illis vexatio non timerem. *Sot. in 4. ſen.*
125 *diſt. 22. q. 1. artic. 2.* Pariter qui ideo non reuelat per monitorium, quia ſcit, vel probabili ratione, vel auctoritate alicuius Doctoris, iuſta ſciẽtia vel conſcientia præditi, firmiter credit petentem non habere ius ſuper eo, quod petit, non incidit in excommunicationem: quod ſecus eſſet dicẽdum, ſi dubitaret, vel leuiter crederet illi deeſſe ius, ita neruoſis rationibus probat *Nau. conſil. 7. de ſent. excom. per totam primam quæſtionem.* Qñ
126 autem id quod ſub excommunicationis Cenſura præcipitur, vt reſtituatur, ab alio detinetur, quia tantũ a domino ipſius rei in veritate conſequi deberet ex debito legali, & certo; tunc retinere poteſt titulo compẽſationis; Vnde Epiſcopus, qui generaliter, monitione pręmiſſa, excõmunicaret ſcientes, & nõ reuelantes res ſubtractas alicui neſcienti, quis eas ſubtraxerat, non obligaret eum, qui ſic eas recuperat, neq; etiam id ſcientes; dummodo pro comperto habeãt eas ꝑ debito legali fuiſſe ſubtractas, quia ex quo principalis non tenetur reuelare, neq; acceſſorij, quod eſt notandum. *Graff. loc. citat. num. 11. & ſeq.* & notant poſt *glo. in c. ius gentiũ Verb. ſed cum. diſt. 1. Suarez. ad D Thom tomo 6 diſp. 20. ſect. 2. in princi. & ſect. 3. num. 12. & Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. caſu. 516. num 6.* & ratio eſt, quia, ferri
127 non poteſt excommunicatio niſi ob peccatum mortale, ſed in hoc caſu non peccat mortaliter accipiẽdo, quod ſibi iuſtè debitum eſt, ergo qui ſic retinet alienum, & ego id ſciam, vel quia ipſe mihi dixit, vel alio modo certo, nec ille per monitoria excommunicatus erit, nõ reſtituendo, nec ego illum non reuelando; ſic *Angel Verb furtum § 41 Silu. eod num. 5. Tabien. Verb Inquiſitio. q 3. Nau. Man. c. 17. num. 115. & in c. inter verba. 11 q. 3 concl. 6 num. 792 Petr. Nau. lib. 2. de reſtit. c 4 p. 2 dub. 9 num. 227. Lopez in inſt. conſcient. p. 2 c. 9 Clau. Reg. lib 9. c. 14 n 12 Io. Medin de reſtit q. 11.* & eſt
128 communis. Ad iuſtam vero recompenſationem nonnullæ conditiones requirũtur, quarum Prima eſt, vt debitum ſit ex iuſtitia, & nõ ex ſola charitate, aut gratitudine. Secũda, vt ſit liquidum, & certum, quia liquidi ad non liquidum non eſt compenſatio. *Corn conſil. 79. num. 6. vol. 1.* Tertia, vt plus non accipiatur, quam ſibi debetur, ex iuſtitia; nam furtum eſſet reſpectu exceſſus, cum obligatione reſtituẽdi, vt mox declarabimus. Quarta, quod non poſſit via Iuris debitũ illud recuperare, aut etiam extra iudicium, vel ſine notabili iactura ſua. Quinta, quod ſit veriſimile, quod ad debitum recuperandum nihil ſibi proderit id petere a debitore. Sexta vt caueat, ſic ſibi recompenſans ne

M 2 in-

inde ſequatur aliquid ſcandali, aut damni alteri, quod debeat ſaltem ex charitate euitari. Septima, vt aliquo modo admoneat debitorem, vel eius hæredes iam debitum eſſe ſolutum, ne iterum ſibi, aut ſuis hæredibus ſoluant, aut aliud damnum incurrant; ita colligitur ex *Innocen. in cap. aliam de reſtitu. ſpoliat. Nauar. cap. 17. numero 112. Cordub. lib. 1. Quæſt. q. 35. Sayr. in Clau. Reg. loc. ſupracit. d. cap. 14. num. 6.*

129 His ergo conditionibus concurrẽtibus licitum eſt cuique rẽ ſuam occultè accipere. *Menoch. d. caſu. 516. nu. 2.* vbi hoc firmat ex ſententia duorũ, & triginta Iuris Ceſari, & Pontificij interpretum ab eo citatorum. Et ratio eſt manifeſta, quia in tali caſu nulli irrogat iniuriam, immo rem ad æqualitatem deducit, cum alia via commodè non poſſit, nec ſperat ad æqualitatem venire, nec debitori, nec iuſtitiæ publicæ iniuriam facit. *Tolet. lib. 1. cap 8. num. 5. Clau. Reg. loc. citat. num. 3. Rodriq. in ſum p. 1. cap. 79.*

130 *num. 11.* Vnde excommunicatio lata ſub hac forma; Qui aliquid talis defuncti habet, vel accepit, excommunicatus ſit, non ligat eum, qui, quod ſuũ erat a defuncto iniuſtè detentum, accepit, vt concludunt *Ledeſm. 2. 4 quæſt. 23 art. 3. Nauar. conſil. 3. de cenſib. num. 6. Menoch. loc. cita. Rebuf. in Conſtit. Reg. tract. de famul. Sala. gloſ. 10. in fin. Sayr. tract. de Cenſur. libro 9. cap. 12.* Et ſi prædictæ circunſtantię non concurrant, peccabit quidẽ Creditor ĩ hoc caſu ſibi in cauſa propria ius faciens, ſi tamen certum erat ſibi tantundem deberi, ad reſtitutionẽ accepti non tenebitur, ſemel nãq; peccato in accipiendo admiſſo, cũ iã ſuum habeat, & iniuſtitiam nullam committat retinendo, ſequitur nihil eſſe reſtituendum; quamuis enim illicita fuerit ſubtractio ex defectu alicuius conditionis, iniuſta tamen nõ

131 eſt, & ita accipiendus eſt *D. Thom. 2. 2. q. 66. art. 5. ad 3.* vniuerſaliter docẽs accipientem rem ſuam in compenſationem nõ teneri ad reſtitutionem, ſecundum *Sayr. in Clau. Reg. loc. cita. d. cap. 14. nu. 8.* An autem teneatur quis reſtituere, vel reuelare, ſi in monitorio expreſsè præcipiatur, vt res reſtituantur, vel reuelentur, etiam ſi retineantur in compenſationem debitorum, vel ſciant ita acceptas, reſpõd. quod *Nauar. cap. 17. num. 115. & in ca. inter verba. 11. quæſt. 3 concl. 6. numero 792. in q. 3. Petr. Nauar. lib. 2 de reſtitu. p. 2. cap 4 dub 9. nu. 227. & ſequent poſt Angel. Verb. furtum. §. 41. Silu ibi. nume. 15. & Cordub. lib. 1. Quæſt. q. 43.* quos ſequitur Philiar. *de offic ſacerd. p 1. lib. 3. cap. 34 in princip. limit. 3. Viuald. in Candel. Aur. p. 2. tit. de cauſ. excommunicat. num 9.* pro indebito tenent, quod ſi litteræ monitoriales expreſsè præcipiant, vt res reſtituantur ac reuelen-

132 tur, etiam ſi teneantur in compenſationem debitorũ, vel ſciant ita acceptas, non obligari ſic retinẽtes, vel ſcientes ad reſtitutionem, vel propalationem, ſed prædictas litteras intelligi debere qñ compenſatio fuit iniuſta, vt in puncto tradit doctiſs. *Franc. Ripa. tract. de peſte. tit. de remed. ad curãdam peſt. §. ſed quid n. 122.* Vel accipiẽdo plus pro minori quantitate; vel certũ pro debito incerto; aut qñ dubitatur, iniuſta vel iuſta an ſit compenſatio, tunc enim illa monitoria ad reſtituendum, vel reuelandũ obligãt, quæ quidem opinio mihi valde placet; Immo addo, quod quando Iudex, vel abſolutè profert ſententiam nihil dicens de recompenſatione, vel etiam in monitorio exprimet illicitam compenſationem, tunc licet *Silu. Verb. furtum. q. 15. Medin. C. de reſtitut. q. 11. dub. 2. Angles in florib p. 2 tra. de reſtitut. quæſt. quis ſit liber a reſtitut. art. 1. dub. fin.* velint tam auferentem, quam ſcientes excommunicationem incurrere, niſi reſtituant ablatum, & denuncient ſic auferentem; rectius tamen *Nau. d. c. 17. nu. 115. Petr. Nau. lib.*

Digitized by Google

lib 3 de reſtitut.cap 1.p.4.dub.8. nume. 404.& Lopez Inſtru conſc.par.2.cap.2. quos referendo ſequitur *Clau. Reg.d. lib 9.cap.14 num. 3.* docent, quod ſi acceptio, ſeu compenſatio fuit illici-
133 ta ſolum, puta quia contra iuris ordinem abſtulit rem ſuam, cum abſq; incommodo notabili per viam Iudiciariam debitum ſuum recuperare poterat. Si tamen non fuit iniuſta, puta quia debitum erat certum, & liquidum, & plus non accepit, quam ſibi deberetur, & ſi auferendo illicitè peccauit, quia tamen non fuit iniuſta, & conſequenter neque reſtitutioni obnoxia, neque ſublatum non reſtituendo, neque ſcientes non manifeſtando tali excommunicatione ligãtur; & ratio eſt, quia excommunicatio re-
134 quirit contumaciam, & inobedientiam, atque adeo non fertur ob peccatum præteritum propriè, ſed ob futurum, vel præteritum pendens in futurum, vt latè ex *Sayr.tract.de Cenſur. lib.1.c.9.num.26.& Suarez tom.5.diſp. 20 ſect.1.* ſed in hoc caſu nullum peccatum præſens inobedientię, & contumaciæ exiſtit ob illicitam acceptionem tantum, neque ob retentionem, quæ culpabilis non eſt, ergo nõ reſtituendo non peccat, & conſequenter excommunicatione lata contra recompenſantes nõ implicabitur. Qđ procedit etiam ſi acceptio fuerit iniuſta, puta quia plus accepit, quam ſibi deberetur, aut quia debitum non erat certum, ſi tamen poſtea, aut pœnituit, & paratus ſit reſtituere, quod ſuperfluè abſtulit, aut certior factus ſit de iure, & dominio rei ablatæ, nõ ligatur excommunicationis ſententia lata contra iniuſtè recompenſantes; quia excommunicatio non ꝓ iniuſta acceptione, & peccato præterito fertur, ſed pro contumaciæ, & inobedientiæ peccato futuro in nõ reſtituendo, aut retinendo, quod iniuſtè poſſidet: dũ igitur certior factus ſit poſtea ſe abſtuliſſe tũ, quod ſibi debitum, aut ſi plus accepit, quã ſibi debebatur, nunc tamen paratus eſt reſtituere illud, quod vltra ſibi debitum accepit, nullo modo inobediẽs, aut contumax eſt in nõ reſtituendo, aut retinendo, quod iniuſtè poſſidet, ergo nõ erit excommunicatus. *Petr. Nau.lib.2.de reſtit.c.4 p 2.dub.9.num. 227.& ſeq.Clau.Reg.loc.ſupraci.d.n.13.*
135 & aduertendum eſt, quod eo in caſu in quo illicitè, vel iniuſtè ſibi recõpenſans non tenetur reſtituere, aut ſe reuellare; nec ſcientes obligantur propalare, ita *Lazar.de monitor.ſect.2. q.8.a num.2.vſque.6.& q. 9. a nume.1.*
136 *vſque.*10. Si autem Vxor, Filius, aut Cognatus alicuius delinquentis abſcondit aliqua eius bona in Monaſterio, aut in aliquo loco, ne a Iudice ſequeſtrentur, ſi feratur excommunicatio contra capiẽtes dicta bona, aut id ſcientes, an prędicta Vxor, Filius, vel alij conſcij reuelare teneantur. Reſpond. quod non minus Vxor bona Mariti occultans, timens ne a Creditoribus ſequeſtrentur, vel a Iudice confiſcentur ſiue deſcribãtur, ob delictum ab eius Marito perpetratum, vi monitorij propalare tenetur, quã filius, & quilibet alius Cognatus, vel Affinis eiuſdem delinquentis bona ſic abſcondens; quia huiuſmodi occultatio non habet vim conferendi dominium, ſed bene habuiſſet vera donatio nullo alio in contrariũ obſtante. *Nau conſil.1.de donat inter vir. & vxorem.num.5. & in Man.c.17.nu. 135.Lud.Lopez in inſtruc.conſc.p.2.c.12. Graff.p 1.lib.4.dec.aur.c.8.num. 14. Io. Bapt.Corra p.1 reſp.caſuum conſc.q.115.*
137 *in addit.* Quare malè faciunt Aduocati, & Cauſidici, qui delinquenti conſulunt, vt bona ſua mobilia abſcondat, ne poſtea confiſcentur; nam dicta bona, poſt condemnationem certè retineri non poſſunt ſine mortali peccato, ſecundum communem Theologorum ſententiam. *D.Thom.2 2.q.62.art.3.& 16.&*

Digitized by Google

*ibi Caie.Salon.Petr.Arragon. Azor.p.*1. *inſt.mor.lib.*5 *c.*8.*q.*1. Quãobrẽ probabiliter ſuſpicatur *Ioan. Petr. Ala in tract.de Aduoc.Chriſt p.*1 *q.*58.in fine. pauci delinquẽtes, quorum bona fuerunt publicata, & confiſcata, aſſequi ſalutem Animę, cum nunquam auditum fuerit factam fuiſſe aliquam reſtitutionem Fiſco huiuſmodi bonorum occultatorum, inqua naui nauigant etiam cooperatores non reſtituentes, vel non denunciantes. Declara tamen Primò, quando Maritus
138 ipſe occultat bona ſua, quia timet ea fortè ſequeſtrando propter a ſe perpetratum delictum; tunc enim Vxor eius occultationis conſcia non tenetur ad mandatum Iudicis excõmunicantis ea reuelare, niſi prius facta condemnatione, quia Vxor eſt perſona priuilegiata in hoc, vt cõtra Maritum teſtificari cogi non poſſit. *l.Iulia.ff de teſtib.l. Cornelia. ff. de iniu. Corrad.loc. citat.* quia quotieſcunque principalis non tenetur reuelare, vel reſtituere, ex aliqua iuſta cauſa, nec acceſſorij tenẽtur, cum acceſſorium ſequatur naturam ſui principalis. *c. acceſſorium de regul.iur.lib.6.l.cum principali.ff de reg iur Med.in.C.de reſtitu.q.*11.*in fin.Graff.loc.ſupracitat.d.num.*14.
139 *in fin.* Alij vero Parentes, & Cõſanguinei, licet ſint Priuilegiati, quando deſunt alij teſtes, & veritas aliter haberi non poteſt ex natura rei, & negotij, & eorum teſtimonium neceſſarium eſt, vt quis bona ſua, famã, honorem recuperet, aut ab alio magno damno liberetur, quod illi iniuſte infertur, tenentur contra ſe inuicem teſtificari virtute monitorij, & propalare, ſicut alij extranei. Vnde
140 infertur, quod rectè reſpondi in caſu cuiuſdam Mulieris, quæ defuncto eius Marito ſubtraxerat torquem auream, & alia bona valorem ſexaginta aureorum excedentia, quorum cauſa ad inſtantiam Hæredum, publicato monitorio, Teſtis fidedignus depoſuit de huiuſmodi ſubtractione, & de ea informatam eſſe dictæ Mulieris, Sororem, quæ reuelare recuſabat, eo quod eſſet ex Perſonis priuilegiatis, eam poſſe a Iudice Eccleſiaſtico, per Cenſuras compelli ad teſtificandum, vel reuelandum, cum aliter veritas haberi non poſſet. Prædicta tamen intelligenda ſunt; dummodo probabiliter non timeatur exinde graue damnum in perſona fama, vel rebus Priuilegiati, *arg.c.officij de pœnit.& remiſſ.Bald. & Felin. cum alijs in cap. dilectorum. de teſtib. cogen. Rodriq.in ſum.p.*1.*cap.*79.*num* 4. Raró tamen euenit, vt huiuſmodi Priuilegiatis non occurrat aliquod damnũ, vt not. *Nauar.in cap inter verba.* 11.*q.*
141 3.*concl.*6.*num.*822. Secundò declara non procedere vbi dicta bona abſcondita pertineant ad compenſandum debitum Dotale, vel aliud alias legitimè contractum. *Nauar.in Man. cap.*17.*num.*135.*Graff. loco citato d.nu.* 14. ſi enim Vxor de bonis Mariti aliquid propria auctoritate occultè acceperit pro ſatisfactione ſuæ Dotis, vel Arrarum, vel bonorum paraphrenalium per maritum receptorum, de quorum receptione nihil appareat, & alias commodè eam, vel ea recuperare nequeat, non tenetur ipſa manifeſtare nec reſtituere, nec id ſcientes reuelare; dummodo ſuum creditum non excedat, caueatque, ne iterum ſibi tale debitum ſoluatur, vel quod in eum euentum ſublatum reſtituat. *Cordub.tract de caſ conſc.q.*126.*in princip.Gutier.lib.*1.*Canon.Quæſt.cap.*11.*nu.* 69.*Nau.d cap* 17. *num.* 153. *& ſequen.*
142 Vbi ait quod Maritus accipiens ſibi, vel alteri aliquid notabile ex bonis, quæ Vxor præter Dotem habet, peccat mortaliter, & tenetur reſtituere nedum integram Dotem, ſed etiã ea, quæ benè, vel malè impendit de illius bonis paraphrenalibus. Si vero Mulier careat Dote, & bonis alijs paraphrenalib. an ſi bona lucratiua, &

duran-

Digitized by Google

durante matrimonio, parta, propter delictum Mariti veniant ſequeſtranda, poſſit ex eis ſuam dimidiam partem ſibi poſt mortem Mariti contingentem occultare, taliter, vt neque Cenſuris, neq; Iuramento poſſit conſtringi ad eam propalandam; Reſp. poſſe ſibi occultare, etiam in caſu hæreſis, vel criminis, vbi imponitur pœna ipſo iure vſque ad executionem ſententiæ non admittere, neque inſontem, culpæque expertem mulcta ſuæ medietatis prædictorum bonorum mulctari. Igitur ſi ſecundum legem, innocenti Coniugi ſua pars media illibata ſeruatur, caſu, quo metuit a ſe fore auferendam a Miniſtris Iuſtitiæ, aut vix, aut nunquam, niſi magnis ſumptibus a ſe fore recuperandam, poteſt eam ſibi celare licitè *Ioan Bapt. Corrad. loc. ſupracitat.* Tertiò

143 declara, quando Vxor in tali caſu abſcondiſſet tantummodo mobilia domus, quæ eſſent ſibi prorſus neceſſaria, ſine quibus Vitam tranſigere non poteſt, puta lectum, menſam, & reliqua perneceſſaria ſuppellectilia, nec tenetur vi monitorij, ea reſtituere, vel reuelare ſecundum *Ioan Bapt. loc. cit. poſt Lud. Lopez. in inſtr. conſc. p. 2. c. 12.* Ita *Lazar. ſect 3 q. 10. a nu. 1. vſq. 7.* Qui addit etiam *num.* 8. quod hæc quidem reſpectiuè procedunt in occultatione bonorum in fraudem Creditorũ facta, vt colligitur ex *Corrad. & Lopez. loc. citat. & Graff. vbi ſupra. d.*

144 *capit. 8. vbi num.* 15. refert caſum de quodam Mercatore, qui cum plures haberet Creditores, quibus omnibus cum fortè non poſſet ſatis facere, dedit millę Aureos, quos habebat, Vxori ſuæ hac lege, & cõditione, vt ſi excommunicationis ſententia per monitorium contra occultantes bona eiuſdem Mercatoris fulminaretur, præfatos Aureos ex tunc donaret vxori, quo facto, fuga arripuit, poſtea fuit publicatum Monitorium, & dubitabat an Vxor, & alij, qui huius rei notitiam habebant, tenerentur factũ propalare, & concluſum fuit proculdubio teneri; cum re vera non poſſet Vxor prætendere vllo modo dictos Aureos, vti ſuos per illam donationem, quæ non fuit valida; tum quia in fraudem Creditoris facta fuit, vt tenet Graff. ibidem, tũ quia huiuſmodi donatio facta Vxori conſtante matrimonio, eſt ipſo iure nulla; & ipſa donatio, quæ fit Vxori, vel alij in fraudem Creditorum, vel poſt delictum commiſſum, pro quo bona fuerunt confiſcata, vti ficta, & ſimulata, eſt ipſo iure nulla, quando facta eſt ſine vero animo donandi. *l. 1. C. plus valere, quod agitur. Nauar. conſi. 14 nu. 1. de donat. inter vir. Lazar loc. citat. d.*

145 *num. 8. & ſequen.* Si Maritus aliquid donauerit Vxori ſuę remunerationis cauſa, vt puta, quando Maritus, vel eius Pater, ſeu Mater diu ægrotaſſet, eiſque Vxor ſtudioſè, & diligenter inſeruiſſet, & inſtante mortis periculo ſecretè donet 25. Aureos, vel alia mobilia in ſignum beneuolentiæ, & ob merita diuturnæ ſeruitutis Vxoris, quæ tribulationũ, & infortuniorum eius particeps, ad adiutrix fuit, nec affectum mutauit ob eius diuturnam ægritudinem; in hoc enim caſu crederem, quod huiuſmodi Mulier non teneatur reuelare virtute monitorij, nec reſtituere, nec pariter ſcientes, præſertim ſi hæredes extranei ſuccedant, vel ſi filij ſuccedãt, graue & notabile damnum eis non inferatur ex huiuſmodi re donata, tum quia huiuſmodi obſequia ſunt remuneratione digna, vt cum *Dec. & Paris, docet Tiraquel. l ſi vnquam. Verb. donatione largitus, num.* 108. *C. de reuoc. dona. Sanchez de Matrim. tom. 1. lib. 6. diſp. 6. num.* 14. & talis donatio remuneratoria propriè donatio non eſt, ſed talium officiorum merces, & huiuſmodi debiti naturalis reſtitutio, vt tradit *Roland. a Val. conſil. 98 num. 48. lib. 1.* & probatur, in *l. 1. ff. de don. Menoch.*

Digitized by Google

de præſumpt lib.3 præſumpt.29.num.9. & hanc eſſe communem ſententiam
146 tradit *Fachin.lib.3 cont.iu.c* 82. tum quia donatio inter Virum, & Vxorem, cum fit ob benemerita,& remunerationis gratia, ſine dubio valet. *Menoch de Arbitr. Iudic.caſ.132.num.3.& de præſump.lib.3.præſump.11.num.13.Roland.a Vall conſil.5.num. 11.& conſil 98.num.41. lib.1.* tum quia huiuſmodi donatio,ex qua donans non efficitur pauperior, licet donatarius efficiatĩ ditior, inter Cõiuges valet, vt latè probat *Sanchez. de Matrim to: 1.lib.6.diſput.4.* Non poterit tñ Vxor
147 aliquid ſibi retinere propter obſequia ordinaria ipſi Marito in eius vita impenſa, quia gratis ex debito iuſtitiæ ad ea exibenda erit obligata. *Angel.Verb Vxor.nu.2.* vbi dicit, Vxorem teneri ad obſequia Viri etiam vilia.vxor namque quaſi ad vſum Viri dicitur eſſe. *Paul Caſt.conſil.124.* & ideo acceptum etiam de Mariti licentia, tenebitur reſtituere per Monitorium. *Corrad.loc. ſupracitat. verſic. Maria Vxor.* poſt. *Ludo Lopez.Inſtruct.*
148 *conſc.p.2.c.12.* Quod ſi vxor de ſuis bonis paraphrenalib. reliquerit, vel donauerit cauſa mortis aliquid Marito, non tenebitur Maritus virtute monitorij ad inſtantiam hæredum vxoris publicati, reſtituere,vel reuelare; tum quia,vt dixi,donatio cauſa mortis inter Virum,& vxorem de iure communi tenet; tum quia ſtatutũ loquens in Marito erga vxorem non habet locum in Vxore erga Maritũ, vt tradit *Ancharan q.27.par.1. Rolan. conſil 60.num.37 Volum.1.* ita *Lazar. d.ſect.3 quæſtio.9.a num.43. vſque.48.* Et ſummoperè notandum cenſeo;
149 Quod ſi in monitorio exprimatur, quod omnes quantumuis ſanguine coniuncti manifeſtare, ſiue propalare teneantur ſub pœna excommunicationis, illos, qui furtum commiſſerunt, vel addatur clauſula, nullo excepto, tũc proculdubio, filij, vel Vxores, præter caſus licitos, aliquid a Parentibus, vel Maritis accipiẽtes, ſeu ſubtrahentes comprehendũtur, quia tunc reuera eſt furtum, ſi res ſit notabilis,& per huiuſmodi verba indicatur, quod animus, & eius, qui inſtat, nec non ſuperioris eſſe illius inſtantis domeſticos etiam obligandi; neceſſaria eſt enim partis intentio, quando ad eius inſtantiam excom-
150 municatio fertur. *Tolet.lib.1.cap.10. num.7.* Quia excommunicatio omne ſuum robur accipit a voluntate excommunicantis, qui cum excommunicat ad petitionem partis, non vult magis excommunicare, quam ipſa pars velit, quia officium Iudicis requiſitum non excedit intentionem requirentis, vt tradit *Tolet. loc.citato,* adeo quod quando Iudex aliquos generaliter excommunicat, qui non reuelant, non ligantur illi, quos Iudex intendit eximere, vt notat *Graff. conſil.9.de ſenten excommuni num 4 Lazar.ſect.2.q.2.num.3. & ſequen.* quod procedit etiam, vbi furti quantitas eſt adeo notabilis, quod præfiniendum ſit, hoc eum velle, vel ex qualitate rei id colligi poſſit;& facit, quod & ſi communiter in clauſula generali non veniant requirentia ſpeciale mandatum, tamen comprehenduntur, cum ex verbis apparet talem eſſe concedentis intentionem. *Felin.in cap.quæ in Eccleſiarum.de Conſtit num. 32.* Vbi autem proponantur furãtes in genere, tunc non videntur obligari; tum quia odioſa ſunt reſtringẽda; tum quia cum Monitorium ſolũ vtitur illa generali clauſula, nec adhibe-
151 tur alia exprimens coniunctos, quę potuit, & ſolet aliquando adhiberi, non eſt credẽdum Patrem, aut Superiorem eos tam grauiter, & acriter ob huiuſmodi furta excommunicationis Cenſura innodari, *Tole.lib.1 c. 10 n.7.poſt Sot.lib.5.de iuſt.& iur.q.3. a.1.* quamuis teneantur ad reſtitutionem, quñ graue eſt damnum; ſecus ſi

vxor,

Digitized by Google

vxor, vel filij accepiſſet aliqd ꝑ ſuo
decenti ornatu, quia tunc non tenen
tur reuelare, vel reſtituere, ad hoc. n.
tenetur Pater, vel Maritus. In dubio
tamen ſecurius, & ſalubrius erit abſo
152 lutionē petere; Vbi enim filius, vel
vxor crederet, aut dubitaret eam in-
curriſſe, eo, quod de Patris, vel Mari
ti intentione, cui Iudex monitorium
concedens ſolitus eſt, ſe conformare,
nihil certi habeat, an voluerit, nec
ne, in hoc caſu eos ligare; tunc impe
trata condonatione a Patre, vel Ma-
rito poterit abſolui, quia pars eſt ſa-
tisfacta. Et hoc pręcipue locū habet,
& probabiliter dubitari poteſt; filiū
excommunicationem incurriſſe, qñ
ipſe ſufficienter eſſet prouiſus a Pa-
tre, iuxta ſtatum ſuum, & ſub patria
poteſtate accipiat clanculo, quod po
teſt, vt nimis pompoſè ſe ornet cul-
tioribus indumentis; tunc enim me-
lius eſſet impetrare a Patre remiſſio-
nem illius quantitatis diſtractæ, &
abſolutionem obtinere, & ſi ante la-
pſū termini in Monitorio præſigna-
ti dictam condonationem obtinue-
rit, excommunicationis ſententiam
euitabit. ita concluditur ex *Soto loc. ſu
praci. Michael Salon* 2. 2 *q* 66. *a.* 3. *Petr.
de Arragon. ibidem, Petr. Nau. lib.* 3. *de
reſt. c.* 1. *p* 2. *dub.* 5. *n.* 81. *Clau. Reg. lib.* 9.
c. 16. *nu.* 19. *Graff. p.* 1. *li.* 4 *dec. aur. c.* 3 *n.*
11. *Rodriq. in ſum. p.* 1. *c.* 79. *num.* 15 *poſt
Lud. Lopez. p.* 2 *Inſtr. conſc. c.* 12. *&* 23. *in*
153 *fi.* Et vbi filius obtineat remiſſionē
a Patre de furto, liberat quoq. a reſti-
tutione ſocios, & complices furti, vt
puta familiarem, qui ſcientes auxilia
tus eſt filium ad tale furtū; & empto-
rem, qui in rigore tenebātur ipſi Pa-
trifamilias reſtituere. *Rodriq. in ſum.
p.* 2. *c.* 47. *n.* 17. *circa finem*, vbi latè hæc
154 declarat. Adduntq. citati doctores,
quod niſi remiſſio non obtineat a Pa
tre, tenebitur filius, ſi bona habet ca-
ſtrenſia, vel alia libera, reſtituere Pa-
tri, non minus, q̃ extraneo; & ſi nihil
horum præſtitit, moriente Patre
ex parte ſuæ hæreditatis alijs fra-
155 tribus accepta compenſare obliga-
tus erit. Similiter vxor ſi habeat bo-
na paraphernalia, vel libera, ſin mi-
nus, qñ locus fuerit de ſua Dote, vt
inter alias tradit *Lud. Lopez. d cap.* 12.
mortuo aūt Marito, hæredib. Viri de
re Mariti furata, de furto tenetur *l.* 3.
*ff. de act. rer. amot. Aret. tra. de male. ver.
veſtem. in fin. Io. Bapt. Magon. in Lucern.
mor. p.* 2. *tit. de fidel. notar. c* 3. *nu.* 20. Vi
uente aūt Marito negatur aduerſus
eā furti actio in honorē Matrimonij,
ſed ab ipſo Marito puniri pōt, & de-
bet moderata caſtigatione arbitrio
156 boni Viri; Aduertendum tñ eſt, qđ
ſi filius aliquid furatus ſit, & illud ex-
penderit in utilitatem Patris, pōt de
Patris bonis reſtituere, itidēq; vxor
de bonis Viri, vt colligitur ex prædi-
ctis doctorib. *Lazar. ſect.* 3. *q.* 8. *a nu.* 1.
157 *vſque* 8. Rurſus animaduertendum,
excōmunicatos ſub conditione, ſi ea
pendente forum mutauerint, nihilo-
minus excōmunicationē incurrere,
adueniente conditione, tenet *gl. in c.
præterea el* 2. *de appellat.* communiter
recepta, in verb. impedire. *Lancelot.
inſtit. iur. Canon. lib.* 3. *titul.* 5. *§ ſi tamen.
Sayr. tract. de Cenſur. lib.* 1 *cap.* 11. *num.*
19. *Suarez. tom.* 5. *diſp.* 5 *nume.* 5 *& ſe-
quen.* & ratio eſt, quia cum hi ante
fori mutationem aliquid fecerint, ꝑ
quod orta eſt obligatio, & a Iudice
ſint quaſi præuenti per monitorij ci-
tationem, per quam perpetuatur iu-
riſdictio tam Ordinarij, q̃ delegati,
fori mutatione nec ipſius Iudicis iu-
riſdictionem tollendi, nec forū reuo-
candi ius habent, ſed eidem quo ad
hanc cauſam ſemper ſubiecti exiſtūt.
ſic probatur in *c propoſuiſti, & ibi gloſ.
de foro compet. cap. gratum cap. licet. de
offic. deleg l. ſi quis poſtea. ff. de iudic. l.
cum quadam. ff. de iuriſd. omn. iudic. Lan-*
158 *celot. loc. citat. d § ſi tamen.* Itē ceſſan-
te cauſa obligationis in monitorio
expreſſe, ceſſat ēt monitorij effectus,
v. g. quia æs alienū ob, cuius cauſam
lata

Digitized by Google

lata eſt excommunicatio, fuerit reſtitutū, vel à Creditore interim ſibi cōdonatum, aut remiſſum, tūc eo quod excommunicationis cauſa ceſſat, ceſſabit etiam effectus, *c. cum ceſſante. de appellat.* ita vt excommunicatio inter eos vires non operatur, vt expreſsè docet *Sayr. d. c. 11. nu. 19.* quod intellige modo in monitorij termino ſublata fuerit cauſa dictæ excommunicationis, alias elapſo termino, & lata excōmunicatione ſine dubio ab excommunicatione indigent Abſolutione. Item mutato foro, ſi quis aliquid facit, quod à priori Epiſcopo ſub excōmunicationis pęna fuit prohibitum, cum nullo modo ſub prioris Epiſcopi iuriſdictione ſit, ideo excōmunicationē ab eo latā non incurrit, vt tradit *Sayr. loc cit. d. nu. 19 in fin.* Itē excommunicatio lata in omnes fur-
159 tum committentes, nam ligat excōmunicantis ſubditum, qui extra ſuā dięceſim furtum fecerit. *c. 2. § ſtatuto. de Conſtit in 6.* quia extra dięceſim ſuā nulla ei, ſcilicet Epiſcopo competit iuriſdictio, & conſequenter illa ſententia non extēditur vltra terminos ſuæ iuriſdictionis. *l. vlt. ff. de iuriſd. omn. iud. c. nouit. de offic. legat.* & in hac ſententia conueniunt omnes Doctores, quos latè referunt *Couarr. in c. alma mater 1. p. §. 10. nu. 3. Graff p. 1. lib. 4. c. 8. nu. 39. & Vgol. tab. 1. c. 9. § 3.* & ita nouiſſimè declarat *Suarez. tom. 5. diſp. 5. ſect. 4 num. 4.* cōprehendit ergo ſubditos ſuos delinquētes in ſua dięceſi, in loco quidem nō exempto; ratione
160 tamē delicti ſortitur quis forum, & efficitur de iuriſdictione illius, qui tulit ſententiā. *ca placuit 6 q. 2. c. ex tuarum, de priu. cap. vlt. de for. comp. & not. gloſ. in c. à nobis. 1. de ſent. excom.* Vnde excommunicatio generalis, quæ ponitur ab Epiſcopo cōtra facientes tale delictum non ſolum comprehēdit ſuos ſubditos, ſed etiam eos, qui non ſunt ſubditi, ſi ſint in ſua dięceſi degētes. *Gloſ in d. c. à nobis. Verb. non niſi ſubditi,* & concludit *Rodriq. in ſum. par. 1. c. 76. nu. 7. ita Lazar. ſect. 4. q. 17. à numero 2. vſque 10.* Deniq; cum dicatur in
161 hac Reſeruatione, *Subiacentes excommunicationi,* ideo Confeſſarius animaduertat, ſubiectum capax excommunicationis eſſe tantum Hominem viatorem, viuentem, in hac vita mortali, Adultum, & Baptizatum, & qui in terris Superiorē habeat, ſeu alteri ſubiectus ſit. *Suarez. tom. 5. diſp 5 ſect. 1. num. 1. & diſp. 18 ſect. 2. num. 1.* & ſic Diabolus, Anima à corpore ſeparata, Collegium, Vniuerſitas, quæ non ſunt homines, Iudæus, vel Ethnicus non Baptizatus, Cathecumenus, nec reſuſcitatus denuo moriturus, Mortuus, nec Infans, & furioſus qui peccare nequeunt, nec Papa, qui nulli hominum, nec legi humanæ qua ſola fertur excommunicatio, quo ad pœnam, ſubijcitur excommunicationi, nec Locuſtæ, aut Bruchus, vel aliud genus Vermium, vel Animalium irrationabilium, vllo modo excommunicari poſſunt. *Graff. d. lib. 4. c. 6. nu 15.*
162 Et quidē quo ad Animalia irrationabilia credere quod excommunicari poſſint, ſuperſtitio eſt; Quamquam religioſè vti poſſumus Aqua benedicta, & præcibus ſanctis, & adiurationibus fundatis in diuina bonitate, nō referendo illas ad prędicta Animalia irrationabilia nocentia, fructuſve terræ deuaſtantia, ſed ad ipſum Deum, qui ea mouet, humillimè obſecrando eum, vt dignetur ea compeſcere aliquo modo ſuæ Maieſtati grato; Vel adiurationes illas referendo ad diabolum; qui Dei permiſſu his vtitur ad nocendum hominibus, præcipiendo ei poteſtate à Deo tradita Eccle-
163 ſiæ, iuxta illud *Lucæ. c. 10. Ecce dedi vobis, poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, &c.* vt ceſſet à mouendo, & ducēdo, & dirigendo illa contra nos; nihil tamen amicè vel ſocialiter petendo, etiam ſi ipſe, vel alius ſpiritu eius afflatus promitteret certò liberationem.

nem. Nam vt *D. Thom. 2. 2. q. 90. art. 1.* concludit, licere adiurare Deum & hominem, & amicos. & *in art. 2.* licet etiam dęmonem adiurare tamquam hoſtem, ad compellendum, vel expellendum, non tamen vt amicum vel ſocium ad habendum ab eo adiutorium, vel bonum. Et nec obſtat id qđ
164 legitur in hiſtoria D. Bernardi *de geſtib. illuſt. ord.* Vbi tempore, quo fideles intererant Sacris, eo loci tāta erat Muſcarum quantitas, quod celebrari non poterat, vnde D. Bernardus eas excōmunicauit, quæ ſtatim mortuæ
165 ſunt. Similiter legitur de Sancto Benedicto, quod dum quidam Abbas amiſiſſet eius Annulum aureum, pulchrum, & valdè prætioſum, nec qui illum rapuiſſet, inueniretur, lata fuit excommunicatio contra quemcunq; Annulum habentem, vnde inuentus fuit poſtea Coruus ægrotare, quem poſtea Monachi in eius domuncula, ſeu nidum, inuenerunt. *Lazar. ſect. 1. q. 19. num. 11.* Pariter legitur in *ſerm. 2. Beati Vincentij Fer. 3. poſt ſecundam Dom. Quadrag.* quod quidam Monachus reliquit Breuiarium in quadam Arbore per obliuionem, excommunicauit illud habentem, & ſtatim Arbor excicata eſt. Nam dicimus illas fuiſſe maledictiones, permiſitque Deus hæc fieri, vt homines deterreātur, & excommunicationis gladius maximè timeretur. Nec etiam obſtat illud Ioſue *cap 6.* vbi multa irrationabilia fuerunt anathematizata, quia non eſt intelligendum de anathemate, ideſt excommunicatione, ſed pro rebus ſeparatis a communi cōſortio aliarum ſimilium, vt rectè dicit *D. Thom. in c. 2 ad Galat.* Vt etiam accipitur in omnibus alijs locis veteris teſtamenti, in cuius tempore nondum inuentæ erat tres illæ Cenſuræ, de quibus in *c. quærenti de Verb. ſign.* quarum maxima eſt Excōmunicatio. 24. *q. 3 cap. corripiantur.* Verbum enim anathematizandi, & excommunicādi, interdum accipitur pro verbo execrandi, & deteſtandi, & ſeparandi à nobis aliquid tanquam nociuum, & execrabile; & hoc ſenſu dicitur Ioſue *loc. citat. d. c. 6. & 7. ſit Ciuitas hæc* (ſcilicet Hierico) *anathema, & omnia quæ in ea ſunt, domino,* ideſt execrabilis, & prorſus deſtruenda, ac ſuccenden-
166 da. Nec etiam obſtat quod multæ ſententiæ fuerint latæ in Hiſpanijs contra Mures, Sorices, & locuſtas, & præcipuè quædam ſententia excommunicationis lata à quodam Epiſcopo, vt refert *Nau. lib. 5. de ſent. excom. conſil. 5.* quę pręcepit Muribus, vt intra tres horas exirent terras, quas habitabant, intra quas maximus eorum numerus exiuit natando per mare Oceanum in quandam Inſulam ſterilem; quia reſpōdetur, quod liberatio non prouenit ex virtute, & bonitate ſententiarum, ſed ex poteſtate diaboli, qui abſtulit illa Animalia de terris, quibus nocebāt, vel occidit ea ē ſubito, ad perſuadendum cupiētibus illam liberationem prouenire ex bonitate ſententiarum, & ſic cōtinere, & manutenere; confidentes in eis in peruerſis ſuperſtitionibus, & inuoca-
167 tionibus, & amicitia dæmonū, qui plurimum cupiunt haberi, & adorari pro dijs, & benefactoribus, cum tamen ſint malefactores maximi. *Nau. vbi ſup. nu. 12. ita Graff. loc. ſupracit. nu. 12. & ſeq.* Cum ergo exorcizātur Animalia bruta, vt locuſtę, & ſimilia quę fructus terræ deuaſtant, verba quę cōtra illa dicuntur, ſolum ſunt impræcationes quædā, quibus Chriſtianus Populus à Deo poſtulat, vt illa auertat, ac deſtruat; & vt dictū eſt, dicere ſimilia verba intentione ferendi Cēſurā ſuperſtitioſum eſt, vt ait *Nau. in Man c. 27. nu. 13.* atque in eodem ſenſu dixit Apoſtolus Paulus *Galat. ca. 1.* anathema in eum qui aliud euāgelizauerit, quam quod ipſe euangelizauerat, etiam ſi eſſet Angelus; quod ꝑ exaggerationē dixit Paulus, ad oſten-

dendam firmitatem fidei, & quam ſit execrabilis, & fide indignus, qui contrarium prædicat. & eodem ſenſu accipienda ſunt ſimilia verba, quoties in dęmones dicuntur. ita ex *Nau. loc. cit. & Suarez vbi ſupra d. ſect. 1. nu. 2.*

Secundò, circa Suſpenſionem, animaduertat Confeſſarius, hęc quæ ſe-
168 quuntur, & loquor de Suſpenſione ab homine. Hæc pęna ſuſpenſionis inferri non poteſt, niſi ab habente iuriſdictionem, pro aliquo delicto, vel contumacia lata; ille enim tantũ põt ſuſpendere, qui excommunicare, per *text. in c. quærenti. de Verb. ſign.* quia tantum Excommunicatio, Suſpenſio, & Interdictum ſunt Cenſuſæ Eccleſiaſticæ. Vnde violans ſupenſionẽ, non ſolum peccat mortaliter, exercendo aliquem actum cuiuſcunque ordinis maioris, vel minoris ſolemniter, ſed etiam incurrit Irregularitatẽ. *de ſent. excomm. lib 6. c. 1.* Sed ſi ille actus non eſt proprius alicuius ordinis, non incurrit, nec peccat; ex quo ſequitur q̃ ſi quis eſſet ſuſpenſus a perceptione Sacramentorum, licet percipiendo mortaliter peccaret, non tamen Irregularis eſſet, cum ille actus non ſit annexus alicui ordini, nec eſt propria Suſpenſio, ſed impropria; ſecus eſſet ſi à collatione ſuſpenſus eſſet, quia tunc incurreret. *Io Bapt. Corrad p 1 reſpon. Caſ. conſc q. 342.* Et obſeruãdum,
169 quod hæc ſuſpenſio interdum fit à Beneficio tantum, aliquando ab Officio tantum, & aliquando ob vtroque ſimul, Suſpenſio enim, vt ſupra dixi, eſt propria Cenſura perſonarũ Eccleſiaſticarum, quatenus tales ſunt, in perſonis autem Eccleſiaſticis, vt ſic, hęc duo tantum inueniuntur, quibus propriè, & ſpeciatim priuari poſſint, ſcilicet aut officium ſpirituale, aut Beneficium, quod ratione officij datur, vnde omnis Suſpẽſio, aut ab officio, aut à Beneficio, aut vtriuſq; collectio eſſe poteſt, nec inuenitur alia forma, aut habitus, quo priuare poſſint *Suar. d tom. 5. diſp 25. ſect. 2. nu. 10.* Si ſuſpen-
170 ſio eſt à Benecio tantum (per Beneficium autem intelligitur ius perpetuum ad percipiendos Eccleſiaſticos fructus, ſeu prouentus, ob aliquẽ ſpiritualem titulum, vt notat *Suarez. loc. cit. nu. 11.*) non per hoc eſt ſuſpenſus ab ordine, nec iuriſdictione, quæ ei, alia via competit ſeu alia ratione, quam beneficij, à quo eſt ſuſpenſus; & talis ſuſpenſio extẽditur ſolum ad fructus beneficiorum (per fructus intellige omnia emolumenta, quæ ratione beneficij ei competũt, ſiue ſint penſiones ędium, ſiue fructus, qui ex fundis beneficij percipiuntur, ſiue oblationes, & decimę, ſiue redditus temporales, qui ratione beneficij cõferuntur, cuiuſcunque conditionis ſint, & quocunque nomine dentur, id eſt ſiue ſint pecunię, ſiue fructus terrę, ſiue Animalia ſe mouentia. *Graff. in Prax. lib. 2. c. 2. nu. 7. & Suarez. diſp. 27 ſect. 1. nu. 29.*) non autem ad facultatem adminiſtrãdi in ſpiritualibus, & temporalibus, vnde poſſunt illo interim officiare, & huiuſmodi, & ſi egent, modicam ſuſtentationẽ percipere poſſunt, de fructibus ipſis, au-
171 ctoritate Superioris. Si verò ſuſpenſio ſit ab officio tantum (per officium intelligitur omnis poteſtas ſpiritualis ad aliquẽ actum ſpiritualem exercendum, ſiue ſit ordinis, ſiue iuriſdictionis, ſiue etiam adminiſtrationis Eccleſiaſticę. *Graff. loc cit. n. 4. & Suar. diſp. 25. ſect. 1. d. num. 11.*) tunc non cenſetur a beneficio, ideo fructus beneficij percipere poteſt: pręter eos, qui dantur intereſſentibus diuinis Officijs, vt ſunt diſtributiones quotidianę, ſed cenſetur ſuſpenſus ab ordine, & iuriſdictione ſpirituali, & ab omnibus, quę fundãtur in ordine. ita ex *Nau. Man. c. 27. nu. 160. & Io. Bapt. Corrad loc cit. d q. 342.* & ſi Suſpenſio ſit
172 à diuinis officijs, tunc nõ poteſt officiare talis, nec intereſſe, nec audire, niſi vt laicus, aliter eſſet Irregularis.

Si

Si ſuſpenſio eſt ob Eccleſię ingreſſu; tunc in ea, nec celebrare, nec audire diuina, nec vti officio ſuo poteſt, ſine peccato mortali, licet non eſſet Irregularis; poſſet tamen in illa orare, qñ diuina non celebrantur, & extra illā celebrare, & vti iuriſdictione, abſoluendo, & ligando, & cętera ſimilia. Si ſuſpenſio ſit ab ordine tantum, nō poteſt ea, quę ſunt ordinis exercere, ſed quę ſunt iuriſdictionis poteſt, & fructus beneficij percipere; ſi dicit ab vno ordine ab illo tantum, & a Superiori intelligitur, & nō ab inferiori; & ſi ſuſpenſio fiat ab aliquo actu, ab illo tantum intelligitur; *Io. Bapt. Corrad. loc. cit.* Si ab Ordinario lata ſit ſu-
173 ſpenſio generaliter ab omnibus beneficijs iuriſdictionis eius, tunc durāte ſuſpenſione, ſuſpenſus nō poteſt in iuriſdictione illius aliquod beneficiū acquirere; quod ſi à certa Eccleſia eſt ſuſpenſus, in ea non poteſt acquirere beneficium, extra eam, poteſt. Si ta-
174 men indiſtinctè ſit lata ſuſpenſio ab omni beneficio, tunc nec in territorio, nec extra poterit ſuſpenſus obtinere beneficium; executio tamen debet fieri per Iudicem territorij ſecundum *Abb. in c. paſtoralis. §. verum, num. 21. de appellat. Tolet. lib. 1. c. 46. nu. 8. in fin.* Notandum tamen, ſuſpenſionem hanc non priuare hominem ipſomet officio, & beneficio, à quo illū ordinarius ſuſpendit, neque tollere ipſam poteſtatem quaſi radicalem, ſed impedire tantum vſum eius; ſic ſuſpenſio à beneficio, non tollit nec aufert beneficium ipſum, ſed vſum eius, nam de ratione ſuſpenſionis eſt, vt non includat poſitiuam perpetuitatem. Quatenus verò hęc ſuſpenſio tollit exercitium iuriſdictionis, ſi talis iuriſdictio coniuncta ſit alicui dignitati, non tollit dignitatem ipſam: nam licet Epiſcopus ſuſpendatur, nō
175 priuatur Epiſcopatu: & ſic de alijs. Suſpenſio ab officio abſolutè prolata priuat omni vſu ordinis, & iuriſdictionis, ac muneris Eccleſiaſtici, quātum perſona capax eſt. Et ſaltem radicaliter impedit vſum omnium ordinum; Suſpenſio enim ab officio ex vi verborum non coarctatur ad aliquam officij Eccleſiaſtici partem, ergo comprehendit totum, Antecedēs patet, quia verbum illud, ab officio, indifferens eſt, &, ſi eius adæquatum ſignificatum ſumatur vt totū quoddam integrale, illud conſtat ex varijs poteſtatibus ad plures actus Eccleſiaſticæ functionis, tamquam ex partibus: ſi verò ſumatur vt totum vniuerſale comprehendit ſub ſe per modum ſpecierum varia officia ordinis, vel iuriſdictionis; & probatur conſequentia, nam qui abſolutè prohibet totum, prohibet omnes partes eius, &, qui negat genus, negat omnes ſpecies eius, ſed ſuſpenſio ab officio includit priuationem, vel prohibitionē executionis officij abſolutè ſumpti per modum cuiuſdam totius, ſeu cuiuſdam generis, ergo. licet ſecus eſſet, ſi ſuſpenſio nō abſolutè, ſed cū aliqua limitatione eſſet prolata, v.g. ſi dicat, à tali officio, vel quid ſimile; ab adminiſtratione in ſpiritualibus
176 & tēporalibus, & huiuſmodi. Quæ quidem ſuſpenſio non abſolutè prolata, ab officio, licet non priuet officio, iam obtento, impedit tamen, ne aliud ſimile ſuſcipere poſſit. *arg. capit. vlt. de Cler. excom. miniſtr.* & quod dictum eſt de Suſpenſione ab officio reſpectu partium eius, pari modo intelligendum eſt reſpectu circunſtantiarum eius, præſertim loci, & tēporis, quæ in his rebus moralibus maximē
177 conſiderantur; Itaque, ſi ſuſpenſio ab officio fertur abſque loci determinatione, vniuerſaliter ꝓ quolibet loco ferri intelligenda eſt: ſicut enim excommunicatus in vno loco, eſt excommunicatus vbique, ita ſuſpenſus in vno loco, ſi ſimpliciter ſuſpenſus ſit, vbique erit ſuſpenſus. Cum enim dr̄ in vno loco (vt illa cōis locutio

ſemel

ſemel explicetur) non eſt intelligendum obiectiuè, ſed effectiuè, ideſt ab Epiſcopo, ſeu Prælato vnius loci, tñ Cenſura non reſpicit illum tantum locum, ſed quemlibet, & ſic dicimus obiectiuè reſpicere omnem locum, vt rectè docuit *Gloſa in c. paſtoralis. §. verum. Verbo, ſubtrahuntur. de appel. & ibi Abb. nu. 20. & Dec. num.* 8. Antecedens patet, tum à ſimili de excommunicatione, tum etiam quia poteſt tale eſſe delictum vt mereatur totam hãc ſuſpẽſionem, & prohibitionem; tum præterea, quia poteſt quis eſſe indignus tali adminiſtratione pro quolibet loco, vel quia eſt ineptus, vel infamis, aut iniuſtus, ergo ad bonum regimen Eccleſiæ neceſſarium eſt, vt poſſint Prælati ſimpliciter, & pro omni loco huiuſmodi homines ſuſpen-
178 dere. At verò quando in ipſa ſuſpenſionis forma fit determinatio loci, tunc pro eo tãtum loco impedit, qui in ſententia exprimitur; vt ſi ſuſpenſio fiat ab adminiſtratione talis Eccleſię, vel Monaſterij, nã ex vi illius non impeditur quis, ne aliam Eccleſiam, aut Monaſterium adminiſtrare poſſit; ſæpe etiam ab homine ſuſpenditur quis ab officio Cõcionandi ſolum in tali Ciuitate, vel Prouincia, qui extra talem locum Concionari
179 poterit; ratio eſt, quia effectus non excedit voluntatẽ legislatoris, & Iudicis. *l non omnis, ff. ſi cert. pet.* voluntas enim verbis exprimitur, ſi ergo verba ipſa limitationem continent, non poteſt effectus vniuerſaliter eſſe. Vnde fit per huiuſmodi ſuſpẽſionem ſic limitatam non impediri aliquẽ, quominus de nouo ſimile officiũ, vel miniſterium alibi recipere poſſit, quia talis Cenſura in ordine ad talem locum, nullum impedimentum ponit. Eodem modo iudicandum eſt de circunſtantia temporis, ſeu de duratione ſuſpenſionis; Nam ſi ſuſpẽſio pro-
180 feratur abſque temporis limitatione, ſemper durat, donec auferatur ab habente poteſtatem. ita docent communiter Doctores *Innoc. in cap cum bonæ. de ætat. & qualit. c. ad hæc. de appell. num.* 1 *cap. ex litteris. de Conſt. vbi etiam Abb. & ibidem gloſ. in c. ſi autem. de conſtitut.* Qui auctores loquuntur de ſententia, ſeu de ſuſpẽſione lata per ſententiam hominis; Adhibent autem duas limitationes. Vna eſt, vt ſententia ſit definitiua qua tota cauſa determinatur, quia interlocutoria non cẽſetur ſufficiens eo quod tam grauis pęna non debeat tam facilè imponi: tunc ergo tacita cenſetur ineſſe conditio à Iudice ſubintellecta, Vſq; ad beneplacitum noſtrum, durabitq; ad ſumma quamdiu Iudex in ſuo officio durauerit niſi antea illam abſtulerit, *arg. l. vlt. ff. de pęn.* Alia conditio, eſt vt culpa digna ſuſpenſione perpetua, quia pęna præſumitur iuſta, ideoque culpam non excedere. Immo ſi res fuerit dubia, ait Panorm. iudicanda eſt temporalis, quia pęnas ſemper fauorabilius interpretamur. Tũc ergo cenſetur abſolutè imponi ſuſpenſio,
181 vt duret quandiu Iudex prudenti arbitrio equum eſſe indicauerit; His ergo concurrẽtibus, ratio aſſertionis eſt euidens, quia talis ſuſpenſio non habet terminũ ex verbis legis, vt ſupponitur, nec ex cauſa, quia ſupponitur digna perpetua ſuſpenſione, vnde ergo habebit? vel cur hunc terminum potius quam alium? Aliũde verò lex vel præceptum abſolutè latum durat donec reuocetur; & Iudex, ac lex prę́ſumitur imponere cõdignam pęnã: ergo. Dices, eo ipſo quod lex, vel Iudex vtitur verbo, ſuſpenſionis, excludit perpetuitatem, alias iam nõ eſſet ſuſpenſio, ſed depoſitio iuxta *gloſ. in c. ſiquis. diſt.* 83. *D. Anton. tract. de Cenſur. Imol. & alios in c. dilectus. de conſuetud.* Dico tamen illam non eſſe perpetuam poſitiuè, ſed negatiuè, vt ſupra declaraui, & in hoc differre à depoſitione; nõ enim excludit ſpem diſpenſationis, & ideo virtute inclu-

dit

dit conditionem, donec per Superioris indulgentiam tollatur. Secus ve-
182 ro eſt ſi ſuſpẽſio ad certum tempus feratur, vt ſæpe fit, tunc enim finito termino deſignato, per ſe finitur ipſa ſuſpenſio, abſque alia Iudicis declaratione, vt notat *Io. Bapt. Corrad. tract. de ſuſpenſ. par. 2. reſp. Caſ. conſc. prope finẽ* quia pęna non excedit voluntatem imponentis: & quia ad hũc effectum ponitur illa determinatio, ex quo ſequitur nullam eſſe neceſſariam Iudicis Abſolutionem, ſed ipſo facto elapſo tempore ceſſare, vt docuit *Gloſ. in c. Sacro. de ſent. excom. & in Clem. 1. de decimis. Verbo, Donec. Innoc. & Abb. in c cum bonæ. de ætat. & qualit.* Eſt tamẽ
183 aduertendum interdũ ferri Suſpenſionem non ad tempus omnino certum, neque etiam abſolutè, & ſimpliciter, ſed ſub cõditione, puta ſub hac forma, Si fecerit hoc, vel donec peniteat, vel donec talis conditio impleatur, quæ quidem conditio interdum poſita eſt in voluntate ipſiuſmet ſuſpenſi: quod maximè ſeruatur in ea ſuſpenſione, quæ per modum Cenſuræ fertur pro contumacia, & cum aliquo ordine ad futurum actũ, ſcilicet cum quis ſuſpenditur, donec ſatisfaciat, vel reſtituat, vel à cõtumacia recedat; & tunc certum eſt ſuſpenſionẽ durare quamdiu conditio non expletur, quia hæc eſt intẽtio legis, vt eius verbis conſtat, & alioqui eſt iuſta & efficax; Secundo certum eſt, impleta conditione, ſtatim ſuſpenſionem eſſe auferendam, quia hæc eſt intentio legis, quæ in hoc etiam eſt iuſta, quia illa pęna medicinalis eſt, & ideo qui receſſit à contumacia, iam non eſt dignus illa; adueniente enim conditione tali, remanet caſſata ſuſpenſio. *Corrad. loc. ſupracit.* Poteſt præterea cõditio apponi ex voluntate ferẽtis pẽdens, vt donec aliud diſpoſuero, vel quid ſimile, iuxta *c. litteras, & c. dilectus. de temp. ordin. c. nihil de elect. c. tam litteris. de teſtib.* Tunc ergo etiam eſt certum durare illam ſuſpenſionem, quandiu conditio non impletur, illa autem impleta, ceſſare; quia ad hoc etiam habet efficaciã lex, & hoc intẽdit, vt ex eius verbis conſtat. Obſeruandum autem erit, quando ſuſpẽſio hoc modo imponitur, non ferri per modum Cenſuræ ad contumaciam cohibendam, quia, quantũuis aliquis à cõtumacia recedat, vel ſatisfaciat, ſuſpenſus manebit, quãdiu Superior ſententiam non reuocauerit: neque obligauerit ex vi legis, & iuſtitiæ talem pœnam tollere propter reſipiſcẽtiam alterius; quia lex ſub prædicta forma lata ad hoc nõ obligat, ſed potius conſtituit in ſuperioris arbitrio differre ſuſpenſionis reuocationem, quandiu ad commune bonum, vel aliorum exemplum expedire iudicauerit; Quod fit, vt talis ſuſpenſio tũc magis feratur per modum puræ pęnę pro peccato commiſſo, & idcirco nõ indigeat alia Abſolutione pręter declarationem beneplaciti; vel reuocationem talis pęnæ ab ipſo Iudice, ſeu Superiori factam. *ita Suarez, d. tom. 5. diſp. 26. sect. 1. per totum à nu. 1. vſq; 16.*
184 Qui *sect. 2.* inquit etiã quod qui ſuſpẽſus eſt ab officio, ſi exercet aliquid officij Eccleſiaſtici; violando huiuſmodi ſuſpenſionem, mortaliter peccat; & fit Irregularis ſi aliquem actũ ordinis ante Abſolutionẽ exerceat; etiam ſi non ſit nominatim denunciatus ſuſpenſus, ſi violet Cenſuram; quæ etiam Irregularitas incurritur non tantum in ſuſpenſione, quæ eſt propriè Cẽſura, ſed etiam in illa quæ eſt pura pęna. Et *sect. 3. nu 9.* dicit per hanc ſuſpenſionem ab officio non priuatur quis participatione Sacramentorum, quia illud non eſt officium Eccleſiaſticum, quo ſolo priuat hæc ſu-
185 ſpenſio; Vnde ſuſpenſio ab officio ſimpliciter lata, non impedit vſum Euchariſtiæ, ſeu eius ſuſceptionem, neque ingreſſum Eccleſiæ, nec quo minus lucrari poſſit Indulgẽtias, nec

priua-

Digitized by Google

priuatur alijs Eccleſiæ ſuffragijs, nec Eccleſiaſtica ſepultura; An autem ꝑ huiuſmodi ſuſpenſionē impediatur ne poſſit quis ſuſcipere Sacramentū Ordinis, dicendum, Suſpenſionē nūquam impedire receptionem Ordinis per ſe primo, ſed conſequenter, quia ſcilicet ſuſpenſus ab inferiori Ordine, conſequenter ſuſpenſus eſt ab vſu Superiorum, ſi illos habet, vel ſi non habet, ne illos accipiat; & ita etiam ſuſpenſus ab Officio, ſicut prohibetur ab vſu Superiorum Ordinū, ita dicendus eſt impediri, & prohiberi, ne ad alios aſcendere poſſit, ita vt radicaliter, & eo modo, quo poteſt, à tali vſu arceatur. Hæc tamen ſuſpenſio ſimpliciter lata non impedit alia munia, ſeu vſum aliarum functionū, quæ ad alia officia ſpectant nō Eccleſiaſtica, ſed ſecularia. Patet quia hæc ſuſpenſio, vt ſupra dixi, propria Clericorum eſt, vt tales ſunt; nec obſtat quod ſuſpenſio hæc dicatur ſimpliter ab Officio, quia intelligitur quaſi per antonomaſiam, vel iuxta ſubiectā materiam, de Officio Eccleſiaſtico, non vero de ſeculari, aut temporali, & ideo ſic ſuſpenſus nec priuatur iuriſdictione temporali, ſi illā habeat, neque Officio iudicandi in ſeculari Iudicio, ſi aliunde poteſtatem habeat illud exercendi, etiam ſi Clericus ſit.

186 Si vero ſententia ſuſpenſionis lata ſit ſine aliqua limitatione, v.g. dicendo, Talis ſit ſuſpenſus ab ordine, tūc intelligitur ſuſpēſus ab omni vſu Ordinis, & ab omnibus ordinibus, non vero à iuriſdictione, vel quacunque functione Eccleſiaſtica, quæ ab ordine per ſe non pendeat. Et ratio eſt, quia ſicut ſe habet ſuſpenſio ab Officio ſimpliciter ad totum Officiū, ita ſe habet ſuſpenſio ab ordine ſimpliciter ad totum ordinē, eſt enim hæc ſuſpenſio totalis, quo ad illam determinationem, vnde fit idē eſſe dicere, ab ordine, vel ab ordinibus vel ab omnibus ordinibus, & ratio eſt, quia ſicut in Doctrinalibus, ita in his Moralibus indefinita locutio ęquiualet vniuerſali, pręſertim cum non poſſit habere alium legitimum ſenſum, cū de nullo particulari ordine rationabiliter poſſit intelligi; ſecus eſſet ſi diceretur, à Sacris Ordinibus, quia iuxta communem vſum ſoli maiores Ordines Sacrorum nomine veniunt, vt conſtat ex *Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 11. de refor. & ex. 1. cū aliis. de temp. ord.* & ex cōi modo loquēdi Doctorū, & Eccleſię. *Suar. ſect. 4. nu. 2.* Si aūt ſuſpenſus ſit ab aliquo ordine partiali, vt ſi Sa-

187 cerdos ſuſpendatur ab officio celebrandi, ſeu quod idem eſt, ab Altari, vt ſępe fit, tunc ſuſpēſus, excepto munere ſacrificandi, alios actus Sacerdotalis Officij licitę exercere pōt. *arg. text. in c. ſignificauit. de corpor. vitiat. vbi Abb. & Doctor. notant. Suarez*, nu. 10.

188 Et quando ſuſpenſio nō fertur ſimpliciter, ſed cum determinatione certi actus, ſeu partis iuriſdictionis, vt à collatione Beneficiorum, tunc ſolum ab eo actu, ſeu parte iuriſdictionis aliquis ſuſpenſus intelligitur, qui per verba determinantia ſuſpenſionem ſignificatur, niſi fortaſſe habeat cum alio actu neceſſariam connexionem, ita vt ſine illo fieri non poſſit; nā tūc ob eam cauſam etiā alius actus in tali ſuſpenſione comprehendetur; quod eadem ratione in iuriſdictione ac in ordine procedit. *Suar. loc. cit. num. 17.*

189 Circa Suſpenſionem à Beneficio, obſeruet Confeſſarius, quod ſuſpenſio à Beneficio ſolū priuat fructibus Beneficij ideſt impedit dominium, ſeu poſſeſſorem Beneficij, ne vti poſſit iure illo percipiendi fructus Eccleſiaſticos, quod habet ratione Officij, & in quo ratio Beneficij conſiſtit; nō autem tollit ipſum Beneficium, vnde nihil aliud eſt à Beneficio ſuſpēdi, niſi fructus Beneficij priuari ideſt ſuos non facere. Et ſuſpenſus à Beneficio, non intelligitur ſuſpenſus ab Officio, quia ſuſpenſio à Beneficio, non

Digitized by Google

190 non tollit obligationem Officij. Qui vero ſic ſuſpenſus à beneficio, fructus beneficij vſurpat, grauiter peccat, & tenetur ad reſtitutionem abſque vlla Iudicis ſententia; non tamen incurrit Irregularitatem, nec vllam aliam pœnam. An autem is qui ſuſpenſus eſt à beneficio, ſatisfaciat ſuo muneri, ſi alius loco illius ſuſtituatur, qui de fructibus beneficij alatur; Reſpon. ſi id fiat auctoritate Superioris, ſeu Epiſcopi, poſſe excuſari, vt ſumitur ex Gloſa. Verb. beneficij. *in c. cupientes, de elect. in 6.* ipſe tñ Superior ſine rationabili cauſa id facere non debet, præſertim qñ beneficium habet curam Animarũ annexã. *arg. c. inter quatuor. de Cler. non reſid.* nam cũ alius teneatur, non eſt cur ſine iuſta cauſa, & ipſe eo onere liberetur, commodũ quodammodo ex ſua culpa reportans: & Eccleſia ſuo proprio Paſtore & Miniſtro priuetur; igitur ſi rationabilis cauſa non intercedat, ipſe compelli debet, vt perſonaliter inſeruiat, ẽt ſub pęna priuationis beneficij, ſi neceſſariũ ſit. *arg. c. peruenit. el 2. de appell. Suarez. diſp. 27. ſect. 1. à num. 2. vſque 8.*

191 Et ſi hæc ſuſpenſio à beneficio ſit lata abſq; ſpeciali loci determinatione, intelligitur vniuerſaliter ab omni beneficio, vbicunq; illud ſit, vel poſſideatur; ratio, quia dicta locutio indifferẽs, ęquiualet vniuerſali; hoc aũt intelligendum eſt, niſi aliunde ex materia, vel cauſa, de qua agitur, conſtet ſermonẽ eſſe in particulari de aliquibus beneficijs, talis, vel talis Eccleſię iuxta, *c. ſi compromiſſarius. de elect. in 6.* Nec obſtat differentiam quã ponunt aliqui inter Papã, & Epiſcopũ, ideſt, inter ſuſpẽſionem latam à Papa, & à particulari Epiſcopo, dicentes quod lata à Papa, omnia beneficia comprehendit, in quocunque territorio exiſtant, quia eius iuriſdictio vniuerſalis eſt, illa quæ lata eſt à particulari Epiſcopo, dicunt eſſe vniuerſalẽ proportionaliter, ideſt quo ad beneficia, quę Clericus in illo Epiſcopatu obtinet, nõ vero quo ad alia, ſi extra illud territorium illa obtineat: quia nemo poteſt ius dicere, aut ſententiam ferre, quæ aliquid extra territorium operetur. Loquendo enim de poſſibili,

192 nulla eſt differentia; Nam & Papa poteſt ſuſpẽdere a beneficijs quæ qs habet in vna diœceſi, vel in vna tm̃ Eccleſia, & per ſe iuſtũ eſt, & in Iure frequens; vt videre eſt *in gloſ. in Clem. cupientes. de pęn.* & è contrario Epiſcopus poteſt ſubditum ſuſpendere ab omnibus beneficijs, quæ vbiq; ẽt in alijs diœceſibus habet, ſi qualitas delicti id mereatur, ita docuit. *Abb. in c. paſtoralis. §. verum. de appel. n. 20.* eſtq; cõis opinio; ratio eſt q̃a ille actus non excedit iuriſdictionẽ Epiſcopi particularis: quia ſnĩa, ſeu pęna nõ fertur in beneficio, ſeu in beneficiũ, ſed fertur in perſonã, & illa eſt, quæ priuatur iure, quod habet, ſeu impeditur, ne illo vtatur; ipſa aũt perſona eſt intra territoriũ huius Epĩ, eique ſubiecta; & in illo habet omne ius cuiuslibet beneficij, ẽt ſi tale ius ſit ad fructus per-

193 cipiendos in alio territorio, vel Epĩſcopatu. Nã beneficiũ eſt ius quoddã quaſi inhærẽs perſonę, quæ illud habet, vt notauit idẽ *Abb. in c. poſtulaſti. de foro compet. nu. 7.* Ergo Ep̃s qui fert ſnĩam ſuſpenſionis in perſonam ſibi ſubiectam, põt ẽt in illa impedire omne ius, qđ ipſi inhęret: ergo põt ſuſpẽdere illum ab omni beneficio, etiam ſi Eccleſia, vel locus beneficij extra territorium ſit. Et probatur, quia Epiſcopus poteſt Clericum ſibi ſubiectum deponere, & priuare omnibus beneficijs, etiam his, quæ in alia diœceſi habet. ex *c. poſtulaſti. de for. comp.* vbi dr̃, Epiſcopum poſſe condemnare Clericum ſibi ſubiectum in priuatione beneficij exiſtentis in alia diœceſi, licet executio facienda ſit per Epiſcopum, in cuius diœceſi eſt illud beneficium; quia executio reſpicit

locum, in quo eſt res, circa quam fit: ita ergo in præſenti ſuſpenſio fieri poterit vniuerſalis à proprio Epiſcopo particulari, quamuis executio circa fructus percipiendos in alia diœceſi per Epiſcopum loci facienda ſit. Et
194 idem dicendum eſt de ſuſpenſione ab officio, poteſt enim Epiſcopus ſubditum ſuſpendere ab officio, vel parte eius, & in vno, & in omni loco, intra, vel extra diœceſim, ob rationem factam. At quamuis hæc de poteſtate ſint vera, nihilominus in vſu nonnulli ſentiunt, ſententiam ab Epiſcopo prolatam, ſi amplius non declaretur, interpretandam eſſe, vt ſuſpēdat ſolum a beneficijs in ſuo territorio ſitis. *Abb. in d. capit. poſtulaſti. de for. compet.* & hæc ratio procedit in ſuſpēſione lata ab Epiſcopo per ſententiam, & per ſtatutum; in hoc tamen caſu conſulendam eſſe conſuetudinē cenſeo, quæ eſt optima legum & verborum interpres; Si ergo ita vſu receptum eſt inter Eccleſiaſticos Iudices particulares, ita erit interpretanda: & ſi res eſt dubia, exiſtimo ſententiam Panormit. eſſe ſatis probabilem, quam vnuſquiſq; poteſt in praxi ſequi. Quando vero hæc Cenſura ex parte circunſtantiç temporis ſimpliciter fertur, & abſque vlla determinatione, tunc ſemper & continuè durat, ac priuat hominem fructibus beneficij, aut beneficiorum, quæ tēpore quo lata eſt, obtinebat, donec per Superiorem tollatur; & ratio eſt, quia verba indefinitè prolata vim vniuerſalem habent, ergo ſi abſolutè fertur ſuſpenſio abſq; determinatione temporis, ſenſus & voluntas inferentis eſt, vt ſemper duret, donec per habentem poteſtatem auferatur; ita ſenſit *Abb. in cap. ex litteris. de Conſtit. nu.* 10. quem alij ſequuntur; & obſer-
195 uandum, hanc ſuſpenſionem, ſicut alias, ferri poſſe pro contumacia, vt ab ea recedatur, & pro delicto commiſſo. Quando fertur pro contumacia, tunc durat quādiu durat ipſa contumacia, ſi à Superiore non reuocetur, quod licet regulariter ferri non debeat, fieri tamen non repugnat; at vero ceſſante cōtumacia, ceſſare debet talis ſuſpēſio, quia ceſſante cauſa adæquata, ceſſare debet effectus. Quā
196 do vero fertur hæc ſuſpenſio propter commiſſum delictum, aut fertur ad certum tēpus, aut ſimpliciter. Prior modus eſt frequens in Iure. *c.* 1. *cupientes. c ſi compromiſſarius de elect. in* 6. & alijs, & tunc ſuſpēſio priuat fructibus beneficij toto illo tēpore continuo, ex quo lata eſt, vſque ad terminū præfixum, vt ex verbis ipſis, & ex iuribus euidenter probatur; & finito illo tempore per ſeſe finitur abſque alia abſolutione, vel reuocatione; qa cum hæc non ſit Cenſura, nō indiget abſolutione: cumque principio limitatum terminum acceperit, non indiget reuocatione, quia ipſamet termini deſignatio fuit virtualis quædā reuocatio pro vlteriori tempore. Tandē hæc ſuſpenſio ſæpe fertur pro cōmiſſo crimine, & abſq; certa tēporis limitatione, vt *in cap.* 2. *de translat. Epiſcopi. & in c. vel non eſt compoſ. de temp. ordin. & in alijs.* & tunc eſt quodāmodo perpetua, ſicut in ſimili diximus de ſuſpēſione ab officio; quia vero nō eſt depoſitio ſimpliciter, nec priuat beneficio, ideo virtute, vel formaliter continet conditionem, vt duret, quādiu à Iudice, vel à Superiore abla-
197 ta non fuerit. Circa hoc autem eſt aduertendum, ſuſpenſionem à beneficio ſuſpendere ab illo beneficio, qđ quis habet, cum ipſa fertur; nam ipſa ſtatim ac lata eſt, incipit operari, vt colligi poteſt ex *capit. cupientes, §. cæterum. de elect. in* 6. & notat. Gloſ. *in capit. prouida. eodem titulo*: nam ſicut excōmunicatio, ita & ſuſpenſio ſecū affert executionem, *capit. paſtoralis, §. verum. de appellat.* Duos autem cenſetur habere reſpectus, ſcilicet ad beneficium, & ad fructus, propter quos

dicitur

dicitur reſpicere præſens, vt futurū, præſens, quia ſuſpendit à beneficio, quod homo tunc habet, quando ſuſpenditur; nam qui beneficium non habet, non eſt propriè capax huius pœnæ, licet alias fieri poſſit inhabilis ad beneficium futurum, quia priuat fructibus percipiendis, nō perceptis, niſi anticipatè percepti ſint quaſi mutuò, antequam eſſent debiti: nam illi obnoxij ſunt reſtitutioni; quia mutuatio illa non impedit effectum Cēſuræ, ſed facta intelligitur ſub conditione faciēdi illos fructus ſuos, quod ſuſpenſio impediuit; ſicut è conuerſo, quamuis tempore ſuſpenſionis Clericus nondum realiter percepiſſet fructus beneficij, quos vſque ad illum terminum ſuos fecerat, & pro eis ſufficienter ſeruierat, non priuatur illis per ſuſpenſionem; quæ reſpicit tantum futurum tempus, non quo ad realem poſſeſſionem ſolam, ſed quo ad dominium, ſeu ius proximum ad tales fructus impediendum: at vero circa illos fructus iam erat ius acquiſitum, & per accidens eſt, quod in realem poſſeſſionem nondum venerint: & ideo circa illos nihil operatur ſuſpenſio. Sic ergo ſuſpenſio circa præterita non nocet, nec retrotrahitur, vt dixit *Nauarr. libro primo, Conſilio. conſil. 29. numero quinto, de tem-*
198 *por. ordin.* Et ſi quæratur, an hæc ſuſpenſio à beneficio cadat in beneficium futurum, impediendo acquiſitionem; Reſpondeo. Si ſuſpenſio nō ſit tantum ab vno, vel determinato beneficio, neque in determinato loco, ſed ſimpliciter à beneficio, ideſt ab omni beneficio, & vbique, licet per ſe, & directè à percipiendis fructibus obtentorum beneficiorum impediat, tamen conſequenter ex vi illius prohibet noui beneficij impetrationem, ſeu collationem; augumento eorum quæ diximus ſupra de ſuſpenſione ab officio; nam qui ab aliquo opere, vel vſu ſimpliciter interdictus eſt, conſequenter eſt prohibitus, ne poſſit ei conferri id, quod eſt principium talis actus, ſeu quo ad illum ordinatur, vt *in cap. vlt. de Cler. excommunic. miniſt.* dicitur, ſed in præſenti per hanc ſuſpenſionem quis eſt abſolutè interdictus, ne fructus Eccleſiaſticos ſuos faciat, ergo cōſequēter eſt prohibitus, ne beneficium acquirat: hoc enim ad illum actum ordinatur, & eſt quaſi principium eius. Et hæc eſt ſententia communis cum Gloſa vltima, quæ id colligit ex textu, *cap. per Inquiſitionem, de elect.* nam ibi quidam, qui malo eligendo alium in Epiſcopum, ſe reddiderat indignū Eccleſiaſticis beneficijs, priuari mandatur alio beneficio, ad quod ipſe poſtea electus fuerat: illa autem indignitas, vt Gloſa notat, pręcipuè erat, quod ratione illius malæ electionis ſuſpenſus fuerat à beneficijs, iuxta *cap. cum in cunctis. eod. tit & c. cupientes. § cæterum. eod. titul. in 6.* vbi id notat Gloſ. in *Verb. Beneficijs.* Idemq; pro-
199 portionabiliter erit intelligendum ſi aliquis ſit ſuſpenſus ab omnibus beneficijs in aliqua Eccleſia, iuxta, *d. c. ſi compromiſſarius. de elect. in 6.* nam ille in eadem Eccleſia beneficium de nouo ſuſcipere non poteſt, propter eandem rationem; tamen in alio loco poterit, vt notauit *Gloſſ. vlt. in c. paſtoralis. §. verum. de appell.* & ratio eſt, quia nec directè id prohibitum eſt illi ſic ſuſpenſo, nec indirectè ſeu per conſecutionem ſuperius factam; cum illa ſuſpenſio non ſimpliciter, ſed in vno loco tantum illum actum prohi-
200 beat. Idemq; eſt ob eandem rationem, quando aliquis ab vno determinato beneficio ſuſpenſus eſt; quia illi etiam non eſt interdicta ſimpliciter acquiſitio fructuum Eccleſiaſticorum, ſed tantum eorum, quę ad titulum talis beneficij ſpectant. Addo inſuper, eum etiam, qui ſimpliciter ab omni beneficio ſuſpenſus eſt, non ita eſſe prohibitum, ſeu impe-

ditum à nouo beneficio acquirendo, vt collatio ei facta ipſo iure nulla ſit, ſed ſolū vt a legitimo Iudice, vel Superiore ſit irritāda. *Suar. loc. cit. d. ſect. 1. à nu. 17. vſque 26.* Quia vero in ſuperioribus diximus ſuſpenſionē ab omnibus beneficijs ſimpliciter latā, pro-
201 hibere nouam beneficij cōſecutionem; notandum eſt, ꝙ licet aliquis ſuſpēdatur ab omnibus beneficijs, ſi tñ id fiat cū additione huius particulę. *Quæ obtinet. vt in Clemen. 2. de Vit. & honeſt. Cleric.* illā non eſſe ſuſpenſionē totalem, ſed partialem, cum ſuſpēſio ſimpliciter non tñ præſentia, ſed ēt futura reſpiciat: illa vero ſuſpenſio ꝑ illam particulam. *Quæ obtnet.* Ad pręſentia determinetur; vnde ex additione illius particulæ, fit, vt per illam ſuſpenſionem ſic limitatā, non prohibeatur quis à ſuſceptione noui beneficij, qñ quidē non eſt ſimpliciter ſuſpenſus à fructibus Eccleſiaſticis, ſed à talibus, ergo reſpectu aliorum nihil prohibet; fit ē t inde, vt qui beneficiū non habet Eccleſiaſticum, illā ſuſpenſionem non incurrat, quia ſolū ſuſpēdit à beneficijs, quæ aliquis habet.
202 Tandem duo ſuperſunt declarāda, quæ vtique ſuſpēſioni à beneficio totali, & partiali cōmunia ſunt, ſeruata proportione. Primum eſt, quid agendum ſit, ſi Clericus indigeat ad ſuam ſuſtentationem illis fructibus beneficij, vel eorū parte, quibus per huiuſmodi ſuſpenſionē priuatur, an cogendus eſt mendicare, vel illi ſubueniendum ſit. Reſp. qñ ſuſpēſio fertur pro contumacia, quantumcunque ſic ſuſpenſus indigeat, illi ſubueniendum non eſt de fructib. beneficij: ſua enim voluntate & culpa quaſi cōtinuè durante, eam patitur neceſſitatē, qua facilè liberari poterit recedendo à contumacia: ſic enim abſoluetur, & fructibus beneficij frui incipiet. Nec eſt inconueniens, quod talis Clericus cogatur mendicare non enim cogitur ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione ſuæ prauæ voluntatis, minuſq; inconueniens illud eſt, quam quod ex ſua iniquitate commodum reportet in vilipendium Eccleſiaſticæ obediētiæ & diſciplinę. At verò qñ ſuſpēſio fertur in puram pęnam cōmiſſi delicti, tunc propter decentiā Ordinis Clericalis, & quia iam non eſt in poteſtate illius ꝑſonæ facere, quò illa pęna tollatur,
203 nā quātūcūq; reſipiſcat, & Eccleſię obediat, ſuſtinebit illam, ideo ex illis fructibus ei cōmodè ſubueniēdū eſt, non tñ arbitrio, vel auctoritate propria, ſed Superioris, niſi ſuſpenſio ſit tm̄ ipſo iure contracta, & ſit occulta, tunc enim arbitrio prudentis poterit ex ſuo beneficio ali ſufficiēter, & hęc reſolutio cōis eſt *Panor. & aliorū in d. c. paſtoralis. §. verum, de appell.* Aliud dubiū eſt, an qui ob ſuſpenſionē hanc fructibus beneficij priuatus eſt, illos aliqñ recuperare poſſit; ad hoc reſpōdeo dicendo, ſi ſententia ſuſpēſionis & valida, & iuſta fuerit, fructus per illam ablati recuperari nō poſſunt, ꝑ ſe ac ſecluſa diſpenſatione, quia priuatio de ſe eſt perpetua, nullūq; eius ad talia bona relinquit; Quod etiam de ſuſpenſione, quę imponitur, vt recedatur à contumacia, verum eſt, nā fructus amiſſi tempore contumaciæ, non recuperātur poſtea propter ſubſequentem penitētiam & abſolutionem; quia illa priuatio fuit condigna pęna contumaciæ, & ad illud comparatur tamq̃ iuſta, & pura pęna, quæ priuat ſimpliciter iure perpetuo ad huiuſmodi fructus; alioqui ſi cū abſolutione fructus reſtituerētur, parum cogeret, & puniret talis Cenſura. At
204 ſi vero ſi contingat in aliquem ferri ſententiam ſuſpenſionis ipſo iure nullam, vel ſnīam declaratoriā criminis habentis annexā hāc Cēſurā ipſo facto incurrendā, fundatā in falſis teſtimonijs, & contra facti veritatē, & ob eam priuari aliquem fructibus Beneficij ſui; ius ſemper retinet ad recuperandos illos fructus, vel per eundē

Iudi-

Digitized by Google

Iudicem, aut Superiorẽ, ſi tpe, & modo competenti de nullitate ſentẽtię, vel clara iniuſtitia conſtiterit: aut certè, ſi propter iniuſtam vim, aut defectũ probationis ea via non potuerit, occultè poterit ea retinere, vel obſeruare, ſi occaſio ſe obtulerit id faciendi abſq; ſcãdalo, vel alterius iniuria; Hoc enim per ſe loquendo: in omni materia iuſtitiæ licitum eſt, quãquã in præſenti difficilius poſſit in praxi fieri, eo qđ huiuſmodi fructus ſi ſemel auferantur, in pauperes, & alios pios vſus expendũtur. Nihilominus quod diximus, de iure verum eſt, modus autẽ, vel occaſio executionis ad factum pertinet, quod prudentiæ, & conſciẽtiæ eius, qui iniuſtam lęſionẽ paſſus eſt, relinquitur. Itemq; dicen-
205 dum cenſeo quoties per talẽ ſuſpenſionem iniuſtitiam cõtra commutatiuam quis paſſus eſt, quia ius habet recuperãdi fructus: quia iniuſtitia nõ infert damnũ auferendo ius recuperandi illud, ſi fieri poſſit. ita idẽ *Suar. d. diſp. 27. ſect. 2. nu. 4. 5. & 6.*

Tertiò, circa Interdictum, animad-
206 uertat Confeſſarius, qđ Interdictũ diuiditur in locale, & perſonale, ideſt quandoq; locus, & non perſona, quãdoq; vero perſona, & nõ locus interdicitur. Quandoq; interdicitur totũ Regnum, vel Prouincia, vel Ciuitas, vel Caſtrum, vel aliquis locus particularis; Ita fit de perſonis, quãdoque ſe extendit ad omnes, quandoque ad particulares cuiuſcunq; ſupradictorum locorum, vnde verba interdicti diligenter videnda, & conſideranda
207 ſunt. Vnde quando Collegiũ interdicitur, vel Clerus, tunc non cõprehenditur Populus, & è conuerſo, ſi populus interdicatur, quæcunq; perſonę illius populi doli capaces, pręter Clerum, interdicũtur vt ait *Nau. Man. c. 27. nu. 168.* & aliquando Infantes, & dementes intelliguntur, quia aliquis Innocẽs, alterius culpa interdici põt. Et notandum qđ Ciuitate interdicta, vel quocunque loco, illius habitantes extra illum locum, audire poſſunt diuina, & non prohibentur
208 audire, & celebrare. Similiter vna Interdicta Eccleſia, alię non interdicuntur. Quando vero populus interdicitur alicuius Ciuitatis, & non locus, tunc qui non ſunt eiuſdem Ciuitatis, & loci, ibi poſſunt intereſſe diuinis, & celebrare. Item ſi Capitulũ interdicatur, vel Clerus alicuius Eccleſiæ, non intelligitur interdicta Eccleſia, vnde alij Clerici alterius Eccleſiæ, ibi celebrare, & officiare poſsũt.
209 Quæcunq; perſona populi interdicti, quocunque ſe transferat, ſi eſt de illis, qui fuerunt in culpa, ſemper remanet interdicta, ſecus ſi in culpa nõ fuiſſet. Sed in eodem loco, vbi poſitũ eſt interdictum, ẽt ſine culpa, ſimul cũ alijs culpabilibus innocens remanet interdictus. Interdicitur aliquando Eccleſia per iniurioſam ſanguinis effuſionẽ, vel humani ſeminis, & tũc dr̃ polluta, & interdicta, donec p̃ Epiſcopum reconcilietur, ſi Eccleſia ſit
210 conſecrata, alias per ſimplicem Sacerdotẽ benedicitur. Sed talis, vt ſic iudicetur effecta, oportet, vt effuſio ſanguinis in magna quantitate, & nõ paucis guttis ſit polluta: inſuper vt iniurioſè ex induſtria, & nõ caſu, vel natura, fiat; inuadendo, & non ſe defendendo, idq; fiat propriè intra Eccleſiam. Effuſio verò ſeminis ſi ſit fornicaria, vel ẽt cũ Vxore, & qũocunq; iſta effuſio ſeminis fiat ex induſtria, & voluntate, & ſit publica, intelligiť Eccleſia polluta, & interdicta. Et ſi antequã reconcilietur, quis ibi celebraret, non eſſet irregularis, ſed Epi-
211 ſcopi arbitrio puniri debet. Quando ſola Eccleſia eſt interdicta, ibi non licet celebrare, etiã ianuis clauſis ſub miſsè recitando, ſed quando interdictũ eſt generale, celebrari põt ianuis clauſis, ſubmiſſa voce, ne foris audiatur, excluſis excõicatis & interdictis, niſi priuilegiati fuerint, ſine Cãpanæ

Digitized by Google

pulſatione; & tunc Clerici non inte-
reſsẽtes,amittũt diſtributiones quo-
tidianas. Cãpanæ tm̃ poſſunt pulſari
212 ad Aue Maria. Tẽpore generalis in
terdicti;quinq; feſtiuitates excludun
tur, Reſurrectio, Pẽtecoſtes, Natalis
Dñi, Corpus Chriſti, & Aſſumptio
B. Virginis, tũc ſolemniter celebrari
põt,admiſſis ẽt interdictis,ſed nõ ex-
cõicatis. Interdictum ſuſpendi põt à
Iudice,vel quo ad omnia, vel quoad
quædam tm̃,vt ſibi placet. Tempore
213 generalis interdicti,hæc poſsũt Sa-
cramenta conferri, Baptiſmus,Cõfir
matio, Pęnitentia, & Viaticum. Ba-
ptiſmus enim, ẽt in interdicto perſo
nali,nullo interdicto prohibetur, q̃a
eſt neceſſarium remedium ad ſalutẽ,
vnde non ſolum priuatim, ſed ẽt ſo-
lemniter miniſtrari põt in loco inter-
dicto ait *Suar to.5. diſp.33. ſect.1.nu.2.*
Cõfirmatio etiam in loco interdicto
ſolemniter conferri poteſt,& debet;
ẽt tempore interdicti perſonalis, per
interdictũ enim generale perſonale
nemo excluditur à receptione huius
Sacramẽti, niſi q̃ cauſam interdicto
dedit. *Suar. loc. cit. nu.8. & ſeq.* Etenim
quoties aliquis interdicto ſpeciali &
perſonali ligatus eſt, nõ põt admitti,
nec ipſe poteſt licitè recipere hoc Sa
cramentum, donec Eccleſiæ ſatisfa-
ciat, & per formã ab ea præſcriptam
214 admittatur,ratio eſt clara, quia nũ-
quã aliquis ſpecialiter interdicitur,
niſi propter propriam culpã, vel con
tumaciã, ergo ſi is, qui ligatur gene-
rali interdicto, cui ipſe per propriam
culpã cauſam dedit,recipere illud nõ
põt,niſi præmiſſa iuris forma: multo
magis dicendum id eſt de ſpecialiter
interdicto. *Suar. loc cit. nu.10.* Sacramẽ
tum pęnitentiæ ẽt tẽpore cuiuslibet
interdicti ſiue interdictum ſit locale,
ſiue generale,& particulare,ſiue per-
ſonale generale,in his enim omnibus
licitum eſt Sacramentum Pęnitẽtiæ
recipere,qñ perſona cauſam interdi-
cto nõ dedit, aut alia Cenſura excõi-
cationis non obſtat. vide *Suar. loc. cit.*
215 *nu.14. & ſeq.* Euchariſtia vero per
modum Viatici, in periculo mortis
exiſtentibus,vllo modo eſt denegan-
da,tempore interdicti. *Graff. in Prax. lib.2.c.1 nu.15.* Tẽpore enim interdi-
cti cenſendum eſt, quemlibet Sacer-
dotem,qui non dedit cauſam interdi
cto,nec particulari interdicto ligatus
eſt, poſſe in eo euentu Viaticũ mini-
ſtrare, ſi alioqui ius habet adminiſtrã
di,qđ ſupponimus. Hoc manifeſtum
eſt in quolibet interdicto locali: nam
illud non impedit huiuſmodi perſo-
nam,niſi quatenus impedit locum,&
reſpectiuè in ordine ad illum,ſed tale
interdictum non impedit locum in
ordine ad viaticum præſtãdum,ergo
neq; huiuſmodi perſonã. De interdi-
cto verò perſonali generali id patet,
tũ à paritate rationis, tũ maximè q̃a
tale interdictũ æquè comprehendit
oẽs perſonas, quæ cauſam non dede-
runt, ergo vel nullã impedit, ab hoc
miniſterio,vel oẽs, quia nõ eſt maior
ratio de vna quam de alia, ſuppono
enim æquales eſſe in iure miniſtrãdi.
Non põt aũt impedire oẽs,nam repu
gnat hoc,ſi receptio cõceditur: ergo
nullã impedit. Solum hoc quæri põt,
ſi in aliquo populo Clerus ſit interdi-
216 ctus, & ſolus ſit vnus Parochus, ad
quem ex officio pertineat viaticũ mi-
niſtrare, an poſſit hoc committere
alijs Sacerdotibus, & illi poſſint il-
lud admittere, & exercere, etiam ſi
generatim interdicti ſint; reſpondeo
probabilius cenſeo poſſe: quia nõ vi-
deo ſpecialem prohibitionẽ,& gene
ralis non ſufficit; quia in exceptione
viatici totum hoc miniſteriũ excludi
debet: quia moraliter neceſſariũ eſt,
& quia nihil referre videtur,quod ta
le miniſterium per ipſum propriũ Pa
rochum fiat, vel per alium delegatũ
ab ipſo,cũ vterq; ſit ęquè generatim
Interdictus. At vero Clericus, qui
perſonaliter Interdictus eſt vel dire-
ctè, vel indirectè, quia cauſam dedit

Inter-

Digitized by Google

Interdicto, non põt, per ſe loquẽdo, hoc miniſteriũ vſurpare, niſi prius à tali Cenſura abſoluatur, quia per talẽ Cenſurã maximè interdicitur miniſterium Sacramentorum. Dixi per ſe loquendo, quia ſi ſint alij Sacerdotes
217 nõ Interdicti ſpecialiter, qui viaticum deferre poſſint, tunc ille qui Interdictus eſt, non poteſt illud miniſteriũ vſurpare; At verò, ſi deeſſet Miniſter alius idoneus, tunc ob neceſſitatẽ poterit Sacerdos ſpecialiter Interdictus illi ſuccurrere; poſſet & excõicatus. Sed quid, ſi Parochus ſit ſpecialiter Interdictus, & ſolũ ſint alij Sacerdotes ſimplices, tenebitur nè illis committere vices ſuas, vel alij poſsũt ſua auctoritate ſe intromittere, eo ꝙ Paſtor Cenſura ligatus non videatur poſſe, aut per ſe facere, aut actoritatẽ dare? Reſpondetur primũ non poſſe aliũ ſibi hoc ius vſurpare: quia impedimentum alterius non confert alijs
218 tale ius. Deinde in eo caſu nõ debet Parochus per ſe miniſtrare Sacramẽtum, quia reuera nõ eſt neceſſitas, & alioqui habet abſolutam prohibitionem; debet ergo per alium id facere, poteſtque, & licitè, & validè talem facultatem alteri concedere: quia illa conceſſio non eſt actus ordinis, ſed iuriſdictionis. Interdictus autẽ non impedit iuriſdictionis actus, qui non inuoluunt immediatum vſum Ordinis. Propter quod ẽt in Sacramento Pęnitentiæ, põt Parochus Interdictus miniſterium illud, & vices ſuas alteri committere, eiq; iuriſdictionẽ in illo foro dare. Sed quid ſi Parochus In-
219 terdictus non habeat aliũ Sacerdotem, ſed Diaconum tantum, cui hoc miniſterium cõmittat, quid faciat in hoc caſu? tenebitur ne hoc miniſterium Diacono committere; reſpõdetur, minimè, tum quia iam ferè nõ eſt in vſu Eccleſiæ, vt hoc miniſterium committatur Diacono, niſi deficiẽte omnino Sacerdote: tum ẽt quia hoc ſpectat ad maiorem reuerentiam Sacramenti, & ad quandam ſolemnitatem illius miniſterij, quæ ſeruãda eſt. Vnde, tempore Interdicti cũ portatur hoc Viaticum ad ægrotos, cũ omni ſolemnitate, comitatu, & põpa in Eccleſia vſitata, & honore conſueto & debito iuxta *capit. ſanè, de celebrat. Miſſ.* deferendum eſt. *Suar. d. ſect. 1. à nu. 24. uſque* 27. Vnde ob, id, ideſt, ob
220 Viaticũ Infirmis deferendũ, ſemel in hebdomada, Miſſa celebrari põt, ad conſecrãdum, ianuis clauſis, voce ſubmiſſa, non pulſatis cãpanis, excluſis Interdictis, & excõicatis. & per *c. Alma mater. de ſent. excom.* etiã Interdictis ſanis conceditur Pęnitẽtiæ Sacramentũ miniſtrari, non tñ Euchariſtia, dummodo non ſint excõicati, aut de illis quorum culpa, Interdictũ fuerit poſitum, vel conſuluerunt, vel
221 fauerunt. Poteſt ẽt celebrari Matrimonium, ſine tñ benedictione; nam Sacerdos mortaliter peccat admittẽdo perſonas ſic Interdictas ad talẽ benedictionem, vel dando illam, ſi ipſe Interdictus ſit. *Suarez, d. diſp. 33. ſect. 2.*
222 *nu. 4.* Extrema vero Vnctio dari nõ põt. Sepultura illis negatur, prętérquã Clericis, qui ſeruauerunt Interdictũ, ex ſpeciali priuilegio, ſed ſine ſolemnitate fieri debet, & ſine Campanarũ pulſatione. Quando verò interdicta eſt vna Eccleſia, poſſunt ibi ſepeliri tm̃ qui ſunt de illa, quia alij habent alias nõ interdictas. Sepulti extra Sacra ob interdictũ, ſi contriti deceſſerunt, ſublato interdicto, ad loca ſacra deferri poſſunt. Oẽs interdicti
223 violatores Irregularitatẽ incurrũt, nec eligere, nec eligi poſsũt, & toties peccãt, quoties faciũt, quod eis prohibitum eſt, ſiue ſint ipſi interdicti, ſiue exercẽdo in loco Interdicto. Hæc & alia pertinentia ad Interdictum, ſi latius videre libet, legatur *Suarez. de Cenſur. tom. 1. diſput. 32. & 33. per totum. & Syl. Angel.* vide ẽt alios Summiſtas in Verb. *Interdictum* vbi multa dicunt, quæ in pauca collegi,

ne lõgior fiam, præſertim cum ſit materia per quam rarò pertranctanda. *Ita Io Bapt. Corrad. p. 1. reſp. caſ. conſc. q. 341.* Attamen ne Confeſſarius hallucinetur, conſulo vt Conſtitutiones, & edicta ab Epiſcopo promulgata diligenter perlegat, & iuxta illa circa huius caſus reſeruati declarationẽ, ſe gerat, ac regat.

Quo ad abſolutionem; Primò Cõfeſſarius animaduertat, circa excommunicationem, quod in danda abſo-
224 lutione multa ſunt obſeruãda, quæ habentur in explicatione prædicti vndecimi caſus reſeruati in d. Tabella Camerin. Vbi etiam habetur qua forma vti debet, & quam graue piaculum ſit excommunicatio; Hic tamen hoc tantum addam, quod ſi excommunicatus indurato animo in excommunicatione permãſerit per annum pœnas de inſordeſcentibus incurrit, vt in *Concil. Trident. ſeſſ. 25. c. 3. in fin. de reforma.* nempe contra eum tamquam de hæreſi ſuſpectum procedi poteſt, ita colligitur *ex Rot. Rom. p. 1 in nouiſſ. deciſ. 383. in princ. & num. 3. Petr. Ferrar in Prax. Pap. in forma reſpon. rei conu. in glo tamquam. num. 9. vbi Theod. Meda in addit. litt. A.* Quo in caſu quomodo in praxi ſit contra talẽ ſuſpectum procedẽdum, pulchrè tradit *Menoch. de Arbitr. iudic. caſu. 416.*
225 *num. 62.* Et vbi per quatuor mẽſes, vel annum inſorduerit, non poteſt abſolui per generalem conceſſionem abſoluendi a Cenſuris Eccleſiaſticis in litteris Apoſtolicis apponi ſolitã, per Regulam mirabilem Cancellariæ, *de Inſordeſcentib.* vt notat *Nauar. tract. de Iudæis. not. 1. in fin. glo. num. 21.* Aduertant tamen Iudices Eccleſia-
226 ſtici quod *ſacra Congregatio Cardin. ſupra Concil.* declarauit, & ordinauit, vt patet ex litteris Illuſtriſs. *Cardin. Arrigon.* Vicario Generali Epiſcopi Placentiæ directis *anno 1606. die 30. Septembris.* Sub nomine Sanct. Offic. Inquiſitionis, non eſſe procedendum contra aliquem ob inſordeſcentiam, eo quia non paruit executioni, & Cẽſuris Rotę Romanę, & ſimilium, ſed tantum ſuper inſordeſcentiam prouenientem ex inobedientia excommunicationis, & Cenſurarum impoſitarum ab ipſo Sancto Officio: ita ex generali, & recepta conſuetudine Sacroſanctæ Eccleſiæ ſeruari tradit ex *Direct. Inquiſit. Graff. p. 1. lib. 4. cap. 14. num. 4.* ita *Lazar. de monitor. ſect. 4. q 8.*
227 *num. 20.* Ab excommunicatione vero Canonis, *ſiquis ſuadente*. Si percuſſio eſt modica, & leuis, per Epiſcopum abſolui poterit, & debet. *Lancelott. inſtit. iur. Canon. lib. 4. de ſent. excom. tit. 13. §. Item ſi non enormis.*

228 Secundò, circa ſuſpenſionem, notet Confeſſarius, quod quotieſcunq; quis a Iure, vel ab homine eſt ſuſpenſus ab aliquo actu ſpirituali alicuius ordinis ſacri ſimpliciter, vel conſequẽter, tenetur abſtinere etiam poſt Contritionem, & Confeſſionẽ, quouſque ſuſpenſio remiſſa ſit, alioquin actum exercens peccat mortaliter, & fit Irregularis abſoluendus tantum a Papa, ſecundum Innoc. *in c. cum æternitas. de ſent. excomm. in 6. Io. Bapt. Corrad. tract. de ſuſpen. in fin. 2. par. reſp. caſ.*
229 *conſc.* Item a ſuſpenſione reſeruata ſiue ſit a iure, ſiue ab homine, ille ſolus abſoluere poteſt, cui reſeruatur. Vnde quando ſuſpenſio eſt, ad tempus, illo tranſacto, ipſo iure tollitur ſuſpenſio, eius tamen abſolutio, pertinet ad eum, qui eam tulit, vel eius ſuperiorem, vel ſucceſſorem, quando
230 eſt ab homine; ſi vero ſit a Iure pertinet ad eum, cui Canon reſeruauit; & quotieſcunque ſiue a Iure ſiue ab homine, Canon ſibi non reſeruauit abſolutionẽ, poterit Epiſcopus abſoluere, & illo ſuperior: omnes Summiſtæ per *text. in cap. nuper. de ſentent. excomm. Corrad. loc. citat. & 1. p. quæſit. 342.* ſi prouenit ex contumacia, ſi autem in pęnam delicti, non poteſt Epiſcopus, niſi ſit occultum. *Corrad. d. q. 342.*

342. In cuius abſolutione eſt etiam
231 ſeruanda forma, quæ habetur in
c.ex tenore.de ſenten.excomm.& c.ſuper
eo & c.venerabili.eod ti. vt ſcilicet Cõ-
feſſarius antequam abſoluat pœnitẽ-
tem ſuſpenſum, quando ſibi facultas
data eſt, exigat ab eo Iuramẽtum de
ſtando mandatis Eccleſiæ, iuxta for-
mam Eccleſiæ conſuetam, ideſt iu-
ret ſe mandato Eccleſiæ, & ipſius
abſoluentis obtemperaturum; & vi
illius Iuramenti illi iniungendo, ne
de cætero illud crimen ob quod fuit
ſuſpenſus, committere audeat. Graff.
in Prax.lib.2.cap.2.num.37. Inſuper ſi
quem læſit ob dictum crimen, pro-
pter quod in ſuſpenſionem incidit,
prius illi ſatisfaciat: tandem aliqua
moderata, & rationabilis pęna impo
natur, vt ex ea diſcat non tam facilẽ
eſſe debere in delinquendo. Sayr.lib.
4.de Cenſur.c.17.num.31. Et quando
232 abſolutio datur in foro interiori ab
eo, qui illam tulit, poteſt talis ſuſpen
ſio quocunque verbo caſſari, annulla
ri, reuocari, verbi gratia Reuoco, annul
lo. &c. Silu.verb.ſuſpenſio.num.4.verſ.ſi
vero ſit. Nau c.27.num.161. D.Anton.
3.p.tit.27.cap.4. Ioan.Bapt. Corrad.in d.
tract.de ſuſpenſio. Et licet ad abſoluen-
dum a ſuſpenſione certa verborum
forma non ſit neceſſaria, cum nulla
ſit a iure præſcripta, communiter ta-
men, quando ſuſpenſio eſt certa, do-
cti Viri vtuntur hac forma. Domi-
233 nus noſter Ieſus Chriſtus, te abſol-
uat, & ego auctoritate eius qua fun-
gor, abſoluo te a vinculo ſuſpenſio-
nis, quam incurriſti ob talem, vel ta-
lẽ cauſam, & reſtituo te priſtinæ exe-
cutioni tuorum ordinum, vel officio
rum, vel ad tuum Beneficium, & om-
nibus actibus legitimis, In nomine
Patris, & filij, & ſpiritus ſãcti, Amẽ.
ita ſumitur ex Silu.Verb.ſuſpenſio. 1.q.
8.& in verb.abſolutio.6.num.2. Tabien.
Verb. Abſolutio.3 num.52. Angel.verb.
abſolutio.3.num.1. Nau. d.c.27.nu.161.
Graff.in Prax.loc.citat.num.38. Ioan.Ca-
peauill.tract.de caſib.reſerua p.1.c.10 q.
2. Corrad.d tract.de ſuſpenſ. D. Anton.in
tract.de ſuſpenſ. Suarez.d.tom.5.diſp.29.
234 ſect.3.num.1. Quæ quidem forma
ſeruabitur, dum quis propria auctori
tate abſoluit; quia ſi abſoluit ex au-
ctoritate delegata, tunc hac, vel ſimi
lis, vti debet, videlicet; Auctoritate
Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Beato
rum Apoſtolorum eius Petri, & Pau
li, & Sanctiſs. Domini noſtri Papæ.
N. Vel Reuerẽdiſs. & Illuſtriſs. Do-
mini noſtri Epiſcopi. N. in hac parte
tibi conceſſa, & mihi commiſſa, ab-
ſoluo te a vinculo ſuſpenſionis, quod
incurriſti propter talem, vel talẽ cau
ſam, & reſtituo te priſtinæ executio-
ni, &c. In nomine Patris, & filij, &
Spiritus ſancti, Amen. Io.Capeauil.loc.
cita. Et ſi ſuſpenſio eſt dubia, vtatur
235 hac forma, Si teneris aliquo vincu-
lo ſuſpenſionis a quo ego poſſim te
abſoluere, ego abſoluo te. Nau. Graff.
Io. Capeauill. Corrad. loc citat. Tandem
236 notandum, quod ante huiuſmodi
ſuſpenſionis abſolutionem, ſicut te-
nemur euitare excommunicatum in
omnibus, ita & ſuſpenſum, in his a
quibus ſuſpenſus eſt; immo grauius
eſt non vitare ſuſpenſum in his in
quibus ſuſpenſus eſt, quam non vita-
re excommunicatum, quia non vita-
re excommunicatum regulariter eſt
peccatum veniale, nõ euitare autem
ſuſpenſum, vel interdictum, nemo di
cit non eſſe mortale; Non vitando
ergo ſuſpenſum in diuinis officijs, &
in actibus deputatis ſuis ordinib. pec
camus mortaliter, ſi eſt denũciatus,
alias non, per extrauag. ad euitanda ſcã-
dala. Martini. V. renouata a Concil. Late
ran ſub Leone X. ſeſſ. 11. ita Nau. in Man.
c.27.num.163. in fin. & in c.1.§.laboret.
de pœnit.diſt.6.num.10 & 18. Io.Bapt.
Corrad.in d.tracta.de ſuſpenſ. & Suarez.
diſp.28.ſect.5 num 5.

237 Tertiò, circa Interdictum, obſer
uandum, quod Interdictum a iure la
tum ſi nõ ſit expreſsè reſeruatum, ab

Ordi-

Ordinario ipſius hominis Interdicti relaxari poteſt, vt de ſuſpenſione dicunt Doctores per *c. nuper. de ſent. excom.* ſi tñ delictũ occultũ ſit, ẽt ſi Sum
238 mo Pontifici reſeruatũ ſit, ab Epõ, & eius Vicario auferri põt, ꝑ *c. liceat. Cõcil Tri. ſeſſ* 24 ꝙ intelligitur in foro conſcientiæ tm. *Sayr. lib. 5. de Cenſur. cap. 15. num. 16. Henriq. de interdict. cap. 51. §. 3. Graff. in Prax. lib. 2 cap. 1. num. 9 Val diſp. 7 q 18. p. 1. Suarez. diſpu. 38. ſect. 2. num. 4.* At modo oppoſitum eſt tenendum propter Decretum ſacræ Congregationis, vt patet ſupra *in 1. p q. 2. n. 80. & ſeq.* Sed interdictum ho
239 minis ſolũ debet ab eo tolli, a quo latum eſt; ſed & ſi a ſuperiore illius relaxari quæat, ita tamen fieri non debet, niſi præuia ſatisfactione, & de conſenſu illius, qui tulit *capit. cum ab Eccleſiarum. de offic. ordin.* Et licet Parochus ex tacita commiſſione, imò etiam quilibet Cõfeſſarius approbatus poſſit ab excommunicatione iuris, aut generali hominis abſoluere, niſi reſeruetur, vt eſt communis omnium ſententia; a ſuſpenſione tamẽ,
240 & Interdicto eiuſdem abſoluere non cõceditur, quidquid aliqui affirment in contrarium, poſſe videlicet, ſicut ab excommunicatione, ita etiã ab iſtis Cenſuris abſoluere. Ratio diſcriminis eſt, quia ideo conceditur facultas abſoluendi ab excommunicatione, eo quod eius abſolutio ad receptionem Sacramenti omnino prærequiritur: abſolutio autem ſuſpenſionis, & Interdicti ante abſolutionẽ a peccatis neceſſaria non eſt. *Henriq. loc. citat. Sayr. vbi ſupra. num. 22. Auila. p. 5. dub. 1. Benzon. lib. 5. de anno Iubilæi. cap. 15. dub. 29.* Sunt tamẽ aliqua In-
241 terdicta, ſicut & ſuſpenſiones, quæ abſque vlla abſolutione ceſſant, huiuſmodi ſunt, quæ tam a iure quam ab homine ad certum, & determinatum tempus, vel ſub aliqua conditione lata ſunt, tunc enim tali elapſo tẽpore, vel adueniente termino, vel adimpleta conditione, abſque alia relaxatione, vel declaratione tollũtur. *Couarru. in c. Alma mater. p. 1. §. 11. nu. 5. Suarez. diſput. 29 ſect. 1. nume. 1. Sayr. d. lib. 5. de Cenſur cap. 15. nu. 2.* Sicuti ẽt
242 quãdo locus, vel populus eſt Interuictus, ille qui non peccauit, abſolutione non indiget: ſiquidem rẽ, quæ culpa caret in damnum vocari non conuenit. *c. 2. de Conſtit.* & eſt communis ſentẽtia, vt per citatos Doctores. Vnde tempore Interdicti perſonalis, ſi illud generale ſit, & particularis perſona, quæ illo ligatur non dedit cauſam Interdicto, tunc abſolutè poteſt Communicare abſque alia præuia ſatisfactione, vel abſolutione a Cenſura, quia cum ipſe non deliquerit, non eſt de quo ſatisfactio ab illa ſit danda, & cum Interdictum generale ſit, & non liget hanc perſonam, niſi ex generali ratione, ſicut neceſſarium non eſt tale Interdictum tolli, vt Viaticum detur, ita etiam non eſt neceſſarium, vt aliqua abſolutio a tali Cenſura procedat. Et ſi ſecus eſſet, quando quis dedit cauſam tali Interdicto, tunc enim præmittenda eſt ſatisfactio, quæ ad pœnitentiam concedendam neceſſaria eſt, iuxta *c. Alma mater.* tum quia hoc Sacramentum per ſe illud ſupponit; tum etiam in præſenti eadem eſt, vtriuſque cõ-
243 ceſſio; Vnde ſi contingeret poſſe dari alicui Viaticum, & non abſolutionem, quia v. g. adeſt Diaconus, & non Sacerdos, tunc idem modus ſatiſfactionis eſſet ab illo exigendus, vt ſatis probatur ex *d. cap. Alma mater iuncto c quod in te. de ſent. excom.* Atque hoc idem a fortiori locum habet in eo, qui ſpeciali Interdicto perſonali ligatus eſt: nam ille ſemper ſupponitur dediſſe cauſam tali Interdicto; Quapropter etiam abſolui debet a tali Cenſura, vel ante abſolutionem a peccatis, vel ante Viaticũ ſi prior abſolutio dari non potuit: quia omnis Cẽſura, quæ per ſe, & directè priuat

Digitized by Google

uat Sacramentis, prius tollenda eſt,
244 quam Sacramenta recipiantur. Et cum hoc Interdictum æquiparatur excommunicationi, fit etiam, vt in Articulo mortis, omnis qui poteſt miniſtrare Sacramentum, poſſit etiã Interdictum auferre, quantum ad talem perſonam, ſicut etiam poteſt auferre excommunicationem, ita *Suarez.diſput.33.ſect.1.num.22.* extra illũ autem Articulum, Interdictum a iu-
245 re, vel ab homine latum, tãtum ad certum tempus, vel donec, aliquid fiat, ceſſat, vt dixi, tẽpore illo elapſo, vel quando factum illud fuerit, abſq; alia abſolutione. *Ioan.Capeauill.loc.ſupracitat.* Ad relaxãdum autem Interdictum, licet non ſit aliqua certa forma verborum a iure præſcripta, &
246 ſic vno verbo tolli poſſit dicendo, *Reuoco, vel Remouo Interdictum, vel abſoluo te ab Interdicto, In nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti, Amen. Ioan. Capeauill. vbi ſupra. q. 3 ſumma* Confeſ*ſorum.lib.3.titu.33 q.269. D. Anton.3. p.tit.27.de Interdicto cap.5. Silue. verb. Interdictum.3.quæſt.9. Graff.loc.ſupracit.num.41.* attamen communiter docti Viri vtuntur hac forma. Miſereatur tui, &c. Indulgẽtiã. Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, Et ego auctoritate qua fungor, Relaxo, vel remoueo, aut reuoco Interdictũ Eccleſiaſticum, quod incurriſti, vel quod contra te pronunciatum eſt ob tale crimẽ, & reſtituo te ingreſſui Eccleſiæ, Diuinis officijs, & Eccleſiaſticæ ſepulturæ, &c. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sãcti, Amẽ. Quæ quidem forma ſeruabitur, dum quis
247 propria auctoritate abſoluit. Si vero hoc faciat delegata ſibi auctoritate, tunc hac, vel ſimili forma vti debet. Auctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Beatorum Apoſtolorũ eius Petri, & Pauli, & Sãctiſſimi Domini noſtri Papæ N. Vel Reuerendiſs. & Illuſtriſs. Domini noſtri Epiſcopi N. in hac parte tibi conceſſa, & mihi cõmiſſa, reuoco, vel relaxo, vel abſoluo te ab hoc Interdicto qđ incurriſti ob talem, vel talem cauſã, & reſtituo te, &c. vt ſupra. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen, *ex Io.Capeauill.loc.ſupracitat.*

Quartò, & vltimo, Confeſſarius oſtendat pœnitenti grauitatem excommunicationis, vt in ſupracitata explicatione vndecimi caſus in Tabella Camerin. Item grauitatem ſuſpenſionis, & Interdicti, eſt enim ſu-
248 ſpenſio tantæ grauitatis, quod ſi qs ipſa neglecta, vel contempta, vel per craſſam ignorantiam velit in officio ſuo adminiſtrare, ſtatim erit Irregularis a ſolo Papa diſpenſandus, etiam ſi ſuſpenſio emanarit ab Epiſcopo; licet enim Epiſcopus poſſit auferre ſuſpenſionem, quam tulit, non tamen poteſt auferre Irregularitatem, quã quis incurrit adminiſtrando in ſuſpẽſione Epiſcopali, vt notat *Epiſcopus ſcalenſis. de ſuſpenſ.c.15.* Item contrauenìens ſuſpenſioni in contemptum clauium, non ſolum promoueri non valet, verum etiam promotus exercere non poteſt, etiam peracta pœnitentia. *tex.eſt in cap.vt Laicorum.§. ſi quis igitur.de vit.& honeſt.Clerico.* Imò ſu-
249 ſpenſio non tantum facit Irregulare eum, qui in cõtemptum Clauium contrauenit circa ordines, ſed eum etiam, qui cum ſit ſuſpenſus a collatione ſola Beneficiorum, in contemptu clauium audet Beneficia conferre, talis enim fit Irregularis, vt tradit *gloſ.in c.tanta.de exceſſib.Prælat.* quod procedit ſiue ad tempus, ſiue perpetuo fuerit ſuſpenſus, vt not. *Abb.in c.cum bonæ. de ætat. & qualit.* Semper enim vna cum ipſo ordine ſuſpenſo ſuſpenduntur, & omnia, quæ pendẽt ab illo, vnde exerceri non poſſunt ſine hac cenſura. *glo.in cap.dilectus.de conſuet.* Item ſuſpenſio, eſt tantæ efficaciæ, quod ſi quis ab ea etiam ſit appellatus, forſitan ex læui, & friuola cauſa, & ob id a ſuſpendente reiecta

fue-

fuerit huiuſmodi appellatio, ſi appellans contraueniat ſuſpenſioni, efficitur Irregularis, quia quo ad ſpiritualia non poteſt appellatio ſuſpendere præcedens Interdictum, vt tradit *Io. Andr. in cap. is cui. de ſent. excom.* quem ſequitur *Silu. Verb. ſuſpenſio q. 3.* qui ſuſpenſus contraueniens ſuſpēſioni fit Irregularis, non tãtum ſi ſpecialiter & nominatim ſit ſuſpenſus, ſed etiã ſi generaliter, ſiue a Canone, ſiue ab homine. *text. in c. 1. de re iudica in 6. & c. 1. de ſent. excom. in 6. Epiſcopus Scalenſis loc. citat.* Item ſuſpenſio non tantum facit Irregularem eum, qui con-
250 trauenit in eo ordine, a quo ſpecialiter eſt ſuſpēſus, ſed etiam ſi in alijs ordinibus illo ſuperioribus, vt verbi gratia, ſi quis ſit ab executione Subdiaconatus ſuſpenſus, videtur etiam ſuſpenſus a Diaconatu, & Sacerdotio. *text. in l. qui indignus. ff. de ſenatorib. tradit. Hoſt. in c. dilectus. de temp. ordin.* Et nota quod ſuſpenſus ſimpliciter
251 ab Ordinibus conferendis, ſuſcipiendis, vel adminiſtrãdis ab omnibus eſt ſuſpenſus, tam ſuperioribus, quam inferioribus, & contraueniens in quocunque ordine, fit Irregularis. Si autem ſit ab ordine, ita quod ſi Sacerdos ab ordinibus ſit ſimpliciter ſuſpenſus, deſeruiendo in ſolo Acolitatu, fiet Irregularis, tradit *ſpec. de diſpenſ. §. iuxta. verſ. quid ſi Præsbiter.* Rurſus inter alia incommoda, quæ ſuſpēſio affert, ſunt etiam hæc, quod ſuſpēſio non tantum impedit, ne exerceri poſſint ea, quæ ſunt ordinis, vel ordini annexa, ſed etiam reddit incapacē
252 eum, qui ſuſpenſus eſt. Beneficia enim conferri non poſſunt ſuſpenſio *glo in c. tanta. de exceſſib. Prælat.* Aliud malum eſt, quod neque fructus ſui beneficij capere poteſt a die moræ petendæ abſolutionis, ſcilicet poſt annum, vt tradit *Io. And. in d. c. cum bonæ. de ætat. & qualit.* Nec agere poteſt nomine proprio pro iurib. ipſius be-
253 neficij, habet tamen modicam ſuſtentationem ex eo, ſi non habeat vñ de viuat, vt tradit *Abb. in c. Apoſtolicæ. de exceptionib.* Imò nec litteræ ſuæ impetrationis valent, niſi abſoluatur ab ipſa ſuſpenſione, quandoqu idem omnes collationes ei factæ, du rante ſuſpenſione, ſunt nullæ, nec ſaluãtur per ſolam abſolutionem ſubſequentem. *Abb. in d. c cum bonæ. ſupra.* Item ſi quis ſuſpenſus a ſolo ingreſſu Eccleſiæ, audeat in ea celebrare diuina officia, erit Irregularis, ſecundũ *Gemnian in c is cui. de ſent. excomm. lib. 6.* ſed
254 poterit extra illam celebrare, excõmunicare, & abſoluere, quia cum ſit pęna, non debet extendi vltra ſuos limites. *tex. in c. ordia. de Regul. iur. in 6.* Item non tantum ſuſpenſus a maioribus ordinibus in eis celebrans, fit Irregularis, ſed etiam ſuſpenſus a minoribus; nam ſi Pſalmiſta ſuſpendatur, contra faciēs fit Irregularis, ſicut & alij conſtituti in minoribus, quod eſt intelligendum ſi celebrēt, vel miniſtrent in proprijs officijs, tamquã Miniſtri, vt v. g. in Miſſa offerãt Vrceolum, deferant Cereos, quia tunc incurritur Irregularitas, alias non, ſi vt Laicus, hoc faciat ſecundum communem opionem relatam, & ſecutã
255 a *Nauar. in c. 27. num. 163.* Quod ſi Sacerdoti non ſit ordo ipſe interdictus, ſed tantum ſit ab exercitijs ordinis ſuſpenſus, ſi ei fuerat exercitium ordinis per ſuſpēſionem prohibitũ, ſi contrafaciat, erit Irregularis; & ſi aliquando ſuſpenditur, v. g. Sacerdoti prohibitum eſt, Aquam, Cãdelas, fructus, Veſtes, benedicere, ſi cõtrafaciat, erit Irregularis. Idem erit ſi quis ſuſpendatur a Benedictione Nuptiarum, nam contra veniens, fit Irregularis. *arg. c. 1. & vlt. de ſecund. nup.* Idem erit in ſuſpenſo, ne poſſit abſoluere ſolemniter ab excõmunicatione: nam ſi dicat Pſalmum, & orationem cum Stola, & alijs, de quibus *in c. debent. in fin. 11. q. 3.* ſic faciendo, fit
256 Irregularis. Imò ſuſpenſus aliquando

Digitized by Google

do fit Irregularis, etiam ſi ſuſpenſioni non cõtraueniat, dummodo vltra annum patiatur ſe in tali ſuſpenſione permanere; nam ex hoc tempore fiet Irregularis, ſcilicet inhabilis ad beneficia iam quæſita, & eſt irrelegibilis, nec eligere poteſt. *Abb. poſt glo in d cap. cum bona. de ætat. & quali.* Si quis
257 tamen ſuſpenſus a diuinis intrauerit Chorum, & cantauerit, vel legerit cum alijs, non vt Miniſter, ſed vt quidam alius Laicus, non erit Irregularis. *Innoc. in c. tanta. de exceſſib. Prælat.* Si autem principale officiũ Chori faciat, fit Irregularis. Item omnes tam Regulares, quam ſæculares per text. *in cap. 1. Verb. ſepulturam. de Relig. domib. ſecundum gloſ.* non poſſunt exercere iura ſui Ordinis, ſcilicet Prædicare, Confeſſiones audire, & alia Sa-
258 cramenta adminiſtrare. Item cum quis a ſuo Prælato etiam extraiudicialiter tantum eſt ſuſpenſus, nullus ſuperior, ipſo inuito ſuſpendente, poterit talem ſuſpenſionem abſoluere, ſecundum *Concil. Triden. ſeſſ. 14. c. 1. de reformat.* Vnde infertur, quod ſuſpenſus ab ordinario ſuo, & ſi Metropolitanus, vel alius ſuſpenſionem abſolueret, inuito ſuſpendente, nihilominus ſuſpenſus contraueniat, erit Irregularis, quia talis abolitio in nihilo ſuffragatur, *Concil Trident. ſupra.* Qñ
259 autem quis tantum eſt ſuſpenſus a ſuſceptione Sacramentorum, ſi tali ſuſpenſioni contraueniat, Sacramenta accipiendo, non ideo fit Irregularis, licet grauiter peccet, vt *ex c. ſi celebret. de Cler. excom. miniſt.* probat *Silu. Verb. ſuſpenſio. q. 5.* Tandem notãdum, quod in omnibus caſibus in quibus adminiſtrantes in ſuſpẽſione in-
260 currunt Irregularitatem, per ſolũ Papam diſpenſabilem, debet intelligi, & procedit, ſi Irregularitas naſcatur ex manifeſtis delictis, qa ſi ex occultis proueniat, ſemper poterit per Epiſcopũ, vel per Vicarium ad hoc ſpecialiter deputatũ, diſpẽſari, duob. caſibus exceptis, ſ. homicidio voluntario, & quando crimen ded uctũ eſt, in Iudicium, *Concil. Trid. ſeſs. 24 c 6. de reformat.* vt tradit *Simon Maiolus. li. 3. c. 19. Epiſcopus Scalenſis. de ſuſpen. c. 11.* & declarat *Nau. in d. c. 27. num. 194.* & alij moderni. Ita *Io. Bapt. Corra. in tra. de ſuſpenſione.* De grauitate autem violationis Interdicti, ſatis patet ex iam dictis, & Confeſſarius videre poterit Sũmiſtas, *Suarez. Sayr. Rodriq.* & alios Doctores de Interdicto pertractantes. Et hæc pro huius primi caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio, ſecũdi tertij & quarti caſuum reſeruatorum eiuſdem Tabellæ Aſculanæ, qui tales ſunt.

Qui vtuntur Sacramentis, aut Sacramentalibus, ad alios vſus, præter illos, ad quos fuere inſtituta.

Qui commiſerunt Homicidium, aut ad illud dederunt conſilium, auxilium, aut fauorem.

Mares, & fæminæ, qui procurant, aut quouis modo adiuuant, & cooperantur ad procurandum Abortum partus, ſiue fœtus animati, ſiue inanimati.

PRo declaratione horum ſecundi, tertij, & quarti caſuum reſeruatorum; breuiter, ſufficiant ea, quæ dicã infra in explicatione ſecundi caſus
261 reſeruati in Tabella Piſaurẽſi, quo ad hunc ſecundum caſum reſeruatũ. Et quo ad tertium, ea quæ dicam in declaratione primi caſus reſeruati in Tabella Auximana; & circa quartũ, ea etiam, quæ dicam in explicatione ſeptimi caſus reſeruati in Tabella Maceratẽſi. Et dicam infra in declaratio-

Digitized by Google

ratione quarti caſus reſeruati in Tabella Camerinenſ. & hæc pauca pro horum caſuum reſeruatorum declaratione modo dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio quinti caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Aſculanæ, qui talis eſt.

Inceſtum committentes, Maſculi vſque ad tertium gradum, & fœminæ vſque ad ſecundum tantum incluſiuè.

PRo declaratione huius quinti caſus reſeruati, vltra ea omnia, quæ diximus ſupra in explicatione ſecundi caſus reſeruati in Tabella Anconitana, vbi quid ſit Inceſtus, ac etiam
262 qui primus, ſecūdus, tertius, & quartus gradus, ſint, declarantur; hic ergo nil aliud neceſſario cenſeo addendū, niſi, quod in hūc caſum reſeruatum incidunt, Viri vſque ad tertium gradum, & Mulieres vſque ad ſecundū incluſiue, Inceſtum committētes; cætera vide in prædicta Tabella Anconitana. Et hęc pro huius quinti caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiāt, ad laudem, & gloriā Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſexti caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Aſculanæ, qui talis eſt.

Qui poſquam alias abſoluti fuerunt, committunt nephandum peccatum Sodomiæ.

PRo declaratione huius ſexti caſus reſeruati, cum me ſummoperè pudeat de hac fœda materia aliquid lo
263 qui, ideo remitto Confeſſarium ad ea, quæ ſcripſi ſupra in explicatione quarti caſus reſeruati in eadem Tabella Anconitana; obſeruandum tamen, quod in hunc caſum reſeruatū incidunt, tam Mares, quam fœminę, hoc nephandum vitium perpetrantes, poſtquam alias a ſuis Cōfeſſarijs, de eo fuerint abſoluti, etiam ſi ſemel tātum, & iterum illud commiſerint. Et hæc pro huius ſexti caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiāt, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſeptimi caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Aſculanæ, qui talis eſt.

Qui perhibent falſum teſtimonium in Iudicio, tam Ciuili, quam Criminali.

PRo declaratione huius ſeptimi caſus reſeruati, Confeſſarius videat
264 ea, quę dicam infra in explicatione ſexti caſus reſeruati in Tabella Piſaurenſi, & in declaratione noni caſus reſeruati in Tabella Sancti Seuerini, quæ quidem optimè huic caſui aptari poſſunt. Et hæc pro illius declaratione nunc dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio octaui caſus caſus reſeruati eiuſdē Tabellæ Aſculanæ, qui talis eſt.

Sponſi, qui priuſquam contraxerunt Matrimonium in facie Eccleſiæ, iuxta formam ſacri Concilij Tridentini, ſimul carnaliter copulantur; & omnes præſtantes eis ad id auxilium, vel fauorem.

PRo declaratione huius octaui caſus reſeruati, pręter ea, quę dicūt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Matrimonium.*

2 *Quando ſponſus, & ſponſa antequam con-*

Digitized by Google

contraxerunt Matrimonium in facie Eccleſiæ, ſe inuicem carnaliter copulantes; & alij ad id eis auxilium, vel fauorem præbentes, incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionẽ prædictorum ſponſorum ſimul ſe carnaliter commiſcentium, & aliorum ad id illis auxilium, vel fauorẽ, præſtantiũ.*

CIrca primum; communiter Matrimoniũ a Doctorib. ita definiri ſolet, videlicet, Matrimoniũ eſt legitima coniunctio Viri, &
265 Mulieris, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. *c. illud. de præſumpt. & 27. q 2. §. 1. Inſtitu. de pat. poteſta. in princip. D. Bonau. p. 6. Breuiloq. cap. vlt. et Centiloq p. 3. ſect. 54. D. Anton. 3. par. tit. 14. c. 10. §. 2. Magiſt. ſenten. in 4. diſt. 27. Lancelot. Inſt. iur. Canon. lib. 2. de Matrim. tit. 9. §. Matrimonium. Angles in floribus. q. de* Matrimo. *art. 5. Nau. in Man. c. 22. num. 19. Angel. Sil. Armill. Tabien. & alij Summiſtæ in verb. Matrimonium.*
266 Quod quidem tunc dicitur cõtrahi in facie Eccleſiæ, quando contractum eſt coram Parocho, vel alio Sacerdote de ipſius Parochi, vel Ordinarij licentia. & duobus, vel trib. teſtibus, iuxta *Conc. Trid ſeſſ. 24. de reformat. Matrimonij. c. 1.* & tũc dicitur ſic contractum, quãdo Parochus Viro, & Muliere interrogatis, & corũ mutuo conſenſu intellecto, dicat: *Ego uos in Matrimonium coniungo, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, vel alijs vtatur verbis, iuxta receptũ vniuſcuiuſque Prouintiæ ritum; ſic enim contractum quamuis in ædibus priuatorum, vel in Eccleſia, dicitur cõtractum in facie Eccleſiæ, ita *Graff. conſil. 1. de Voto num. 17. & conſi. 26 de ſen. excomm. num. 5. Nau. c. 22. num. 70.*
267 Notanda, ſunt verba huius reſeruationis, Ibi; *Sponſi &c.* dicendo .n. ſpõſi in numero plurali, ex vi verborum tam ſponſus quam ſpõſa ſub hac reſeruatione comprehenduntur, vt notat *Graff. in Prax lib 2. c. 37. num. 17.* & intelligitur de ſpõſo de futuro, ideſt de ſponſo cui ſpondetur Puella, vel qui ſpopõdit eam ſe daturũ, non au-
268 tem de ſponſo de præſenti; dicitur autem ſponſus de præſenti ille, qui contracto Matrimonio nondũ illud conſummauit, *text. eſt in c. tertio loco. vbi Abb. de præſumpt.* vbi habetur qđ ſponſa dicitur illa, cum qua ſunt contracta ſponſalia de pręſenti, vt probatur *in c. accedens. vbi Abb. de ſponſ. duor.* & cum qua non eſt ſecuta copula, q̃a ante copulam non dicitur eſſe in vſu Viri, ideo non dicitur vxor, vt not. *Salic. in l. ſi cum te. C. de donat. ante nupt.*
269 cum Vxor dicatur ea, quæ tradita eſt Viro, ita quod ea vtatur. *cap. ſi quis deſponſata. 25. q 2.* vnde copula ad pfectionem Matrimonij requiritur, vt propriè dicatur, & diſſolui non poſſit nullo modo. *Graff. loc. ſupracit. num. 1.* Caſus igitur loquitur de ſponſis de futuro tantum, non aũt de præſenti.

Circa ſecundum, ex hactenus dictis liquidò patet, qui nam incidunt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

Primò enim incidunt, ſponſus &
270 ſponſa adinuicem ante contractũ Matrimonium in facie Eccleſiæ, ſe carnaliter copulantes, mõ ſponus ſeminet intra claustra pudoris ſponſę. *ex Graff. loc. citat. num. 8.* Sponſi enim per verba de futuro carnaliter ſe commiſcentes ante matrimoniũ contractum coram Parocho, & teſtib. peccant mortaliter, peccato ſtupri ſi ſpõſa Virgo erat, & fornicationis ſi talis non erat, quod peccatum eſt Epõ reſeruatum. *Vinal de debit. coniugal. nu. 1.*

Secundò, hoc caſu innodantur nõ ſolum qui ſponſalia publicè cõtraxerunt, ſed ẽt, qui Clandeſtinè, dũmomodo ſponſus, & ſponſa ſimul coie-
271 rint antequam Matrimoniũ inter

Digitized by Google

eos celebratum ſit in facie Eccleſiæ; nã licet Matrimonia Clãdeſtina ſint damnata per *Concil.Trid.d.ſeſſ.24.c...* non tamen fuerunt irritata ſpõſalia Clandeſtina,vt declarat *Nau.Man.c.25 num.144.ex Graff.loc cit.nu.18. & Horat.Gamba de caſib.reſeruat.caſu.13.num.9.fol.223.*

Tertiò, incurrunt hunc caſum Patres,& Matres,qui poſt ſpõſalia ſuarum filiarum,contrahunt Matrimo-
271 nia Clandeſtina ſine Parocho,& teſtibus, & permittunt conſumari Matrimonium: nã tam Patres,quã Matres,vt dantes fauorem,& auxilium, quam ſponſus,& ſponſa illud conſumantes,ſeu ſe carnaliter cognoſcentes, incidunt in hunc caſum reſeruatum,*ex Graff.vbi ſupra.num.22.*

Quartò,& omnes,quouis mõ, auxilium,vel fauorem præbẽtes,vt ante contractum Matrimonium in facie Eccleſiæ,ſponſus cum ſponſa veniat ad copulam.Huiuſmodi ſunt Pa-
273 rentes,& omnes,qui ſponſæ curam habẽt,vt Tutores,& Curatores. *Sot. in 4.ſent.d.5.q.vnica.art.3.* Verbi gratia,ſi Parentes præparare faciant lectum,ornare cubiculum,hac intẽtione; Vel ſi tractatum facerent,vt ſponſus tali hora in tali loco inueniat ſolus cum ſola; Vel perſuaſerunt ſponſę,vt ſe cum ſponſo coniungeret;relinquentes eos ſolos in cubiculo,ita vt ſimul ad copulam perueniãt; Vel ducerent eò ſponſam, deinde recederent,vel alia ſimilia facerẽt ad copulam habendam; Vel ſi conſilium,vel auxilium præſtarent in ipſo actu,verbis blandis,ſponſum,ſeu ſponſam ad huiuſmodi copulam alliciendo;dummodo auxiliũ ſit tale,vt ſine illo non eſſet admiſſa copula,quia ſi auxilium eſſet ita ſimplex, & nudum,vt ſine illo tã certò, & indubitato animo fuiſſet dicta copula admiſſa,ac cum illo, ſecus eſſet,per *tex.in c.fælicis,§.illud. verb.ſimplici.vbi gloſ.& Archid.de pœnis.in 6.*nam tũc licet ſit peccatũ mor-
274 tale , non tamen erit caſus reſeruatus, quia verba ſunt intelligẽda cum effectu.*c.relatum.de Cler.non reſid.* hoc eſt, qñ ſine auxilio meo non veniſſet ad copulã.*Graff.loc.cit.n.9.et 31.et ſeq.*

Non incidunt autem; Primò ſponſus,& ſponſa, poſt contractũ Matrimoniũ in facie Eccleſię ſimul coeuntes; hoc eſt, poſt contractum Matrimonium in facie Eccleſiæ coram Parocho , vel alio Sacerdote de ipſius Parochi, vel Ordinarij licentia , & duob. vel trib. teſtibus, ſimul ſe car-
275 naliter cognoſcentes: etiam ante Nuptialem benedictionem;nõ enim peccat,qui illam omittit, cum ſit de conſilio, niſi omiſerit ob cõtemptũ, quia peccatum eſſet mortale id omittere ex contemptu.*D.Th.in 4.d 29 ar. 2.* de hoc vide infra in explicatione quinti caſus reſeruati in Tabella Æſi-
276 na. Et tunc eſſet contemptus quando quis perinde Benedictionẽ nihil faceret,ac ſi non eſſet ab Eccleſia inſtituta,ſed eſſet res vana.*Sot.in 4 ſent. d.28 q.1.art 2.* non enim Benedictio comprehenditur ſub caſu noſtro,qui ſolum loquitur de ſpõſis, ante cõtractum Matrimonium in facie Eccleſiæ,copulam ſimul habẽtibus; Eſſet abſq; dubio caſus reſeruatus, vbi reſeruatur, *Comerciũ ante Benedictionem Nuptialẽ*,qui caſus,ſaluo ſemper me-
277 liori iudicio, cum nõ ſit peccatum mortale, vt in dicta Tabella Aeſina *loc.citato.*declaratum eſt,niſi quando ſit in contemptũ, intelligerẽ reſeruatũ ſolum in eo caſu,qñ eſſet contemptus. Licet ergo tales ſimul ſe copulãtes poſt contractum Matrimoniũ in facie Eccleſiæ non amittant nomen ſponſi,& ſponſę,ſi tamen deueniunt ad copulam carnalem non ſunt ſub caſu reſeruato, nec illum incurrunt; præſens enim reſeruatio loquitur ſolum, vt dixi, de ſponſis coeuntib.ſimul ante Matrimonium cõtractum in facie Eccleſiæ, ergo ſecus dicẽdũ eſt ſi poſtquam cõtractum eſt,ad carnalem

nalem copulam deueniant; & dici-
tur venire ſponſus ad copulam, quā-
do ſeminaret intra clauſtra pudoris,
non tamen ſi ſponſam pollueret cir-
ca naturalia. *ex Graff. loc. citat. num. 8.*
& 19. & ſeq.

Secundò, nec ſpōſus, qui antequā Ma-
trimonium contractum in facie Ec-
cleſiæ, niſus eſt ſpōſam carnaliter co-
gnoſcere, ſed non conſumauit actū,
279 cum non deuenerit ad copulā. *arg.*
tex. in c. fin. de ſponſa. nam nemo in de-
lictis pœnā incurrit, niſi actus ſit cō-
ſumatus. *l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod*
quiſque iur. Io. And. & Geminian. in cap.
perpetuo. de elect. in 6. Caſus enim reſer
uati intelliguntur ſemper de actibus
exterioribus conſumatis. *Graff. loc. ci-*
tat. num. 21. & nos declarauimus ſu-
pra in 1. *p. q.* 1. *num.* 41.

279 Tertiò, nec incidit ſponſa, etiam
conſumando actum ante Matrimo-
nium contractum in facie Eccleſiæ,
cum ſuo ſpōſo, ſi caſus reſeruatio fiat
ſub hac forma; *Sponſus ante contractū*
Matrimonium veniens ad copulam; nam
cum ſimus in pœnis, & caſibus reſer-
uatis, qui reſtringunt poteſtatē Con-
feſſarij, fit, vt ſit faciēda ſtricta inter-
pretatio, & capienda ſunt verba ſm̄
ſuam genuinam proprietatem, ita vt
ſolus ſponſus, qui deuenit ad copu-
lam, & non ſponſa, comprehendatur
ſub caſu, cum non videatur eadē idē
titas rationis in Maſculo, quam in
280 fœmina, quia Maſculus agit, & fę-
mina patitur, & plus peccat agens,
quam patiens. *glo. in c. ſi cui. de pœniten.*
diſt. 1. & in c. Adulterij. 32. q. 7. Atque
ita dicendum etiam, vbi additur, *Ita*
quod Maſculi tantum comprehendantur;
Vel vbi in fine caſuum diceretur, *In*
omnibus tamen his caſibus volumus Ma-
ſculos tantum comprehendi. ex Graff. loc.
ſupracitat. num. 17. tunc enim, cū hæc
281 dictio, *tantum*, ſit excluſiua aliorum
non expreſſorum, vt ex plurib. Iuri-
bus probauimus ſupra in explicatio-
ne ſecundi caſus reſeruati in Tabella
Anconitana, ſequitur quod fœminæ
ſemper excluduntur, etenim *incluſio*
vnius, excluſio eſt alterius. l. cum prætor.
ff. de iudicibus.

Circa tertium; Praxis obſeruanda
a Confeſſario circa Cōfeſſionem, &
abſolutionem prædictorum ſponſo-
rum pœnitentium, hæc erit.

Circa Confeſſionem; Primò Cōfeſ
ſarius inquirat a pęnitente qualitatē
huius criminis, nimirū, ſi coactè, mi-
282 nis, verberibus vel importunis pre-
cib. ſponſam deflorauerit, quia ma-
ius eſt peccatum, q̄ ſi ſponte ad hoc
illa conſenſiſſet. *Graff. vbi ſupra. n.* 35.

283 Secundò, An habuit mediatores,
illos ad hoc inducendo, vt ſponſa da-
ret conſenſum. Et ſi præſtito conſen
ſu, multo tempore cōtinuauit in pec
cato, quia ſi continuato tempore, ſuf
ficit cōfiteri tempus, alias numerū,
iuxta *text. in c. conſideret. de pęnit. diſt.*
5. Graff. loc. citat.

284 Tertiò, inquirat ēt qualiter turpi
tudinem ſuam peregerit; ſi ſponſam
deflorauerit, q̄a ſic admittit ſtuprū;
ſi cognouit eam ēt contra naturam,
quia peccatum mōſtruoſum, & inno
minabile, ſi Rapuit illā, vt ea abutat;
ſi cognouit eā in loco ſacro, q̄a eſſet
ſacrilegium; ſi antequam obtēta fue-
rit diſpenſatio, ratione impedimēti
Conſanguinitatis, de quo vide in Ta
285 bella Æſina, quia tūc comiſit Ince-
ſtum, & filij ante diſpenſationē non
efficiuntur legitimi per ſequēs matri
monium. *Abb. in c. tanta. Qui filij ſint*
legit. num. 4. in ſinuet quod omnis iſta
varietas in ſacramētali Confeſſione
aperienda eſt. *ex Graff. loc. citat.*

286 Quartò, interroget, nū huiuſmo-
di actus ſponſus peregerit cū ſpōſa,
in cōtēptum Eccleſiæ; & ſi obſurdas
obſcenaſque pollutiones inter ipſos
interuenerint, vel ſaltem cum proba
bili periculo deueniendi, ſimul impu
dicè ſe tetigerunt, quia hæc etiā ſunt
manifeſtanda in Confeſſione.

287 Quintò, ſi ad hoc Sacramētū Ma-

trimonij acceſſit, ſeu acceſſerunt ſpõſus,& ſponſa cũ peccato mortali, q̃a ſic lethali culpa ſe obſtrinxerũt. *Tole. lib.7.c.19.n 6 D. Anton.p.3.tit u.19.§.11.*& ideo ante conſumationẽ, ſaltẽ
288 triduo antequam ſponſi copulenť, prius Confiteri debent peccata ſua, prout ordinat *Conc.Tri.loc. ſupracit.d.c.1.* quod nõ obligat ad peccatũ mòrtale,niſi adeſſet contemptus;attamẽ ſi eſſent in peccato mortali,tenentur habere de eo contritionem, ac ẽt ad Confeſſionem,ſi Communicare volunt,prout tradunt *Vera crux ſpecul. Coniugato.dub.13.Nau.Man.c 22.n.3. & Ledeſma diffi.61.Rodriq. in ſum.p.1. c.240.num.1.* Et ſi ſponſa,vel ſponſus
289 eſt excõmunicatus, ſi ſcienter contrahit matrimonium, peccat mortaliter. *D. Anto.lo.ſupraci.d.§.11.in fin.*

290 Quo ad abſolutionem; Prius Cõfeſſarius animaduertat,an ſpõſus, & ſponſa contraxerunt matrimonium ſcienter in gradibus prohibitis cõſãguinitatis,vel affinitatis,ſine debita diſpenſatione, quia cum ſint excõmunicati, prius ab illa ſunt abſoluendi, de qua excommunicatione , & eius abſolutione, vide dictam Tabellam Æſinam.*num.32.*

291 Secundò, An ſponſus,vel ſponſa aliquo vinculo excommunicationis ſint innodati,quia non poſſunt Benedictionem Nuptialẽ in Eccleſia recipere ante abſolutionẽ,nec cũ Coniuge copulari,ex *Suarez tom. 5.diſp. 10. ſect.3.* etiam ſi excommunicati eſſent minori excommunicatione, nã tunc procurare ẽt deberent abſolutionẽ, cũ huiuſmodi excommunicatio minor , priuet hominem a receptione Sacramentorum. *Rodriq.loc cit.d.cap. 240.num.1.in fin.*

292 Tertiò,oſtendat ipſis ſponſis pęnitentibus grauitatem huius criminis inducendo illos ad perfectam contritionem ſuorum peccatorum; quã.n. ſit graue hoc peccatum,patet q̃a talis de futuro ſponſus,habetur vt ſtuprator, cũ matrimonium non fuerit contractũ; quod quidem ſtuprũ grauius eſt,q̃ ſimplex fornicatio, cũ ſtuprum præter fornicationẽ habeat aliquid amplius,ſ.ablationem ſignaculi
293 Virginitatis. *Graff.loc.cit.n.13.* Inſuper quoties opere carnis conſumato, iterum ad illud reddit, toties peccat mortaliter,non tñ tenetur Confiteri numerũ explicitè, ſed per quod tempus in illo ſtatu permanſerit. Eſt.n. iſte Concubinarius,qui habuit ſuam Vxorẽ,vt Concubinã in eadẽ domo, & lecto. *Sot.in 4.ſent.d.18.q.2.a 4.* Rurſus aggrauatur peccatum rõne ſcandali, cohabitãdo cum illa, de qua eſt opinio,quod non ſit contractũ matri-
294 monium per verba de præſenti.Itẽ quia ponit fęminam illam in periculo fornicandi, ſi ſecuta defloratione ſatiatus,nollet amplius in faciem Eccleſiæ contrahere matrimonium, ad quod cogi non põt,quia ſi inuitus cogi poſſet,ſequeretur quod tale matrimonium non voluntariè cõtractum infelices pareret exitus *c.requiſiuit.de ſponſal.* Imò nec mulier põt cogere talem Virium ad eam Dotandam ob eius deflorationem iuxt. *tex.in c.1.de Adult.* quia non per violentiam, nec precibus,& ſuaſionib. vim denotantibus illam cognouit carnaliter, ſed ambo de communi conſenſu amicabiliter,vti maritus,& vxor,conſumarunt matrimonium in contemptum Concilij,quo fit,vt ſicut alter eorum non põt cogi ad ſeruandam fidẽ, & matrimonium contrahendũ, ſic nec põt cogi ad pœnam , & ita ad Dota-
295 tionẽ.Deniq; ſi filij tunc concipiũtur,ſunt illegitimi, licet p̃ ſubſequẽs matrimonium legitimenť. *c.tãta. Qui filij ſint legit.Graff.vbi ſupra.a num.11. vſque.16.*

Quartò,ſecũdũ contritionis qualitatem iniungat pęnitentiã; Et ſi habet ad hoc auctoritatẽ,abſoluat,dũmodo ſponſus ſeparet ſe a ſponſa,
296 quouſq; inter eos contrahat matrimoniu n

monium ſecundum formam Concilij Tridentini, præcipiendo ſponſo, vel ſponſę, ne vnquam ſimul ſolus cũ ſola, reperiantur, & ne amplius, qui eis ad id dederũt auxiliũ, vel fauorẽ, id omnino faciant, imponendo eis, ſi opus fuerit, etiam aliquam pęnitentiam præſeruatiuam, ſecundũ quod eis, in beneficium ſuarum animarum magis videbĩt expedire. Et hæc pro huius octaui caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio noni caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Aſculanæ, qui talis eſt.

Patres, & Matres, Fratres, vel Propinqui, qui poſtquam contraxerunt illarum filiæ, ſorores, aut Propinquę, cum aliquo Sanctũ Matrimonium per verba de præſenti in facie Eccleſiæ, prædictas fœminas, aut Maritos illarum, nimis, aut alio modo, impediunt, quo minus illud conſumare queant, etiam in proprijs Laribus ipſorum Patrũ, Fratrum, aut Propinquorum.

PRo declaratione huius noni caſus reſeruati, præter ea, quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt contrahere Matrimonium per verba de præſenti in facie Eccleſiæ.*

2 *Quando Patres, & Matres, Fratres, vel Propinqui impedientes filias ſuas, Sorores, aut Propinquas, poſt contractum Matrimonium per verba de præſenti in facie Eccleſiæ, ne illud cum ſuis Maritis cõſumare poſſint, etiam in proprijs domibus ſuorum Patrum, Fratrũ, aut Propinquorum, incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quãdo nõ incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario, circa Confeſſionem & abſolutionẽ prædictorum Patrum, Fratrũ, & Propinquorum impedientium filias ſuas, Sorores, & Propinquas, ac Maritos illarum, ne Matrimonium, contractum per verba de præſenti in facie Eccleſiæ, cõſumare valeant.*

CIrca primum; breuiter dico, quod Matrimonium contrahere per verba de præſenti in facie Eccleſiæ, eſt cũ ſponſus cũ tracto Ma-
297 trimonio coram Parocho, vel alio Sacerdote de ipſius Parochi, vel Ordinarij licentia, cum duobus, vel tribus teſtibus, & Parochus ſponſo, & ſpõſa interrogatis, & eorum mutuo intellecto cõſenſu, dicit, Ego vos in Matrimonium coniũgo, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sãcti, nõdum illud ſponſus opere conſumauit *arg. c. tertio loco. de Præſumpt.*

Circa ſecundũ; ex dictis facilè colligitur, qui nam incidunt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidũt.
298 Primò enim incidunt, Patres & Matres, qui poſtq̃ illarum filię legitimę, ac etiã naturales, ſeu ſpurię, contraxerunt cum aliquo Sanctum Matrimonium per verba de præſenti in faciæ Eccleſiæ, illas, vel illarũ Maritos, ſeu ſpõſos, minis, verberibus, vel alio modo, impediunt, ne Matrimonium, etiam in ſuis domib. vel ſuorũ fratrum, vel ẽt Propinquorum ædibus, cõſumare valeant. Etenim inter
299 alias cauſas quare Matrimoniũ inſtitutum fuit, vna eſt, ad filiorũ generationem, vnde D. Aug. vt habetur. *in c. Deus. 31. q. 1.* Deus inquit *Maſculũ, & fœminam propagandi generis cauſa, nuptiali caſtitate coniunxit;* quæ profecto Prolis generatio ſequi non poteſt, dũ quis matrimoniũ impedire nititur. Quamobrem rectè conſuluit. *Sot. in 4. ſent. d. 18 q. 1 art. 2.* vt ſponſis conſulendum ſit, qui per verba de præſen-
300 ti contraxerunt, vt dum fortè Be-

Digitized by Google

nedictionis ſolemnitas procraſtina-
tur,ſi pudicè continere nequeunt, a-
lijſque illicitis abſtinere, vt matrimo
nium conſument ad euitandas obſur
das,& obſcenas pollutiones,quæ in-
ter ipſos euenire ſolent , vt notat.
*Graff. in Prax. lib. 2. c. 37. num. 1. & p. 1.
lib. 2. dec. aur. cap. 82. num. 2.* cum ergo
matrimonij conſumatio neceſſaria
ſit ad filiorum procreationem (nam
hac de cauſa Vxor eſt accipienda, vt
301 ex ea ſequatur Prolis generatio, iu
xta illud,

Si capis Vxorem, non propter carnis amorem
Duc, ſed eam prende, pro cauſa Prolis habendæ.

Sum. Raym. tract. ſeptim. c. 3. quādoqui
dem vt ait *Claudian. in Eutrop. lib. 1.*

Naſcitur ad fructum Mulier,
Prolemque futuram.)

ideo illius conſumationem impedi-
re, numquam licet.

302 Secundò, incidunt & fratres, ſo-
rores ſuas, etiam ex parte Patris tan-
tum, & non Matris, vel ex parte Ma-
tris tantum, & non Patris, progeni-
tas, minis, vel verberibus alio vè mo-
do, poſt contractum matrimonium ꝑ
verba de præſenti in facie Eccleſiæ,
impedientes, quo minus ipſę, vel illa-
rum Mariti huiuſmodi matrimoniū
conſumare poſſint, in ædibus prædi-
ctorum Fratrum, Patrum, vel aliorū
Propinquorum, ob iam dictam rō-
nem, quia videlicet conſumatio ma-
trimonij debito modo facta , num-
quam eſt impedienda.

303 Tertiò, omnes etiam Propinqui
hunc caſum incurrunt, cuiuſcunque
generis ſint, ſi minis, vel alio quouis
mō, impediunt Propinquas ſuas, ſeu
quōcunque ſanguine iunctas, quocū
que nomine nuncupentur, poſt con-
tractum Sanctum matrimonium per
verba de præſenti in facie Eccleſiæ,
vel earum Maritos ſeu ſponſos, ne
matrimoniū huiuſmodi in ſuis pro-
prijs ædibus, vel domibus ſuorū Pa-
trum, vel Fratrū, conſumare queant.

304 Non incidunt autem; Primò, Pa-
tres, Matres, Fratres, vel Propinqui,
quouis modo, impediētes alias quaſ-
cunque fœminas, præter filias, ſoro-
res, & propinquas ſuas, ne matrimo-
nium, modo prædicto, conſumare
poſſint; & idem ſi impediāt maritos,
ſeu ſponſos aliarum mulierum; & ra
tio eſt, quia hæc reſeruatio loquitur
ſolum de Patribus, & Matribus, Fra
tribus, & alijs Propinquis, impedien
tibus tantum filias ſuas, ſorores, &
alias ſanguine iunctas, & illarum ſpō
ſos , ne ſimul matrimonium conſu-
ment, ergo ſecus de alijs mulieribus,
& ſuis ſponſis.

305 Secundò, nec dicti Patres, & Ma
tres, Fratres, vel Propinqui, qui im-
pediunt filias ſuas, ſorores, & propin
quas , vel ſponſos illarum , ne ſimul
conſument matrimonium contra-
ctum, non per verba de præſenti in
facie Eccleſiæ, ſed ſolum per verba
de futuro; ratio, quia præſens reſer-
uatio hoc non dicit, & ideo nos non
debemus in pęnalibus hoc extēdere
de caſu ad caſum; reſeruatio enim lo
quitur tantum de matrimonio con-
tracto per verba de præſenti in facie
Eccleſiæ , ergo ſecus dicendum eſt
de ſponſalibus, ſeu matrimonio per
verba de futuro; Conſenſus enim in
306 coniugalem copulam per verba de
futuro non facit matrimonium , ſed
matrimonij promiſſionem , & hæc
promiſſio dicitur ſponſalia a ſpōden
do, vt ait *D. Iſidor. lib. 9. Etymol. c. vlt.
& tradit D. Tho. in Addit. ad 3 p. q. 43.
art. 1.* Sunt autem ſponſalia futurarū
nuptiarum promiſſio. *30 q. 5. c. noſtra
tes. D. Thom. in 4. ſenten diſt. 27 q. 2. art.
1. D. Anton. p. 3 tit. 1. c. 18.* & dicuntur
a ſpondeo. des, vt in *l. ſecunda. ff. de
ſponſal.* vnde ſpōſus dicitur quaſi pro-
307 miſſus, & ſponſa quaſi promiſſa,
vnde poſt matrimonium contra-
ctum per verba de præſenti, non di-
cuntur ſponſus, nec ſponſa propriè,
ſed

ſed Vxor, & Maritus, quià adimpleta eſt promiſſio, etiam non ante copulam, nam ſolus conſenſus animorum facit Matrimonium, *c. ſufficiat. 37. q. 2. Angel. Tabien. Armil. verb. ſponſalia.*

Tertiò, nec ſupradicti, nec alij, obijcientes malitioſè aliquod falſum impedimentum, ad Matrimonium, ēt ſuarum filiarum, Sororum, coniun-
308 ctarum, & quarumcunque aliarum Mulierum, impediēdum; caſus enim non loquitur de impeditione Matrimonij contrahendi, ſed de illius cōſumatione; & ideo tales hunc caſum
309 non incurrunt; Verumtamen Religioſus, q doloſè impediret aliquod Matrimonium, quod iuxta formam Concil. Trid. celebrandum eſt, lethali culpa ſe illaqueat, & puniendus eſt ab Ordinario pęna legis. Secularis vero puniendus eſt a Iudice Eccleſiaſtico pęna arbitraria; qui vltra peccatū mortale, tenentur ad reſtitutionem faciendam parti læſæ de omni damno, quod illi intulerunt *Grego. Lopez. lib 4. verb. deuono bauer pena. titu. 3. p 4. Didac. Perez. lib. 1 ti 5. ord fol. 33.* quod venit notandum, quia hoc ſæpe accidit. *Rodriq. in ſum. p. 1. c. 217. nu. vltim.*

Et idem dicendum eſt, de illis, qui impediunt Matrimonium contrahēdum, Veneficijs, faſcinationibus, &
310 alijs ſortilegijs; & ſi grauiſſimè mortaliter peccēt, caſus enim de ijs nihil dicit, qui tātum loquitur de Patribus, & Matribus, Fratrib. & Propinquis, qui minis, vel alio modo, impediunt Filias ſuas, &c. ne Matrimonium, quod contraxerunt per verba de præſenti in facie Eccleſiæ, ſimul cum ſuis ſponſis, in domibus, &c. cōſumare poſſint; loquitur igitur nō de impedimento Matrimonij contrahendi, ſed bene de impeditione primi actus Matrimonialis, qui fit prima vice quando ſponſus cum ſponſa coit, auferendo ei ſignaculum ſuæ Virginitatis; quod vtique accidit in prima violatione, poſt acceptam in templo Sacerdotalē Benedictionē; cum ergo intelligatur littera huius reſeruationis de prima defloratione, quæ communiter fit prima nocte nuptiarum, infertur, quod impediētes, v.g. aliquo Malefitio, vel alio quouis modo, alios ſubſequētes actus Matrimoniales, nempe quod poſtea ſpōſus non poſſit coire cum ſponſa, minimè hac reſeruatione ligantur; ſolū enim hic reſeruatur impeditio illius primi actus coniugalis, qui fit inter ſpōſos, poſt contractum Matrimonium per verba de p̄ſenti in facie Eccleſiæ prima nocte nuptiarum, Eſſet caſus re-
311 ſeruatus, ſi reſeruatio fieret ſub hac forma; Qui falſum impedimentum attulerit, ad Matrimonium malitioſè impediendum. Vel dicat. Qui ad Nuptias, & Matrimonia impedienda, vel dirimenda, Veneficia, faſcinationes, ſortilegiauè adhibent. Vel, Quicunque Veneficijs, aut Incantationibus ad Matrimonium impediēdum, vuſus fuerit; Et notandū quod cum hoc trib. modis intelligi poſſit; videlicet ne Matrimonium contrahatur; aut ne conſumari poſſit; aut iā conſumato vti poſſit, arbitror, hæc tria crimina ſub huiuſmodi reſeruatione comprehendi; dicuntur. n. omnes iſti Matrimoniū impedire, prout notat *Horat. Gamb. tract. de caſibus reſeruat. caſ. 21. num. 1. fol. 340.*

Quartò, nec qui Filiarum, Sororū, Propinquarum, ſpōſorumvè ipſarū,
312 Matrimonij cōſumationē impedire conati ſunt, ſi minimè effectus ſecutus ſit; cum vt alias diximus, reſeruatio caſuum intelligitur de actibus perfectis, & conſumatis.

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem ſupradictorum Patrū, & Matrum, Fratrum, & Propinquo-
313 rum, impediētium Filias, Sorores, vel Propinquas, ne Matrimonium, quod contraxerūt per verba de præſenti in facie Eccleſiæ cum ſuis ſpō-

ſis, conſumare valeant, hæc erit.

Circa Confeſſionem. Primò Confeſſarius interroget pęnitentes, ob q̃ cauſam impedierunt Filias, vel Sorores, Propinquas, ac illarum ſponſos, ne ſimul Matrimonium, modo prædicto, conſumare queant; An id fecerunt, propter odium, vltionem, inimicitiam, vel alium malum finem, quia pecauerunt mortaliter. Item an
314 propter Dotem eis non ſolutam; nam tenetur Pater Dotare Filiã ſuã, etiam ſi ſine ſua licẽtia digno nupſerit, immo ſecundum quoſdam, etiã ſi indigno. Etiam filiam impudicam, ſed pœnitentem; immo etiam filiam naturalem, ſi eſt Pauper. *Emanuel Sà in Aphoriſ. verb. Parentes. num. 5.* ac ẽt ſpuriam. *Rodriq in ſum. p. 1. c. 97. nu. 1.*
315 Et Pater ſi poſtquam dotauit Filiã ſuã, & illa aut Maritus eius, ſine eius culpa illã perdiderit, tenetur Pater iterum eam dotare, licet ſecus ſi ſua culpa perdiderit, ita tradunt Doctores communiter *in l. pater Filium de euictionib.* & idem tenent *Bald. & Neuell. de dote p. 6. priui. 5 & 15. & Gulielmus benedictus, in c Raynucius. de teſta. verſ. dotem. num. 16. Rodriq loc. ci. nu. 2.*
316 Frater etiam tenetur Dotare Sororem ſuam. *Graff. p. 1. lib. 2. dec. aur. c. 59. num. 13. Silu. verb. Doſ. num. 6. Ang. eod. num. 5. Armil. num. 8 Tabien. nu. 4.* non ſolum ex eodem Patre natã, vt aiunt ijdem Doctores, ſed etiam illegitimam. *Io. Bapt. Corrad. 2 p. reſp. caſuum conſc q. 27. in fin* & eo magis Frater tenetur Sorori indigenti Dotem conſtituere, cum dos loco alimentorum ſuccedat. *Reginal. lib. 20 nu 49. Azor. p. 2. lib 2. c. vlt. q 1. Bonac. diſp 6 q. vnica punct. 8. num. 12.*

Secũdò, interroget, an antequam contraxerũt Matrimonium per verba de præſenti in facie Eccleſiæ, pręceſſerint denuntiationes ordinatæ a
317 Concil. Trident. *ſeſſ. 24 de reformat. Matrim. c. 1.* quæ vtique ſub pœna peccati mortalis præmittendæ ſunt, vt ait ĩ *Rodriq. ſum. p 1. c. 216. n. 2.* Vnde notandum quod in Conc. Tri. *loc. cit.* quædam ſolẽnitates continentur de neceſſitate præcepti, quędã de neceſſitate Sacramenti; de neceſſitate pcepti ſunt; Primo vt anteq̃ Matrimoniũ contrahatur per verba de præſenti, publicè per tres dies feſtiuos fiant tres denũtiationes, in Eccleſia in maiori Miſſa, dicendo qualiter, Petrus, & Maria volũt ſimul cõtrahere Matrimonium, vt ſi fortè ſit aliquod occultum impedimentum manifeſtet. Secundo quod Parochus certus de conſenſu contrahentium, procedat dicendo, coram oĩbus, ego coniungo vos in Matrimonium. Tertio ꝙ Parochus habeat librũ, in quo ſcribantur nomina Teſtium, & ſponſorũ, item diem, & horam, quo huiuſmodi Matrimonium contractum fuit. De neceſſitate Sacramenti; Primo ꝙ Parochus præſens ſit cum contrahit Matrimoniũ, vel alius Sacerdos de ſua, vel Ordinarij licentia. Secũdo, ꝙ ad minus adſint duo teſtes, & ſi hunc ordinem, ſeu formam non obſeruet Parochus, Matrimonium nullum eſt, & contraueniẽtes grauiter a dicto Cõcilio puniũtur. Neceſſario ergo ſub lethali culpa dictę proclamationes sũt præmittendæ; nam licet non ſint de neceſſitate Sacramẽti, ſunt tñ de neceſſitate præcepti, ꝙ patet ex *d Concil. loc. cit. c. 5.* vbi grauiſſimis pęnis caſtigat eos, qui cõtrahunt in gradu prohibito, quamuis ignoranter omiſſæ eſſent prædictæ denuntiationes, hac de cauſa, quia nõ eſt dignus indulgẽtia, & Eccleſiæ benignitate, qui ſalubria eius pręcepta temere adimplere contempſit; Licet minimè lethaliter delinquerent, qui bona fide eas omit
318 terent; Hinc Parochus omittens facere huiuſmodi denunciationes, exiſtimans fore factas, non peccat mortaliter; nec ẽt contrahentes, exiſtimãtes bona fide fuiſſe factas, Parochus deſponſando illos, ſine prædictis denun-

nuntiationibus. *Segur.in Direct.2.p.c.19.nu.40. Salzedo in Prax.crim.c.73.p.275.* Facultas autem diſpenſandi in
319 prædictis denũtiationibus cõmiſſa eſt Epiſcopus a Conc. Trid. *vbi ſupra,* dando eis circa hoc plenam facultatem, prout reſponsũ fuit ab Illuſtriſſimis Dominis Cardinalib. reformationis, Cardinali Borromeo Archiepiſcopo Mediolanẽſi die 25. *Aprilis.* 1573. in hæc verba. Denuntiationes Ẽpo arbitrio remitti, nõ ſolum ſi de malitioſo impedimento ſuſpitio eſt, ſed ẽt, ꝑp quamcunq; cãm, Epiſcopi arbitrio iuſtã, ſcilicet, ſi inſtaret Ad-
320 uentus, vel Quadrageſima. Prædicti ẽt Domini Cardinales reſponderunt ſufficere vnicam tantum denuntiationem Ẽpo diſpẽſante. Et ſic interpretantur Concilium *Didac. Perez lib.6.or.ti.1. Nau. Man c.22.nu.69 & Sarmient.l..ſelect.* Ex his colligit̃ Primo quod Epiſcopus non põt diſpenſare in huiuſmodi denuntiationibus ſine aliqua cã, prout cõtra quoſdam defendit *Guttier.in Quæſt.Canon.c.19.n.6.* Secundo, quod nõ ſolum qñ malitioſè, quis quærit impedire matrimonium, Ordinarius põt diſpenſare in eis, ſed ẽt ꝑp alias iuſtas cãs, prout conſtat ex ſuprad. declaratione Car-
321 dinalium. Animaduertant tñ Dñi Epiſcopi, quod non poſſunt diſpenſare in his denuntiationib. ſine rationabili cauſa, qñ filij familias clãdeſtine contrahere vellent, quia in eis diſpẽſando abſq; rationabili cauſa, videt̃ cooperare peccato, ꝙ prædicti committunt, contrahendo ſine ſuorũ Patrum voluntate, vt allati notant Doctores, ita *Rodriq. vbi ſupra, d.c.216.a n 1.vſque.3.* Et notandum, quod qñq.
322 licitũ eſt omittere dictas denuntiationes, in caſibus, in quibus, eas faciẽdo grauia damna ſequerentur, quia non eſt intentio Eccleſię obligare cũ huiuſmodi periculo ad obſeruantiã ſuorum ꝓceptorũ, prout tradũt communiter Doctores cum *Sot.in 4.d.28. q.1.a.2.ad 2.* Primus caſus eſt, qñ matrimonium contractũ iuxta formam *Conc.Tri.* ꝑp aliquod ſecretum impedimentum eſſet nullũ; obtenta.n. ſecreto diſpenſatione talis impedimẽti, poſſunt ſic deſpõſati, Matrimoniũ contrahere, abſque hoc quod denuo præcedãt huiuſmodi denũtiationes; quia aliter ſequeret̃ aliquod grauiſſimum ſcandalũ. *Rodriq.loc.ſupraci.n.2.*

323 Secundus caſus eſt qñ Puella ſub tutela iniqui Tutoris cõſtituta, ſi Clãdeſtinè contrahat ſine ſua licentia, abſq. denuntiationib. ſed coram Parocho, & teſtib. ne Tutor eam Viro ignobili, & indigno tradat, non peccat mortaliter *Couar. de ſponſal c.6.n.7. Nau.c.16 nu.37. Rodriq loc cit.* & Matrimonium validum eſt. *Graff.p.1.lib.2.dec.aur c.86.num 4.*

324 Tertius caſus eſt, qñ aliquis in Articulo mortis vellet contrahere cum ſua Concubina, vt legitimentur filij ex ea procreati, in hoc.n. caſu põt Matrimonium contrahere abſq. denuntiationib. ita concedũt *Greg. Lopez in lib.3 tit 3 pag.4 Couarru.in 4.p.2. nu.6. Sot in 4 d.29.q.1.a.2. & Didac Perez. loc ſupracita. Rodriq vbi ſupra n.2.* hinc Confeſſarius, & Teſtes, qui curauerunt, vt in ꝑſentia Parochi, & teſtiũ, omiſſis denuntiationib. quidam gladio grauiter ictus, & iam iam moriturus duceret in Vxorem, Cõcubinam ſuam, ex qua liberos ſuſceperat, quo illos faceret legitimos, & quo ad trãſeundum ex hoc ſæculo, iter melius adornaret, non peccant, nec Cenſuram vllam incurrũt, & Matrimoniũ validum eſt. *Couarru. tit de ſponſal.2.p. c 6.num. 12. Nau d c 16.num.37. Graff. vbi ſupra num.4.*

325 Quartus caſus eſt, ꝑp contrahẽtiũ verecundiam, vt ſi egregiè natus, infimæ cõditionis Mulierẽ ducat; Vel ditiſſimus, Pauperẽ; Vel ſenex, Puellam. *Nau c.22.num.70. Graff. loc.cit.nu.3. Paulus Piaſecius in Prax. Epiſcopali.p.2.c.4.num.30.*

326 Quintus caſus eſt, dum periculum timetur, ne per denuntiationes, quibus matrimonium impedimenta caueri curantur, obſtacula potius obijciantur, ne fiant. *Sot. in 4. diſt. 28. q. 1. art. 2.* Notandum tamen quod in ſu-
327 prædictis, & alijs ſimilibus caſibus, quamuis denuntiationes poſſint ex cauſa remitti per Ordinarium, & ēt per Vicarium Epi generalem, cũ iuxta receptam veram ſentētiã Doctorum habeat iuriſdictionem ordinariam, vt in ſpecie dixit *Iacob. Sbrozi. de Vicar. Epiſcopi, lib. 2. q. 201. & Rodri. loc ſupracit. n 4.* tamen numquam pōt cōtrahi matrimonium abſque Parocho & teſtibus; id enim vr̃ verè ſentire Concil. qua parte facit facultatē Epiſcopo relaxandi denuntiationes, qñ ei videbitur conueniēs; non. n. facit ei facultatem remittendi præſentiam Parochi, & teſtium. *Nauar. d. c. 22. num. 70. Graff. loc. cit. num. 9. & ſeq.*
328 & talis Parochus debet eſſe proprius contrahētium, vel alius Sacerdos de ipſius Parochi, vel Ordinarij licētia, in pręſentia duorum teſtium, & ſi aliter fiat matrimonium eſt nullum, & ita declarari nullum eſſe, per Epiſcopum debet; Vnde *Paul. Piaſecius loc. ſupracitat. d num. 30.* Illa requiſita ab eodem Concilio præſcripta, videlicet corã Parocho proprio con-
329 trahentium, & duorum, vel trium teſtium præſentia contrahatur, omiſſa, reddunt matrimonium nō ſolum Clandeſtinũ, ſed ēt nullum, ita ꝙ ſic contractum matrimonium nō debet per Epiſcopũ amplius annullari, cũ ipſo iure ſit annullatũ, ſed tñ debet declarari eſſe nullũ; ſic. n. declarauit Sacra Congregatio Concilij in hæc verba. An ſi cōtractũ ſit matrimoniũ pſente Sacerdote alieno abſq; Parochi, vel Ordinarij licētia, debeat Ordinarius, illud irritare, vel irritũ declarare; Cōgregatio cēſuit debere irritũ declarare, nō irritare, quia cum Cōciliũ irritũ fecerit, nō eſt vlterius irritandũ, ſed opus eſſe ſola declaratione ꝙ irritũ ſit, ita ēt tradit. *Salſedo in Pract. crim. c. 57. vt ait Rodriq. vbi ſupra. c. 217. n. 1.* & ſic cōtrahentes adeo nulliter contrahunt, vt poſſint, ſi velint ab inuicem ſeparari, ēt non expectata Iudicis auctoritate. *Nau. conſ. 3. de Clandeſt. deſponſ. n 2. & conſi. 5. nu. 1.* nec ratificatur ſic nulliter contractũ matrimonium, ēt ſi ſubſecuta fuerit carnalis copula, huiuſmodi. n. ratificatio matrimonij ſecuta copula poſt *Concilium Tridentinum* ceſſat, vt docet idem *Nau. conſi. 18. de ſponſal. n. 3. Pau.*
330 *Piaſecius loc. ſupracit. n. 31.* qui ēt addit, quod ita nulliter cōtrahentes, ſi velint roborare contractum, debent cōtrahere de nouo ſeruatis prædictis requiſitis, quod ſeruatur in alijs quoque defectib propter quos matrimonium a principio fuit nullum, ita qđ ſublato defectu, ſeu impedimēto, debeat matrimonium cōtrahi de nouo præſtito conſenſu, vt tradunt *Sil. Angel. Armill. verb. matrimonium. Hoſt. in ſum. de ſponſal & matrim. Nau. c. 22. nu. 30. Henriq de matrim. ſuper impedimēto erroris, violentiæ*, & docet *Nau. conſil. 12. de ſponſal. nu. 3. & conſi. 14. nu. 1.* Vnde & ſtylus Curię ſeruat, vt in concedendis diſpenſationibus ſuper matrimonio ſtante impedimento impediēte, & dirimente contracto, addatur ſemper clauſula (De nouo præſtito conſenſu) vt teſtatur idem *Nau. d. cōſ. 14. & Genuenſ. in Prax. c. 25. nu. 9.* Vbi tñ impedimentum eſſet occultũ, poſ-
331 ſent ſponſi priuatim tm̃ ſibi præſtare conſenſum abſq; Parochi, vel teſtium pręſentia, quod ſufficere declarauit *Pius V.* vt refert *Nau. c. 22 n. 70.* vbi inquit quod hac declaratione ſacrum pœnitentiariæ Prætorium frequenter vtitur. & *Rodriquez. vbi ſupra cap. 218. num. 2. Paulus Piaſec. d. num. 31.* Proprius autem Parochus,
332 quem *Concilium* requirit, eſt Parochus ſeu Sacerdos cui principaliter, incumbit cura animarum loci domicilij

cilij ſiue viri, ſiue mulieris, ſufficit. n. quod ſit alterius cuiuſuis ex ſponſis, in quacunque Parochia contrahatur. *Nauar. conſil. 3. de Cland. deſponſ.* & ita declaratum fuiſſe a *ſacra Congregatione* teſtatur ibi *Conſil. 4. numero* 1. ſolus enim Parochus Eccleſiæ Paro-
333 chialis, vel eius Capellanus poteſt facere denuntiationes, quia ſibi incumbit certiorem facere Prælatum, ſi adſit aliquod legitimum impedimentum, vt dicit *Concilium*, & reſoluit *Didac Perez. 2. ord. fol. 37. Albornoz. lib. 4 dell'arte de contratti fol.* 150. *Aloyſius* Lopez *in Inſtruct. conſc. p. 1. c.* 86. *num.* 87. Et ſi contrahentes eſſent
334 diuerſarum Parochiarum, in ambobus Parochijs faciendæ ſunt denuntiationes, vt ſi adſit aliquod impedimentum, tam ex parte ſponſi, quam ſponſæ, manifeſtetur, quod patet ex *Concil. Trident.* quod mandat, vt fiant prædictæ denuntiationes per Parochum Eccleſiarum Parochialiũ ipſorum contrahentium, ita tenet ſupracitati Doctores, & ita practicatur *Rodriq vbi ſupra d. c* 216. *num.* 6. Pro-
335 prij Parochi nomine, venit etiam quilibet Sacerdos deputatus ab ipſo Parocho, & ſatisfit Concilio ſi contrahatur coram illo, etiam ſi generaliter tantum ei fuerit demandatũ, ſeu commiſſum exercitium Sacramẽtorum, & etiam ſi verbaliter tantum ipſi fuerit demandatum. *Nauar. conſil. 12. & conſil. 13 num. 2. de Cland. deſponſal.* Si autem Parochus non eſſet actu Presbyter, licet de iure validum ſit matrimonium contractum, ipſo præſente, conuenientius tamen eſſe, vt deleget Præsbytero
336 alicui, qui loco ipſius interſit reſpondit *Sacra Congregatio Concilij*, vt refert. *Nauar. conſil. 9. & conſil. 10. de Cland. deſponſ. numero 1. Rodriquez. vbi ſupra capitul. 217. numero* 8. ita *Paulus Piaſecius loco ſupracit nume.* 32. Quod ſi Epiſcopus præciperet alicui Parocho ne interſit tali, vel tali matrimonio, ſi tamen interſit huiuſmodi matrimonium validum eſt, ita decla-
337 rauerunt Cardinales reformationis Concil. dicendo *Congregatio Concilij reſpondit valere Matrimonium contractum coram Parocho, cui interdictum eſt ab Epiſcopo, ne interueniat. Rodriquez d. cap. 217. num. 3.* Quamquam communiter ſi interſit matrimonio Pachus ſponſæ ſufficiat, ſecundum tamen rigorem ſufficit, vt interſit Parochus ſponſi, quando ſunt diuerſarum Parochiarum prout tenet *Segura in Direct. 2. p cap. 15. num. 47.* & ita declarauit *Sacra Congregatio Cardinalium*, vt teſtatur. *Nauar. conſil. 1. de ſponſal. & conſil. 52. eodem titul.* licet in *Manual. cap. 25. nu.* 144. dicat contrarium, videlicet quod *Congregat. Concilij Tridentini*. Sub Pio Quinto, interpretata fuit, ſufficere Parochum mulieris, quando matrimoniũ contrahitur in Parochia mulieris, ſicut eadem ſub Gregorio XIII. cenſuit, ſufficere Parochum Viri, quando in eius Parochia contrahitur. At fatentur Doctiſſimi Viri id eſſe impoſſibile, & quod in hoc ipſe Nauar. deceptus fuit, *ita Rodriquez loco citato. num.* 4. Et ſi ſponſus, & ſponſa
338 pergerent ad aliquam aliam Parochiam, vel Diœceſim, ſine animo ibidem commorandi, poſſent vtrique deſponſari a Curato illius Parochiæ, cũ licentia Parochi vbi domicilium habent, ſed ſi cum animo ibi commorandi, poſſunt deſponſari a Parocho illius oppidi, vel loci, vbi cauſa habitandi, ſe tranſtulerunt. Et matrimonium contractum coram Parocho proprio, extra ſuã Parochiam, ſi contrahatur coram
339 teſtibus, validum eſt; quia liquido patet, quod proprius Parochus etiam extra ſuam Parochiam, poteſt Sacramenta ſuis Parochianis adminiſtrare in quouis loco, vbi eos inuenerit; ita tenet *Salſedo in pract. crim. c. 7. pag.* 242. & ita adminiſtrando huiuſmodi

iuſmodi Matrimonij Sacramentum, erit validum; verũtamen Ordinarius poſſet illum punire pęna arbitraria intereſſendo dicto Matrimonio ſine licentia Parochi loci, vbi reperitur, & Matrimonium celebratur, prout animaduertit *Salſedo loc.cit. & Segura tenet, in Directo c.15.nu.49.* licet Nau. *Conſilio 47. de ſponſal.* teneat oppoſitum. Et notandum quod illi qui ha-
340 bent poſſeſſiones in Villa; ſi irent illac in aliquo tempore anni, habẽtes eorum domicilium, habitationem, & familiam in Ciuitate, ſi deſponſen tur in dicto loco, vbi habent poſſeſſiones, Matrimoniũ non valet, ſi non habent licẽtiam proprij Parochi ſuæ Ciuitatis, vel Ordinarij, quandoquidem in illam habẽt ſuum domiciliũ, ita tenẽt. *Nau.conſil.2 de cland. deſponſat. Rodriq. vbi ſup. loc.cit.nu.5.& ſeq.*

Quo ad Abſolutionem; Confeſſarius ante Sacramentalem Abſolutionem hortetur Matrem Sponſę, vt cũ filiam ſuam nuptui tradiderit, dicat ei, hæc vel ſimilia verba; Filia mea,
341 ecce tu exis domum meã, & vadis ad domum Mariti tui; dilige Deum ante omnia, & poſt Deum ama maritum tuũ ſuper omnia, nec ames aliũ hominem, nec des illi aliquam cauſam ſuſpicionis, & quando errat, auiſa eum cum charitate & reuerẽtia, & tene ipſum nitidum, & curam habe de ſumptibus & familia, & ſi ſit turbatus, ſis patiens & obediẽs ſibi cum ſilentio, & obedias in illis, quæ ſunt ſecundum Deum: in his verò, quę nõ ſunt ſecundum Deum, remorde eum ſapienter, & modeſtè; ſit tibi maritus tuus loco patris, & mater mariti tui ſit tibi mater, quia tu & maritus tuus eſtis duo in carne vna. Et ſi maritus tuus eſſet moleſtus parentibus proprijs, tene partem eorum, & reconcilia ipſos, & ſupporta ſenectutem eorum, & prouide illis in charitate, cibando illos bonis condimẽtis, & ſter nendo lectum eorum, & ſi quid contrarium loquentur cõtra te, ne reſpõ deas illis; Item quia ſenes quandoq; ſmemorant propter ſenium, conſide ra quod & tu efficieris etiam ſenex ſecundum naturam, ideo ſis patiens; filios tuos nutrias cum timore Dei, & bonis moribus inſtruas, ipſos duc ad Miſſas, & Prędicationes: & diſces filia mea mores tui mariti, & ſi ſint boni, fac te illis conformem. *Hæc Sanctus Bernardinus Senenſ.tom.4.ſerm.12. p.1 litt A.* Et idem faciat pater ſpon-
342 ſæ ſimul cum vxore ſua, erga filiam ſuam, vt legitur feciſſe parẽtes Sarræ erga filiam ſuam, quando è domo ſua dimiſit illam ire ad domum Tobiæ mariti ſui; Et apprehendentes paren tes filiam ſuam, oſculati ſunt eam, & dimiſerunt ire, monentes eam honorare ſoceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & ſeipſam irreprehenſibilem exhibere. *Tob.c.10.*

Secundò; doceat etiam ſponſum, & ſponſam, qualiter matrimonium
343 quod ſimul contrahere volunt, eſt vnum de ſeptem Eccleſiæ Sacramen tis, à Chriſto domino noſtro inſtitutũ. *Concil Trid.ſeſſ.24. Canon.1.* & ideo Confeſſarius hortetur eos, vt antequam contrahant; ſaltem triduo ante matrimonij cõſummationem ſua peccata diligenter Confiteantur, & ad Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum piè accedant. *d.Concil.loc.cit. de reform. Matrim. c.1.* Et cum matri-
344 monium ſit res ſancta, & ſanctè tractandum, vt ait idẽ *Concil. c.10. in fin.*
345 Ideo quædam ante conſumationẽ, quædam in ipſo actu conſummationis, & alia poſt conſummationem, æquum eſt, ſponſos edocere (vtar vocabulis honeſtis, & claris, vt vnuſquiſq; benè intelligere queat, & qd honeſtum ſit, quid vè licitum, & illicitum ſit, percipere valeat; & quãuis non ſit pulchrum diceret vel audire, vtile tamen eſt ſcire, hancque ſubiectam materiam pertractare, maximè

hiſce

hiſce temporibus, in quibus adeo creuit malitia hominum, qui beſtialiter errantes putant quæcunq; impetuoſus libidinis furor impetit, licenter
346 agere poſſe.) Ante matrimonij conſummationem, vt dixi, ſpōſus & ſpōſa debent Confiteri, & Communicare. Poſtea à Sacerdote Eccleſiæ Parochialis benedictionem in tēplo accipere: & bene faceret ſponſus ſi ageret ea, quæ Angelus Raphael dixit *Tobiæ, c.6.* videlicet, tu autem cū acceperis vxorem, ingreſſus cubiculum, per tres dies continens eſto ab ea, & nihil aliud, niſi orationibus vacabis cū ea. Tactibus impudicis, nullo modo, cum ſua ſponſa vtatur, maximè quando ex illis ſequi poteſt pollutio, vel probabile periculum incurrendi, aut conſentiendi in ea; poſſunt bene
347 ſimul oſculari, amplexari, & etiam tangere ſe tactibus qui de ſe non ſunt impudici, dum tamen hoc fiat cum magna cautela, ne contingat pollutio, aut, vt dixi, probabile periculum incurrendi, vel conſentiendi in illa. Vnde lethaliter delinquunt parētes, ſi permittant inter filiam deſponſatā per verba de futuro tantum, ante matrimonium, & inter ſponſum eius, tactus inhoneſtos, & impudicos, vt ſentit *D.Tho.2.2.q.154.ar.4.& Caiet. ibid. Nau. in Man c.14. nu.18. verſ. vigeſimo tertio. Rodriq. in ſum. p.1 c.13. num 3.* ad
348 hæc enim & alia peccata vitanda, hortatur Synodus Trident. *ſeſſ.24. de reform. matrim. c.1.* vt coniuges ante benedictionem Sacerdotalem, in tēplo ſuſcipiendam, in eadē domo non cohabitent. *Clau. Reg. lib. 7. c. 7. nu.4.* Tandem non debent ſimul Clande-
349 ſtinè cō trahere; nam peccat, qui vel quæ coniux clandeſtinè contrahit, ēt ſi contrahat coram Parocho & teſtibus, ſi huiuſmodi matrimonium ſine iuſta cauſa contrahit, quia licet id ſufficiat ad hoc vt matrimoniū valeat, iuxta *Concil. Trident. loc. cit. d. c.1.* non tamen ad hoc, vt deſinat eſſe Clandeſtinum, per alia iura, quibus præfatum Conciliū non derogat. Et multo magis peccabit qui matrimonio clandeſtinè ſine teſtibus cōtracto, vtitur cū eiuſmodi vſus non ſolum eſt vetitus per *c. aliter. 30. q.5.* Sed etiam malus, ſecundum *Caiet. tom.1. opuſcul. opuſ.12. q.2. Nau. c.16. nu. 36. & 37.* Nec con-
350 trahere in gradibus prohibitis ſciēter Conſanguinitatis vel Affinitatis, abſque debita diſpenſatione Romani Pontificis, vt dixi ſupra in declaratione præcedentis caſus reſeruati, & clarius dicam in explicatione quinti caſus reſeruati in Tabella Aeſina, & multo magis, non audere, ante huiuſmodi obtentam diſpenſationem, copulam, cum ſponſa, habere; cum hoc expreſsè prohibeatur per Sacrū *Concil. Trid ſeſſ.24 c.5.* vt expreſſius patebit infra in dicta Tabella Aeſina, *loc. ſupracit.* Hæc ergo obſeruāda ſunt ante matrimonij conſummationem.
351 In ipſo vero actu conſummationis, ideſt in primo actu deflorationis, quādo videlicet prima nocte Nuptiarū, Sponſus primū cum ſponſa coit; animaduertat ſpōſus accedere ad ſuam ſponſam, non vt ſimul cum ea, ita ſuę libidini vacent, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus vt dixit Tobiæ Angelus Raphael. *Tob. c.6.* Sed cum timore Dei, conſiderando, vt dixi, quomodo matrimonium, qđ conſummare vult, eſt vnum de ſeptem Sacramentis Eccleſiæ, inſtitutum à domino noſtro Ieſu Chriſto; quo fit, vt non ſolum prima nocte nuptiarum quando ſponſus prima vice ſponſa ſua potitur, ſed etiam quotieſcunq; poſtea ſibi adhęrere, ſeu ſimul copulari continget, bonum eſſet, qđ tam ipſe quam ſponſa prius, antequā
352 comiſcentur ſimul, vterque deuotè ſigno ſanctæ Crucis ſe munirēt, & ita hoc Sanctiſſimo ſigno muniti, vt boni, deuoti, & perfecti Chriſtiani, actū matrimonialem huiuſmodi exercere, ad laudem & gloriam Dei, qui il-

lud

lud ab orbis primordio in Paradiſo in ſtatu innocentiæ inſtituit. *c* 1. *de Voto. in 6. Lancelot. Inſt. Iur. Canon. lib. 2. de Sacramento Mattrim. tit. 9. §. & merito.* animo & intentione generandi prolem, ad Dei cultum educandam; ſic enim filij qui procreantur, & naſcentur, proculdubio probi erunt, & optimi. Poſt huiuſmodi primam matri-
353 monij conſummationem, ſeu primam ſponſæ deflorationem: animaduertant ſponſus & ſponſa id quod dicit *Apoſtolus* 1. *Theſſal. c.* 4. Sciat, inquit, vnuſquiſque veſtrum ſuum vas poſſidere in ſanctificatione, & honore. Vas mariti eſt vxor, & maritus eſt vas vxoris, ideo vterque vtatur alterutro vaſe in ſanctificatione, ideſt regulato modo, tunc enim quilibet eorum ſuũ corporis vas rectè poſſidet, cum illud ſecundum iudicium rectæ rationis frenando regit; ſed quia vt ait idem *Apoſtolus* 1. *Corint. c.* 7. Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed Vir; & Vir ſimiliter ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier, ideo matrimoniũ debet eſſe regulatum, ſanctificatum, & honoratũ. *D. Bernardinus Senenſ. tom.* 1. *ſerm.* 17. *& tom.* 4. *ſerm.* 19. *p.* 1. Quotieſcunque igitur ſponſus adhæret vxori ſuæ, exercere volens actum illum coniugalẽ, antequam ſimul copulẽtur, vterque, vt dixi, muniat ſe ſigno Sanctiſſimæ Crucis; poſtea exerceat prędictũ actũ modo honeſto, vt decet, ſponſa videlicet iaceat in dorſo, & ſponſus ſuper grediatur ſuper ventrem eius, nam hoc modo aptior fit prolis cõceptio. vt tradit *D. Anton.* 3. *par. tit.* 1. *c.* 20. §. 3. Sed quia ſponſæ vt Iuuenculæ in
354 huiuſmodi ſunt inexpertæ, ſimiliter & Adoloſcẽtes, ideo honeſtè debent edoceri à ſuis Confeſſarijs; Primò, vt circa huiuſmodi actum obſeruent debitam honeſtatem; ſponſus
355 caueat ne videre cupiat partes verecundas ſuæ ſponſæ, quia non licet marito videre omnia pudibũda vxoris, nec ſe ſpeculari in illis fœtidis; ſic nec ſponſa debet oſtendere ſponſo crura, mamillas, vel alias partes ſui corporis, expoliando etiam ſe in camiſia, &, quod pudet dicere, nuda in mariti conſpectu ſe exhibere, hoc enim nefas eſt, & contra debitam honeſtatem mulieris Chriſtianæ. *D. Bernard. d. ſerm.* 19. *par.* 1. *in fin. & par.* 3. *litt. E.*

Secundò, quod ſponſus, & ſponſa
356 in coeundo vtantur magna prudẽtia; Mulier enim data eſt viro ſocia in adiutorium à Deo, etenim à Deo præporatur vxor viro. *Prouerb. c.* 19. *& diſt.* 26. *c. deinde.* Non ergo propter luxuriari, ſed propter fornicationẽ euitandam, & ideo cum diſcretione debet Vir ea vti; ſed quia aliqui ſunt iuuenes, aliqui minus iuuenes, aliqui ſani, aliqui infirmi, aliqui robuſti, & fortes, aliqui debiles &c. ita vt dari non poſſit certa regula, quot vicibus ſponſa debeat dare debitũ, hinc ſponſa conſiderare debet naturam & cõplexionem tam ſuam, quã mariti ſui, & ſecundum ſuam, & mariti naturã, fortem vel debilem, cum diſcretione debitum reddere debet, ſi eſt fortis plus, ſi debilis minus. *D. Bernardin. vbi ſuprà d. ſerm.* 19. *p.* 3. *litt. C. & D.* Vnde
357 refert Iacobus Ciſo Epiſcop. Ilerd. *in c. fraternitatis. de frigid.* vt ait *Graff. conſil.* 1. *de Adult. nu.* 11. quod tempore ſuo fuit quidam homo in Cathalonia tam potens in re venerea, quod qualibet die cognoſcebat exactè vxorem ſuam triginta vicibus, quæ vxor ſecretè recurrit ad Regem Aragonũ, qui vocato Viro confeſſus eſt ita ſe rem habere, vnde mandauit ei ſub pęna capitis, ne amplius quam ſexies in die vxorem ſuam cognoſceret, ne, vt ait, mortis periculum incurreret. Iuxta ergo complexionem ſuam, & naturam debilem, vel fortem Viri ſui, ſpõſa coitum, ſeu actum matrimonialẽ, cum diſcretione, exercere debet, fugiendo tamen ſemper tam ipſa, quã ſpon-

Digitized by Google

ſponſus, nimiam huius actus, frequẽ-
358 tationem, etenim ſæpe ex nimia frequentatione matrimonialis actus, ſeve illius effrenata & impetuoſa frequẽtatione (proh nefas) filij proprij, & corporaliter, & æternaliter puniũtur, dum occiduntur in vẽtre matris. Vnde D. *Iſidorus lib. 2. de Summo bono. c. 39.* & habetur *in c. non ſolum. 32. q. 7.* Sunt quædam, inquit, quæ ſicut Animalia abſque vlla diſcretione indeſinenter libidini ſeruiũt: quas ego nec mutis Pecoribus comparauerim; Pecora enim cum conceperint, vltra nõ indulgent maribus copiã ſui. Si enim omni die, vel qualibet ſeptimana ſererentur Arua, nequaquam ad maturitatem peruenirent fructum; Et nõ
359 ſolum talis immoderata frequentatio cauſa necis ſpiritualis, corporalis, & æternalis eſt filiorum, ſed etiã eſt cauſa mortis æternalis ipſorum concubentium; Vnde audiui noſtris temporibus in notabili Ciuitate Italię eueniſſe, quod cum Iuuenis nuper vxorem duxiſſet, tanto luxuriatus eſt cum ea, quod mortuus repertus fuit, luxuriando in eius brachijs. Legitur etiam in *lib. Tobiæ c. 6. & 7.* quod Sarra habuit ſeptem Viros in Maritos, quos omnes interfecit diabolus prima nocte, eo quod iacebant ſecum propter appetitum inordinatum libidinis, ſicut dixit ei Angelus Raphael, Hi, inquit, qui coniugiũ ita ſuſcipiũt vt Deum à ſe, & à ſua mente excludant, & ſuæ libidini vacent, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus, habet poteſtatẽ dæmoniũ ſup eos. *D. Bernardin. d. ſerm. 19. 2. p. litt. E. fol. 85. & tom. 1. ſerm 18. art. 2. c. 3.* Tertio quod obſeruent debitum modũ,
360 quod videlicet ſponſus intra clauſtra pudoris ſponſæ Virgam ponat, non autem in Vaſe indebito, cognoſcendo illam contra naturam, quia peccatum mortaliſſimum eſſet, cum ſic prolis generatio ſequi non poſſit, & tota intentio naturę fruſtratur. An autem ſit peccatum, ſi prætermittatur debitus modus à natura inſtitutus, quantum ad ſitum, cognoſcendo Vxorem, ſeruato debito vaſo, ſed indebito modo, puta illam à latere cognoſcendo, ſedendo, ſtãdo, ſupergrediendo, vel more beſtiarum, à parte poſteriori eam polluendo: patet in declaratione quarti caſus reſeruati, in Tabella Anconitana.

361 Circa tactus vero inter Coniuges, dico, quod tactus qui ita neceſſarij ſunt, quod ordinantur ad copulã habendam, ſine periculo tamen pollutionis, liciti ſunt, & fieri poſsũt abſq; peccato; etiam ſi fiant ob delectationem capiendam; cum nihil eorũ, quę facit maritus cum Vxore ſua in actu Coniugali, ſeruato debito vaſe, eſt de ſe peccatum mortale, vt ait *Albert. Magn. in 4. ſent.* vt dixi in ſupradicta Tabella Anconitana *loc. ſupracit.* etiã ſi fiant aliquantulum antequam deue-
362 niant ad actum matrimonialem; Vnde ſi mulier nupta ſe ipſam tãgat inhoneſtè, ſi hoc facit, vt præparet ſe ad actum matrimonij cum Vrio ſuo, dummodo non ſit periculum de pollutione extra actum matrimonij, nõ peccat mortaliter, & idem de Viro; quia hoc ordinatum eſt ad id quod licet. *Armilla Verb. Impudicitia. nu. 3. & Scarſella, par 1 c. 341. nu. 1.* Vnde in ipſo actu; licebit Viro tangere Vxorem ſuam, & è conuerſo; Coniuges ergo poſſunt per tactus præparare ſe ad copulam, ſecluſo periculo pollutionis extra vas, vt ait *Bonacin. tom. 1. tract. de Matrimon q 4. punct. 8 nu. 12. in fin.* & quamuis non ſit neceſſe vt Coniuges in actu matrimoniali ſimul ſeminẽt, cum ſecundum probatiſſimam ſentẽtiam ſemen fœminæ, nec actiuè, nec paſſiuè concurrat ad generationem; expedit tamen vtrunque Coniugem ſimul ſeminare; nam ſemen fœminæ iuuat ſaltem ad formandum fœtum pulchriorem, ac formoſiorem; qua de cauſa Coniux tardior ad ſeminan-

dum,

Digitized by Google

dum, poteſt ſe tactibus præparare ad
363 copulam, vt poſſit ſimul cum alio ſeminare; poteſt etiam Vir poſtquã ſeminauit, continuare copulam, vt Vxor quæ nondum ſeminauit, ſeminare poſſit, hoc enim pertinet ad cõpletam Vxoris copulam, vt tradunt *Caiet.2.2.q.15.art.11.* & alij apud *Henriq. lib.11.c.16.nu.7.* vbi oſtendit, Virum poſtquam ſeminauit, non teneri expectare tardantis fœminę ſeminationem, quia periculoſum eſt, vt hoc pacto impediatur generatio; ex quo fit, vt ſi Vir, poſtquam ſeminauit, ſe retrahat ante ſeminationem Vxoris, Vxor ſe poſſit tactibus excitare donec ſeminet; ratio tum quia grauem alioquin ſentiret afflictionẽ, ſi cogeretur ita remanere libidine excitata; tum quia illi tactus ordinantur ad cõpletum actum coniugalem, qui conſiſtit in vtriuſq; ſeminatione, cum ſemen Vxoris, vt dixi, iuuet ad formandum pulchriorem fœtum; tum quia ſicut licitum eſt coniugi pręparare ſe ad copulam, ita etiam perficere actũ copulæ; hoc tamen nõ valet in Viro, qui tactibus ſe polluit poſtquam fœmina ſe retraxit, vt patet ex contraria ratione. *Sanchez lib. 9. diſp. 17. nu. 10. ita Bonacin loc. ſupracit. d. tract. de matrim. q.4 punct. 6.nu.14. & 15.* quod procedit etiam ſi prædicti Coniuges id faciant propter aliquam maiorem delectationem inde capeſſendam; nã Deus conceſſit Coniugatis, vt delectari poſſint circa Coniugis corpus, citra pollutionem, vel eius periculũ. *Angel Verb. Debitum coniugale. nu.25. Horat. Gambar. de caſib. reſeru. Caſ 2. nu. 5. fol. 256.* & ſi Confeſſarius grauiter huiuſmodi actus reprehẽdere teneatur; licet qualitercunque opus incipiatur, & quomodocunque fiat, dummodo in vaſe debito mulieris ſemen emittatur, & taliter quod illa retinere illud poſſit, nõ erit mortale de ſe; Secus ſi mulier taliter ſtaret, quod ex hoc mariti ſemen in vaſe minimè retinere poſſet, quia eſſet mortale. *Angel. loc. citat.* Item mortale peccatum erit etiam quando Coniux, qui recipit coitum, & ſentit ſe corrumpi, retrahit ſe à conſummatione actus, etiã altero Coniugum conſentiente, ſi ex hoc ſequitur, vel ſit periculum ſequi pollutionem extra vas, quia eſt contra naturam; ſecus quando non eſſet tale periculum pollutionis, neque in Viro neque in muliere, & in hoc ſenſu intelligitur *Petr. de Palud. in 4 diſt. 21.* dicens, quod non eſt mortale ſe retrahere ante complemẽtum actus ne ſeminet, propter prolis multiplicationem *Armil. Verb. Debitum coniugale, n 9. Graff. par. 1 lib.2. dec. aur. c.82. nu. 16.* maximè de conſenſu Vxoris. vt ait *Sylu Verb. Debitum. num.9.* vide Nau. Man. *c 16 num. 33. & D. Anton. 3. p. tit. 1. c.20. §.6.* vbi inquit quod qui
364 ſemen fundit extra vas ne habeat plures filios quos nutrire non poſſit, rem deteſtabilem, cũ Ona filio Iudæ facit. *Geneſ. c.38.* & peccat mortaliter, contra naturam, ſi autem ante completionem actus ſe retrahit nec ſemẽ emittit eadem intentione, non videtur mortaliter peccare, niſi forte ex hoc mulier ad ſeminandum prouocaretur; & cum licitum ſit eis deſiderare, ne ſint ſibi plures filij, quã quos alere poſſunt, iuſtè poſſunt de cõmuni conſenſu abſtinere a copula carnali, niſi quando alteri eſſet probabile conſortem fornicatum iri, niſi
365 debitũ petierit. *Nau. loc. cit.* Et quia ſæpe ſolet mulier mingere poſt coitum, vel ſe erigere, vt ſemen emittat, ideo notandum, quod ſi mulier poſtquam cognita eſt à Vrio ſuo ſtatim eat ad mingendum, vel ſe cito erigat vt ſemen emittat, ne concipiat, ſaluo meliori iudicio credo quod non peccat, ſaltem mortaliter; nam ex hoc, vt liquido patet, non impeditur prolis generatio, quandoquidem vt ait *Syl. Verb. Debitum. num. 6. & Corrad p.2 q. 315.* matrix mulieris trahit ſemen ad ſe

Digitized by Google

ſe, ēt ſi membrū virile nō intrat clauſtra pudoris, ſicut concipiunt mulieres in Balneis, & alibi, vbi, viri ſper-
366 matizant; ſicut dr̄ accidiſſe de quadam Puella pubeſcente, quam propter pudoris cuſtodiam in lecto ſuo Pater habebat, qui dū ſomno ſopitus pollueretur, ſemen ad matricem filię deſcendit, ex quo Puella concepit. *D. Thom. Quolib. 6. art. 18. Io. Bapt. Corrad. p. 1. reſpon caſuum Conſc. q. 259.* Etenim in fœminis dicitur eſſe vis quædam attractiua naturalis ſeminis Virilis, & vis naturalis retentiua. *Azor. par. 3. Inſt. moral. lib. 3. c. 21. q. 1.* Si ergo mulier, dum coit cum Viro ſuo, illū ſupergrediendo, poteſt cōcipere, eo quod habeat, vt dixi, vim naturalem attractiuam, & retentiuam ſeminis Virilis; Et ſi eius matrix trahit ad ſe ſemen, etiam ſi membrum virile non intrat eius clauſtra pudoris, & generare poteſt, quāto magis ſi illa iaceat in dorſo, & maritus ſuper ventrem eius incumbat, obſeruāns ad ſeminādum debitum vas naturale, ponendo ſcilicet Virgam intra eius clauſtra pudoris, & emittendo ſemen, habens eius matrix, vt dixi, vim naturalē attractiuam, & retentiuam ſeminis, virilis (licet illa poſt coitum ſtatim mingat, vel ſe erigat conando illud foras emittere) concipere poteſt? Si ergo concipere poteſt, ſequitur quod generatio prolis non impeditur, & ſi nō impeditur huiuſmodi prolis generatio, quomodocunque, vt ſupra dixi, opus, ſeu actus cōiugales incipiatur, & qualitercunque fiat, ſi in vaſe debito mulieris ſemen emittatur, taliter quod illa retinere illud valeat, dum actualiter Vir intra debitum vas eius naturale, ſemen diſtillat, quamquam conatur, modo prædicto, nimirum, mingēdo, illud foras effundere, quicquid dicat *Bonacin. loc. ſupracit. punct. 6. num.* 18. in contrarium, nullum pec-
367 catum committit. *Ad c. autem. Aliquando 32. q. 2.* quod ſecundum *Ange. & Sylu.* videtur ſupradictis eſſe contrarium, reſponderi poteſt, quod loquitur de his, qui poſtquā conceptio facta eſt, quærunt Abortum; vel de his, qui impediunt ne fœtus cōcipiatur, vel conceptus fundatur, aut formatus extinguatur; nihil autem horum, ſupradicta mulier, ut ſupponitur, intendit facere, cū, vt ſupra probatum eſt, generatio nō impediatur; neque poſt coitum mingendo, vel ſe erigendo; poteſt eſſe cauſa vt fœtus conceptus & formatus, foras fundatur, vel intus extinguatur, vt patet; quare ſaluo, vt dixi, meliori iudicio, non peccat, & ſi tutius ſit ab huiuſmodi re, abſtinere, & conſulo vt omnino abſtineatur.

Quartò, caueant etiam, ne dum
368 actualiter ſimul coeunt, alter eorū, puta ſponſus deſideret, ſeu voluntas eius feratur, ſeu inclinetur ad aliam quamcunque perſonam, præter ſponſam ſuam; ſimiliter nec ſponſa in illo actu ad neminem alium mentem figat; quia qui actum coniugalē exercet cum vxore cum intētione actuali, vel deliberata habēdi rem cū alia, peccat mortaliter: & idem de vxore; ſi intentionem habeat ad alium, quā Virum ſuum. Et idem ſi eo animo rē habet cum vxore, vel vxor cum viro, ac ſi non eſſet vxor ſua, vel vir ſuus, *D. Bernardin. d. ſer. 19. p. 1. littera C. fol. 81. Nau. c. 16. nu. 24. Graff. par. 1. lib. 3. dec. aur c. 10. num 4 Petr. de Palud. in 4. diſt. 32. q. 3. D. Anton. p. 3. tit. 1. ca. 20. §. 1.* Vnde dicitur *in c. origo. 32. q 4 Adul-*
369 *ter eſt in ſuam vxorem amator ardentior.* id eſt vt ait *gloſa*, vehemens amator dicitur vxoris, qui tantum vxorē diligit, vt apud ſe diſponat, quod ſi ipſa eſſet fortè vxor alterius, non minus carnaliter ſe cum ea commiſceret. Vnde paulo poſt ſequitur *in d. c. Nihil eſt fœdius, quam vxorem amare, quaſi Adulteram*; & ideo qui amat vxorem nimis ardēter, hoc eſt ſi vellet ſecum vti etiam ſi non eſſet eius

vxor,

vxor,peccat mortaliter; ita enim interpretatur *d.c.origo. D. Bernardin.loc.*
370 *ſupracit.* Quintò, ſponſus & ſponſa, qui vel quæ debitũ petit, aut reddit tempore menſtrui,non peccat,etiam venialiter, ſi eo fine petit, & reddit, ne Conſorti ſit odio, vel vt fornicationem eius, vel propriam euitet,ratio quia nullum periculum eſt notabile, nec impeditur generatio, vt notat *Tolet.lib.7.c.20.num.2.* mortaliter autem numquam, etiam ſi credat ex huiuſmodi complexu monſtrum aliquod conceptum iri, vt affirmat *Palud.& D.Anton.d 3.p.tit.1.c.20.§.5. Alphonſ. de Caſtr. de leg.pœnal.lib.1.c.12.Nau.d.c.16.nu.32.* Quando vero
371 mulier eſt vicina partui,tunc ſi ſine periculo Abortus vir poteſt carnaliter copulari vxori ſuæ prægnanti,poteſt exigere ſine mortali, & mulier ſibi tenetur reddere, quia matrimonium non ſolum eſt in officium, ſed etiam in remedium; ſi autem non poteſt ſine periculo probabili Abortus, non debet nec reddere nec exigere, immo ſecundum *Petr. de Palud. in 4. diſt. 32. quæſt.3.* peccat mortaliter tã reddens,quam exigens;quia non curat occidere animam paruuli vna cũ corpore. *Ricard. in 4.diſt.32.art.3.q.2.* & notandum quod maius eſt periculum circa principium conceptionis
372 fieri Abortus, quia licet matrix ſecundum *Auicen.* poſt mulieris imprægnationem claudatur,tamen ex delectatione aliquãdo aperitur, & ſic materia nondum coagulata ac perfectè formata, diſperditur,& effunditur, & inſtante partu eſt periculũ,ne partus ſuffocetur;& ideo *D.Hieron.* vituperat accedentem ad prægnantem. *d.c origo.*non tamen erit peccatũ mortale,ex quo fœtus nõdum eſt formatus,ſi hoc non intendit. Poſt partum
373 autem immediatè dum mulier eſt in puerperio,exigere vel reddere debitum, neutri eſt mortale;niſi adhuc mulier ex partu eſſet infirma,& propter hoc eſſet ei periculum mortis, vel aggrauationis infirmitatis, ſecundum *Petr.de Palud.*cui ſatis cõcordat *Ricard.* dicens, quod mulieri ſi eſt purificata ab illis corruptionibus, quæ ſunt in mulieribus aliquanto tempore poſt partum,reddendum eſt debitum,ſi petatur,& petere poteſt abſq; peccato, quamuis nondum ſit impletum tempus purificationis, ſcilicet quadraginta dierum; ſed ante illud tempus ſcilicet talis immũditiæ abſtinere debet vterque, ſaltem debito congruitatis; & ita intelligẽdum eſt *c.Ad eius vero.diſt.5.ita D. Anton.loc. cit.d.c.20.§.4.Ang.Verb. debitum. nu. 33.& ſeq.Sylu.eod.nu.8.* Sextò,animad
374 uertant ſponſus,& ſponſa,quod nocte præcedente Communionem, nõ eſt peccatum mortale exigere debitum,vel reddere *Tolet. d.lib.7.c.21.n. 4.* ſed tantum veniale,iuxta communem,vt tenet *Caiet. in ſum. Verb. Communio Sacrament.* Quãdo videlicet Cõiugati intra diem, quo debito coniugali ſatisfecerint, Communicẽt; idẽ ſi intra diem, quo Cõmunicauerunt, debitum coniugale reddunt, ſecundum *Albert.Magnum.arg.cap.vir cum propria.33.q.4.Nau.Man.c.21.nu.51.in fin.* Nihilominus ex quadã congruitate,& propter reuerentiam tanti celeberrimi Sacramenti, optimum eſſet abſtinere;etenim ſi vt habetur,1. *Reg.c.21.* Sacerdos Ahimelechc, noluit Dauidi & Pueris ſuis panes propoſitionis concedere, niſi certior factus, quod ſuas vxores nõ tetigiſsẽt, quanto magis Panis iſte,qui de Cęlo deſcendit, non poteſt ab ijs qui paulo ante v.g. nocte præcedenti Coniugalibus vacauere amplexibus,violari, aque contingi? At quoniam impedimentum non eſt de neceſſitate, vt ait *Greg. in c.vir cum propria 33.q.4.* id eo relinquendum eſt eorum iudicio. Siquis,inquit,vxore ſua non cupidine voluptatis captus, ſed ſolummodo liberorum creandorum gratia

Digitized by Google

tia vtitur, ipſe profectò de ingreſſu Eccleſiæ ſeu de ſumendo Corporis Dominici, ſanguiniſque myſterio, ſuo eſt relinquendus iudicio: quia à nobis prohiberi non debet accipere, qui in igne poſitus neſcit ardere. At ſi in ipſa coniugali opera voluptas dominatur, tunc prohiberi debent Coniuges, ne ad Sacramentum accedant. Non tamen intelligas mortale eſſe peccatum accedere, ſi non præceſſit mortale in opere, cuius rea tus manet. *Sotus, in 4. ſentent. diſt. 12. q. 1. art. 7. Graff. p. 1 lib. 2. dec aur. c. 83. nu. 9.* In craſtinum ergo Communicatu-
375 rus, propter reuerentiam huius Sãctiſſimi Sacramenti, deberet ab actu matrimonij abſtinere, ſaltem propter tria, vt ait *Guliel. de Cremon. Epiſcopus Papienſ. in 4. tit. de Eucha. Sacramento. circa finem art. 1.* Primò, quia mens multum diſtrahitur à deuotione debita, quæ requiritur in Sacra Communione. Secundò, quia talis actus multum diſtrahit à debita reuerentia huius Sacramenti. Tertiò quia talis actus obnubilat aciem intellectus, quæ ibi limpidiſſima debet eſſe. *D. Bernardin. tom. 1. ſerm. 18. art. 3. c. 3. littera F. fol. 121.* Quomodo autem, &
376 quando in alijs temporibus vxor teneatur reddere debitum, & è conuerſo Vir reddere debitum Vxori, iuxta ſententiam *Apoſtoli. 1. Corint. ca. 7.* dicentis, propter fornicationẽ vnuſquiſque ſuam Vxorem habeat, & vnaqueq; ſuum Virũ habeat; Vxori Vir debitum reddat, ſimiliter autem & Vxor Viro: habetur apud Summiſtas *Verb. Debitum*, præſertim apud *Graff. loc. ſupracit. d. cap 93.* per totum.

Hoc ſolum hic addendum neceſſarium eſſe reor, pro Coniugatorum
377 conſolatione, nimirum quod actus ſeu vſus matrimonij inter Coniuges eſt meritorius, in quatuor caſibus ſecundum *Petr. de Palud. in 4. diſt. 32. q. 3.* Primò, quando quis habens gratiam reddit debitum, quia eſt actus iuſtitiæ, reddere quod debet. Fideles enim ſi in gratia ſint, & ob debitum finem actu illo vtantur, merentur in ipſo actu, ſicut in alio bono opere, vt dicit *D. Thom. in Addit. 3. par. q. 41. ar. 4. & Sot. in 4. diſtin. 26. q. 1. art. 3. Tolet. lib. 7. cap. 1. num. 4. Ioan Bapt. Corrad. p. 1 q. 144.*

Secundò, quando debitum petit cauſa generandæ Prolis, & ad cultum Dei educandæ tempore & modo debitis, & hic eſt actus latriæ ſeu Religionis, quod verum credo etiam ſi in dicto actu de ſeruitio Dei nihil cogitet, ſed ſolum de ſucceſſore, qa ex quo eſt in gratia, & facit rem ex ſuo genere bonam dando eſſe, & nullo malo fine, hoc virtualiter ordinat in Deum. Vnde *Angles in Florib q. de eſſentialib. Matrimon. art. 3.* Quando inquit congreſſus maritalis in officium, & in remedium exercetur, & Coniuges in gratia exiſtentes referunt illum actum in Deum, erit proculdubio gratiæ & gloriæ meritorius; idem ait *D. Thom loc. citat.*

Tertiò, quando hoc facit ad conſeruandum Comparem ſuum à fornicatione, & eſt actus charitatis. *Ioan. Bapt. Corrad loc cit.*

Quartò, quando facit cauſa vitandæ fornicationis in ſe quam probabiliter credit non aliter vitandam, quia eſt actus prudentię vel caſtimoniæ. Suppoſita verò carentia gratię prędictus actus, dictis quatuor modis eſt indifferens, quia non eſt meritorius, cum gratia non informetur, nec demeritorius propter carentiam culpæ, non obſtante quod inde homo erubeſcat; quia de tribus erubeſcimus, Primo de culpa, ſecundo de habente ſpeciem culpæ, vt ille actus qui eſt eiuſdem ſpeciei cum fornicatione, licet excuſetur a fornicatione pp bona matrimonij, & tertio de naturalibus defectibus, vt eſt egeſtio & huiuſmodi. Quod aũt poſſit

Coniugium eſſe ſine peccato quantū
ad actum eius probat *Innoc. in c. deinde. diſt. 26.* per hoc quod Deus inſtituit & mandauit actum Coniugij dicens, *Creſcite & multiplicamini*, & ante lapſum *Geneſ. 1.* & poſt diluuium, *Geneſ. 8. ita D. Anton vbi ſupra, d. cap. 20. §. 12. & Syluеſt. loc. cit. num. 14.* Hæc
378 ergo ſunt Confeſſoribus animaduertenda, vt doceāt Cōiugatos, quo animo maritalem actum exercere debeant. *Flores loc. ſupracitat.* quæ à nouiter Coniugatis, vſque ad mortem obſeruanda ſunt.

Tertiò, Confeſſarius doceat, Vxorem a Viro eſſe diligēdam, ſecundū
379 Apoſtolum *Coloſſ. c. 3. Viri* inquit *diligite Vxores veſtras, & nolite amari eſſe ad illas*; ſponſus ergo debet diligere ſponſam ſuam, quaſi animam ſuā, ſeu velut cor ſuum; quod ſignificatur in Annulo poſito in digito ſponſæ, qui nil aliud ſignificat, niſi cordialem coniunctionem Viri & mulieris, & amorem eorundem, Vnde D. Iſidorus, vt habetur *in c. fœminæ, 30. q. 5.* In primis nuptijs Annulus à ſpon-
380 ſo ſpōſę datur, propter multæ fidei ſignum, vel vt eodem pignore eorū corda iungantur; vnde & quarto digito Annulus idē inſeritur, eo quod in eo, vt fertur, Vena quædā ſanguinis ad cor vſq; perueniat; præſertim quando ſponſa eſt talis conditionis, quod ſit mulier honeſta, deuota, ſa-
381 piens, timens Deum, & Viro obediens, iuxta illud,

Honeſta in ſtrada, & in caſa maſſara
Deuota in Chieſa, e obediente al marito
La moglie eſſendo, è da tenerſi cara.

ſimiliter & ſponſa, cordialiter debet diligere ſponſum ſuum; vnde *ad Titum cap. 2.* pręcipitur mulieribus Adoleſcentibus, vt Viros ſuos ament: & idem Apoſtolus ad *Epheſ. ca. 5.* loquēs de vtriſque ait, Vnuſquiſque Vxorem ſuā ſicut ſeipſum diligat, Vxor autem timeat Virum ſuum. Et quidē dilectio in matrimonio eſt multum commendabilis, quoniam vt ait *Philoſoph. 8. Ethic.* Amicitia Viri & Vxoris eſt ſecundum quandam excellentiam; quod profectò ſignificatur per Annulum, vt dixi, quo Vxor à Viro deſponſatur, de quo habetur, *d. cap. fœminæ, & ca. noſtrates. 30. q. 5.* quiquidem ſolet eſſe Aureus, rotundus, in
382 quarto digito poſitus, &, tantum vnus; Aureus quia ſicut aurum excedit omnia metalla, ſic Amor inter ſponſum & ſponſam cęteros, ſeu omnes alios amores debet excedere; Rotundus, quoniam forma rotunda eſt nobilior forma, & per hoc oſtenditur perpetuitas iſtius amoris, vt nūquam finiatur niſi per mortē, immo etiam poſt mortem debent ſe diligere, ſic quod vnus ſubueniat alteri per Eleemoſynas, Miſſas, & alia ſuffragia. In quarto digito ponitur ex inſtitutione Eccleſię, vt oſtendatur qđ ille amor debet habere præcordialitatem; dicunt enim Philoſophi naturales quod quædam vena procedit à corde, & in quarto digito apparet, vt etiam dicitur *in d. cap. fœminæ.* Vnus autem Anulus ponitur, ad oſtendendum iſtius amoris ſingularitatē: Vir
383 enim & Vxor per conſummationē matrimonij efficiūtur vna caro; Vnde Ariſtot. 8. *Ethic. c. 2.* Viro & Vxori videtur Amicitia conſiſtere ſecundū naturam, quod excellat & excedat omnes alios amores. *Bartol. Caſſan. Catalog. glor. mund. p. 2. conſid. 35.*

Quartò, non Abſoluātur patres, & matres, fratres, nec propinqui, q̃ impedierunt filias, ſorores, vel propinquas ſuas, quo minus matrimonium,
384 cum ſuis ſponſis, conſummare valeant, modo prædicto, quouſq; à prædictis illud conſummare faciant, vel firmiter polliceantur, quod illud à ſuis filiabus, ſororibus, & propinquis, omnino quamprimum conſummare facient; prohibendo ne amplius id attentare præſumant; & multo magis nec ſunt Abſoluendæ prædictæ

dictę mulieres, ſi ſine iuſta cauſa (niſi ob aliquod malū contagioſum, quod ſciunt laborare ſuos ſpōſos, vel quid ſimile, quod merito eas excuſare poſſit) Matrimonium conſummare ne-
385 gligūt; nam cauſa ob quam matrimonium à Deo fuit inſtitutum, eſt filiorum procreatio. Vnde *D. Ambr. ſuper Lucam lib. 1. ad c. 1.* & habetur in *c. pudor 32. q. 2.* Pudor eſt fœminis nuptiarum præmia non habere, quibus hæc ſola cauſa eſt nubendi; ergo qui vel quæ matrimonium ſine iuſta cauſa, conſummare nolunt, faciunt contra voluntatem Dei, qui illud, vt ait *Gratian. d q. 2. 32. §. quod autem. propagationis, non explendæ libidinis cauſa, inſtituit.* Si enim mulieres vellent Virginitatem ſeruare, breui tempore, genus humanum periret; quandoquidē ſi Virgines omnes fuerint, & Nuptię non fuerint, interibit genus humanum. *D Thom. 2. 2. q. 189. art. 7. ad 2.*
386 Quia Nuptiæ præſtant immortalitatem humano generi. *Auth. de Nupt. in princ.* immo eſt cauſa vt impleatur Paradiſus, matrimonium enim fuit ordinatum ad implendum Paradiſum. *D. Bernardin. d. tom. 1. ſerm. 48. c. 1 littera B. fol. 354.* Et ideo obiurgandæ ſunt prædictæ mulieres, quæ illud conſummare ſine iuſta cauſa, abnuunt ſeu recuſant, vt illæ, quę ſuis filijs non curāt implere Paradiſum;
387 Sponſæ filiæ chariſſimę rogo vos per viſcera miſericordię Dei, vt id nullo modo facere velitis, conſiderate quæſo quam pręcioſus fructus ſit filium vel filiam procreare, quibus Cęli Palatium repleatur; & vos patres, & matres, fratres & propinquos, obſecro in viſceribus Ieſu Chriſti, ne quęſo, filias veſtras, ſorores, & propinquas, ne matrimonium conſummare queant, amplius impediatis, ſed potius, poſtquam contraxerunt per verba de pręſenti in facie Eccleſię, ſponſis ac maritis ſuis, vt illud conſumment, omnem auxilium, fauorem, & commoditatem in ædibus veſtris, præbeatis, conſiderantes qualiter contrarium facientes, ſitis cauſa, vt ſæpe, multa peccata mortalia perpetrantur, qui habent aures audiendi audiant, & quę dico intelligant. Et hęc pro huius noni caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriā Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio decimi, vndecimi, & duodecimi Caſuum reſeruatorum, eiuſdē Tabellę Aſculanę, qui tales ſunt.

Mares & fœminæ qui exponunt, aut exponere faciunt Puerulos Infantes locis pijs, ſi habent modum eos alendi.

Qui faciunt pacta, aut Contractus qualitercunque Vſurarios; & Notarij qui ſcienter faciunt de ipſis Inſtrumenta, aut alias quaſcunque Scripturas.

Notarij qui vltra menſem poſt mortem alicuius Teſtatoris, non denuntiant nobis, aut Curiæ noſtræ Teſtamenta, aut Codicillum: de quo fuerunt rogati, & legata, ab ipſo Teſtatore facta Eccleſijs, aut locis pijs.

PRo declaratione horum decimi, vndecimi, & duodecimi caſuum reſeruatorum, ſuperuacaneum eſſet
388 modo aliquid dicere, cum eos alibi declarauerim; declaratio enim huius decimi Caſus reſeruati latè patebit infra in Tabella Feretrana, Explicatio vndecimi, in Tabella Fanenſi, & declaratio duodecimi, habetur ſupra in explicatione Sexti Caſus reſeruati in Tabella Anconitana. Hęc ergo pro illorum declaratione breuiter dicta ſufficiant ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

Digitized by Google

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio tertijdecimi Caſus reſeruati eiuſdem Tabellę Aſculanę qui talis eſt.

Mares, aut fœminæ, qui impediunt volentem facere Teſtamentum; aut procurãt per ſeipſos aut alios, peruertere ſuam voluntatem.

PRo declaratione huius tertijdecimi Caſus reſeruati, pręter ea, quę dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractãtes, tria ſunt dęclaranda.

1 *Quid eſt Teſtamentum.*
2 *Quando volentem facere Teſtamentum impedientes, aut illius voluntatẽ peruertere procurantes incidunt in hunc Caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt à Confeſſario circa Confeſſionem & Abſolutionem Teſtamentum facere volentem impedientium, voluntatemvè ſuam peruertentium.*

389 CIrca primum; breuiter, Teſtamentum, ſecundũ *Panormit. in rubr. eiuſdem tituli*, eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo quod quis vult poſt mortem fieri, cum hęredis inſtitutione, vt habetur in *l. 1. iuncta gloſ. ff. eod. Rodriq. in Sum. par. 2. c. 72. num. 1. Angel. Syluest. Tabien. Armill Verb. Teſtamentum. Rodriq. Quæſt. Regul. to. 3. q. 69. art. 1. Marcus Anton Cucchus. Inſt. Iur. Canon. lib. 2. c. 21. Sebaſtianus Cataneus in Sum Verb. Teſtamentũ.* Dicitur teſtamentum, quia eo quiſq; liberè teſtatur; quod poſt ſuũ deceſsũ de proprijs rebus fieri velit. *c. placuit. 13. q. 1. §. Vel vt quidam, D. Anton. 3. p. tit 10. c. 3. in princ.* dicitur etiam teſtamentum ex eo, quia teſtibus eſt conſcripta & confirmata voluntas; vel quia non valet, niſi poſt Teſtatoris monumentum, ideſt poſt mortem, prout explicat *Catholicon. Verb. cod.* Dicitur etiam iuſta ſententia, quia ſi eſt iniuſta, puta quia vult quis exhæradare filium ſine cauſa, non eſt ſeruanda. *13. q. 2. c. Siquis.* Dicitur, cum hæredis inſtitutione, quia aliter non erit teſtamentum. *Inſtit. de leg. §. ante hæredis Inſtitutionem.* Et ſic teſtamen-
390 tum non comprehendit Codicillũ, ſed ab eo differt, quia in eo Codicillo dari non poteſt hæreditas vel adimi. *Inſt. de Codicill §. codicillis, C. de Codic. l 2. & l ſi idem.* Non compręhendit etiam donationem cauſa mortis, quę eſt quaſi quędã vltima voluntas. Non refert aũt, quibus verbis fiat teſtamẽtum, vel hęredis inſtitutio, ſiue dicatur, Petrũ hęredem inſtituo, ſiue voluntatem meam eius diſpoſitioni committo, vt dicitur *in Iure. c cum tu. de Teſtam.* Nec curandũ eſt de verbis teſtatoris, modo talia ſint, per quę cõſtat de eius voluntate. *l fin. C. de Teſta.*
391 Et notandũ quod quoddam teſtamentum dicitur nũcupatiuũ, & ſine ſcriptis, & eſt illud, in quo teſtatoris & hęredis, & legatariorũ nomina, & oĩa in eo contenta corã teſtibus manifeſtãtur; dictum ſine ſcriptis, ideſt ſubſcriptione teſtium, & alijs ſolemnitatibus requiſitis in teſtamento in ſcriptis facto, de quo *in l. conſultiſſima. C. de teſtam.* Quoddã verò dicitur teſtamentum in ſcriptis, quod poteſt quis facere quando non vult quod teſtes, vel aliquis ſciat ſuam diſpoſitionem, quod teſtamentum multa de ſubſtantia requirit, vt *in l. iubemus, C. de teſtam. & d. l hac conſultiſſima.* Et niſi quis ſit bene doctus in eo, faciliter errabit in ipſo condendo, ideo habeat aliquem Doctorem pro conſilio, qui vult illud facere. *Angel. & Syluest. loc. citat. & Rodriq. d. quæſt. 69. artic. primo.* Qui autem condere poſſunt teſtamentum, vel non poſſunt; Item quot teſtes requiruntur in teſtamento, & alia neceſſaria pro teſta-

teſtamentis faciendis, habetur per *Syluest. Armill. Angel. Tabien. & alios Summiſtas. in Verb. Teſtamentum.* Et circa hæredis inſtitutionem, & de executoribus Teſtamentorum, vide *Eman. Sà, in Aphoriſ Verb. Teſtamentũ, & D. Anton. loco ſupracit. d ca. 3. per totum.* Hoc ſolum animaduertendum eſt, quod, cum dicatur in littera; *Qui impediunt volentem facere Teſtamẽtum, aut procurant per ſeipſos vel alios peruer-*
392 *re ſuam voluntatẽ*, Impedire propriè eſt in materia noſtra mutare animũ Teſtatoris, vt id quod mihi, relicturus erat, non relinquat, vel obſtare ne quid fiat, & impedimẽto eſſe, v.g. vt in Teſtamenti factione non ſint teſtes, non ſit Notarius, vel ita operari, vt Teſtator non diſponat. Peruertere autem voluntatem, eſt propriè id efficere, vt Teſtatoris ordo nõ ſeruetur. *Glo. in c. cũ dilecta. in Verb. iuris ordinem. de Reſcript.* Vt ſi quis mutaret voluntatem Teſtatoris, vt faceret Codicillum, & non Teſtamentum, vel vt diſponeret aliter, quam decreuerat. *Graff. in Prax. lib. 2. c. 21. num. 1. & ſeq.*

Circa ſecundum, ex hactenus dictis elucet qui nam incidunt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

Primò enim incidunt, omnes cuiuſcunque gradus, & cõditionis, mares, & fœminæ, etiam Clerici ſeculares, qui aduertenter, & ex propoſi-
393 to, atq; doloſè, directè impediunt, & obſtaculo ſunt, ne Teſtator dum ſanus eſt, condat ſuum Teſtamẽtum, vel diſponat ad pias cauſas, puta procurando vt non adſint teſtes, nec Notarius, vel quouis alio modo operari nè Teſtator de rebus ſuis diſponat; vel efficiunt vt Teſtatoris ordo non ſeruetur, mutando eius voluntatem, v.g. vt faciat Codicillum & non Teſtamentum, vel ut aliter diſponat de rebus ſuis, quam facere decreuerat. ex *Graff. loc. cit. & num. 22.*

Secundò, & omnes qui per vim, aut fraudem, directè, & data opera, impediunt voluntatem infirmi deli-
394 beratam condendi Teſtamentum, & relinquendo rem alicui, vt fundũ, vineam, vel pecuniam, nempe non vocando Notarium, vel Teſtes, aut illos cum minis impediendo, ne introirent, iuxta dicta per *Bart. in l. 1. & 2. ff ſi quis aliq. teſta. prohib.* vel dicẽdo Notario, aut Teſtibus qđ infirmus non erat tunc bene diſpoſitus, quia requieſcebat, vel erat à gentibus tũc viſitatus, vel differendo tempus de die in diem, ita quod accedente poſtea Notario, & Teſtibus infirmus amiſit loquelam, vel inhabilis erat ad teſtificandum, quia non erat rationis compos. Et idem dicendum, quando quis mutaret animũ infirmi firmiter firmatum ad aliquid teſtandum, ſed abſque dolo, mendacio, & minis, v.g. quando Teſtator firmiter decreuiſſet legare Titio Centum, & ego blandis verbis induco, vt mihi, vel meo amico, vel filio meo, vel conſanguineo, relinquat. *arg. text. in l. fin. C. ſi quis aliq. teſtam. prohib. Graff. loc. cit. num. 31.* Vel nituntur mutare Teſtatoris voluntatem, quod ſcilicet loco Teſtamenti, faciat Codicillum, vel diſponat de bonis ſuis aliter, quam ipſe facere conſtituit. Et tales voluntatem teſtatoris peruertentes, ſeu per vim, vel fraudem impedientes, ne faciat Teſtamẽtum, etiamſi prohibens ſit Pater, qui prohibeat filiũ, vel ſit filius, qui prohibeat Patrem conficere Teſtamentum, tenentur ad reſtitutionem. *Molin. tom. 1. diſput. 135. ad finem. Salon. 2. 2. q. 62. art. 2. controuerſia 25. Nauar. cap. 17. num. 7.* & alij apud *Eman. Sà, Verb. Reſtitutio, nu. 213.* Secus ſi ſine vi, vel fraude impedierint. *Bonacin. tract. de reſtit. diſp. 1. q. 2. punct. 12. nu. 5.*

Non incidunt autem, Primò, qui conati ſunt impedire volentem facere Teſtamentum, ſed nullus effe-

ctus fuit ſecutus, quo minus Teſta-
395 tor Teſtamentum condiderit, verbi gratia perſuaſerunt, & fecerunt quęcunque potuerunt, vt Teſtator minimè Teſtamentum cōderet, quibus tamen non aſtantibus, Teſtator fecit illud; licet mortaliter deliquerint; & ratio eſt, quia vt ſæpè diximus, Caſuum reſeruatio ſemper intelligitur de actibus perfectis & conſummatis.

Secundò, nec Religioſi Regulares quorumcunque ordinum, qui, etiam aduertenter, & ex propoſito,
396 ac doloſè, directè impediunt, & obſtaculo ſunt, ne Teſtator, ſiue dū ſanus eſt, ſiue infirmus, condat Teſtamentum, vel diſponāt ad pias cauſas, quamuis lethali culpa ſe obſtringant, cum à Clement. V. *in Clemen. Religioſi. §. 1. de Priuileg.* eis præcipiatur in virtute Sanctæ obedientiæ & ſub interminatione maledictionis ęternæ, ne cum confectionibus Teſtamentorum interſint, a legatis matricibus eccleſijs faciendis Teſtatores retrahant; & ratio eſt, quia cum Religioſi exempti ſint ab Ordinariorum iuriſdictione, non includuntur ſub caſuum reſeruatione. ex *Graſ. loc. ſupracit. num. 23.*

Circa tertium; Praxis obſeruanda à Confeſſario circa Confeſſionem & Abſolutionem Pęnitentium, Teſtamentum facere volentem, impedientium, aut illius voluntatem peruertentium, hæc erit.

Circa Confeſſionem, Primò Confeſſarius ſubtiliter interroget pęnitentem, qui voluntatem Teſtatoris
397 impediuit; An illius voluntas erat omnino firmata, vel non. An pęnitenti de iure debeatur hæreditas, & ille turpem perſonam inſtituere volebat. Quo animo motus fuit, An minis, vel doloſè, aut blandis verbis ſine dolo forſan motus ne defraudaret illam cui debebatur hæreditas, quæſiuit mutare illius voluntatem; An intuitu Perſonæ, quia ille, ad quem ſpectabant bona, erat Pauper, Nobilis, Virgo, quæ ſine Dote remanebat. Item an id fecit propter lucrum, puta, quia ſibi promiſſa fuit dona, vel pecunia à parte, hac lege, vt omnino mutaret mentem Teſtatoris, vel impediret, ne quod diſponere volebat, in Teſtamento condendo, haberet effectum; Item, An propter odium aliorum propinquorum, potius ſibi, quam illis, quibus forſitan de Iure bona illa pertinebāt, relinqui volebat, hæreditas, & ob id, Notarium pecunia corrupit, vt ſcriberet in Teſtamento, ei, & non alijs prædicta bona, ſpectare; An hanc ob cauſam, aliqua litigia orta ſint inter eos, & murmurationes, rixæ, ſeditiones, inimicitiæ, contentiones, dimicationes, & pugnæ, ita vt alter illorum vulneratus ſit, hæc enim in Sacramentali Confeſſione neceſſario, vt patet, ſunt explicanda, vt Confeſſarius ſciat qualem pęnitentiam imponere debeat.

Secundò, inquirat etiam quoties, id facere attentauerit; Confeſſarius enim de numero ſaltem probabili
398 interrogare debet, cum ad Confeſſionis integritatem expreſſio tam ſpeciei, & circunſtantiarum peccati, quam numeri neceſſaria ſit, vt de Ruſticorum Confeſſione in caſu Blaſphemiæ admonet *Nauar. Conſil. 12. de Pęnitent. & remiſſ.* vbi ex *D. Thom. & cap. omnis. de Pęnitent. & remiſſ. & Concil. Trident. ſeſſ. 14. Can. 7.* expreſsè fatetur pęnitentem teneri ad Confitendum numerum veriſimilem peccatorum. Pęnitens ergo tenetur certum numerum explicare, ſi ſciat, ſi autem neſciat certum, ſaltem propinquiorem conetur explicare; ad quod faciendum rationem ſecum ponat, quoties in die, vel hebdomada, vel menſe peccare ſolitus erat, vel circumcirca, quanto exactius potuerit, & numerum confiteatur certiorem,

rem,

Digitized by Google

rem, vel veriſimiliorem, addendo
plus,vel minus, *Graff. de Arbitr. Con-
feſſar. libr. 1. cap 17. num. 2. & par. 1. lib.
1. dec. aur. cap.* 20. *nu.* 18. alias Confeſ-
399 ſio nulla eſt, & omnino iteranda.
*Ioan. Bapt. Corrad. par. 1. Reſpon. caſu
conſc. q.* 48.

Tertiò, Confeſſarius dum excipit
400 Confeſſionem illius,qui teſtari deſi
derat, animaduertat docere illum,
vt teſtari volens,ſanus, vel in princi-
pio ſuæ infirmitatis, id omnino ſa-
ciat, ne poſtea ſucceſſuri ab inteſta-
to de more varijs modis,& in his No
tarios & Teſtes auertendo, ab eo fa-
ciendo impediant,quominus alijs ali
quid relinquat, qui tamen grauiſſi-
mè peccant, & incidunt in hunc ca-
ſum reſeruatum,vt diximus, cum o-
bligatione reſtituendi, & pœna per-
dendi hæreditatem. *l. 1. C. ſi quis aliqu.
eſt prohib. D. Antonin. par. 3. tit.* 10. *cap.*
1. *§. 2. in fin.* quod intellige ſi vi, vel
iuſto metu,vel mēdacijs, fraudibus,
vel doloſis fictionibus, Teſtatorem
auertunt, tunc enim peccant & ad
reſtitutionem tenentur ei, cui reli-
ctum erat; nam qui ſolis blandicijs,
ſine vi, mendacijs,& dolo, ſed prę-
cibus, vel aliquibus cauſis iuſtis, mu-
tare faciunt Teſtamentum, vel Le-
gatum, licet etiam ex odio fecerint,
non tenentur ad reſtitutionem, quā-
quam propter huiuſmodi odium pec
401 cent. *Io. Bapt. Corrad p. 1. q* 116. Præ-
cari etiam per ſe,aut alios, vt ſibi po-
tius quam alijs relinquat, ſine ma-
gna importunitate, non eſt pecca-
tum, iuxta *Salicetum in l. 3. C. eod.* De-
bet item Teſtator operam dare vt in
ſtatu gratiæ Teſtamentū faciat, quia
id faciens in ſtatu peccati mortalis
nullam gratiam, nec gloriam mere-
tur iubendo ſuffragia, & alia pro ſua
anima fieri: quamuis poſtea in ſtatū
gratiæ redeat, & in eo moriatur, ſi-
cut nec ad illum effectum alia opera
in peccato mortali facta proſunt, *cap.
nihil. de Cōſecrat. diſt. 5 gloſſ in cap. quod
quidem. de pęnit. & remiſſ.* immo nec ad
ſatisfactionem pœnarum, quas in
Purgatorio debet, vt ſignificant ma-
gni Auctores in id citati à Magiſtro
in 4. diſtin. 15. & affirmant *Sanctus Tho
mas, Bonauent. & Richar.* & commu-
402 nis *in 4. diſtin.* 16. Quare conſulen-
dum eſt Teſtatori, vt quum proba-
bilius exiſtimat ſe eſſe in ſtatu gratiæ
(qui vt plurimum videtur eſſe poſt
Confeſſionem & Communionem)
Teſtamentum antea factum cum om
nibus in eo contentis ratificet, & of-
ferat Deo ad gratiam eius per remiſ-
ſionem peccatorum promerendam,
iuxta mentem omnium. Quod verò
aliqui dicunt, Teſtatorem, qui nec
Parentes,nec liberos (qui ſunt neceſ
ſarij hæredes) habet, teneri ad relin-
quenda bona Cognatis Pauperibus
(niſi mali & indigni ſint) limitan-
dum eſt procedere tantum in Co-
gnatis extremè egentibus, quibus
nullus alius proximior Cognatus eſt,
qui eos alere poſſit & velit, quia
nulla lex naturalis, diuina vel hu-
mana ad plus de præcepto obligat.
Nauar. in Man. cap. 26. num. 36. Teſta-
tor ergo debet relinquere bona ſua,
ſuis neceſſarijs hæredibus, ſi habet,
videlicet Parentibus & filijs; & pōt
403 Pater inter filios ſtudioſos, quem
viderit honeſtiorem,& ſibi obedien
tiorem alijs, in bonis præferre & è
conuerſo minus digno, aliquid præ-
cæteris mandare, modo non priuet
alios ſua legitima portione, & ne
egeant. *Ioan Bapt. Corrad. par. 2 reſpon.
Caſ. conſcient. quæſt.* 486. Quod enim
vni ex filijs, vel alijs Conſanguineis
æqualiter attinentibus magis relin-
quat, liber eſt, nec peccat ſi iuſta ra-
tione mouetur, nā & Patriarcha Ia-
cob legauit Ioſeph filio ſuo omnium
optimo partem vnam præ cæteris,
ſcilicet agrum cum ſpelunca duplici.
404 *Geneſ. c.* 48. vt enim dicit *Lex, vnuſ-
quiſque in re ſua eſt moderator, & Iu-
dex &* alius textus Iuris dicit

facit iniuriam, qui vtitur iure ſuo. c. cum Eccleſia vulterana de elect. Iniuſtũ aũt eſſet, quod Teſtator ita legaret Eccleſijs, quod priuaret filios ſine cauſa rationabili tota hæreditate, nec ẽt poſſet, quia legitimam non põt auferre niſi in certis caſibus; Vnde *D. Aug in ſerm. 2. de vita Clericorũ*, & habetur in *c. ſi quis irraſcitur. 13. q. 2. Planè moriens ſic faciat, quod ſæpe hortatus ſum; Vnum filium habet, putet Chriſtum alterum; duos habet, putet Chriſtum tertium; decem habet, Chriſtum vndecimum faciat, & ſuſcipio.* Hoc tñ exortatio ẽ, non præceptum *D. Anto loc. ſupracit. d. c. 1. §. 2.*

405 Pater tamen filios ſtudioſos, & ſibi obedientes, non poteſt exhæredare, licet poſſit ex aliqua cauſa hæreditatem illis minuere, eſſet. n. contra ius naturale, & omnium gentium ſine iuſta cauſa hæreditatem illis auferre, niſi ipſi filij conſentirent, ſed conſentientes, & familiam grauẽ habentes, mortaliter peccarent contra charitatem, non autem contra iuſtitiam; exhæredare tamen põt filios etiam legitimos ꝑꝑ eorum crimina, ſi lex Ciuilis hoc ipſi concedat, quod quidem non eſt contra ius diuinum, & naturale punire ſcilicet filios rebelles, & ſceleſtos, imò eſt vtiliſſimũ bono communi, vt in veteri lege pluribus in locis inueniuntur exempla.

406 Et multæ ſunt cauſæ, quibus iuſtè Parentes exhæredant filios. Vt ſi manus violentas in Parentes inijciant. Si mentitos illos eſſe cum contumelia aſeruerint; ſi illos non curarunt a captiuitate redimere, cũ potuerint, ſi de crimine aliquo, et facinore apud Iudicem Parentes accuſauerint. Si cum Nouerca ſua concubuerint. Si a fide receſſerint per hæreſim, & ſimilia, de quibus vide *gloſ. in c. Quintauallis. de iureiurando.* & ſummiſtas in *Verbo exhæredatio*, præſertim *Armill. vbi nu. 1.* inquit, quod Pater debet habere iuſtam cauſam, vt exhæredare poſſit filium, quam debet in Teſtamẽto

407 ſcribere, filios tamẽ ſiue legitimos, ſiue illegitimos, nullo titulo põt priuare alimonijs ipſis neceſſarijs, quod ſi filij non egeant, ſed habeant aliunde, vnde ſibi ſufficiant, vel via hæreditaria, vel quia ſua induſtria, & labore valuerunt, & valeant ſibi acquirere bona, vel Caſtrenſia, vel quaſi Caſtrenſia, quos poſſunt propter ſua crimina exheredare, poſſunt etiam alimonijs priuare; eſt de iure naturali, quod Parentes nutriant filios, ẽt Animalia id faciunt. Et ſi alienos quandoque tenemur alere, multo magis proprios. Quando vero filij habent vnde viuant, ob culpas ſuas in Patrẽ,

408 põt tunc Pater eis alimenta negare; lex ipſa propter filiorum ſcelera, concedit Parentibus alimenta filijs denegare. *Io. Bapt. Corrad. vbi ſupra d. q. 486.* Vbi etiam dicit quod Parentes carentes filijs tenentur diſtribuere bona ſua inter cognatos, & Propinquos, ſi egẽtes ſint, ſeruato ordine charitatis, præferendo honeſtiores propinquiores, & Pauperiores, filijs. Et *D. Tho in quadam Quæſt. de Quolib.* dicit, vt refert *Sanctus Anton. loc. citat.* quod ſi Propinqui indigent hæreditate morientis indigentia manifeſta, ipſe moriens tenetur eis dimittere hæreditatem, niſi eſſent mali, & huiuſmodi bonis indigni: & dico tenetur ex debito honoris parentelæ, quia tamen præcipitur honorare Patrem, & Matrem, præcipitur etiam honorare Parentelam in his, quæ ad Parentelam pertinent, vt ſunt ſubſidia temporalia; ſi autem non indigẽt manifeſtè, poteſt liberè in alios, & ꝑcipuè pauperes diſtribuere, & legare.

409 In legando autem familiæ Teſtator ſit bene diſcretus, vt ita bona ſua diuidat, & ita clarè teſtetur, vt nõ habeant poſtea oriri litigia inter hæredes. Et caueat ne de malè ablatis, quæ ſunt obnoxia reſtitutioni relinquat hæredibus ſuis, vel fiat inde Capella, Paramenta, vel Calices, & huiuſmo-

iuſmodi, ſed ſi vult ſalubriter prouidere ſaluti Animæ ſuæ, dimittat reſtituenda certa certis Perſonis,& incerta pauperib. nō ędificijs;& multo magis caueat, ne exhæredato filio, hæredem faciat Eccleſiam, vt multi facere ſolent,cōtra quos dicit *D. Augu. in ſer. 2. de vita Clericorum.* & habetͣ in *c. quicunque. 17. q. 4.* Quicunq; vult
410 exhæredato filio, hæredem facere Eccleſiam,quærat alterum,qui ſuſcipiat,non Auguſtinum;imò, Deo ꝓpitio,nullum inueniet. *D. Anto. loc. ſu*
411 *pracitat.* Si ergo filij,vel alij Conſāguinei non ſint indigentes,Teſtator poterit tuta conſciētia bona ſua cōuertere in opera pia. Vnde S. Ambroſius, Auguſtinus, Io. Chriſoſtomus,et alij Sancti Patres,quæ Eccleſijs mandabantur, ſi Defuncti relinquebant Affines indigentes, præcipiebat illis exhiberi,&non Eccleſijs,vt patet in *ſuprad. c. Quicunque. 17. q* 4. Vel ēt poterit alicui charo Amico aliquid relinquere,præſertim ſi egeat,& ēt familiari,qui ei fideliter ſeruierit. Et cauendum maximè erit, ne quis ſe gerat,vt quędam inſipiens Mulier fecerat, paucis abhinc annis, quæ relicta a filio domina omnium bonorū ſuorum,quæ ad decem millia ducatorū aſcendebant, oīa ad alienos tranſtulit, poſtpoſitis ſui Mariti Nepotib. quibus nihil relinquerat, quæ quidē bona,antiquitus fuerant de domo,et familia eius Mariti, quod factū vtinam in perditionem Animæ ſuæ nō ſucceſſerit,vt vereor;& propterea ca
412 ueant Confeſſarij, & valde caueāt in conſulendis teſtantibus, quid faciant,ne ſi cæcus cęcum ducat,ambo in foueam cadant. *Io. Bapt. Corrad. vbi ſupra. d. q. 486.* In principio tn̄ ſui Teſtamēti,primò & principaliter leget aliquid pro Anima ſua, plus vel minus ſecundum,quod pōt;& bene aduertat,quod ea,q̄ Eccleſijs, vel Pauperibus reliquit, ita caute dimittat quod impleantur, inſtituendo videlicet tales executores,quis ſint diligentes ad implendum,vt hæredes cogēdo in Teſtamento ad illa facienda, pœnam adijciendo puta,quod deuoluatur ad alios hæredes ſi non impleuerint; nam quotidiana experientia oſtendit,quod tarde, & aliqn̄ numq̄ fiunt tales executiones, quod eſt in magnum grauamen hæredū, & executorum. Vnde dr̄ in *c. qui curationes. 23. q. 2.* quod tales debēt excommunicari, vt necatores Animarum, quia ſubtrahūt eis illud ſuffagium, ex qua ſubtractione remanent in tormētis. *D. Anton. loc citat.* Et notandū, quod
413 Teſtamentum,vel vltima voluntas ad pias cauſas valet factū corā duob. Teſtibus,dummodo ſint legitimi, id eſt ne ſint minoris ætatis, vel infames,& huiuſmodi;ēt ſi eſſent Mulieres,quia in relictis ad pias cauſas Mulieres ſunt idonei, & legitimi teſtes.
414 Et ſi Teſtator ſecreto Teſtamētum manu ſua conſcribat, volens poſtea illud redigi in publicam formam per Tabellionem,ſi morte, vel furore ꝓuentus ſit antequam Tabellio,& Teſtes venirent, valebit Teſtamentū tale inter liberos,& quo ad pias cauſas, dummodo conſtet fuiſſe ſcriptū manu prædicti Teſtatoris. *D Anton. p. 3. tit.* 10 *c.* 3. §. 8. Qui etiam. §. 14 *& vlt.* dicit quod cum quis ſanus, vel infirmus,qui eſt ſanè mētis,vltimo diſponit de bonis ſuis,de quibus pōt diſponere, per ſimplicem ſcripturam, vel per verba ſolum,non violētatus, vel circumuentus, ſed liberè ſine Notario,& teſtibus debitis,ſtandū eſt eius diſpoſitioni tali in foro conſcientię, & hæredes quibus hoc conſtat certitudinaliter,tenentur ad obſeruandū illud,etiam ſi prius per ſolemne teſtamentum aliter diſpoſuerat. Executores etiam tenentur ad hoc ſi certi ſūt de vltima voluntate inquantum poſſunt Vnde *Greg. 13. q. 2. Vltima voluntas defuncti modis omnibus conſeruetur;*
415 vbi dicit *glo.* quod intelligitur cum volun-

Digitized by Google

voluntas eſt rationabilis; nam ſi moriens vellet exhæredare filium ſine cauſa, hęc voluntas non eſt ſeruãda. In foro tamen cauſarum, vbi proceditur ſecundum allegata, & probata, niſi ſint ſufficientes probationes per teſtes, & huiuſmodi, ſtabitur Teſtamento ſolemniter facto, & ſi nullum fecit iudicabitur, vt Inteſtatus. Teſta
416 mentum etiam coram duobus, vel tribus perſonis cum interuentu Parochi, in extremo ſpiritu, factum, vt *in c. cum eſſes de teſtam.* valet, non tam quo ad pias cauſas, q̃ quo ad prophanas, & tam in foro Eccleſiaſtico, quã ſeculari. Ceſſante vero dicto neceſſitatis caſu expreſſo *in d. c. cum eſſes*, licet in terris Eccleſiæ validum eſſet tale Teſtamentum, etiam quo ad legata non pia, tamen in vtroque Imperio tam Papæ, quam Cæſaris ſeruã da erit diſpoſitio Iuris Ciuilis, circa numerum Teſtium, & ſic intelligendum eſſe dictum textum in *d. c. cum eſſes*, tradunt *Iul. Clar. in §. Teſtamentũ. q. 6. num. 2 & q. 57 nume. 3. Guido Pap. deci. 543 Menoc de Præſumpt lib. 4 præſumpt. 4. q.* 80 *num.* 21. *Gabriel lib. 4 cõcl. 8. de Teſtam.* & loco Præsbyteri duo alij teſtes adhiberi poſſunt, ſecundũ
417 *Panormit. in d. c. cum eſſes* Imò ſcedula de manu Patris ſcripta continens eius vltimam voluntatem a filijs recognita, non ſolum inter ipſos liberos valet in vim vltimæ voluntatis, & Teſtamenti, licet non interuenerint Teſtes, nec ſubſcripſerit eidem, vt de magis communi teſtatur *Iul. Clar. d. §. Teſtamentum q* 7. ſed etiam valet ad pias cauſas, vt tradit *Bernar. Henric. in ſum magis com opin. lib. 1. concl. 76 ex Bonauogl. ad Iaſon in l. publicati. col. 1. C. de Teſtam ita Lazar. de monitor ſect 3. q 6 num. 34. vſq. 36* An autẽ
418 Teſtamentum factum contra Iuris Ciuilis diſpoſitionem, ita vt ipſo iure ſit nullum, in foro conſcientiæ, ſit obſeruandum; In hac graui, & difficili quæſtione, variæ ſunt opiniones Doctorum; Quorum quidam tenẽt partem affirmatiuam, dicentes, vltimam voluntatem, & ſi minus ſolemnis ſit, in foro tamen conſcientię, eſſe obſeruandam ceſſante fraude, & dolo, ac proinde relicta in tali minus ſolemni diſpoſitione in eodẽ foro conſcientiæ debentur, & qui ea hoc titulo poſſidet, eſt tutus in conſcientia, ſecureq; retinet; ita poſt multos intrepidè tenet *Franc. Mantic. de coniect. vlt. vol lib. 2. tit.* 14. *num.* 10. *cum ſeq.* affirmans hanc eſſe magis communem & veriorem. Hanc quoque ſententiã videtur ſequi *Sot. lib. 4 de iuſt. & iur. q. 5. art. 3.* Hinc *Bal. & Iaſon in l. 1 num. 7. C. de Teſtam.* tenent quod legatarius, vel hęres inſtitutus in Teſtamẽto minus ſolẽni, quod probare nequit ob detectam inhabilitatem Teſtium, dato, quod in iudicio contentioſo obtinere nõ poſſit, nihilominus põt quocunque ingenio in foro conſcientiæ furari res hæreditarias; idem tradit *Alexand conſil. 13. lib 1. And. ab Exea. in repet. c canonum ſtatuta. num. 334. de Conſtit.* quod quidem erroneum eſſe demonſtrat *Menoch. de Præſumpt lib. 1 q. 80. num. 34 poſt Couarru. lib. 1. Var. c 2 num.* 15. Alij vero tenent partem negatiuam, vt *Couarru lib. 2. in Regul. peccatum p. 2. §. 3. num.* 10. *de reg. iur. in 6. Victor. 2. 2 in princ. de reſtit Ledeſm 2. 4 q. 18. art. 1. dub. 12. Menoch loc. cita d. q. 80. per totum.* & hanc eſſe tutiorem, probabiliorem, & veriorem tradunt *Michael Salon 2. 2. q. 61. arti. 4. & Petr. Arragon. ibi q 62. de dominio,* vbi pluri
419 bus argumentis, & rationibus eam probant aſſerendo Contractum donationis, vel Teſtamentum iure Ciuili nullum, in conſcientia nullum eſſe, & deficientibus iuris ſolemnitatibus, quæ in Inſtrumentis dicuntur ſubſtantia ſecundum *Menoch de Præſumpt lib. 2. præſumpt* 81. *num.* 1. illum, qui ita poſſidet, teneri ad reſtitutionem; & ratio eſt, quia cum Reſpublica Ciuilis præter ius naturale, ac Di-

Digitized by Google

uinum poteſtatē habeat leges iuſtas condendi quæ ſanè poteſtas vana,& inutilis foret,niſi ſubditi huiuſmodi legib.in cōſciētia obedire tenerētur, vt pulchrè ꝓbat ex *D.Tho.* 1.2.q.96. *art.* 1. *Clau. Reg.lib.* 3.c.6.*nume.* 12.*poſt Card. Bellar. cont.*5. li.3. c.11.ꝑ tot. & leges humanas iuſtas vim habere in foro cōſciētię cōfitent̄: Panormit. & cæteri,cū quib.diſputāt:poſſitq. Reſpublica & Princeps naturalē voluntatē Ciuiū cohibere in ſuis diſpēſandis reb. & modū eis pręſcribere,ſicut facit ꝑ *Cōcil. Trid.*circa Matrimonia, q̄ niſi fiant cū certis ſolēnitatib.irrita ſunt,licet forma eſsētialis Matrimonij ſit ſolus mutuus cōſenſus, hoc eſt materia Matrimonij eſt expreſſio mutuę traditionis, qua q̄libet ſponſorū tradit alteri ſui corporis poteſtatē; forma vero eſt expreſſio mutuę acceptionis,qua q̄libet acceptat traditionē per alterū ſibi factā,vt rectè docēt *Tho.Sāch.de Mat.to.*1.*li.*2.*diſp.*5. *Alex. Peſan ad D.Tho.*3.*p.q.*42.*diſp.*2.*de Mat.* cōſequēs eſt,vt huiuſmodi cōtractus & Teſtamēta minus ſolēnia legib.humanis īualida, nullā vim in cōſciētię foro ad dominiū trāsferēdū habeāt; errāt ſanè dicentes huiuſmodi leges eſſe cōtra naturā, ne q̄s poſſit diſpo-
420 nere de reb. ſuis cū nihil naturalius ſit, q̄ bonorū propriorū cōmunicatio:quia q̄ maximè eidē naturę conſentaneū eſt,vt fraudes tollant̄,& deceptiones,quas in contractib.& vltimis voluntatib. humana fallacia extrueret *Io.Bap.Corrad p.*2.*q.*84. *& Michael Salon.loc.ſuprac.d.art.*4 *ita Lazar. vbi ſupra d.ſect.*3.*q.*6. *nu* 2 *vſque* 7.

In hac tn̄ opinionū cōtrouerſia licet vtraq; habeat grauiſſimos auctores,& vtraq; ſit probabilis, & videāt
421 tuta,mihi tn̄ pace tantorū Virorū, quorū certè Diſcipulus eſſe vix mereor,diſtinguēdū ſic videtur. Primo, aut lex quę in Contractu vel vltima voluntate requirit certā ſolēnitatē, fundatur,& condita eſt principaliter ob ſolā rationem,& non ob ſolā pręſumptionē,aut è contra. Primo caſu ſi vſu recepta eſt, ſine dubio obligat in foro conſciētię. Vbi vero lex ſuper ſola ꝓſumptione fundatur, & præſumet ob defectū legitimę probationis non obligat in cōſcientia illos qui de veritate in contrarium certi ſunt. Secundo,aut lex,quę per rationem præcipuè condita eſt, reſiſtit, & prohibet omnino actum fieri anullādo ipſo iure,aut nō. Primo caſu ex tali prohibito contractu vel vltima volūtate non pōt quis in vtroq; foro retinere bona acquiſita,vel legatū poſt legitimā interpellationē Hęredū veniētiū ab inteſtato,vel aliorū,quorū de iure intereſt. *Io.Petr.Ferrar in Prax.Papiēs. in for. lib.quopet.hære.Sanch.de Matr.to.* 1.*lib.*6.*diſp.*33.*nu.*2. Quando aūt non prohibet in totū, ſed cū certa ſolēnitate permittit, eo in caſu nō tenetur ad reſtitutionē, niſi poſtquā in Iudiciū vocatus fuerit,& condēnatus:intellige tn̄ in vtroq; caſu, dummodo omnis fraus,& dolus ceſſauerit, quia ſemper in actu intelligūtur, dolus,& fraus excepti: *l. creditos. §. Lucius. ff. mand. Lazar. loc cit.nu.*10.*vſque* 15.

Hinc infertur Primò, ꝙ quis pōt
422 ſibi retinere legatū, vel hæreditatē ex Teſtamento minus ſolēni, vt tradit *Matheſ.ſin.*4.*incip. nota mirabilem*, *& Capic.deciſ.*81.quouſq; fuerit oppoſitum contra tale Teſtamentum per venientes ab Inteſtato. *Menoc.de præſumpt.d q.*80.*n.*31.poſt *Sot.li.*4.*de iuſt. & iur q.*5.*a.*3.vbi inquit,ſi nuncupatus hæres in minus ſolemni Teſtamēto fortè hæreditatem poſſidet,dummodo oīs fraus, vis,& dolus abfuerit, non tenetur hæredi ab inteſtato reſtituere,quouſq.in iudicium vocatus, & condemnatus fuerit, & eodē m̄ō de legatario, qui legata accepit, dicendū eſt, ita in puncto concludit, & probat ex veriori,& magis cōmuni ſententia *Gutier.lib* 2.*Can.Quæſt.c.* 25 *nu.*11.*Ludo Carbo. de reſtit.q* 45.*in*

2.con-

2.concluſ. Venientes aũt ab Inteſtato
423 ſtante Teſtamento minus ſolemni poſſunt, & ipſi cum bona conſciẽtia hęreditatem petere,& retinere. Et ſi venientes ab inteſtato bona poſſiderent ante Iudicis ſentẽtiam, tutò poſſiderent, imò cũ primum iudici conſtiterit de defectu talis Teſtamẽti, tenetur illum declarare nullum, & rẽ veris dominis reſtituere. *Salon.2.2.q.61.ar.4.* Nec huiuſmodi hæredes ab inteſtato ſcientes talem fuiſſe Teſtatoris voluntatem lædunt propriam conſcientiã, nec peccant mortaliter impugnando tale Teſtamentum, vel poſſidendo huiuſmodi bona, Primò quia cum talis voluntas minus ſolẽnis, volũtas non ſit, nimirum lege eã annullante, propterea non lędunt conſcientiam, ſi iure exiſtimant ſe nõ teneri, & in dubio debent conſcientiã ſcrupuloſam deponere. *Menoch.d q.*80 *nu.*30. Quando aũt dubitat, & remanet coſcientia læſa, hoc eſt quãdo hæres ab inteſtato dubitat an poſſit petere, vel retinere hæreditaria bona, attenta Teſtatoris voluntate, vel dubitet, an fuerit verè talis voluntas nempe hæredi in minus ſolemni Teſtamento inſtituto ſua bona deferendi, & ob id habeat læſam conſciẽtiã in non adimplendo Teſtamento, tũc quidem durante dubio, facta morali diligẽtia, tenetur facere compoſitionem cum hærede, legatarijs, & fideicommiſſarijs, ita minus ſolemniter inſtitutis pro dubij quantitate ſibi accipiendo partem eorum bonorũ, & partem alteram illis relinquendo. Secundò, facit quia voluntas diſponentis adaptatur ad poſſibilia, & pręſumitur voluiſſe, quod iura volũt, vt rectè docet *Anto Marius de Caſibus. I. C. in conſil* 2 *nu.*332 *in mat. feud. in cauſa Epiſcop. Papien.* Vbi verò è conuer-
424 ſo retinens bona ex contractu minus ſolemni ita animo conciperet, & iudicaret primam opinionẽ falſam, tunc ſtatim quicquid per talem contractum, vel Teſtamentum obtinuerit, reſtituere teneretur, niſi eam deponeret, aliter.n. ageret contra propriam cõſcientiam, & ædificaret ad gehennam, ita *gloſ. in c. inter hæc.33.q.2. Menoch.d.q* 80 *num.*29. *Io. Gutierez. lib.2. Canon. Quæſt.c.25.num.* 11. Et ſic limita ſupradictam Primam illationem. Secus vbi vtranque iudicaret probabilẽ, quia tuto illa poſſideret, nec teneret reſtituere, donec iudex præciperet, vt diximus, petentibus legitimis hæredibus. *Lazar. loc. citat. num.16. vſque.20.*

Secundò limita dictam. Primam illationem, quod ſi hæres ab inteſtato
425 petat coram Iudice ſua bona, & inſtitutus in hæredem per Teſtamentum minus ſolemne, & nullum ipſo iure, defendat ſe fraude, & dolo, occultando teſtes, vel ſcripturas, vel inducendo falſas, tenebitur proculdubio ipſi hæredi illa bona reddere ſine alia Iudicis ſententia, quia leges irritantes contractus, vel iſtas vltimas voluntates, nõ ſunt pęnales, ſed præceptiuæ, ideo ſi retineat alienũ, retinet inuito domino, quod eſt mortale, vt tradit *Sal.2.2.q.61.ar.4.* quem refert & ſequitur *Io. Bapt. Corrad. loc. citat. d q.*84. Tertiò limita, vbi hæres inſtitutus in minus ſolẽni Teſtamento ſit extraneus, omiſſis a Teſtatore
426 Conſanguineis indigentibus, quibus in conſcientia ſubuenire tenebatur; quia tunc ante omnem Iudicis cõdemnationem talis hęres reſtituere tenetur, vt latè probat *Burgos de Paz* quem citat, & ſequitur *Gutier. lo. cit. d. nu.* 11. *Lazar. loc. cit. nu.* 21. *& ſeq.* Hæres vero legitimus ab inteſtato ſuccedens, nec in foro Iudiciali nec
427 in foro Animæ tenetur reſtituere hæreditatem, nec ſoluere legata relicta in minus ſolemni Teſtamento hęredibus, & legatarijs, in eo ſcriptis, ſed ſecurè in conſcientia ſibi retinere poteſt, vt communiter tradunt *Menoch. loc. citat. d.q.*80.*num.*13 *&* 32.

Sot-

Sot. lib. 4. de iuſt. & iur. q. 5. ar. 3. Couarr. in c. cum eſſet. de Teſtam. Gutier. d. nu. 11. *Lud. Carbo. de reſtit. q. 45. in 3. concl. Lazar. loc. citat. nu.* 29. & ratio eſt, quia
428 omnis actus tribus conficitur, volũtate, potentia, & mõ ſiue forma adhibitis. *c. ſuper. de offic. deleg.* quibus non concurrentibus, actus nullus eſt, nec conſequitur nomen ipſius actus *l. hac conſultiſſima. C. qui teſtam. fac. poſſunt.* Non enim ſufficit veritas ſine ſolemnitate. *l. ſi veritas. C. de fideic.* Nec ſatis eſt, quod actus rectè hoc eſt cum iuſtitia, niſi ritè, ideſt cum ſolemnitate fiat; nec ſat eſt bonum agere, niſi & bene agitur. Vnde ex contractu, vel Teſtamento minus ſolemni non oritur naturalis obligatio, quę ex vinculo legis oriri debet in caſu noſtro, cũ verè tale Teſtamentum, ſit nullum, & pro nullo habeatur. Lex namque humana irritans eiuſmodi cõtractus & Teſtamenta, lataque a poteſtate publica, cui Teſtator, & bona illius ſubiacent, impedit, ne ex ea obligatio naturalis oriatur, vt dictum eſt; nec talis lex fundatur propriè in pręſumptione, ſed irritat vniuerſum Teſtamentum minus ſolemne, quæcunque fuerit voluntas Teſtatoris, idq; quia ita poſtulat bonum cõmune, ne permiſſio Teſtamẽti minus ſolẽnis, occaſio ſit malorum in republica. Di
429 cerem tamen, quod in legatis, Donationibus, & alijs operibus ad pias cauſas, pſertim vbi ſine magno detrimento ſolui poſſunt, teneretur hęres ex tali Teſtamẽto minus ſolemni fauore Animę, ceſſante fraude, & dolo prout ſentiunt *Silu. verb. legatum. 4 q.* 10 *prope fin Nau Man. c.* 17 *nu.* 117. *Lopez in inſtr. conſc. p.* 2. *c.* 14. *Io. Bapt. Corrad. loc. ſupra ci. d q.* 84. & faciunt adducta per *Graff. p.* 1. *lib.* 4 *dec. aur. c.* 8. *nu.* 20. vbi ex *Sil.* dicit quod ſi Petrus in extremis conſtitutus inſtituat hæredem Titium, quem rogauit teſtator, vt pro eius Anima daret 20. Sempronio Pauperi, quod quidem relictum non fuit ſcriptum in teſtamẽto, hoc tamẽ nouerunt aliqui; Defuncto Petro Sempronius petijt 20. a Titio, q negauit relictũ, in hoc caſu licet Titius non teneatur ſoluere in foro Iudiciali ex defectu probationum, tenetur tamen in foro conſcientię, & per monitorium, & excommunicationẽ compelli poteſt ad tale reliſtum piũ
430 præſtandum, quia voluntas teſtatoris, vt lex eſt ſeruanda in hoc caſu, vt probat *Surd. deciſ.* 346. *nu.* 25. *li.* 2. Sublimita tamẽ, quod etiam ad legata pia hæres ab Inteſtato non teneatur, qñ teſtamentum ipſum, quo relicta fuere, iure ſolemne non fuerit, etiã quo ad ea, nempe quod duos nõ habuerit teſtes, ſed vnum, ita *Ioã. Gutier. lib.* 2. *Canon Quæſt. c.* 26. *num.* 11. alias ſecus eſt dicendum. *Lazar. vbi ſupra loc. cit. a num.* 30. *vſque* 33.

431 Quando autem hæres ab Inteſtato peteret hæreditatem in tali minus ſolemni teſtamento, non tamen a lege irritato, alteri relictam, vel renueret ſoluere legata, aut fideicõmiſſa minus ſolemniter relicta, tunc poteſt, iuxta *l. vlt. C. de fideicom.* & debet in exteriori Iudicio cogi iurare, an certo ſciat, vel certo ſibi perſuadeat eam fuiſſe teſtatoris voluntatẽ, atq; adeo debitam illis in foro coſciẽtiæ, quod ſi annuat, vel iurare renuat, adiudicanda eſſe hæredi fideicommiſſariũ, aut legatarijs in minus ſolẽni teſtamẽto, aut Codicillo relicta, nõ quidem vi talis teſtamenti, aut Codicilli, quaſi fidem in foro exteriori faciat, ſed vi propriè eius Confeſſionis formalis, q̃ cenſetur ſufficiẽs, & legitima probatio, nihil impediẽte præſumptione in contrarium, & quod tale teſtamẽtum, aut Codicillus minus ſolemnis fidem non faciant in foro exteriori. Ad quod bene aduertant
432 Aduocati, & Procuratores, quia in praxi eis perutiliter deſeruiet. Non mediocriter quidẽ expediret, vt ſcripſit *Moli. to.* 1. *tract.* 2. *de inſtit. diſp.* 81.

Chri-

Chriſtianos Principes legiſlatores, quandoquidem res hæc tota ex eorũ mente pendet, vt vnuſquiſq; in ſuo Regno diſertis verbis explicarẽt, an intenderent irritas omnino reddere minus ſolemnes voluntates, impedireq; ne ex eis obligatio naturalis oriretur, vt *Couarr. Menoch.* & alij ſentiunt; ita enim fieret, vt Confeſſarij eſsẽt vnanimes, & multo melius cõſcientijs hominum conſuleretur. *Lazar. loc citat. num. 45. & ſeq.*

433 Sed grauis extat dubitatio, cur nuncupatus hæres per inualidum teſtamentum ob defectum ſolemnitatum, non autem irritum ipſo iure nõ teneatur protinus abſque petitione, & iudicis ſententia reſtituere hæredi ab inteſtato, & ſic pariter legatarius poſſidens legatum per huiuſmodi teſtamentum; Cui dubitationi reſponderi põt, talem hæredem non teneri ad reſtituẽdum ante Iudicis cõdemnationem, ea potiſſimum rõne, quia ceſſante omni fraude, & dolo, iura humana nihil aliud volunt in hoc caſu, q̃ qđ tales vltimę voluntates, vel contractus habeantur nulli ad fidem faciendam in Iudiciali foro, non aũt quod ſtatim ipſo facto translatio ſit nulla, vel ob talẽ ſolemnitatis omiſſionẽ prorſus impedire dominij trãſlationem; alioquin nimis rigoroſũ eſſet aliter intelligere huiuſmodi leges, quarum præcipuus finis eſt fraudibus obuiandi. *Sot li. 4. de iuſt. & iur. q. 5. a. 3.* Quod procedit etiam quãdo abſolutè, & ſimpliciter annullat actũ, quia quamuis in hoc caſu non liceat tali hæredi, vel contrahenti ex huiuſmodi teſtamento, vel cõtractu ipſo iure irrito ob omiſſas ſolemnitates expectare iudicis ſententiã, non tenetur tñ ante legitimam hæredũ, vel quorum de iure intereſt, petitionem reſtituere, vt notant Doctores, qui tradunt, quod ſic obtinuit vſus, & declarauit recepta conſuetudo optima legum interpres. *l. 3. § ſi de interpretatione. ff. de legib.* quæ inducere põt, quicquid inducit Priuilegiũ, vel ipſa lex. *Nau. conſi. 1. de Regul. nu. 13. et conſi. 2. de Cognat. ſpirit. nu. 8. Tolet. lib. 5. c. 20. nu. 7.* Adde tñ quod licet in primo caſu ante ſententiam, & in ſecundo ante interpellationem reſtituere quis non obligetur, tamen bonum eſſet, præſertim in ſecundo caſu ante interpellationem reddere, & Cõfeſſarius conſilium hoc debet, ſed non ſub pręcepto, imponere. Vlterius du-

434 bitari põt, An hæres in teſtamento minus ſolemni ſcriptus teneatur in foro conſcientiæ legatarijs in eodẽ teſtamento nuncupatis, res legatas tradere, vel eas retinere poſſit, vt hæredi ab inteſtato, cum eas ab illo petierit, tradat. In vtramq. partem diſſerit *Burg. de Paz in l. 3. Taur. nu. 1512. cum ſeq.* & tandem de congruo concludit, vt refert & probat *Gutier. d. li. 2. Canon Quæſt. c 25 nu. 11. in fin.* quod huiuſmodi hæres in minus ſolemni teſtamento ſcriptus poſſidens hæreditatem tradat legatarijs in eodẽ teſtamento nũcupatis in foro conſciẽtiæ res ſibi legatas, ſi legatarij idoneos fideiuſſores præſtent, illum ab hærede ab inteſtato ab omni damno deinceps ob hoc contingenti immunem, & liberum facturos, & quod ſic caueatur etiam publico inſtrumẽto. *Lazar. vbi ſupra d. ſect. 3. q. 6. nu 47. vſq. 50.* & hæc omnia, vbi, & quãdo opus fuerit, Confeſſarius docere poterit pœnitentem in eius ſacramentali Confeſſione.

435 Quo ad abſolutionem; Primò animaduertat Cõfeſſarius non abſoluere pęnitentes, impedientes, volentẽ facere teſtamentum, aut per ſeipſos, aut alios ſuam voluntatem peruertere procurantes, niſi id amplius in futurum ſe facere nolle polliceantur.

Secundò; cum ſæpe accidat, vt nõ ſolũ teſtator, ſed ẽt Tabellio, vel hæredes, vel alterum illorum, ſint excõ-

436 municati, ideo Cõfeſſarius animaduertat,

uertat, quod non eſt licitum excommunicato teſtamentum condere, vel Codicillum, ſicut non eſt ei licitum donare, aut Contractus facere, nam de his omnibus eadem ratio eſt. Nichilominus tamen teſtamentum ab eo factũ, ſi in omnib. alijs iuxta formam iuris cõditum ſit, validum eſt, vt eſt communis ſententia in *c. Veritatis. de dolo, et cont. & in c. decernimus. de ſent. excom. in 6. & c. ad probandũ. de ſent. & re iud. & in l. ſi quæramus ff. de Teſtam.* ratio eſt eadem, quæ de alijs contractibus, quia teſtamentũ habet
437 valorem ex voluntate teſtatoris; q̃ ad hoc efficax eſt, niſi per legem irritetur: in præſenti aũt nulla eſt lex irritans volũtatem teſtatoris, generalis. n. prohibito excommunicationis non eſt ſatis, vt per ſe clarum eſt; Vnde vbi lex voluit hunc effectũ adiungere, ſimul cum excommunicatione in pœnam alicuius delicti, id expreſſit; Vt de Hæreticis in *c. excommunicamus. §. credentes. de Hæret. in 6.* & de percuſſoribus Cardinalium. *in c fœlicis. de pęn. in 6.* Et de Vſurarijs, non prius reſtituentibus, vel ſufficiẽtem cautionem dantibus in *c. vlt. de Vſur. in 6.* Hæ autem ſpeciales conſtitutiones Regulam in contrarium extra illos caſus confirmant teſtamentũ ab
438 excommunicato factum validũ eſſe, quãuis ſine violatione excommunicationis fieri non poſſit. Ex quo ſequitur Primò, idem dicẽdum eſſe de Perſonis, quæ inter conficiẽdũ teſtamentum ex neceſſitate adſunt, vt sũt Tabellio, teſtes, &c. omnes enim delinquunt, ſic communicando cũ excommunicato, quia nullo iure excipiuntur, neq. aliqua ſpeciali rõne eis conceſſum eſt. Sequitur ſecundò, idẽ
439 dicendũ eſſe de teſtamento, in quo excommunicatus hæres inſtituitur, aut aliquid ei legatur, peccat. n. teſtator ſic communicans cum excommunicato propter eandem generalẽ rationem, validũ tñ nihilominus erit teſtamentum. Nullo. n. iure Canonico, vel Ciuili irritatur, nec ex vi excõmunicationis aliquis fit incapax acquirendi noua iura, vel dominia, ſiue per contractum, ſiue per donationem, ſiue per ſucceſſionẽ ab inteſtato, ſiue per teſtamentum. Si ergo ex parte excommunicati nõ eſt incapacitas, & alioqui nulla eſt lex irritans tale teſtamentum, nulla ratione dici põt illud eſſe inualidum. Et hæc eſt ſententia communis Iuriſtarum, vt latè refert *Io Bap a Villaloboſ. lib. com. opin Verbo.* excõmunicatus. Excipiũt tamen Hæreticos, & ſimiles, qui ſpecialiter prohibẽtur, ex qua exceptione etiam poteſt firmari regula oppoſita, vt alias dictum eſt. Vnde non video quo fundamento Summiſtæ, vt *Silu. Verb Hæreditas. 3. nu 2. Armil. 26. Angel. Verb. Hæreſ. nu. 22. Tabien. num. 20. ſecuti Hoſt.* & quoſdam alios, dixerint Inſtitutionem excommunicati in hæredem eſſe nullam, ſolumq; citant. *l. ſed & ſi conditioni. § ſolemus. & l. ſi alienum. §. in extraneis. ff. de hæredit. inſtituend.* ex quibus ſolum habetur, ad valorem teſtamenti tempus ipſius inſtitutionis inſpiciendum eſſe: qđ nimirum, qui inſtituitur, eo tempore habilis ſit, de quo principio nemo dubitat. Oporteret autem probare excommunicationis tempore inſtitutionis adherentem reddere Perſonã inhabilem ſeu incapacem, quod tamen dicti Auctores nõ probant, nec poſſunt, quia nullo iure cautum eſt. Imò non deſunt, qui in cõtrariũ extremum declinent, dicẽtes, huiuſmodi inſtitutionem excõmunicati, nec peccaminoſam eſſe, quia illa non eſt communicatio cum hærede, ſed eſt ſola declaratio authentica ſuæ volũtatis. Sed hoc non probo, quia cõmunicatio non conſiſtit in ſola locutione, ſed per ſcripturam ẽt fit; nec ſolũ in verbis, ſed maximè in factis conſiſtit, ibi aũt, & per ſcripturam loquit̃ aliquo modo teſtator cum hęrede, &

quod

Digitized by Google

quod magis eſt, circa illum operatur morali modo, communicando ei bona ſua, vnde non eſt dubium, quin cũ illo communicet: eſt ergo illa actio illicita, quamuis non ſit nulla. Eſt tñ notanda differentia, quæ nunc inuenitur inter has Perſonas, qñ excommunicatio non eſt nominatim denũtiata, neq; orta ex publica, & manifeſta percuſſione Clerici: tunc enim ſolum qñ teſtator ipſe excommunicatus eſt, ipſi non licet teſtamentũ cõdere, tñ ſi hoc non obſtante condere velit, teſtibus nõ erit prohibitũ adeſſe, nec Tabellioni conficere teſtamẽtum, quantum ex parte excommunicationis, quia hæc non eſt illis prohibita cum tali excõmunicato. Videri tamen poſſet ibi interuenire, præſertim ex parte Tabellionis, gen⁹ quoddam cooperationis ad actionem illicitã, & ex hoc capite eſſe malã illam actionẽ: nõ tñ cẽſeo eſſe illã propriã cooperationẽ ad ationẽ malam, ſed ſolam permiſſionem, quia tota illa actio non eſt per ſe mala. & propterea prohibita, ſed eatenus tñ mala eſt, quatenus prohibita: illa autem cõmunicatio ita eſt prohibita huic excommunicato, vt tamen alijs cum illo nõ ſit; & ideo (dummodo ipſi non inducant illum ad communionem illam, ad quam ius non habent) nõ peccãt, nec cooperari cenſentur ad malũ, vt malum eſt, ẽt ſi illo inchoante cõmunicationem, ipſi aſſiſtant, vel reſpondeant, vel quod dictat, excipiãt. Hic
440 vero ſtatim ſeſe offert dubitatio ñ p̃termittenda, an. ſ. ille, cuius intereſt teſtamenti conditio, quia. ſ. ſperat ſe inſtituendum hæredem, poſſit inducere huiuſmodi excommunicatũ, vt illud condat, & an ille poſſit tunc licite, & ſine peccato cõdere. Vr̃. n. vtrũque licitum ob extrauag. *Ad euitanda*, quæ licet non faciat fauorem his excommunicatis, facit tñ alijs Perſonis, quæ cum excommunicatis communicare volunt, & cõſequenter excommunicatos non repellit, neq; eis communicationem prohibet ſi præciſè fiat in fauorem non excommunicati, ita vero eſt in dicto caſu: ergo qui ſperat inſtitui hæres, põt ob ſuũ commodum teſtamenti inſtitutionẽ procurare, & alter eodẽ intuitu põt licitè illud condere. Quæ rõ, & concluſio eſt ſatis conſentanea ijs, quę in ſimilibus dubitationib. diximus, & ideo veram illã eſſe cẽſeo, cũ hac moderatione, vt ſi fieri põt abſq; periculo, prius abſolutio ab excommunicatione procuretur, & obtineatur, quã teſtamẽtũ fiat. Quia numquam licet excommunicato communicare cum alio ẽt pp bonum eius, qñ põt abſolutionem præmittere ante talẽ cõmunicationem cũ eadẽ vtilitate, & commodo alterius. Quia iam tunc nulla eſt neceſſitas, ob q̃ Priuilegium conceſſum, alijs in dicta extraua. *Ad euitanda*, ad ipſum excommunicatũ extendatur in fauorem tertij, quia ceſſat rõ ex parte tertij, qñ illi põt æque ſubueniri, abſolutione pręmiſſa. Hęc ergo præmittenda eſt, & hoc mõ peti poteſt a tali excommunicato, vt teſtamentum cõdat. Quod ſi fingamus caſum, in quo ipſe nolit abſolutionẽ petere, quamuis poſſit, exiſtimo nihilominus poſſe alium ab eo licitè poſtulare, vt teſtamentum conficiat, q. a rem poſtulat, quæ ab alio mõ licito fieri poteſt: quod autẽ ille inordina-
441 to modo illam facturus ſit, alteri non imputatur. At vero ſi caſus ſit, in quo non poſſit omnino, vel non ſine magno periculo, abſolutio expectari, & præmitti, tunc, & hæres poteſt licitè poſtulare, & excommunicatus etiam poteſt licitè teſtamentũ facere, tunc enim propriè vrget ratio ſuperius facta. Addo vero vlterius, non ſolum ex illo ſpeciali iure extrauag. *Ad euitanda*, ſed etiam ex communi lege excommunicationis hoc eſſe licitum in eo caſu, ac proinde procedere, etiam ſi talis excommuni-

municatus denunciatus ſit. Quia ob verbum. *Vtile*. licitum eſt vti communicatione excommunicati, & ipſi etiam excommunicato licet communicare alteri, vt ei ſubueniat in re graui, quando aliter adiuuari non poteſt: ſed in eo caſu illa communicatio eſt moraliter neceſſaria ad ſubueniendum ſibi ipſi in re magni momenti, cuius amiſſio moraliter exiſtimabitur magnum in commodum, ſi loquamur de participante cum excommunicato: vel ad ſubueniendum alteri Proximo non excommunicato in re ſimili, & ocaſione, quæ ſemel amiſſa recuperari non poteſt, ergo ſuppoſita neceſſitate, ſeu impotentia præmittendi abſolutionem, interuenit tunc ſufficiens ratio vtilitatis Proximi, vt talis communicatio honeſtari poſſit. Tandem ob eandem extrauagant. *Ad euitanda*, nunc prohibitum non eſt excommunicatum non denuntiatum hæredem inſtituere, quia cum illo non eſt prohibita communicatio, & aliud impedimentum non interuenit. Ipſi tamen excommunicato inſtituto hæredi non licebit adire, vel petere hæreditatem exercendo aliquas actiones, quæ excommunicationem hominum requirant, nam ipſe prohibitus eſt: ſi quid tamen fieri poteſt ſine communicatione hominum, vt eſt tacita acceptatio hæreditatis, vel realis poſſeſſio per ſolam rei vſurpationem, aut aliquid huiuſmodi, id licitè fieri poteſt: reliqua vero, quæ communicationem requirunt, tunc illi interdicta ſunt, ſi tamen ea faciat, valida erunt, ea ratione, qua de ipſo Teſtamento, & de alijs Cōtractib. dicta ſunt, ita *Suarez. to. 5. de Cenſur. diſp. 15. ſect. 9. per totum.*

Tertiò, conetur inducere pœnitentem ad perfectam contritionem peccatorum, & firmum propoſitum
442 numquam amplius ad dicta peccata redeundi; poſtea oſtendat ei huius criminis grauitatem; ſi quidem quam graue ſit hoc crimen, ex eo dignoſci poteſt, quia mortaliter peccant, impediendo voluntatem Teſtatoris, ne ſuum Teſtamentum condere queat, cum faciant contra charitatem dum impediūt id, quod vellent ſibi fieri. *c. 1. diſt. 1.* contra illud.
443 *Chriſto ha laſciato nei precetti ſuoi.*
Non far ad altri, quel ch'a te non vuoi.
Vnde gloſa in extrauagan. *deteſtādæ. de ſepult.*
Quod tibi vis fieri mihi fac: q̄ nō tibi, noli,
Sic potes in terris viuere iure Poli.
444 Et dum impediunt voluntates ad pias cauſas, poſſunt dici Animarum interfectores nam impediendo ſubtraxerunt illis ſuffragia, & conſequenter ſunt cauſa, vt Animæ patiantur pœnas Purgatorij, ex ſuffragiorum ſubtractione. *arg. tex. in capit. fin. de iniur.* purgandæ igne purgationis, qui & ſi æternus non ſit, miro tamen modo grauis eſt, excellit enim omnem pœnam, quam vnquam paſſus eſt aliquis in hac vita, nam numquam in carne tanta inuenta eſt pœna, licet mirabilia paſſi ſint Martires tormenta, *cap. fina. de pœniten. diſt. 7.* Iſti ergo impediendo legata pia ad pias cauſas, efficiūt indirectè, vt Defuncti tam graues ſuſtineant pœnas;
445 Adde etiam textū ſingularem in *Clement. 1. de Priuileg.* punientem pœna excommunicationis Prælatum, vel Sacerdotem volentem relinquere alteri Eccleſiæ, puta Cathedrali, & ille Prælatus tantum facit verbis ſuis, quod fecit relinquere Eccleſiæ ſuæ. Dicit etiam *Angel. in leg. non enim. ff. de inoffic. Teſtamen.* ſe ſemel continuiſſe quandam magnam hæreditatem in fauorem quorundam fratrum Pauperum, quibus Teſtator in Teſtamento hæreditatem reliquerat, & Agnati, qui illud intellexerunt, tantum moleſtarunt Teſtatorem, perſuadendo ei, quod malefaciebat relinquere bona ſua

Digitized by Google

talibus fratribus, qui nihil boni vnquam facerent pro Anima ſua, & tantum fecerunt, quod Teſtator mutauit Teſtamentum, & illos Agnatos hæredes inſtituit; nam auocata fuit hæreditas ab illis Agnatis, qui ſic doloſè perſuaſerunt; & ita *in leg. 1.C.ſi quis aliq teſtam.probib.*dicit fuiſſe iudicatum Penetij. Conſtat ergo impedientes peccare mortaliter eſſe excommunicatos in iure; & de iure Ciuili, vt ait I*aſon in l.dedi.§.quamquā. ff de cond.cauſa data*. teneri ad totum intereſſe. ex *Graff.in Prax. loc citat. a num.* 13. *vſque* 17. & hæc pro huius tertidecimi caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant ad laudē, & gloriam Dñi noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio quartidecimi Caſus reſeruati eiuſdem Tabellę Aſculanę qui talis eſt.

Qui in domibus, vel habitationibus ſuis, tenent ordinarium conuentum ludi, vel Alearum, ſeu Cartarum, vel Taxillorum, præbentes quaſi quotidianam commoditatem ludendi omnibus illuc accedentibus, probibendo huiuſmodi exercitia continua Barratariæ, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ.

PRo declaratione huius quartidecimi Caſus reſeruati, pręter ea, quę dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt ludus.*

2 *Quando tenentes ordinarium conuentum ludi Alearum, vel Taxillorum in domibus, vel habitationibus ſuis, præbentes quaſi quotidianam commoditatem ludendi omnibus illuc accedentibus, incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem, ordinarium conuentum ludi Alearum, vel Taxillorum, in domil. vel habitationibus ſuis, tenentium, & quaſi quotidianam commoditatem ludendi illuc accedentibus, præbentium.*

CIrca primum; Ludus vniuerſim ſumptus, eſt operatio exterior animi relaxandi cauſa ſuſcepta. Sed quia hoc in loco de eo lu-
446 do ſpeciatim acturi ſumus, qui pro fine lucrum habet, & vt quidam contractus eſt inter ludentes, ideo non incommodè definiri poteſt. Ludus eſt contractus conditionalis lucri gratia factus, quo ex euentu, expoſita acquiritur, vel amittitur pecunia, ita *Clau.Reg.lib.* 11.*cap* 12.*num.* 1. Ille autem exhibet ludendi commoditatem, qui ſtat cum menſa parata ad ludendum, quia parat, & pręſtat domum, Chartas, & Taxillos, ſcamnum ad ſedendum, & lumina. *Angelus in Verb.Mediatori di mali dadi §.& uiſo.num.* 6. Barrataria eſt pro-
447 priè cum datur pecunia, vt aliquid mali fiat, & propriè dicitur in Iudice corrupto. *Paul. de Caſtro Conſil.* 152. vt ſi detur pecunia, vt malè iudicet, vel iuſtè iudicet, vel ſimpliciter. nam dicitur Barrataria, quando Iudex permutat Aurum iuſtitia, quia tunc Iudex dicitur mercator iuſtitiæ.*leg.omnes.C.ad leg. Iul. repetund.* Hinc deriuatum eſt, vt qui exhibet publicam commoditatem ad ludendum, vt domum, Chartas, Taxillos, menſam, ſcamnum, lumina, & ſimilia mediante pretio, dicatur committere Baratariam.*Angel.d.§.& viſo n* 8 *Graff.in Prax.li* 1.*c.*20.*n.*3.*&* 7.

Circa ſecundum; Ex hactenus dictis patet, qui nam incidunt in hunc caſum reſeruatū, & qui non incidūt.

Primò enim, incidunt in illum, ac in maiorem excommunicationem latæ ſententiæ, omnes cuiuſcunque ſtatus, gradus, & conditionis, etiam
448 ſi ſint Clerici ſæculares, qui, in domibus, vel alijs habitationibus ſuis,

etiam

Digitized by Google

etiam extra Ciuitatem, in quouis loco diæceſis, exiſtentibus, tenent ordinarium conuentum ludi Chartarum, vel Taxillorum; dantes quaſi quotidianam commoditatem ludendi, omnibus illuc accedentibus, huiuſmodi Aleatores ſuſcipientes, eis menſam ſternentes, Aleas ſeu Chartas, & Taxillos, ſcamnum ad ſedendum, lumina, & alia ad ludendũ neceſſaria, ſubminiſtrantes. *Io Bapt. Corrad. p. 1 reſp. caſu conſc q 195. in Addit. Nau. in Man. c. 20. num. 15. Graff par. 1. lib. 2. dec. aur. c. 122. nume. 17. & 19. & in Prax loc. citat. num. 15. & 17.*

Secundò, hac reſeruatione ligantur etiam Mulieres, cauponã, vel domum ad recipiendum Aleatores expoſitam habentes, vt ſunt Cameras
449 locandas tenentes, ſi ibidem ordinarium conuẽtum ludi Chartarum, vel Taxillorũ tenent, prębendo quaſi quotidianam commoditatem ludẽdi omnibus illic hoſpitantib. mẽſam ſternẽdo, Chartas luſorias, Taxillos, Cãdelas, & alia ad ludum neceſſaria luſoribus ſubminiſtrando. Cũ. n. littera huius reſeruationis indefinitè, &
450 genericè loquitur, dicendo, *Qui in domibus, &c.* Relatiuum, *Qui*, comprehendit omnes, tam mares, quam fœminas, vt notat *Graff. in Prax li. 2. cap. 38. numero 1. & 22.* Et in Iure, ſub Maſculino genere, fœmininum continetur, licet non è contrario *l ſi ita ſcriptum ſit. ff. de leg at. 2. & l ſi quis ita. ff de teſtamento tute. & l 1 ff. de Verb. ſignif. glo. in cap. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. Azor. par. 2. Inſt. moral lib. 6. cap 21 q. 10 in fin.* Vnde in ſtatutis factis per
451 Prælatos Eccleſiarum, maximè in materia indifferenti, quæ congruit Maſculo, & fęminæ, in caſu ẽt odioſo rationabili, vt quia agitur de delictis puniendis, Maſculinum comprehendit fęmininum, vt notat etiam *Graff. conſil 22. num 2. & ſeq. de ſentent. excomm.* & hic agitur de delictis puniendis, quia malum eſt domum tenere apertam ad ludendum, contra prohibitionem ſuperioris *cap. 1. de maiorit. & obed.* qui, cum, vt dixi, in hac ſua reſeruatione abſolutè, & generaliter loquatur, ergo ſub ea Mares, & fœminæ comprehenduntur.

Non incidunt autem, Primò qui huiuſmodi conuentum ludi Alearũ, vel Taxillorum tenent, non in ſuis,
452 ſed in alienis domibus, & habitationibus, verbi gratia, in domum Vicini ſui, vel Amici, puta in aliquo cubiculo illius domus; etiam ſi continuam commoditatem ludendi, illuc accedentibus, præbeãt; Caſus enim dicit. *Qui in domibus, vel habitationibus ſuis &c.* ergo ſecus ſi in alienis.

Secũdò; nec, qui in domib. vel habitationib. ſuis tenẽt quidẽ, nõ ordinarium conuentum ludi Alearũ, vel Taxillorũ, ſed tm̃ permittũt id fieri aliquoties recreationis gr̃a; ter, vel qua
453 ter tm̃ p̃bentes cõmoditatẽ ludẽdi; etenim ad incurrẽdũ hũc casũ, oportet, ꝙ teneant ordinariũ conuentum ludi, præbendo quaſi quotidianã cõmoditatẽ ludendi, illuc accedẽtibus.

Tertiò, nec ipſi luſores, etiam ludẽtes in domibus, vel alijs habitationibus ſuis; Caſus enim loquitur ſolum de ijs, qui tenent ordinarium conuẽ
454 tum ludi in domibus, vel habitationibus ſuis, præbendo alijs illuc accedentibus quaſi quotidianam cõmoditatem ludendi, ergo ſecus de luſoribus; Licet luſores huiuſmodi Chartarum, vel Taxillorum ſi ſunt ſæculares peccent mortaliter; Ludus enim prædictus eſt peccatum mortale, Primò quando quis ludendo, & perdendo ſolitus eſt vti verbis turpibus, & factis, quæ de ſe ſunt peccata mortalia, verbis quidem Blaſphemando, & factis, vt Imagines ſacras ob impatientiam deturpando, vel conſpuendo, vel actu ſimiliter fuſtigando, vel conculcando: nam tunc præter mortale, cõmittitur Blaſphemia hæreticalis. *Alphon. de Caſtr. lib.*

Digitized by Google

1.de iuſt. hæret. punit. cap.12. & cap.1.
& 15. Secundò eſt peccatum morta-
le quando ludendo omitteret Miſ-
ſam de præcepto, faciendo noctem
diem, vel è contra diem conuerteret
in noctem. Tertiò ludendo in ma-
ximum damnum Proximi, vtendo
chartis falſis, ita colligitur ex D. Tho.
2.2 quæſt.168.articul.3.& Caietan.ibi-
dem, & Nauar.conſil.16.de Voto Graff.
conſil 4.de Voto.num. 4. & ſequen. Mo-
455 nachi vero, Religioſi, & Clerici Be
neficiarij, vel in ſacris ordinibus
conſtituti (nam de alijs idem quod
de Laicis cenſendum eſt) nihil ha-
bentes præter fructus Beneficij, lu-
dentes in notabili quantitate, pec-
cant mortaliter, prout colligitur
ex.capitu.Epiſcopus.diſtinct.35. & cap.
inter dilectos.de exceſſ.Prælatorum. Vbi
Clericus ob Aleæ vſum iubetur de-
poni, vel excommunicari, quæ pœ-
na non niſi ob peccatum mortale
infligi ſolet, cum nullus debeat de-
poni, vel excommunicari, niſi pro
peccato mortali, ex Diuo Anton. par.
2.titul.1.capitu.23.§.2.Graff.par. 1. lib.
2 deciſ aur.capit.122 nume.15. Nauar.
cap.20.num.9.Ioan Bapt.Corrad.part.1.
quæſit.196.Sot.lib. 4.de iuſtitia.& iur.
quæſt.5.arti.2.Michael Salon 2.2.quæſt.
4.de dominio.artic.6.concluſ 2.Gregor.de
Valentia.tomo 3.diſput.5. quæſt.6. pun-
cto 6.dub.8.Clau.Reg loc. ſupracitat.d.
cap.12.num.4. Item peccant mortali-
ter, quotieſcunque, ob ludum, fran-
gunt aliquam legem, eos, ad mor-
tale peccatum, obligantem, vt ſi
omitterent diuina officia, ad quæ
tenentur. Vel ratione ſcandali, vel
inhoneſtatis Regularis, vt ludendo
publicè cum ſæcularibus. Silue.Verb.
Luduſ. quæſt.2. ſi autem vllam legem
eos ad peccatum obligantem, vio-
456 lent, ſed tantum ludunt ob hone-
ſtam cauſam, puta ad excitandum,
vel recreandum ſocium ægrotum, ea
re indigentem, tunc ludendo etiam
chartis luſorijs, nullam culpam, nec
etiam Venialem, committunt. Nau.
loc.citat.num.3.Graff.d.par.1.lib.2.cap.
121.num.9. Rodriq. Quæſt. Regul.tom.
2.q.38 art.1. Alij vero Doctores cum
457 Caietano ſignificant, Clericos, etiã
Patrimonialium bona ludentes, non
effugere culpam mortalem. Io.Bapt.
Corrad.d.q.195.in Addit. & Doctores
qui fatentur huiuſmodi ludus Cleri-
cis, & Laicis iure eſſe prohibitus. cap.
Epiſcopus.diſt.35.c.Clerici.el 2.de Vita.
& honeſt.Clerico. & l.ſolent.ff.de Aleæ
vſu, & Aleat. & Auth. Alearum vſus.
C.de Relig. & ſumptib.fun. Hoc intelli-
gitur vbi huiuſmodi leges per con-
trariam conſuetudinem nõ ſunt ab-
rogatæ. Dicitur autem lex abijſſe in
458 diſſuetudinem, quando ſuperior, il
lam violantes videt, & non punit.
Greg.de Val.& Clau. Reg. loc.ſupracita.

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem pœnitentium ordinarium cõuentum ludi chartarum, vel Taxillorum, in domibus, vel alijs habitationibus ſuis tenentium, & omnibus illuc accidentibus quaſi quotidianam commoditatem ludẽdi, præbentium, hæc erit.

Circa Confeſſionem; Confeſſarius
ſiue excipiat Confeſſionẽ, ordinariũ
conuẽtum ludi in domib. vel habita-
459 tionib.ſuis, tenẽtium; ſiue ipſorum
ludẽtiũ; Primò interroget cur id fe-
cerint, an in contemptum Epĩ huiuſ
modi Barratariam prohibẽtis. An ob
cauſam ludendi omiſerint agere ali-
quid neceſſarium ad eorum ſalutem,
puta in die feſto, ire ad ſacrum. Itẽ an
cauſa ludi Creditoribus ſuis non ſa-
tisfecerint, & ſi ob id Vxori, & filijs
debita alimenta ſubtraxerint, hęc.n.
in Sacramentali Confeſſione neceſſa
rio exprimenda ſunt.

Secundò, quo genere ludi luſerũt,
& cum quibus Perſonis, An cum fi-
460 lijs familias, pupillis, Religioſis, vel
alijs, qui nõ ſunt ſui iuris. Et an in lu-
dis, vel ob illorũ cauſã euomerũt ali-
quam

Digitized by Google

quã Blaſphemiã, & qualẽ, An hæreticalem, & denique an leges ludi violauerunt, vtendo Chartis falſis, vel quouis alio modo, Proximum deceperunt, vel damnum notabile illi intulerunt; nam omnes hæ circunſtantiæ detegendæ ſunt in Confeſſione, vt Confeſſarius ſcire queat, quando pœnitentes mortiferè delinquunt, & obnoxij ſunt reſtitutioni.

Quo ad abſolutionẽ; Primò Confeſſarius animaduertat, quod pœnitentes, qui in hunc caſum inciderũt, prius ab hac excommunicatione, quam a peccatis, abſoluendi ſunt.

Secundò, inquirat, an ob huiuſmodi ludum Chartarum, vel Taxillorũ pęnitens prætermiſit aliquod præce
461 ptum diuinũ, vt ſi in die feſto Miſſam non audiat, vel Creditorib. non ſatisfaciat, vel cum detrimento graui filiorũ, & Vxoris ſubtraxit eis alimenta debita, omnia in luſibus conſumẽdo, vel quia ludit Dotalia Vxoris, Paraphernalia, vel quia vacat ludo cum ſcandalo mortali, vel quãdo propter ludum exponit ſe, vel Vxorem periculo probabili peccãdi mortaliter, vel filias exponit periculo ꝓſtituendi, vel exponit ſe periculo rapiendi, vel furandi, vt ſuppetat ſibi pecunia pro ludo. Vnde omnis quicunque ludit cum prædictis circunſtantijs mortalibus, non eſt abſoluen
462 dus a Confeſſario, ſi abſtinere non promiſerit; nam quamdiu non dolet de his præteritis, & non cauet ab his mortalibus circunſtantijs, dũ iſto propoſito caret, ſtat in ſtatu damnationis, & proinde incapax eſt abſolutionis ſacramentalis, ita *Ioan Baptiſt. Corrad. d. q. 195. in Addit. concordat Gregor. de Valent loc ſupracit.* dicens quod ſi ludo, vltra prædicta, immiſceantur Blaſphemiæ, & alia peccata, quorum ludus ſolet eſſe cauſa, ſi ludentes ab huiuſmodi ludo nolunt abſtinere, proculdubio ſunt in malo ſtatu, ſicut etiam receptores eorum, vnde
463 non ſunt abſoluẽdi. Laici vero magnam pecuniarum ſummam etiam in ludo ſi exponant, etiam principaliter propter lucrum, & quæſtum, ſi abſint ſupradictæ prauæ circunſtantiæ mortales, quamuis non habeant propoſitum a ludo abſtinendi, ſine ſcrupulo abſolui poſſunt. *Gregor. de Valent. vbi ſupra & Ioan. Bapt. loc. cita. & Clau. Reg. lib 11. c 12. num. 4. in fin.*

Tertiò, An alias pollicitus ſit Confeſſario relinquere ludum, vel non amplius in domo ſua recipere præ
464 dictos luſores, dando eis commoditatem huiuſmodi quaſi quotidianam ludendi, nam ſi promiſit Confeſſario in alijs Cõfeſſionibus ſe velle abſtinere, nec tamen abſtinuit, tunc Confeſſarius nõ debet eum abſoluere; quia licet Confeſſarius credere debeat pęnitenti pro ſe, & contra ſe, cauere tamẽ debet periculum in dicto pœnitente, ne ſcilicet mora pariat delictum, ſicut alias peperit; nam qui ſic promiſit in alijs Confeſſionibus, nec tamẽ obſeruauit, quod promiſſit, prudenter credi poteſt, & iudicari, nec modo emendaturum, ſed ad priorem culpam rediturum, cum iuxta *Regul. Iur. in 6. ſemel malus, ſemper præſumitur malus, in eodem ge-*
465 *nere mali*. Quocirca Confeſſarius hac occaſione, licitè vti poteſt illa *Caietani* cautela, circa reſtitutionem faciendam; Dicenti inquit Caietanus, hac vice ſine dubio Pater reſtituam, vere reſpondere debeo, credo tibi, & propterea cũ iſta bona diſpoſitione modo vade ad reſtituẽdum, & poſtea abſolueris, vide *Greg. de Valent. d. diſput. 5. q. 6 puncto. 7. verſ. ex his cauſis. & Clau. Reg. lib. 10. tracta. 5. c. 5. num. 27. in fin.* ita Confeſſarius, dicenti ſibi ab his luſoribus, vel luſorum receptoribus, Pater ſine dubio hac vice proponimus omnino relinquere ludum, & non amplius domum noſtram, menſam, Chartas, Taxillos, lumina, & alia ad ludum neceſſaria, lu-

ſoribus præbere; reſpōdere in quam poteſt, certè credo vobis, ſed modo ite prius cum illa bona diſpoſitione, ad comburēdum Chartas Luſorias, & Taxillos, vel poti⁹ deferte ad me, vt ego illas igni tradam; depellite prius a domibus, & habitationibus veſtris omnes Luſores; audacter, & abſolutè pręcipiendo eis ne amplius ad ludendum reuertantur, & poſtea venite, & ego libēter vos abſoluam; & ſi hæc facient, protinus abſoluat, modo habeat facultatem abſoluēdi.

Quartò, circa domum ad recipiendum Aleatores ludentes expoſitam habentes, animaduertat Cōfeſſarius, quod huiuſmodi ſuſceptores luſorū
466 in duobus caſibus perdita ibi in ludo reſtituere tenentur, principalibus non reſtituentibus. Primò quando ibi ludunt, qui non ſunt ſui iuris, vt ſunt Minores vigintiquinque Annis, ſub tutela aliorum degentes, filij familias, Religioſi, Vxores, & huiuſmodi, qui nullum habēt dominium: idque intelligitur, quando ſuſceptores eorum, nouerunt eos inhabiles eſſe ad ſic prodigendum pecunias. Secundò quando recipiunt ſcienter fraudulentos luſores, qui per fraudē aliquid lucri faciunt. Ipſis non reſtituentibus, eorum ſuſceptores reſtituendi obligationem ſubeunt. *Ioan. Bapt. Corrad. loc. ſupracita. d. quæſit. 195. in Addit. in fin. Lopez. tom. 1. cap. 33. in fin. Nald. Verb. Ludus. num. 6.* Circa vero Luſores, notandum, quod *D. Tho. 2. 2. quæſt. 32. art. 7 ad 2.* breuiter explicat, & quatuor docet. Primū eſt, quod qui lucratur per ludum a non potentibus ſe exponere, & res ſuas alienare, tenetur reſtituere. Secūdum eſt, quod acquiſitum dolo, aut fraude per ludum reſtitui debet. Tertiū eſt; Qui alium vi, aut minis traxit ad ludum, ſi lucratur, reſtituere tenetur. Quartum eſt, qui ludo prohibito per legem lucratur, tenetur reſtituere, niſi lex contrariam conſuetudinem habeat. *Clau. Reg. lib. 11. c. 11. num. 6.* ſed quia quædam iſtorum certa ſunt, quædam vero controuerſa, ideo opus eſt, vt ſingula explicemus.

467 Primò igitur certum eſt iure naturę lucrantem ab eo, qui non poteſt alienare, ex quo vel nō habet rerum dominium, vel adminiſtrationem, teneri illud in conſcientia reſtituere vero domino illius pecuniæ, vel eius
468 ex lege Adminiſtratori. Vnde qui lucratur a fure, a filiofamilias, a minore, a ſeruo, a Religioſo, aut a Maritata nō habente rerum communiū curam, tenetur id lucri reſtituere. Quod intelligendum eſt ſi tales perdant in notabili quantitate; nam ad alienandum quid modicum per ludum adeſſe cenſetur conſenſus ſuperioris; Vt verbi gratia filius, qui in Curia, vel Academia centum ducatos quotannis expendit, ſi quatuor, aut quinque ludo diſpendat, veriſimile eſt Patrem ſuum habere ratum, cum probè ſciat vix iuuenes non poſſe ſine illis diſpendijs viuere, ex *Soto lib. 4. de iuſt. & iur. quæſt. 5. art. 2. Nau. in Man. c. 17. num. 12. Lopez. p. 2. Inſtru. conſc. cap. 33. q. 1. in fin. Michael Salon. 2. 2. q. de dominio. a. 6. dub. vlt. concl. 2. Ioſeph. Angles in 2. ſent. p. 2. q. de Ludi reſtitut. dub. 1. concl. 1. Grego. de Valent. tom. 3. diſpu. 5. q. 6. puncto. 5. dub. 8. Clau. Reg. loc. citat. num. 7.*

469 Sed quæritur, An filius familias, aut alius, qui, vt diximus, ludendo alienare non poteſt, ſi ipſe aliquid ludo lucratur, illud tuta cōſcientia retinere ſibi poſſit, aut ſuo Patri acquirere. Communis in hac re opinio eſt, quod ſi aliquis iſtorum, qui ludere non poſſunt, lucratus fuerit ab eo, qui ludere poteſt, tunc aut Colluſor potens perdere, bene nouit ſe colludere cum eo, qui non poteſt alienare, & in hoc caſu ſi non potens alienare lucratur, non tenetur reſtituere,
470 quod lucratus eſt, quia ſciēti, & volenti, non fit iniuria, vnde ſcienter

ludens

ludens cum tali, & perdens, non poteſt repetere amiſſum, nec qui lucratus eſt ad eius reſtitutionem tenetur in conſcientia. Sin autem Coluſor ignoret eum cum quo ludit talem eſſe, cui prohibetur alienatio, vt verbi gratia, quod ſit filiusfamilias, aut Minor, & talis Perſona ſic alienare prohibita ab altero, qui perdere poteſt, lucretur aliquid, tunc ad reſtitutionem eius, quod lucratus eſt obligatur, perinde ac alter illi. Sic *Alphon. a Caſtr. lib. 2. de poteſta. leg. pœnal. cap. 2. Corrollar. 3. Sot. li. 4. de iuſt quæſt. 5. art. 2. Angles in 4. par. 2. quæſt de Lud. reſtitut. dub. 1 propoſit. 3. Ludo. Lopez. p. 2 Inſtruct. conſcien. §. 33. quæſtio. 3. concluſio. 1. Solon 2. 2. quæſtio. 5. de dominio. articul 6 dub. vlt. concluſio. 1. Gregor de Valent. tom. 3. diſput. 5. quæſt. 6. puncto. 5. dub. 8. Tolet lib. 5. cap. 27. Rodriquez. in ſum. par. 1. c. 189. num. 3. Beia par. 1. reſp caſu. conſcien caſu. 61. & Ludo. Carbo. quæſtio 40. de reſtitut. concluſ. 7.* ratio eſt quia natura contractus hoc poſtulat, & ſemper oporteat vtrunque ex contrahentibus, eſſe ligatum, aut nullum, nullo enim modo patitur natura contractus, vt altero exiſtente ſoluto, & libero, alter ligatus ſit, ſed vtriuſque conditio æqualis eſſe debet. Sicut igitur Maior 25. annis non poteſt aliquid a Minori lucrari, ita nec Minor a Maiori, quia ſi contractus ſit nullus ob Minorem, qui dominium rei alienare non potuit, erit perinde nullus Maiori, ac Minori, atque adeo, quod a Maiori lucratur, ei reſtituere tenetur. *Cla. Reg. loco citato num. 9.* Item quæritur, An de ratione ludi ſit, vt quis lucrari nō poſſit plura, quam Coluſor ab eo lucrari queat, verbi gratia, An filiusfamilias, qui vt diximus, perdere poſſit quinque ex centum ſibi a Patre conceſſis, poſſit lucrari ab alio plura, quam quinque. *Sot. lib. 4. de iuſt quæſt. 5 articul 2.* docet non poſſe; ratio eſt, quia vt dictum eſt, colludentium vtriuſque cōditio par eſſe debet; quare nulla eſt æquitas, vt filij familias plus poſſint in conſcientia lucrari, quam perdere. Communis tamen, & verior opinio eſt poſſe iſtum filiū-familias plus lucrari a potente alienare, quam ipſe perdere potuit, nec propterea deeſſe æqualitatem, quæ inter Colluſores exigitur; ſic *Nauar. Manual. cap. 17 numer. 12.* vbi ait eſſe communem ſententiā. Eam ſequunť *Salon 2 2. quæſtio. 5. de domin articul. 6. dub vltim. Gregor. de Valent. loco citato. Ludo Lopez. par. 2. Inſtr. conſcien cap. 33. concluſ. 2. & 3. & lib. 2. de contract. cap. 21. Dominicus Bannes. 2. 2. quæſtio. 32. artic. 7. Beia. vbi ſupra. caſu. 61. & Carbo quæſt. 40. de reſtitutio concluſ. 6.* quorum opinio in tribus præcipue con-
471 ſiſtit; Primum eſt, filius qui ſolum poteſt quinque perdere vnico actu, non poteſt ab vnoquoq; ludentium in illo eodem actu niſi ſolum quinque lucrari, & in hoc ſenſu vera eſt, opinio Soti. Quia aliter non ſeruaretur æqualitas vtrinque in illo determinata actu ludi, quæ alio, quin neceſſaria eſt, vt actus ille ludi ſit iuſtus. Vnde ſi filiusfamilias verbi gratia, aut Minor aliquis, aut Pauper luderet pro quantitate, quam ipſe non poſſet alienare, puta pro decem, tunc ſicut tenetur alter reſtituere, quinque, ſi illa decem a filiofamilias, ſeu Minore lucraretur; ita ipſe quoque Minor, aut filiusfamilias ſi decē lucraretur, quinque illi reſtituere teneretur, eo quod iniuſtè lucraretur. Dixi ab vno quoque ludentium, qui ſi ſint verbi gratia quatuor ſimul cū eo ludentes, poteſt lucrari 20. vt potè totidem ab vnoquoque quot ipſe perdere potuit, nempe quinque. Vbi enim multi ludunt, ſeruatur æqualitas ſi vniuſquiſque ſeorſim tot poſſet perdere, quot ab vnoquoque ſimiliter Colluſorum ſeorſim ſumpto lucrari poteſt. Sic Pauper, qui non habet niſi decem Aureos, nec

Digitized by Google

plus perdere poteſt, ſi ludat cum habente centum, non poteſt lucrari niſi decem in eodem actu ludi, quia alioquin non ſeruaretur æqualitas.

472 Secundum eſt, filiusfamilias ſicut ſolum quinque perdere poteſt, ita cum eo ludens ſolum illa lucrari poteſt, & ſi prædictus filiusfamilias vltra quinque perdat, exceſſus ille ipſi a lucrante reſtituendus eſt; ratio eſt euidens, quia quicquid vltra dictam ſummam perdit, ab eo iuſtè alienari non poteſt; ergo qui maiorem ſummam ab eo lucratur, tenetur eam reſtituere. Id quod procedit, etiam ſi talis lucratur in eodem ludo, aut in alio exceſſum illum eidem filio perdiderat, vt verbi gratia, Petrus filiusfamilias hodie, aut hoc anno a Ioanne potente alienare lucratus eſt 20. aureos, & poſtea Ioannes ludens cum Petro lucratur ab eo 30. aureos, non poteſt Ioannes lucrari a Petro, niſi quinque, ſi plus lucretur, tenetur illud reſtituere, nō obſtante, quod Petrus ſibi heri, aut anno præterito lucratus ſit pluribus vicibus aureos 20. ratio eſt, quia Petrus ſolum perdere poteſt quinque, ergo ſi Ioannes 30. ab eo lucratur tenetur 25. reſtituere, quippe quia Petrus non niſi quinque alienare poteſt. Quod vero Petrus alio tempore, & ludo lucratus ſit a Ianne 20. nō facit, vt propterea Ioannes ab eo vltra quinque iam lucrari poſſit; quia cum id fuerit diuerſis diebus, & ludo diſcontinuato, non facit, vt licitum ſit Ioanni propterea recompenſationem facere, nec liberat eum a debito reſtituendi illa 25. 20 quia vbi filius alio die, & tempore pecunias illas lucratus ſit, erant illæ, ſub dominio Patris, quicquid enim acquirit filius, acquirit Patri. Vnde cum illa 20. antea a Petro filiofamilias lucrata, Patri acquiſita fuerint, non poteſt denuo filius eodem Patre inuito illa diſtraere, & alienare, vnde Ioannes, qui nunc a Petro 30. lucratur, reſtituere tenetur 25. cum Petrus, quinque tantum alienare, & perdere potuerit. Sicut enim qui furatus eſt decem, non liberatur a debito reſtituendi, propterea quod alius eadem decem ab ipſo rapiat, antequam illa reſtitueret, ſi alia via decem ſibi ablata recuperare queat, ita neque Ioannes liberatur in hoc caſu a reſtitutione 25. ex 30. quæ a Petro lucratus eſt, ex eo, quod Petrus ab eo præterito tempore 20. lucratus ſit. Vnde ſibi ipſi imputet Ioannes, qui ludere voluit cum Petro, quem ſciebat, aut facile ſcire potuit Petrum fuiſſe filiūfamilias, omniaque illius eſſe Patris, & ideo licitum illi fuiſſe acquirere illa 20. Patri, non tamen licitum eſſe illi dilapidare ea, quæ ſibi a Patre pro ſtudijs, & honeſta ſuſtentatione conceduntur. Solum poterit Ioannes illa 30. ſibi retinere, ſi initio ignorans eum fuiſſe filiumfamilias, interrogans eum, an filiusfamilias eſſet, vel alienare poſſet, & ille reſpondit, non fuiſſe, ſed potuiſſe perdere, & alienare, tunc enim crediderim cum præfatis Auctoribus *Nauar. in Manual. cap. 17. nume. 12. Lopez. & Ludouic. Beia, vbi ſupra.* in fine poſſe facere recompenſationem illius, quod in alio Ludo ſub illa bona fide fuit perditum, ita vt ex 30. quæ nunc lucratus ſit, teneatur ſolū reſtituere quinque, & reliquum ſibi ſeruare pro quinque, quę iam Petrus perdere poteſt, vt pro 20. quæ alias Petrus lucratus fuit ab eo alio ludo: nam fraus & dolus nemini patrocinari debet. *arg. c ex tempore. de Reſcript.*

473 Tertium eſt, filiusfamilias ſucceſſiuè per varios actus ludi plura lucrari poteſt, quam poſſet ipſe ab initio amittere, vt verbi gratia filius poteſt exponere quinque, & primo actū exponens illa, lucratur alia quinque, quo poſito iam habet decem verè ſua, quæ poteſt exponere ſecundo actu,

actu,& lucrari cum illa alia decem, quæ cum prioribus efficiat 20.& cũ illis lucrari alia 20. & hoc progreſſu ſeruata ſemper æquitate, & iuſtitia ludi, magnam ſummam lucrari poteſt, ratio eſt, quia ſemper in eadem ſponſione, & iactu quantitatis quam lucratur, numquam excedit quantitatem, cuius filius iſte eſt dominus, & quam rectè exponere poteſt: Ad æqualitatem enim ludi id tantum exigitur, vt poſſit luſor tot perdere, quod poteſt lucrari. His tribus eorum dictis ad maiorem huius rei explicationem addi poſſunt duo alia: Vnde.

474 Quartum eſt, filiusfamilias, qui iam perdidit illa quinque, quæ ex voluntate interpretatiua Patris exponere potuit, ſi deinde ludat,& lucretur, ad lucratum reſtituendum tenetur; quia cum ſolum poſſet exponere illa quinque, illis perditis, perinde ſe habet, ac ſi iam ſine pecunia luderet, ac ſine periculo perdendi: Qui vero perdere non poteſt, nec lucrari poteſt,eſſet enim inæqualitas maxima, quam iuſtitia ludi non patitur.

475 Quintum eſt, filiusfamilias, qui ſolum exponere poteſt quinque, ſi prima ſponſione, & iactu exponat decem, & illa lucretur, ad quinque reſtituenda tenetur, ſolumque ſibi alia quinque retinere poteſt. Quia ſicut ſolum quinque perdere poteſt, ita quoq; ſolum illa ſponſione quinque lucrari poteſt,vt ſic æqualitas ludi conſeruetur,ita *Clau. Reg. loc. ſupracitat. num. 10. vſque. 14.*

476 Circa Coniugatam,quæ de filiofamilias dicta ſunt, pari ratione in Coniugata procedunt, ſed quia raro accidit, vt ludat in magna quantitate, ideo nihil de ea modo dicere cen

477 ſeo. Circa Religioſos vero, An ſcilicet Religioſus ludere poſſit, & an lucrifaciens ab eo ſic acquiſitum ludo reſtituere teneatur, dico quod quicquid a Religioſis in ludo lucratur, debet reſtitui Monaſterijs,quorum ſunt Religioſi,quia propter Votum Paupertatis nihil ſibi poſſunt acquirere,tum quia quidquid acquirit Monachus,acquirit Monaſterio: & hoc adeo verum eſt, vt etiam ſi Religioſi licentiam habeant ad certam quantitatem donandam, non poſſunt in ludo dictam perdere quantitatem,vnde qui ſic eam fuit lucratus, Monaſterio reſtituere tenetur; quia non eſt credẽdum Prælatos obſeruantiæ regularis maximè Zelatores huiuſmodi licentiam dediſſe ſuis ſubditis ad faciendam talem alienationem per ludum, quę eorum ſtatui maximè contrariantur. *Rodriquez. loco ſupracitat. d. quæſt. 38. articul. 3. & in ſumm. par. 1. cap. 89. num. 4. ſic etiam expreſsè Angeles in 4. par. 2. quæſtio. de ludi reſtitutio. dub. 1. propoſit. 4. Ludouic. Lopez. par. 1. Inſtruct. conſcien. cap. 33. & alij*, qui abſolutè,& ſine diſtinctione Religioſis interdictum ludum alearum eſſe dicunt, vt *Ioan. Medin. C. de reſtitut. quæſt. 22. §. vt igitur, Alphon. a Caſtro. lib. 2. de poteſtat leg. pœnal cap. 2. Corrol. 3. Ludouic. Carbo quæſt. 39. concluſio. 4. in fine*. Quæ quidem opinio mihi ſecurior,& probabilior eſſe videtur, quia vt conſtat ex regula illa generali Iuris, *In generali conceſſione*
478 *non veniunt illa, quæ in particulari explicata non concederentur. l. quod ſeruus. de acquiren. poſſeſſio.* Non cenſetur autem Prælatus dare licentiam Monacho alienandi pecuniam per ludum, ſed ſolũ per modos licitos, vnde colludens cum eo,& eam lucrifaciẽs,ab ea reſtituenda ſuo Monaſterio non excuſatur. Cæterum vt rectè addit *Ludou. Lopez. vbi ſup. poſt Antonium de Corduba* quem refert,non expedit pecuniam,quę Religioſus in ludo amiſit, repetere, præſertim ſi in occulto luſit, & non adeo immodicam ſummam amiſit, quãdo ex tali repetitione,vel graue ſcandalum redũdat,vel

Reli-

Religioſo alioquin bonæ exiſtimationis infamiæ nota inde inurenda venirer. *Clau. Reg. loc. cit. nu. 15. & ſeq.*

Circa Clericos vero ſeculares, an quicquid ab eis in ludo lucratur, ſit
479 reſtituẽdum vide *Nau. in Man. c. 20. n. 9.* Et Cataneũ in ſumma, Verb. Ludus, vbi fol. 331. Verſ. in tribus; inter alia dicit quod homo tenetur reſtituere illi à quo lucratus eſt per omnẽ ludum, ſiue ingenio tantum innitatur, vt ludus Schacorũ; ſiue fortunę, vt ludus Alearum; ſiue ſit mixtus ingenio & fortuna, vt ludus tabularum cum Taxillis, quando lucratus eſt ei, qui rem ſuam alienare non potuit; tales ſunt Furioſi, Prodigi, Minores 25. annis, Pupilli, Mẽte capti, Surdi, Cęci, Serui, Filij familias, Clerici quo ad bona Eccleſiaſtica, Religioſi, & Vxores: his enim qui lucrantur reſtituere tenentur. Secundum ergo hanc opinionem, quę veluti piam, veram, rationabilem, & in fauorem animæ tutiorem libenter amplectimur, ea omnia quę quis a Clericis ſecularibus in ludo Alearum, & Taxillorum, quo ad bona Eccleſiaſtica, lucratur, reſtituere tenebitur.

Secundum quod docet D. Thom. vbi ſupra, eſt quod acquiſitum dolo, aut fraude per ludum, reſtitui debet. Vnde notandum quod fraudes in duplici ſunt differẽtia, quædam ludum pręcedunt, & quædam in ipſo ludo
480 committuntur. Ante ludum cõmitti poteſt fraus per ignorantiam fictã, vt ſi quis fingat ſe ignarum alicuius ludi, in quo eſt exercitatiſſimus, vt ea ratione trahat ad ludendum alium, qui verè eſt ignarus, in quo caſu reſtituere tenetur quiquid ab eo tali fraude decepto lucratur. Ratio eſt, quia, cum ludus contractus quidam ſit ad iuſtitiam commutatiuam pertinens, in quo vterque ludentium pecuniam ſuam æqualiter exponit, debet quoque eſſe æqualitas inter vtrũque, ita vt vterq; æqualiter ſe exponat damno vel commodo, quæ tñ æqualitas deficit, quando alter cum ſit ludi periti ſſimus, fingit ſe illius ignarum, & ſub ea deceptione alterũ, qui illius verè ignarus eſt, ad ludẽdum trahit. Id quod procedit, qñ iſte bene nouit alterum eſſe ludi illius ignarum; Quod
481 ſi quis ludi alicuius peritus neſciẽs alterius ignorantiam, ſed bona fide credens illum ſimiliter peritũ, vt periculum ſui faciat, cũ eo ludat, & lucretur, non tenebitur reſtituere, quia tunc nulla eſt deceptio, cum in hoc caſu peritus ille bona fide æqualiter expoſuit ſuam pecuniam, ſicut, & alter, & quia ſicut fortè inuenit alium Colluſorem imperitiorẽ ſe in ludo, & lucratus eſt, ita inuenire potuit peritiorem ſe, & perdere. Cæterum vt rectè notant *Angles in 4. p. 2. q. de Ludi reſtit dub 2. concl. 2. & Ludou. Lopez de Contractib. lib. 2. c. 22. in fin. poſt Io. Medinam C. de reſti. q. 21.* intellecta ſemel Aduerſarij imperitia, & ſe longè peritiorem intelligens, tenetur aut à ludo ceſſare, aut tãtam palmam aduerſario concedere, quanta, vt par ſit vtriuſque cõditio, requiritur, alioquin fraudulenter lucraretur; Quãdoquidem æquipollent fraudem committere, & aduerſarium ſcientia multo inferiorem pecunia expoliare, poſt-
482 quam inæqualitatem intellexerit. An autem ſi ambo ſe ante nouerant, & peritior cum ignaro ludat, & lucretur, teneatur ad reſtitutionem, Reſp. quod ſecundum veriorem opinionẽ *Io. Medin. C. de reſtit q. 22. Nau. in Man. c. 17. nu. 18. Bart. Medin. lib. 1. Inſtr. Confeſſ. c. 14. §. 28. verſ. Quinto. Angles d q. de ludi reſt. dub. 3. propoſit. 3. & Rodriq. in ſum p. 1. c. 189. nu. 6.* ad nullam tenetur reſtitutionem; ratio eſt, quia imperitus eo ipſo, quod volens, & ſciẽs aduerſarij peritiam, ad ludum accedat, colludendo cum eo gratia maiorem peritiam ex ludo aſſequendi, & gratia recreationis capiẽdæ, iuri ſuo renuntiare videtur, & illud ei condonare

483 nare; Cum igitur volenti,& conſentienti non fiat iniuſtitia, peritus non erit reſtitutioni obnoxius. In actu vero ludendi interuenire ſolent doli, quorũ aliqui repugnant legibus ludi, aliqui vero non item. Quando igitur doli repugnant legibus ludi, acquiſitum tali ludo reſtituendũ eſt *Io. Bapt. Corrad. loc. ſupra cit. d. q. 196* quia in tales dolos non conſentiunt ludentes, vt ſi quis ludat, aut vtatur pluribus, aut falſis Chartis luſorijs, aut Taxillis, & Aleis, &c. Qui vero vtitur do-
484 lis, quos ludi natura patitur, vt fingendo chartas malas habere, & huiuſmodi, non tenetur lucrata reſtituere; cum ludentes eo ipſo, quo conueniunt ad ludum, tacitè vel expreſsè conſentiunt in dolos, quos leges ludi admittunt, huiuſmodi enim nõ tam doli, quam cautelæ, & artes ludentiũ dicendi ſunt, & vtriſque ludentium communes, & notæ, ita vt vtrique ludentium æquè integrũ ſit eiuſmodi dolis vti in ſuum commodum, vt rectè *Io. Med. loc cit. q. 22. in fin. Couar. in reg. peccatum, p. 2. §. 4. nu. 4. & 5. de reg. iur. in 6. Michael Salon 2. 2. quæſt. 5. de dominio, art. 6. dub. 2. Gregor. de Valent. d. tom. 3. diſput. 5. quæſt. 6 puncto 5. dub. 8. Ludou. Carbo q. 40. de reſtit. concl. 5.* & alij annotarũt. Hinc eſt quod qui
485 certo ſcit in qualitate chartarũ, aut punctorum quantitate alterum excedere, alter tamẽ neſcit, qui certus eſt de lucro, ſummam pecuniæ quam coram habet, in toto vel in parte augere, vel in ſortem mittere poteſt, vel è contra, videns ſe non poſſe lucrari, cautè & ſimulatè ſpõſionem augere poteſt, vt cogat alterum inſcium & ignarum cedere, & eam recuſare, vt tandem hac ratione conſequatur pecuniam appoſitam, quam ſi non auxiſſet, alter tutus habiturus eſſet, nec propterea ſibi lucratum reſtituere tenetur. Quamuis enim hoc deceptio quędã eſſe videatur, licita tamen eſt, quia ita fert lex ludi, quæ lex cum æqualiter pro vtroque ludentium poſita ſit, per vtrunque ſeruanda venit. *Clau. Reg. loc. cit. nu. 17. vſque 22.*

Tertium quod docet *D. Tho* eſt, qđ qui aliũ vi, aut minis traxit ad ludũ, ſi lucratur reſtituere tenetur. Quæ
486 quidẽ Sancti Thomæ ſententia nõ de quacunque attractione intelligenda eſt, ſed de illa ſola, quę ſufficit cauſare inuoluntarium, vt ſunt opprobria, cõuitia, inſultationes, violẽtiæ, minæ, aut præces, & ſuaſiones ſuperiorum dominorum adeo vehementes, vt illis inferiores cõtradicere nõ audeant. Quiſquis igitur alium vi, & iniuria, vel importunis præcib. alias non luſurum, neque paratum ludere attraxit, vt ſi quis alteri dicat, Ego te interficiam, non ſoluam pecuniam ꝙ lucratus es, niſi mecũ luſeris; aut corã alijs dicat, tu ex miſeria non vis ludere, aut poſtquã eſt in ludo, & vult ſurgere, dicit illi; non ſurges, quia teneris ſuſtinere ludum, vnde alius vel ex timore, vel ex rubore, verecundia & cõfuſione perſeuerat; Aut ſi dicat, Ecce miſer paro iam decem aureos ad vnum, & alias non perſeueraret, vnde ſequitur illi confuſio, ſiquid ex hoc ſic inuitè ad ludendum tracto lucratus fuerit, ei reſtitutio tenetur. ſic *Alex. de Ales p 4. q. 24. memb. 2. art. 5. D. Bonau. in 4. diſt. 15. art. 2. q. 1. Io. Med. C. de reſt. q. 22. Alphonſ. à Caſtro. lib 2. de poteſt. leg. pęnal c 2. Corrol. 3. Sot. lib. 4. de iuſt q. 5 ar. 2. Nau. c. 17. n. 13. Caiet. 2. 2. q 32. art. 7. Dom. Bannes ibi. Michael Salon. 2. 2. q. 5. de dominio art 6. dub. 2. Angles in Florib 4 ſent. p 2. q. de Lud. reſtit. dub. 4. Tolet. lib. 5 c 27. Greg. de Valent. loc. ſupra cit & Eman. Rodriq p. 1. Sũmæ c. 189 nu. 7.* Ratio eſt, quia ludus contractus quidam eſt, atq; adeo liberè, & voluntariè ſuſcipi debet; Vnde cũ vis, & metus, ac improbra & importuna perſuaſio rationem voluntarij tollant, & impediunt tranſlationem dominij, cui conſequens eſt, ſic attrahentem alium ad ludendum, teneri

ad

ad reſtitutionem eius, quod in ludo
lucratus eſt, cum ſic attractus, quicquid perdit, inuitus amittat. Sin au-
487 tem attractio ad ludum non ſit tanta, vt ſufficiat cauſare inuoluntariũ, prout eſt illa, quæ communibus tm̃ leuibuſque præcibus, & ſuaſionibus fit, quæ nullam vim, nullumq; metũ alteri incutere valent, tũc talis attractio ſicut non cauſat inuolũtarium, ergo nec ſic attrahentem obligatum facit ad reſtituendum id quod in lu-
488 do lucratus eſt. Quod ſi ſic attractus ad ludendum, aliquid ab attrahẽte in ludo lucretur, ad eius reſtitutionem in foro conſcientiæ non tenetur. Ratio, quia ſcienti & volenti non fit iniuria, ſed qui pertrahit vi, timore, importunitate alium ad ludum, ſciens & volens, dominium rei ludo amiſſę in attractum transferre cenſetur, ergo alter eã recipiendo & retinendo, nõ facit ei iniuriam; Nulla enim extat lex, quę prohibet tranſlationem dominij rei ludo amiſſę in ſic vi pertractatum. *Clau Reg. d lib.* 11. c. 13. *nu.* 1. *vſque* 4.

Quartum quod docet D. Tho. eſt, quod qui ludo prohibito per legem lucratur, tenetur reſtituere, niſi lex
489 contrariam cõſuetudinem habeat. Notandum quod circa hanc ſententiam D. Thomę, non parua eſt inter Auctores diſſentio, An ſcilicet acquiſita per ludum lege humana prohibitũ, in conſcientia reſtituenda ſint. Et eſt ſermo, quãdo is, qui perdidit rem quam alienare potuit, omniſq; fraus, dolus, & violentia abſint, & ſolum adeſt lex humana, quę ludum aliquẽ prohibet, qualis eſt ludus Alearum, chartarum, in quibus fortuna & caſus multum valent, ars autem vel ingenium parum aut nihil poſſunt: An ſcilicet eo ipſo, ꝙ hi ludi lege aliqua cõi, Canonica, Ciuili, aut priuata Cõſtitutione alicuius Regni, & loci prohibiti ſint, quicquid inde lucratũ ſit, tuta conſcientia retineri poſſit. Re-
490 ſpondetur quod acquiſita per ludũ ſine dolo, fraude, vi, & ab eo qui alienare res ſuas potuit tuta conſcientia retineri poſſunt, etiã ſi ludus ille lege prohibitus ſit, dummodo lex illa ſolum ludum prohibeat, & translationem dominij rei non impediat, itaq; lucratus pecuniam in huiuſmodi ludo ſine fraude, coactione, ab habente poteſtatem alienandi res ſuas, abſolutè dominus eſt lucri illius, nec iure naturę, aut Diuino ſic lucratum reſtituere tenetur. ita *Alexand de Ales. p. 4. q. 24 memb. 5. art. 3. §. 6. & q. 33. mẽb. 2. art. 5. Gabriel in 4. diſt. 15 q. 13. art. 1. & 2. concl. 3. Adrian. in 4. in materia dę reſtit. q. 14. Alphonſ. à Caſtro lib. 2. de poteſt. leg. pœnal. c. 2. Corrol. 3. Io. Medin. C. de reſtit. q. 22. Sot. lib. 4. de iuſt. q. 5. ar. 2. Ang. Verb. Ludus. §. 7.* ſi attẽte legatur *Sylu. ibid. q. 12. & q. 13. Nau. c. 17. num. 19. Angles in Florib. 4. ſent. p. 2. q. de Lud. reſtit. Bannes. 2. 2. q. 32. art. 7. Salon. 2. 2. q. 5. de dominio art. 6. dub. 2. Greg. de Valent. vbi ſupra d. diſp. 5. q. 6. pũcto 5. dub. Rodriq. d. c. 189. nu. 1 Tolet. lib. 5. ca. 27. Ludou. Carbo. q. 41. de reſtit.* Et ratio horum eſt, quia licet peccet ludendo cõtra legis prohibitionem, lex tamen merè pęnalis eſt, nec impedit translationem dominij, nec reddit contractum nullum, ſed tantum concedit repetitionem coram Iudice, & dat Iudici auctoritatem, qua pręcipiat illa reſtitui. ita *Clau. Reg. loc. ſupracit. d. c. 13. nu. 7. & ſeq.*

Et nota ſecundum *Tolet. d lib. 5. c. 27. nu. 7.* Quod in quatuor caſibus, il-
491 le qui in ludo lucratus eſt, tenetur etiam ante Iudicis cõdemnationem reſtituere. Primo cum qui perdit, nõ poterat rem talem alienare, puta q̃a erat filiusfamilias, inſcio patre, vel ſeruus, vel Monachus, vel furioſus, vel Vxor, inſcio marito, ex bonis mariti, qui enim ab his lucratur, tenetur reddere ante condemnationem. Secundò, cum interceſſit fraus, nã cum ex fraude in ludo facta quis lucratur,

tene-

Digitized by Google

tenetur reddere ante condemnationem. Tertio, ſi interceſſit vis, quia aliquis coegit alterum ad ludum; Vnde euenit, vt aliquis perdens, cogat alterum ſuſtinere ludum, cum nolit amplius ludere; tunc, ſi fortè relucraretur, tenetur reddere, nō quidē quod ſuum erat, & quod perdiderat, ſed totū quod ſupra ſuū ab altero lucratus fuerat, quia vis interceſſit. Quartò, cum aliquis notabiliter decepit alterum in ludendi arte, tunc enim eſt, vt fraus quędam. In his caſibus non eſt expectāda Iudicis ſentētia. Ex hactenus igitur dictis, facilè plura alia dubia definire, & quęſtiones in hac materia de ludo frequentiſſimæ contingentes, diſſoluere Confeſſarius poterit, quas conſultò breuitatis cauſa omitto.

Quintò, conetur Confeſſarius inducere luſores, & illorū ſuſceptores, ad veram, & perfectam cōtritionem
492 ſuorum peccatorum, oſtēdendo eis grauitatem huius criminis; ſi quidē vt inquit *D. Io. Chriſ Homil. 6. in Matth. Non dat Deus ludere, ſed Diabolus. D. Thom. 2. 2. q. 168. art. 2.* nam inuentor
493 ludi Alearum, fuit Lucifer infernalis. *D. Bernardin. Senenſ. tom. 1. ſerm. 42. art. 1.* Quorum iniquiſſimi miniſtri ſunt, qui ad ludos Alearum, chartarum, ac Taxillorum domū audacter aperiunt, ac conſtituūt, & vice hoſpitū, pauperum, & peregrinorū, quoſcunque luſores impudenter admittētes, menſas, candelaſque, & alia ad ludum neceſſaria ſubminiſtrant: quo loci prohdolor quot horrendæ Blaſphemiæ & execrabilia in Deum, ac Sanctos conuicia audiūtur; quot mala, ibi, bone Deus, perpetrantur; Hi
494 profectò receptatores in iuge peccato mortali exiſtunt. *arg. c. error. 83. diſt. & l. quoniā multa facinora. C. ad leg. Iul. de iure publ.* & expreſſim tenent *Nau. Man c. 20. nu. 15. Io. Bapt. Corrad. p. 1 q. 195.* & cum pergraue crimē ſit, aliqui Epiſcopi, prout etiā facit præſens Epiſcopus Aſculanus, talē exhibitionem publicæ commoditatis ludorum prohibitorum, vulgo, *Barrataria*, ſibi rectiſſimè reſeruāt, vt notat *Graff. in Prax. lib. 1. c. 20.* vbi declarat. Directè enim iuuant recipiendo luſores ad infinita & grauia perpetran
495 da delicta. Ludus quippe eſt ſeminarium omnium ferè peccatorum, & malorum, quorum viginti vnum enumerat *D. Anton. 2. p. tit. 1. c 23. §. 6.* ſexdecim refert *Hoſt. in ſum. tit. de exceſſ. Prælat.* & duodecim recenſet *D. Bernard. in tom. 4. ſer. 33.* vbi inter alia dicit, *terribiliorem vxuram quæ ſit in Mundo, eſſe ludum; Comitol. lib. 3. q. 7.* & qđ ludus facit hominem Blaſphematorem Dei, eius Genitricis Glorioſæ Virginis Marię, & omnium Sanctorum; Facit Baraterium Deum renegare; & qui tenet Baratariam in domo ſua, eſt particeps omnium peccatorum, & malorum, quæ ibi fiunt, & nullus Confeſſor poteſt illum abſoluere, donec non remouet domū ſuā à tali peſſimo vſu Baratandi. *& tom. 2. ſerm. 16. art. 3. c. 2.* dicit Quid eſt ludus niſi fomes iniquitatis, & cupiditatis, domeſtica prædatio, Vſuraria labes, mendaciorum atque nugarum ſedula mater, fons diuinæ negationis, crudelis Blaſphemię pater, corruptio populorum, ſcandalū proximorum peruicax, inobedientiæ filius, amiſſio temporis, diſcordiarū & homicidiorum multorum origo, baratrum immane deſperationis, Idolorum cultus, inerta ſegnities, ocij nutrimentum, diffamationis titulus, atque multarum ſtultitiarum ludibriū ſingulare. *& tom. 1. ſerm. 42. art. 2. c. 1.* Ludus, inquit, eſt Blaſphemiæ fons, atque periuriorum; ò quot, & quam impiæ Blaſphemiæ egrediuntur de maledicto ludētium ore cōtra Deū, & contra Beatam Virginem, & alios iam Beatos; quot etiam ſeua periuria, quot etiam execranda opera ad percuſſionem, & exclamationē Imaginum

ginũ Ieſu Chriſti, & Matris, & aliorum Sanctorum; ex quo ludus hæreſis dici poteſt, cum ſit ars, ſeu opus, in quo illud exercitantes in hæc ſcelera ruunt; Quid igitur eſt Barrataria, niſi becaria, in qua fruſtatim illius
496 ceduntur membra, qui proprio ſanguine nos redemit, ac dulciſſimę Matris eius, omniumque Sanctorum? *Et Archid. Gemin. Turrecrem. & Præpoſit. in c. 1. diſt. 35.* aſſerũt luſores eſſe lucri cupidos, raptores, vſurarios, mendaces, periuros, blaſphemos, corruptores proximorum ob malũ exemplũ, contemptores præceptorũ Eccleſię, ocioſos, neglectores bonorum, quæ tunc omittunt, fures, violẽtos, adulatores, luxurioſos, crapulæ ac vino deditos; & publicos Alearũ luſores iure merito ad prædones, & latrones aggregat *Ariſto. 4. Ethic. c. 1.* vnde ab ordinum promotione iuſtè repelluntur, per *c. inter dilectos. de exceſſ. Prælat. Graff. in Prax. loc. cit. nu. 11. Lazar. Præfat. de Blaſph. nu. 32. & ſeq.* Ludus
497 inſuper deducit. Hominem ad ſummam calamitatem, paupertatem & miſeriam, vt fatetur ille qui dixit,

Diues eram dudum, ſed tria me fecerunt nudum,
Gula, Alea, Venus, tribus his ſum factus egenus.

Item conducit ad magnam ſtulti-
498 tiam; vt patet de illo, de quo narrat *D. Bernardin. d ſer. 42. ar. 2. c. 1.* didici inquit à fide digno relatore quendã dum cętera amiſiſſet in ludo, quodã, luſiſſe & perdidiſſe dentes, atq; ſibi extrahi cum patientia ſuſtuliſſe. Aliũ quoq; bis in ludo luſiſſe, & perdidiſſe vxorem, illam quoq; voluiſſe tradere vincenti, niſi cuſtodita fuiſſet à quibuſdam Mulieribus timore Dei. & *tom 4. ſerm. 33. p. 1. litt. B.* narrat de
499 alio qui luſit etiam bis propriã vxorem vituperandam, niſi ipſa aufugiſſet, & non daret vnam minimam veſtem amore Dei. Immo ducit etiam in deſperationẽ, Propter deſperationẽ enim amiſſorum in ludo Iuuenes vidimus venenum guſtaſſe, & vita functos fuiſſe, vt teſtatur *Marian. Soc. in c. inter dilectos ait Graff. p. 2. lib. 3. dec. aur. c. 9. nu. 23 in fin.* Vnde idem Sãctus Bernardin. *tom. 1. d. ſerm. 42. art 2 c. 3.* In Mutina, quæ eſt Ciuitas Lombardiæ tria mirabilia inquit audiui à quodam fide digno Sacerdote, qui hæc omnia per experientiam nouit; Retulit enim mihi nouiſſe Virum vnum, qui ex amiſione denariorũ in ludo, ter ſemetipſum ſuſpendit: in primis duabus vicibus quibuſdam ſibi ſuccurrentibus mortem euadens, in tertia ſuſpenſione damnatus eſt. Alium quoque ſe vidiſſe ait, qui ex eadẽ cauſa deſperatus miſit de ſero dormitum vxorem cum filijs & filiabus ſuis, demumque in inferioribus domus ſuæ lignorum multitudinem congregans poſuit ignem, vt Vxorem, & filios, & filias, & omnem ſubſtantiæ domus ſuæ, atque ſe cum eis ſimul concremaret, ſicut demũ confeſſus eſt; quod & factum fuiſſet, niſi caſu Viro quodam tranſeunte ꝑ viã ad remedium totam viciniam conuocante cõtra ignem, diuina miſericordia ſuccurriſſet. De alio quoq; dixit, quod cum ex deſperatione conſimili caſu Animã diabulo tradidiſſet, paucis iam elapſis diebus miſſus eſt vno ſero, iuxta patriæ morem & Ciuitatis, vt muros aſcenderet ad cuſtodiã Ciuitatis; qui cum iuſſa implere curaret, & ad pedem ſchalæ murorũ iã appropinquaret; ſubito adeſt ei dęmon in griffonis effigiæ, atque terribili inſultu arripiens eius ſcapulam, eam crudelibus vngulis trãsforauit; territur igitur, ac tremens à domino auxilium poſtulabat, nec gratiam impetrabat; demum recolens, quod ex deſperatione Animam diabulo tradidiſſet, dolens & gemens, & ex hoc miſericordiam petẽs, quod cum dęmon dimitteret, à Deo miſericordiã impetrat; ſtatimque adiens Sacerdo-

tem

tem,qui hæc mihi retulit, rē ſibi per ordinem patefecit; in cuius teſtimonium ſcapulam à dęmone nuperimè vulneratā ac importabili fetore olentem, ei non modicum miranti oſtendit; ſubitoq; confeſſus inde ad duos dies de hoc mundo migrauit.

500 Et non ſolum ludus ducit in deſperationem,ſed ſæpe quoque conducit hominem vſque ad furcā.iuxta illud.

Pianta mal culta, mal frutto produce,
Speſſo il gioco alla forca,l'hom cōduce.

Immo quod peius eſt,& ſine lacrimis dici non poteſt, ludus Chartarū eſt tantæ malignitatis, quod deniq; ducit luſorem ad perpetuā damnationem, vt patet exēplo, de Nepote
501 Sancti Cyrilli, de quo ipſe Sanctus Cyrillus ſcribens ad Auguſt. refert quod orbatus Parentibus, eum educauit, qui in Iuuentute mortuus eſt, apparuit autem poſt mortem Patruo ſuo Cyrillo dicens, ſe eſſe damnatū: clamans cum lacrimis, pro nulla alia re,inquit, niſi quia non propoſui me abſtinere à ludis,ex quibus Deū vitu peraui. Ecce ergo quomodo ludus eſt cauſa quod luſor moriatur dānatus,& ad infernum à diabulo,perpetuo crucciandus,deportatur;nam vt ait *D.Anton 2.p.tit.1.ca.23.§. 5. & 8.*
502 Ludus facit tandem aſſociari dęmonijs in inferno,vbi luſores in inferno faciunt circuitum cum diabulo. Cū igitur ludus ſit cauſa tātorum malorum,ideo vt dicit Auctor ſpeculi exēpli in *Verb. Ludus*; Maledictus eſt qui ludit,& maledicta domus in qua ludi ſolet. *Lazar. loc.ſupracit.nu.35.* Vnde Regina Ioanna Mater Caroli V. Imperatoris, fecit legem, in qua præcipiebat, quod domus vbi ludetur ludis prohibitis,demoliatur ſeu funditus ad terram deijciatur, & in ea ſal aſpergatur. *Alphonſ.Villeg.diſcurſ.77. primæ Dom.poſt Pentecoſt.* quæ lex vtinam modo in hiſce noſtris partibus obſeruaretur; &c. Cum ergo omnia ſupradicta eſſe vera ſatis experientia
503 manifeſtat, ideo Epiſcoporum, ac Dominorum ſeculariū omnino officium eſt,cauſam tantorum malorum excidere,ludos huiuſmodi Chartarū & Taxillorum prohibere, ludentes acriter punire, Baraterices exterminare,Taxillos, ac cęterorum inſtrumenta ludorum, & illa ac domum ad ludendum tenentes, cōdemnare, cum omnium prędictorum ſcelerum & malorum apud Deum iuſtiſſimū Iudicem habeant reddere rationem, ſi noluerint,vel negligentes fuerint, cùm potuerint, obuiare; cum non careat ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare, *c. Sicut dignum,§.3. de Homicid. & c. error. diſt. 83.* vbi dicitur, negligere quippe,cum poſſis deturbare peruerſos,nihil aliud eſt,quam fouere. Rogo ergo atque rogo in viſceribus Ieſu Chriſti omnes Principes Chriſtianos, vt omnino hanc contagioſam peſtem penitus à ſuis locis, tollant; prohibendo ſub grauiſſimis pęnis, ne de cętero amplius, domum, ſeu Barratariam ad ludēdum expoſitam teneant,ſeu quippiam habeant.

Sextò; procuret Confeſſarius amputare omnes proximas occaſiones delinquendi, præcipiendo pęniten-
504 ti ne amplius domum adeat prædictam ad ludendum, imponendo ei grauiſſimam pęnitentiam, pręſertim præſeruatiuam, vt videlicet quoties in poſterum ludet, vel in domum, vbi ludi ſolet, eat, ieiunet in pane & aqua,vel aliquam ſummam pecuniæ locis pijs, vel pauperibus largiatur; & non abſoluat niſi prius omnia lucrata iniuſtè in ludo modo ſupradicto, reſtituat, ſi poteſt, alioquin præſtet cautionem pignoratoriam, fideiuſſoriam,vel iuratorium,ſe quamprimum reſtituturum.

505 Et cum ſæpe contingat penitentem iurare, vel Vouere ſe nolle amplius ludere, ideo animaduertat Cōfeſſarius, quod ſi pęnitens iuret ſic,

Deus

Deus malè mihi vertat, & me non adiuuet, ſi amplius luſero, non pōt ab hoc iuramento abſolui, hac tantum cauſa, quod ipſe magnum deſideriū, & tentationem patitur ludendi, cum ſit verum iuramentum, nam ſine cauſa iuſta a Iuramento iuſto de re graui abſolui nemo poteſt, poſſet tamen in rem meliorem, vel æque bonam commutari, quamuis hoc conſilium de commutādo debeat maturius dari, inſpecta Perſona ludentis, ſi ob magnam inclinationem contrauenerit; & intelligitur de Iuramento facto de ludo illicito in magna quantitate, non autem de ludo licito in parua quantitate, qui animi cauſa etiam rogatis licet; & ita nuper ſāctiſſimus D. N. Pius V. renuit in ſimili caſu diſpenſare. *Nauar. in Man. c. 12. num. 11. Io. Bapt. Corra. p. 1. q. 138. & 195. in Addit. Graff. p. 1. lib. 2. dec. aur. c. 122. nu. 20.* Si vero aliquis Iurauit non ludere, & dat alteri pecuniam, vt ſuo nomine ludat, a periurio minimè excuſatur. *Rodriq. Quæſt. Regula. tom. 2. quæſt. 38. artic. 2. in fin.*

Item Circa Votum, vel Iuramentum non ludendi, notandum, quod Vouens, vel Iurās, ſe certam eleemoſynam daturum Pauperibus, ſi amplius luſerit, ſtatim poſt Voti, vel Iuramenti violationem tenetur elee-
506 moſynam ſoluere. Ratio tum quia talis cenſetur fuiſſe intentio Vouentis, aut Iurantis. Tum quia hæc cenſetur promiſſio conditionata, q̄ obligat adimpleta conditione, ita *Suarez de legib. lib. 5. cap. 7. num. 8. Azor. par. 1. Inſt. moral lib 5. c. 8. q. vlt. Reginal. lib. 13. num. 277. Bonacin. tom. 2 diſpu. 1. q. 1. punct. 2 num. 28.*

An autem licitū ſit Votum ac validum, de ludendo, vel de abſtinēdo a ludo. Reſpōd. quod quamuis ludus cā recreationis ſit honeſtus, & actus virtutis, melius tamen eſt abſtinere a ludo, quā non abſtinere, & conſequēter Votum de ludo quāuis honeſto, inualidum eſt, ſicut ex oppoſito validum eſt Votum de non ludendo, ita *Sanchez. lib. 1. de ſponſalib. diſpu. 2. num. 4. Rodriq. in ſum p. 1. c. 189. num. 10.* Exiſtimo tamen, Votum nō ludendi abſolutè emiſſum, non extendi ad Votum honeſtum, niſi aliter conſtet de tacita, vel expreſſa Vouentis intentione, aut niſi ſit periculum excedendi limites ludi honeſti. Nam Votum non excedit intentionem Vouentiū, intentio autem Vouentium videtur eſſe, vt voluerint ſibi facultatem adimere ludendi ludo illicito, quo bona prodiguntur, & diſſipantur, ita *Doctores ſupracitati*. Secus vero dicendum videtur de illo, qui abſolutè Vouit abſtinere a ludo, ob periuria, vel Blaſphemias, in quas expertus eſt ſe prorumpere, non ſolum in ludo illicito, verum etiam in licito, tunc enim Vouens abſolutè, pręſumitur habuiſſe volūtatem abſtinendi a quouis ludo. *Bonacin. tom. 2. tract. de Contractibus diſp. 3. q. 11. punct. 1. nu. 18.* Vnde concluditur, quod Vouens abſolutè non ludere, ſecluſo omni periculo, poſſit poſt Votum ludere ludo honeſto, ita *ex Bonacin. Rodriq. & alijs loc. cita. diſp. 2. q. 3 punct. 1. nu. 19.* Si autem dubitatē de intentione Vouentis, vel Iurātis, an ſcilicet Vouens, vel Iurans non ludere, intellexit de Ludo licito, vel illicito, reſpondetur cum *Nauar. c. 12. num. 11. Rodriq. in ſum. p. 1. c. 189. num. 10 Sanchez in ſumma. lib. 3. c. 18. Reginal. lib. 18. num. 47.* interpretādum eſt intelligi de ludo illicito, non vero de licito, qui recreationis gratia ſuſcipitur, niſi aliter conijciatur de mente, ſeu intentione Vouentis, vel Iurantis. Ratio eſt, tum quia hæc videtur eſſe benigna intētio Iurantis, aut Vouentis, tum quia Iuramētum reſtringendum eſt, vt quantum fieri poteſt minus obliget; nā vbi agitur de obligatione contrahenda ſtricta interpretatio facienda eſt. *c. 1. de iureiurando. in 6. & leg. quidquid aſtringendæ. de Verb.*

Digitized by Google

obligat. ita Abb. in [illegible] *ſignif. Sanchez de matrim. lib. 1. diſput. 9. num. 11. & in ſum. lib. 3 c. 17. nu. 9. & c. 18. nu. 6.* Dixi niſi aliter conſtet de Iurantis aut Vouentis intentione, nam ſi conſtet Iurantem, aut Vouẽtem ſe voluiſſe obligare ad abſtinendum à voto licito, tenebitur ex vi iuramẽti & voti abſtinere; q̃uis enim ludus honeſtus cauſa recreationis ſuſceptus, ſit actus virtutis Eutrapeliæ, nihilominus eius ommiſſio eſt melior, cum ludus traducat mentem ad res terrenas, conſequenter eius ommiſſio eſt materia voti & iuramenti. Intentio autem iurantis colligi poteſt à fine, quo ductus eſt ad iurandum, aut Vouendam abſtinentiam à ludo. Hinc colligi poteſt; Primò, eum qui iurauit abſolutè non ludere, non ſolum non poſſe nomine proprio ludere, verum neque alieno, ratio eſt, quia ludus factus nomine alieno eſt ꝓpriè ludus, poteſt tamen facere ſpõſiones, dummodo nullum interueniat pactũ cũ Dęmone, vel tacitũ, vel expreſſum, quia non ſũt propriè ludus; poſſet ẽt tradere pecuniam alteri ad ludendũ ſuo nomine, & inſpicere ſocium ludentem, quia non emiſſit votum de non tradẽda alteri pecunia vel inſpiciendis ludentibus, ſed de non ludendo. Hoc tamen intelligẽdum eſt niſi aliter colligatur de mente iurantis. *Sanch loc. cit. lib. 3. c. 18. nu. 7. &* 8. Secũdò colligi poteſt, eũ qui iurauit, aut vouit abſtinentiam à ludo, vt diuinis facilius vacaret, vel vt ſe priuaret tẽporali ludi oblectatione, teneri ſub mortali à ludo etiam licito abſtinere, nam ex fine colligitur intentio iurantis; & violatio iuramenti etiam in re parua eſt mortalis; ſecus dicẽdũ de voto. Tertiò, eum qui timore iacturę facultatum iurauit abſtinentiam à ludo, teneri abſtinere a ludo nõ ſolum illicito verum etiam licito, nã ſic videtur intentio Iurantis ad vitandam iacturam, quæ fieri poteſt non ſolum

[illegible] *ita Bonacin tom. 2. diſp 4. q. 1. punct. 16. Propoſit. 2. nu. 4 & ſeq.*

Item notandum, quod vouens, vel iurans ſe non amplius luſurũ, ſub pęna quod ſi luſerit non poſſit ab alio abſolui, vel diſpenſari, quam à Sũmo Põtifice, poteſt adhuc abſolui ab Epiſcopo; nam huiuſmodi votum, vel iuramentum non aufert Epiſcopis iuriſdictionem. Et ſi vouit ſe non amplius luſurum ſub pœna, quod ſi luſerit, teneatur Romã adire, & ab alio non poſſit abſolui quam à Sũmo Põtifice, adhuc poteſt abſolui ab Epiſcopo, quamquam obtenta abſolutione teneatur adhuc Romam adire, niſi etiam quo ad hanc partem, obtineat diſpenſationem; nam votum, quo ad hanc partem, eſt de re licita; & poſſibili. *ita Bonacin. tom. 2. diſp. 4. q. 2. punct. 1. nu. 29. & ſeq.*

Denique ſi quæratur an habens facultatem diſpenſandi in votis, poſſit cum eo diſpenſare, qui votum habet non ludendi ludo aliquo illicito. Reſpondeo affirmatiuè cum *Ludouic. Lopez. 2. p. c. 35. quæſt. 7. Rodriq. ſum. p. 1. c. 189. n. 10.* & alijs; & ratio eſt q̃a ſi poteſt in alijs diſpenſare, ergo etiam in hoc, quamuis enim non poſſit auferre malitiam illiciti ludi, nihilominus ſubtrahere poteſt occaſionem committendi peccatũ, quod propter obligationem voti committitur ab eo, q̃ affectum, propenſionem, & inclinationem habet ad ludum. Quare poteſt ſuperior in prædicto Caſu diſpenſare, ſubſiſtẽte iuſta cauſa; qualis videtur ſubtractio occaſionis peccandi mortaliter in eo, qui aſſuetus eſt mortaliter peccare ludendo contra votũ. Magna tamen, vt dixi, in hac re opus eſt prudentia, vt colligi poteſt ex facto Pij V. qui noluit in ſimili Caſu ſuam interponere facultatem diſpenſandi, vt ex *Nauar.* notant *Rodriq. & Lopez. loc. cit. Bonacin. tom. 2. de Contract. lib. diſp. 2. q. 3. punct. 1. nu. 2.* & hæc pro

Digitized by Google

... reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio quintidecimi Caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Aſculanæ, qui talis eſt.

Illi Concubinarij non ſolũ veri & proprij cohabitantes, tam mares, quã fœminæ, ſed etiam alij, ſi illorum conuerſatio continuata fuerit vltra ſex menſes, & ipſi ipſęque iã olim ter abſoluti, vel abſolutę fuerint, ſi poſt tertiam vicem reperientur in carnalẽ copulam inter ipſos recidiſſe.

PRo declaratione huius quintidecimi Caſus reſeruati; in illũ incidunt oẽs concubinarij mares, & fœminæ, tam publici quam ſecreti, tam laici, quam clerici ſeculares qũocũq;
507 tenentes Concubinã, ſi cõuerſatio in Concubinatu fuerit cõtinuata vltra ſex menſes, & poſtquã ter à Confeſſario abſoluti fuerint, iterũ in carnalem copulam reperiẽtur recidiſſe. cætera vide in explicatione ſexti Caſus reſeruati ĩ Tabella Fanẽſi. Et hęc pro huius quintidecimi caſus reſeruati declaratione breuiter dicta ſufficiãt, ad laudem Ieſu Chriſti. Amen.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſextidecimi Caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Aſculanæ, qui talis eſt.

Declaratur quod quotieſcunq; cõtinget publicari aliquã excõicationem contra aliquos, aut ob violationem Eccleſiaſticæ immunitatis, vel ob offenſam ſimiliter Perſonæ Eccleſiaſticæ, conuerſatio cũ eiuſmodi publicatis, non amplius intelligenda eſt ꝙ ſit prohibita ſub pœna excõicationis minoris tantũ, ſed ſub pœna maioris eo ipſo incurrenda, etiam ſi alias de hoc non fieret expreſſa mentio.

PRo declaratione huius ſextidecimi Caſus reſeruati, ſi Caſus reſeruatus tñ appellari poſſit; nã vt liqui-
508 dò patet, cũ potius ſit aliorũ caſuũ declaratio, quã Caſus, ideo pro eius declaratione hæc pauca modo dicta ſufficiant, ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio decimiſeptimi, & vltimi caſus reſeruati, eiuſdem Tabellæ Aſculanæ, qui talis eſt.

Illi mares, vel fœminæ, qui loquendo cũ aliqua Sanctimoniali abſq; licentia prius in ſcriptis obtenta à ſuperiore, indiffereñter excõicationem ipſo facto incurrẽt; ſed quo ad mulieres, ſi accedent ad monaſteria in quibus non habeant aliquas ſanguine coniũctas ſaltem in tertio gradu Conſanguinitatis, vel in ſecundo Affinitatis, ſi illuc accedent die Dominico, vel in alijs feſtiuitatibus de præcepto; & extra eoſdem dies, ẽt ſi pluries quam ſemel in menſe.

PRo declaratione huius decimiſeptimi & vltimi Caſus reſeruati, præter ea quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt locutio cum Monialibus abſq; licentia; quidvè ad illarum monaſteria acceſſus.*
2 *Quando accedentes ad Monaſteria Monialium, & cum eis ſine licentia in ſcriptis à ſuperiore obtenta loquentes incidunt in hunc caſum reſeruatũ, & quando non incidunt.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt à Confeſſario circa Confeſſionẽ & Abſolutionẽ pęnitentiũ, loquentium cum monialibus ſine huiuſmodi licentia, vel ad illarum Monaſteria accedentium.*

CIrca primum; Quid ſit locutio cum Monialibus, &
509 acceſſus ad Monaſteria earundem, & quid ſit etiã licentia, patet in declaratione octaui Caſus

Caſus reſeruati in Tabella Piſaurẽſi.

Circa ſecundum; Incidunt in hũc caſum reſeruatum, ſeu excommunicationem Primò, laici cuiuſcunq; ſta
510 tus, dignitatis & cõditionis, & etiã Sacerdotes & alij Clerici ſeculares, qui in quouis anni tempore loquuntur cum aliqua ſanctimoniali profeſſa, cuiuſcunque Ordinis, & Monaſterij Epiſcopo ſubiecti, abſq; licentia prius in ſcriptis à ſuperiore obtenta; quæ quidem licentia ſi abſq; temporis præfixione data ſit, intelligitur ſolum pro prima vice, & nõ vltra, vide in declaratione vltimi caſus reſeruati in Tabella Piſaurenſi nu. 123. Per
511 ſuperiorem autem intelligitur non ſolum Epiſcopus, ſed etiam eius Vicarius generalis, qui, vt tradit *Graff. Conſil. 21. nu. 45. in fin. de ſent. excom.* illã abſque dubio dare poteſt; immo etiã alius ad hunc effectum ab Epiſcopo deputatus, etiamſi huiuſmodi Monialis eſſet eorum Conſanguinea, vt not. *Graff. in Prax. lib. 2. c. 5. nu. 35.*

Secundò, hac excommunicatione innodãtur etiam illi qui ſubditi non
512 ſunt, modo non ſint ſuperiores, vel æquales, & ratio eſt, nam licet generalis excommunicatio non liget niſi ſubditos proferentis, *c. à nobis. el 1. de ſent. excom.* tamen nõ ſubditus in diœceſi alterius efficitur ipſius ſubditus ratione delicti nam *vbi quis deliquit, ſortitur forum, l. 3. ff. de offic. præſid. gloſ. in c fin. de foro compet. & in d. c à nobis. de ſent. excomm. Sot lib 5. de Iuſt. & Iur. q. 4. art. 1. vltima concl.* modo non ignorauerit excommunicationem. *ca. fin. de conſt. in 6. c Apoſtolicæ de Cleric. excom. miniſt.* vt mox dicam infra. *Graff. in Prax. lib. 2. c. 5. n. 54.* modo, vt ſupra dictum eſt, ſine licentia obtenta in ſcriptis, cum aliqua Moniali loquantur. Nam In foro conſcientiæ Viatores ſortiuntur forum illius loci, per quem tranſeũt, vt notat idem *Graff. Prax. lib. 2. c. 28. nu. 31.*

Tertiò, & qui data opera, & ex profeſſo, obtenta licentia in ſcriptis allo
513 quendi cum tali Moniali, v. g. cum Cõſanguinea, animo doloſo accedũt ad monaſteriũ vt ſi alia ſuperueniat, vult loqui cum ea, incidunt inquam excommunicationem, ſi cum illa alia loquũtur. *Graff. loc ſupracit. d. c. 5. n. 58.*

Quartò, & qui cũ aliqua Moniali loquũtur per interpoſitam perſonã,
514 vel etiam per nutus, aut ſigna, vt faciunt illi qui fraudulenter omittũt loqui, volentes obſeruare corticem excõmunicationis, quæ prohibet loquelã cũ Moniali, in iſtis enim duobus caſibus ſaluo ſemper meliori iudicio, credo eos cõprehendi in hac excommunicatione, *arg. tex. in c. cũ apud de ſponſal.* vbi nihil refert qualitercũ
515 que quis ſuam exprimat voluntatẽ: nam exprimens vel contrahens per alium, videtur per ſe expreſſiſſe, ſicut exprimens peccata ſua per interpretẽ, videtur ipſe loqui, modo id faciãt fraudulenter & doloſè. *Graff. d. Conſi. 21. nu. 17. & 31.* & cum littera ſimpliciter dicat, *Qui loquẽdo cũ aliqua ſanctimoniali,* &c. nulla prorſus mẽtio fiat de loco, vbi hæc locutio fieri debet,
516 hinc hanc excommunicationẽ incurrunt non ſolum qui loquuntur cũ Moniali profeſſa in allocutoria, ſed etiam qui loquitur (de domo ſua quę propinqua vel contigua eſt illi Monaſterio) cum ea quę eſt intra Clauſuram ſui monaſterij, puta in horto, vel in feneſtra, vel alio loco, ſi illa intelligendo verba, daret reſponſum. Cũ enim caſus ſimpliciter loquitur, & non diſtinguit, ſequitur quod nec nos diſtinguere debemus. *l. de pretio, ff. de publiciana.* Sic enim videtur mihi mentem Ordinarij eſſe interpretandam, quãdoquidem poſuit Caſum à communiter accidentibus, non tamẽ fuit eius mens, qui ſi extra loquatur cum ea, quæ eſt intus in Monaſterio, non includatur. Idem *Graff. in Prax. loc. ſupracit. num. 44.*

Quintò, & omnes qui cum licẽtia

Digitized by Google

quidem in ſcriptis, tñ obreptitia, ſub
517 reptitia, vel falſa (hęc enim nomina ſynonima ſunt, & idē ſignificant) cum aliqua Moniali profeſſa loquuntur; ratio, quia qui huiuſmodi licētia vtuntur, ſe habent tamquam ſi abſq; vlla licentia cū Monialibus alloquerentur. Et ea quæ dixi in his quinque caſibus, in mulieribus quoque procedunt, cum reſeruatio dicat. *Illi Mares, vel fœminæ, &c.*

Sextò, ligantur hac excōmunicatione oēs mulieres, abſq; prædicta licentia, accedētes ad monaſteria mo-
518 nialium Ep̃o ſubiecta, ſi in eis non habeant aliquas moniales profeſſas ſanguine coniunctas ſaltem in tertio gradu Cōſanguinitatis, vel in ſecūdo Affinitatis (qui ſint hi gradus vide ſupra in Tabella Anconitana ſecundo caſu nu. 98.) modo accedāt ad illa die Dominico, vel in alijs feſtiuitatibus de præcepto, & extra eoſdē dies Dominicos, & de præcepto, etiam ſi pluries quam ſemel in menſe.

Non incidūt aūt; Primò, q̃ animo deliberato accedunt ad Monaſteriū cū intentione alloquēdi cum aliqua Moniali, abſq; vlla licentia, minimè
519 tñ loquuntur, vel quia pęnituerūt, vel quia dubitauerūt ne ab aliquo viderentur, vel alia ex quacunq; cauſa; etenim ad hunc caſum incurrendum requiritur acceſſio ad Monaſterium, & allocutio cū moniali, cum ergo hi non loquantur, minimè hanc excōicationē incurriſſe cēſendi ſunt. Eſſet caſus reſeruatus vbi, reſeruatur Acceſſus tñ ad monaſteria monialium.

Secūdò, nec qui nō doloſè, ſed bona fide, ignoranter, aut imprudēter, vel vrbanitatis cauſa, aut ob incogitantiam, vel obliuionem, aut ad mo-
520 dicum tp̃s, modicis & compendioſis verbis, alloqueretur cum alia moniali, q̃ cū ea, cū qua obtinuit licētiā loquendi; ratio quia cū ceſſat dolus, ceſſat excōicatio. Vnde ſi ſocius alicuius boni Viri, nolit à ſocio recedere, qui habet licētiam, & cū ea loquitur cum moniali, ſi prædictus ſocius aliquod verbū eidē moniali diceret, ab ea ꝓuocatus, crederē nō incidere in excōicationē, cum non doloſè, ſed cauſa vrbanitatis hoc faciat. Item ēt, q̃ licentiā habet loquēdi cū moniali, ſi dū cū ea loquitur, alia monialis ſuperueniat, & illum prouocaret ad loquendū, & ille timens cenſurā loquitur cū ea ꝑ interpoſitā perſonā, hoc eſt ꝑ monialē cū qua licitè loquebat̃, iſte Cēſura excōicationis nō ligatur, ſi hoc non animo doloſo facit, ſed vrbanitatis cauſa; & idē ſi loquēdo, diceret vnū aut duo tm̃ verba, q̃a cū ſit
521 modicū, excuſat à peccato mortali. *c. & ſi quæſtiones. de ſimonia*, & ita non incideret in excōicationē, cū nemo ſit excōicandus niſi pro peccato mortali. *c. nemo, & c. nullus.* 11. *q.* 3. *Graff. in Prax. loc. cit. nu.* 31. *& d. conſ.* 22 *nu.* 13. *vſq;* 16. *& lib.* 4. *deciſ. aur. c.* 8. *nu.* 5. ēt ſi prędicta pauca verba dicat abſq; licētia cū ea colloquēdi, vt v. g. ſi trāſiēs ꝑ Eccleſiā monialē ſalutaret, vel ab ea interrogatus de ſuo ſtatu, reſpondeat. *Lactant. Finellius. de Caſib reſeru. c* 5. *nu.* 10. modo id non faceret in cōtemptū, quia tunc peccaret mortaliter, & reſeruatio illū afficeret. *Floron. de caſib. reſer. par.* 1. *num.* 19. *&* §. 1. *num.* 5. *fol* 27.

Tertiò, nec qui ignorantes hāc excōicationem bona fide accederēt ad
522 monaſterium, & loquerentur cum aliqua moniali, vel Abbatiſſa ſine licentia, v. g. quia Confeſſarius monialiū, vel Abbatiſſa, ſiue Præfecta monaſterij aſſereret ſe huiuſmodi licentiam concedere poſſe, vel diceret nō eſſe neceſſariam in monaſterijs exemptis & Epiſcopo non ſubiectis, vel quia vocantur per internuntium ab Abbatiſſa, vel per litteras fatetur ſe habere licentiā, in his enim, & ſimili-
523 bus caſibus, ſi bona fide loquerent̃, nō eſſent excōicati. *Graff. in Prax. loc. cit. nu.* 52. præſertim ſi talis eſſet ignorantia

rantia

Digitized by Google

rantia probabilis, vt quia alloquens eſt Alienigena,& nõ ſubditus,qui de nouo venit ad Ciuitatem, & ignorat hanc excommunicationẽ, & nec talis excommunicatio eſt in loco, vbi diſceſſit, talis enim excuſatur. *gloſ.in c.quæ contra.Verb.Peregrini.diſt.8.* Immò etiam ſi excõmunicationis ignorantia eſſet improbabilis,talis excuſatur in foro conſciẽtiæ, etenim ſemper circa excommunicationem oculus eſt habendus ad inobedientiam, & contumaciam, vnde cum ignorãs
524 non contemnat,fit, quod nõ ſit excommunicatus,quamuis faciat cõtra actum damnatum. *Abb.in c. à nobis el 1.de ſent.excom.Graff.d.conſi.22.nu.11. & ſeq.* vbi enim non adeſt contumacia,vel inobedientia,non eſt peccatũ mortale,& per conſequens nec caſus reſeruatus, nec etiam excõmunicationis Cẽſura incurritur. *Sanchez.lib. 9.de matrim. d.32.q.3.* Quamuis enim
525 reſeruatio Epiſcopi liget etiã ignorantes peccatum illud eſſe reſeruatũ, quando illud eſt prohibitũ, quia malum,vt Blaſphemia,Inceſtus,Homicidium,&c. ſecus autem dicẽdum in excõmunicatione alicui peccato annexa, illa enim ſemper ſcientiam & inobedientiã ſupponit, & in his,quę mala ſunt,quia prohibita,cuiuſmodi ſunt Acceſſus ad Monaſteria monialium bono fine,vel etiam non denuntiare Legata pia intra tantum temporis ſpatium, ſi hoc per Epiſcopum in edicto ſuo reſeruetur &c. *Sanchez,loc. cit.Carbo.li.8.de legib.diſpu.3.Vgol.Tab. 1.de Cenſur.c.9 §.8.nu 10.Sayr.lib.1.de Cenſur.c.18.Azor.p 1.Inſt.moral.lib.1. c.15.q 3.*

Quartò, nec qui loquetur cum aliqua Moniali egreſſa à Monaſterio de
526 nocte,conſulẽdo ei, vt ad ſuum monaſterium reuertatur, vel in extrema neceſſitate comitatur eam, ne iacturam pateretur famæ,honoris, aut vitæ. *Nau.conſil.4.de Regul.nu.31. Graff. d.conſil.22.nu.22.*

Quintò,nec famulus, vel famula, quæ iuſſu Domini, aliqua munera monialibus defert, illiſque facit imbaſciatam iuſſu Domini, cum Do-
527 minus non habeat licentiam; nam vt dicit *Hoſt.in c.mulieres,nu.4. de ſent. excom.* Si ſuperior mandat videtur inferior excuſatus, nam qui iuſſu Iudicis aliquid facit, non videtur dolo facere, quia neceſſe habet parere, *ff. de Reg.Iur.l.non videtur, §. qui iuſſu.* & hoc quando dubium eſt an pręceptũ ſit iuſtum,vel iniuſtum,quia non debet inferior diſcutere factum Superioris,& in dubijs obediendum eſt. *c. Iulianus.11.q.3.* præſumitur enim pro Superiore. At ſi ſciret præceptũ Domini eſſe iniuſtum,tunc nullo modo
528 debet obedire, quia potius Deo, quam Superiori eſt obediendum. *d.c. Iulianus, & c. non ſemper & c. quid culpatur.in fin.23.q.1.* Quare obediendo incideret in excommunicationem, quia eſſet acceſſus ad Monaſterium cum loquela abſque licentia. At vero ſi ſubditus vel famulus, ſeu famula compelleretur ad eundum ad dictũ Monaſterium, quia niſi mores gereret,in magnum aliquod damnũ Perſonale,vel reale incideret,tũc crederem, quod nõ eſſet excõmunicatus, quia non videtur mentem legislatoris velle obligare tanta cogendi vehementia, niſi quando fieret in contemptum legis, vel interueniret iniuria fidei, tunc enim mortem potius eligere tenetur, & ita intelligitur. *text.in c.ſacris,de his quæ vi.Sot.lib 1.de Iuſt.& Iur.q.6 art.4 Sylu Verb. Dominica.nu.7.q.5.Nau.c.13.nu 7.* tenentur tamen ſtipendarij finito conductio-
529 nis tempore a talibus Dominis recedere.ita *Graff d.conſil.22.nu.35.*

Sextò, cum ſimus in materia reſeruationis caſuum, quæ eſt ſtricti iuris, non incidit in hũc caſum qui ſine licentia epiſtolam ſcriberet Moniali,
530 modo non ſit de rebus turpia continentibus; ratio, quia tũc loqui quis

Digitized by Google

dicitur, quando quis corã aliquo exprimit ſuam voluntatem verbo, vel nutu, aut ſignis, vel per interpoſitam perſonam, ſcribere autẽ ſimpliciter moniali non dicitur verè loqui, ergo nec ſub hac reſeruatione comprehenditur. *Graff. in Prax. loc. cit. num. 34. & 60.* eſſet tamẽ caſus reſeruatus in Tabella Maceratenſi, Caſu nono, & in Tabella Camerinenſ. Caſu 12. vide ibidem: abſque tamen cenſura excõ-
531 municationis. An autẽ Regulares ſcribentes ad aliquam Monialem incidant in excommunicationem, vide in Tabella Piſaurenſi, num. 184. & in Tabella Camerinenſ. num. 229. Vbi etiã reſeruatio fieret ſub hac forma; Excõmunicamus ipſo facto, omnes pręſumẽtes accedere ad Monaſteria monialium, quantumuis exempta, & cum monialibus vel aliqua ipſarum colloquentes, etiam ſi ſit Nouitia, aut cũ Puellis quæ æducationis cauſa ibi commorantur ſine noſtra licentia, vel noſtri Vicarij generalis. Tũc enim etiam incideret in excommunicationem colloquentes cum Nouitia, vel alijs ſupradictis Puellis, ſi
532 abſque licentia alloquantur. Idem dicendum, ſi reſeruatio dicat; Qui ſub prætextu licentiæ obtentæ præſumunt cum aliqua moniali etiã Nouitia de rebus obſcenis, verbis, aut actibus impudicis pertractare; aut litteras de rebus obſcenis, per ſe, vel internuntium tranſmittere, ipſo facto ſint excommunicati; tunc enim dictã excommunicationem incurrerẽt, nõ ſolum, cum eiſdem monialibus, vel Nouitijs de rebus obſcenis pertractãtes, ſed etiam Viri, & mulieres ſcienter prædictas litteras de rebus prędictis, deferrentes, vel mittentes. vide *Graff. in Prax. loc cit. n. 49. & 60. Floror. p. 2 caſu 8. nu. 5.*

Septimò, cum hæc reſeruatio tantum loquatur de locutione cum Moniali, ſequitur quod hanc excommunicationem minimè incurrunt allo-
533 quentes cum Nouitia, cum Nouitia non ſit propriè Monialis, nam appellatione Monialiũ propriè veniũt profeſsę ſub aliqua Regula degẽtes; & idem dicendũ, ſi cum Puellis ibidem educationis cauſa commorãtibus, alloquantur: quãuis tales ab Ordinario ſint grauiter puniendi; vide plura de hoc in dicta Tabella Piſaurenſ. *nu.* 181. *& ſeq.* etenim tales, etiã ſi de induſtria, abſque licentia, loquãtur, etiam per horam, cum aliqua Nouitia, vel Puella, hac excommunicatione minimè ligãtur. *Graff. d. conſ. 22. nu. 26.* licet grauiſſimè mortaliter peccarent, ſi cum prædictis, de rebus obſcenis, quomodocunque, pertractarent, obſcenitates autem ſunt verba turpia & inhoneſta, iuxta illud *Orat. lib. 2 epiſt. 1.*

Torquet obſcenis iam nunc ſermonibus aurem.

Octauò, nec incidunt mulieres, accedẽtes ad monaſteria, in quibus ha-
534 bent aliquas propinquas moniales, ſeu ſanguine cõiunctas, ſaltem in tertio gradu Conſanguinitatis, vel in ſecundo Affinitatis, præſertim ſi accedant extra dies Dominicarum, & aliarum feſtiuitatum de pręcepto, puta in diebus ferialibus, dummodo ſemel tantum in menſe id faciant. *arg. Bonac. de Clauſura. q. 3. punct. 5. nu. 11.*

Nonò, nec Regulares exempti ab ordinarij iuriſdictione, quãuis enim Religioſi non exempti, accedẽtes, ſine licentia, ad monaſteria monialiũ, & cum eis alloquentes, cum iure cõi ſubditi ſint iuriſdictioni & poteſtati Epiſcopi, proculdubio hac Cenſura ligãtur. *Bonacin. de Clauſura, q. 3. punct. 4. nu. 8.* Secus autem dicendum eſt de Religioſis exemptis; hodie enim cũ omnes ferè Religioſi ſint ab Ordinarij Epiſcopi iuriſdictione exempti, & in ſpeciales filios Sãctæ Romanæ Eccleſiæ recepti, vt habetur ex *Sayr. lib. 1 Theſ. tom. 1. c. 6. nu. 36 & c. 8. n 7. & lib. 4. c. 2. nu. 12.* hinc excõmunicatione

ne

ne lata ab Epiſcopo contra loquẽtes cum monialibus, ſi colloquentes ſint Religioſi Regulares, vel alij exẽpti,
535 qui loquerẽtur cum monialibus nõ exemptis, minimẽ prædicta Cenſura innodantur, etiam ſi in propria Epiſcopi diœceſi habitẽt, vt benè docet *Tabien. Verb. excom. 4. nu. 4. per tex. in c. à nobis, el 1. de ſent. excom. Sayr. d. c. 6. nu. 40. in fin. Graff. p. 1. lib. 4. dec. aur. c. 6. nu. 2. & lib. 2. in Prax. c. 5. nu. 13.* & ratio eſt, quia excommunicatio fertur in ſubditos. *Quarãta. Verb. Monaſteria Monialiũ. verſ. dubitari. Rodriq. Quæſt. Reg. tom. 1. q. 45. art. 2. in fin. Sanchez. lib. 7. de matrim. d. 33. num. 23. Barboſa, de offic. et poteſt. Epiſcop. 3. p. alleg. 102. num. 73. Bonacin. loc. cit.* At Religioſi exempti nõ ſunt ſubditi Epiſcopo, ſed immediatè ſubiecti Sedi Apoſtolicæ, vt ſupra declaratum eſt, ergo excommunicatione lata ab Epiſcopo vllo modo innodantur. Et quãuis *Graff. loc. cit.* quo ad Religioſos & alios qui ſunt omnino exẽpti à iuriſdictione Ordinarij, videatur docere, quod ſi Epiſcopus auctoritate Apoſtolica excommunicationem tulerit contra loquẽtes cũ monialibus nõ exemptis, ſub illa excommunicatione comprehendũtur etiam plenam exemptionem habentes: atq; adeo Religioſi omnino exẽpti: Ad quod allegat *Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 5.* quod incipit: Bonifacij VIII. Sed re vera ego nõ video, auctoritatem Apoſtolicam in ea re tribui Epiſcopis à *Concil. Trid. loc. cit.* Vnde ſi Epiſcopus ſpecialem non habeat à Sede Apoſtolica auctoritatẽ contra omnino exemptos, quo ad moniales nõ exemptas, non poteſt illos excommunicare. Nam *Concil. Trid. ibi,* renouans textum *in c. periculoſo. de ſtat. Regul. in* 6. Auctoritatẽ Sedis Apoſtolicæ tribuit Epiſcopis ſuper monaſterijs monialium exemptis dũtaxat, & ſibi nõ ſubiectis ad violatam eorum clauſuram reſtituendam, & inuiolatam conſeruandam; ſuper monaſterijs verò monialium nõ exemptis, & Ordinario ſubiectis, præcipit Concilium, vt Epiſcopi iuriſdictione ordinaria clauſuram prædictam, vbi violata fuerit, diligenter reſtitui, & vbi inuiolata eſt, diligenter cõſeruari maximè procurent. Vnde cum Epiſcopi non niſi ordinaria iuriſdictione vti poſſint ſuper monaſterijs monialium non exẽptis, & ſibi ſubiectis, nec ſuper eis iuriſdictionem à Sede Apoſtolica delegatam vigore Concilij Tridẽtini ſupracitati, habeant, ſed tantum ſuper exẽptis, conſequenter deducitur, eos auctoritate Apoſtolica non poſſe excommunicare, ſuſpendere, aut alijs pęnis afficere Religioſos Regulares, & ſimiles omnino exemptos, loquentes cum monialibus nõ exemptis, & ſibi ſubiectis. ita *Duard. in Bulla Cęnæ Domini. lib. 1. c. 1. q. 3 nu. 119. & ſeq.*

Circa tertium; Praxis obſeruanda à Confeſſario circa Confeſſionem & Abſolutionem pęnitentium cũ monialibus ſine licentia loquentiũ, vel
536 ad illarum monaſteria accedentiũ, erit illa quæ habetur in d. Tabella Piſaurenſi *nu.* 185. præſertim ea quæ ad allocutionem cum monialibus ſine licentia, & ad acceſſum ad monaſteria earum, ſpectãt, vide ibidem. Et hæc pro huius decimiſeptimi & vltimi Caſus reſeruati, ac ſimul totius iſtius Tabellæ Aſculanæ declaratione, dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

Digitized by Google

QVÆSTIO V.

De Caſibus Reſeruatis Epiſcopo Lauretano.

Circa hanc quintam quæſtionem, ſex eſſent inquirenda, & declaranda, iuxta numerum Caſuum, qui in eius Tabella continentur, ſed quia Epiſcopus Lauretanus, & Recanatenſis eſt idem, ideo, cum hæc Tabella ſit communis vtrique, infra quæſtione ſeptima, illam, fauente Deo, declarabo.

QVÆSTIO VI.

De Caſibus Reſeruatis Epiſcopo Auximano.

Circa hanc ſextam quæſtionem, quæritur, quot & quales ſunt caſus reſeruati Epiſcopo Auximano, ad quod breuiter reſpondeo dicendo. Caſus, quorum abſolutionem nunc in ſua Diœceſi ſibi reſeruat Ordinarius Auximanus, ſunt hic in præſenti Tabella continentur.

Tabella Auximana.

1 *Qui Homicidium voluntarium perpetrauerint.*
2 *Qui primo, vel ſecundo Cognationis ſeu Affinitatis gradu, Inceſtum commiſerint.*
3 *Qui cum Beſtijs coierint, aut in nefandum Sodomiæ crimen inciderint.*
4 *Qui Magicas artes, Veneficia, aliavè huius generis exercuerint, qui in eis rebus ſacris vllo modo abuſi fuerint.*
5 *Qui Patrem, vel Matrem percuſſerint.*
6 *Qui locorum piorum fructus, redditus, & prouentus, quouis modo iniuſtè detinuerint, & legata pia non reuelauerint.*
7 *Incendiarij, & qui damni iniuriævè cauſa, Vites, vel Arbores alienas inciderint.*
8 *Qui diebus ab Eccleſia vetitis, abſque legitima cauſa, carnem comederint.*

Declaratio huius Tabellæ.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio primi Caſus reſeruati huius Tabellę Auximanæ, qui talis eſt.

Qui Homicidium voluntarium perpetrauerint.

PRo declaratione huius primi caſus reſeruati, preter ea, quæ dicũt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Homicidium voluntarium.*
2 *Quando perpetrantes Homicidium voluntarium incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem pœnitentium Homicidium voluntarium perpetrantium.*

CIrca primum; antequã quid Homicidium volũtarium ſit, dicamus, Primò animaduertendum cenſemus, quod Homicidium eſt duplex, Ho-
1 micidiũ videlicet ſui, & alterius. Homici-

Digitized by Google

micidium ſui, eſt cum quis Veneno, ferro, igne, aqua, nimia abſtinentia, ſingulari inedia, cibis nociuis, corporis afflictionibus, vel quouis alio modo, ſeipſum necat. Vt fecit Sanſon. *Iudic.c.16.Eleazarus.1.Macab.c.6.Razias.2.Macab.c.14.* Mulier illa *in c.ex parte de ſepult.* quæ ſe in flumen præcipitauit, & plerique alij, qui ſeipſos occiderunt.

2 Homicidium alterius eſt cum quis quempiā occidit, & eſt duplex, quod videlicet fit publica, & quod priuata auctoritate. Homicidium quod fit publica auctoritate, eſt cū quis præcepto Principis aliquem, puta malefactorem nēpe Bannitum, occidit; Vel cum Iuſtitię Miniſter de mandato Iudicis quempiam ſuſpendit in patibulo. Homicidium vero quod fit priuata auctoritate, eſt cum quis ex ſeipſo, quacunque ex cauſa, abſque vlla auctoritate Principis, aliquem interimit, & eſt duplex, Caſuale, & volun-
3 tarium, Homicidiū caſuale eſt, quod caſu, & præter intentionem accidit, ita vt occiſio nec in ſe, nec in ſua cā voluntarium fuit. Vt cum quis verbi gratia dans operam rei licitæ, omnique adhibita diligentiam aliquem interfecit. Vt ſi reparans tectum domus ſuæ, poſitis ſolitis ſignis in via, ſubmittens tegulas, aliquem incedētem occidit *D.Thom.2.2.q.64.arti.8.*

4 Circa vero homicidium voluntariū, notandum, quod homicidium eſt iniuſta Hominis occiſio. *Hoſtien.ti eod. in ſum.§.1.D.Anton.2.p.tit.7.c.8.Graff. conſil.1.de Homicid.num.1.Tolet. lib.5. c.6.num.1.Clau.Reg.lib.7 c.8.nume 12.* Voluntarium, dicitur illud quod eſt cognitum, & intentum, vel per induſtriam, ſtudioſè, malo animo, ex propoſito, data opera, per inſidias commiſſum, vel voluntate, & ex propoſito factum, vel in cauſa propinqua, & ordinata ex ſe ad mortem, quale eſt verbi gratia, porrigere alicui venenū mortiferum, aut ferire enſe punctim circa præcordia, vel circa caput etiā cæſim. *Graff.in Prax.lib.1.c.14.num.4. & ſeq.* Dicitur etiam Voluntarium a voluntate, quod eſt duplex, Voluntarium in ſe, & in ſua cauſa; In ſe voluntarium dicitur, cum voluntas occidētis fertur in ipſum homicidiū; In ſua cauſa cum voluntas quidem non fertur in ipſum homicidiū, ſed in aliud quippiam, quod tamen eſt homicidij cauſa propinqua, vt ſi quis intendit verberare Mulierem prægnantem, & interim illam occidat. *Io.Capeauill. tract.de caſib.reſeruat p.2 c.3. quæſt.1.* Demum dicitur voluntarium, ad excludendum illud, quod fit calore iracundiæ, vel quod fit ad neceſſariam
5 ſui defenſionem. *Graff.loc.cita num.5.* Homicidium voluntarium ergo, eſt quod dolo malo, animo occidendi, cōmittitur, vt cum quis dolo malo, aliquem inſiluit, animo occidēdi, et ipſum occidit. *l.1.in princip. ff. ad leg. Cornel.de ſicar c.ſicut dignum.de homicid.Graff.p.1.lib 2.dec aur.c.62.num.1.* Vel melius ſecundum. *Nau.in Man.c.27.num.240.* cum quo concordat *Rodriq.in ſum.p.1.c.178.num.1.* Homicidium voluntarium, eſt homicidium illicitum, intentum, ſiue volitum in ſe, ſaltem æquipollenter, alias quam vitandæ mortis cauſa cōmiſſum. *Horat Gambar.tract.de caſib.reſerua.caſ.7. num.2.fol.206.Io.Bapt.Corrad. par. 2.q. 162.Rodriquez. Quæſt.Regul.tom.1.q. 24.art 9.in princip.*

Circa ſecundum; ex hactenus dictis, planè concluditur, qui nam incidunt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

Primò enim incidunt, omnes tam Mares, quam fœminæ, ac etiam Sacerdotes, & alij Clerici ſeculares, qui
6 ira, odio, inuidia, dolo malo, aut ſimili praua affectione, alium, priuata auctoritate inuadunt, & occidunt; tales enim dicuntur propriè voluntarium homicidium committere. *Nau.conſi. 27.& ſeq.de Homicid.& in Manu.c.27.*

num.

num.240.Io.Capeauill.loc.ſupracita.q.2. Tolet.lib.1.c.72.Eman.Sà Verb. Homicidium.num.4.Val tom.3 diſpu.5.q.8.p.5. Henriq lib.14.q.19.cap.3. in annot.Sayr. lib.7.de Cenſur.cap.7.num.8. Verbi gratia, illum cum gladio, fuſte, vel alio telo, etiam ſine ſanguinis effuſione, vt præcipitando eum de ponte in amnem, vel ſuffocando, vel calcib.percutiēdo, vel ſaxo illidendo,vel aliter quomodocunq; perimendo,ex *Graff. in Prax.loc.citat.num.2. & 25.*etiam ſi illum interficiant animo deliberato, ſic volentem, *arg.text.in l.liber homo. ff.ad leg.Aquil.* Vbi dicitur,quod nemo eſt dominus membrorū ſuorum. *Graff loc.citat.num.51.*

7 Secundò, ſi homicida voluntarius eſt ille, qui aliquē occidit animo deliberato,& appenſatè, atque ex propoſito,multo magis erit ille,qui per inſidias, & proditoriè trucidat, vt q ſub ſpecie fidelitatis ſuauia,& dulcia verba Amico proferendo,amplexando, blandè ridendo, maxima pollicēdo, nulla orta occaſione,litigio,aut rixa, illum, ſecum in menſa ſedēdo, vel in via ambulando, interficit. *Graff.loc. citat.num.* 50.

Tertiò, & qui cum poſſet vitā ſuā tueri pro tuitione rerum ſuarum,voluntariè furem diurnum, vel nocturnum, occidit. *Graff.loc.cit.num.39.*

9 Quartò,& qui, vel quæ fœtum Animatū necat, includitur enim ſub homicidio voluntario Mulier, quæ viſceribus ſuis vim intulit, vt Partum ſuum animatum abigat; talis enim q̄ conceptum in vtero per Abortū delet, homicida eſt.*c conſuluit in fin 2 q. 5.*Idem de eo, qui per Zonā arripuit Mulierem prægnantem, quæ huiuſmodi occaſione Aborta eſt, nam dicitur verè homicida, quia huiuſmodi occiſio fuit facta manibus iuxta *tex.in l.qua actione §.1.ff.ad leg.Aquil.* etiam ſi cauſa euitandi ſcandali, vel declinandæ infamiæ hoc fiat. *Azor. p.3.inſt.moral.lib.2.c 4.q.2.*nam nec ad infamiam, aut mortem vitādam debet quis Aborſum,aut mortem Prolis procurare. *arg.cap.facite.22 q.3 D. Anton.p.2.tit.2.c.7.in fin.Clau.Reg.lib. 8.c.3.num.21.* cum non ſint facienda
10 mala,vt eueniant bona.*c.denique.14. q.5.*Imò effectu ſubſecuto, per *Conſtit.Greg.XIV.*quæ incipit. *Cum Sedes Apoſtolica.* incidit etiā in excommunicationem reſeruatam Epiſcopo. *Sayr.lib.3.de cenſur c.35.num.24.Graff. loc.ſupracitat.num.36.& Io Bapt.Corra. p.1.q.344.in Addit.* vbi inquit, quod qui Mulieri prægnanti magnum terrorem incutit, ex quo ſequitur Aborſus fœtus Animati, cēſetur homicida volūtarius,& īcurrit Irregularitatē.

11 Quintò, & qui ira commotus, vel Paupertate præſſus, vel alia iniuſta cauſa impulſus,Prolem iam natā voluntariè,quouis modo,interimit,*cap. veniens.& ſeq.de iis qui fil.occid.*

Sextò, & Maritus, qui Vxorem in Adulterio depræhēſam,occidit. Etenim qui Vxorem ſuā in flagranti de-
12 licto repertam priuata auctoritate, & ante ſententiam Iudicis occidit, quāuis per leges Ciuiles impunis ſit, peccat tamen mortaliter peccato homicidij in foro conſcientiæ, vt communiter, & verè tradunt Doctores, *Io.Capeauill.vbi ſupra q.2.* vbi dicit eſſe cōmunem Theologorum *in 4.diſt. 37.& Floron p.2.caſu.4.§.3.nu.6.*& colligitur euidenter ex. *c.inter hæc.33.q. 2.*vbi habetur, Eccleſiam Dei mūdanis legibus nō conſtringit.*& c.admonere.ead.cauſ & q.* Interfectorib. Vxorum grauis pœnitentia irrogatur; & expreſsè Stephanus Papa ibi docet, quod nullatenus eā occidere debēt Mariti, etiam ſi in Adulterio depræhendant, & tales vocat homicidas.*Clau.Reg.lib.7.c.10.num.8.& Arragon.2.2.q.64.art.3.*

13 Septimò, & qui Venenum alicui præbent, quod poſt aliquot menſes mortem affert.*l.3.§.alio Senatuſconſulto.ff.ad leg.Corne.de Sicar.*prout faciūt qui-

Digitized by Google

quidam Venefici, qui hominem, vel fœminam, Veneno accidūt: tales.n. dicuntur occiſores voluntarij; extinctio enim hominis per Venenum dr̃ propriè homicidium, quia fit manib. dando Venenum illud miſcendo alicui rei comeſtibili, vel potabili, ex quo ſequit̃ mors; Quare ſiue ſtatim accepto Veneno perierit, vel nō ſubito, ſed dietim, dietim debilitatus obierit, is dicitur occiſus. Nam plus eſt hominem Veneno extinguere, q̃ gladio occidere. *Graff. loc. citat. nu. 30. & ſeq.* Hinc compræhenduntur etiā ſub caſu, Venefici qui dāt quoddam genus Veneni, quod dicitur ad Amorem captandum, vel conſeruandum, quod Venenum non occedit, nec ſanat, ſed hominem incitat, & inducit ad amorem, vel odium, quod dicitur potius Maleficium, quam Venenū, & vulgo dicuntur Maliæ, ſeu fatturæ, ex quibus homines infirmantur, nec a Medicis cognoſcitur eius ægritudo, & ex talib. Maleficijs, ſeu Malijs, homines, & Mulieres moriūtur, dietim enim debilitantur, paulatimque annihilantur tamquam homines habentes morbum gallicum, & ſic demum moriuntur. *Graff loc. cit. n. 34.*

14 Octauò, & qui in Duello aliquem interemit, in quo caſu etiam excōmunicatione Summo Pontifici reſeruata innodatus erit. *Azor. p. 3. inſt. moral. lib. 2. c. 6.* niſi ex actus indeliberatione, vel ignorantia huiuſmodi pœnæ appoſitæ excuſetur. *Graff conſi 6. de Homicid.*

15 Nonò, & qui ex ſubita ira, in aliqua rixa aliquem occidit; nā qui præ ira ſubita, & in rixa committit homicidium, cenſetur homicida volūtarius. ita determinat *Io. And. in c. de infantibus. de ijs qui fil. occider.* & reuera ſecundum Philoſophū nulla paſſio intrinſeca cauſat inuoluntarium, quod pluribus tradit *D. Thom. 1. 2. q. 6.* in omnibus artic. illius quæſtionis. *Hora. Gāb. loc. ſupra citat. fol. 208.*

Decimò, & qui vulnerās aliquem, ſciens ex huiuſmodi vulnere mortē ſequi, nam talis voluntarius homicida eſt; Idem eſt quando quis indiſtinctè percutit animo nocendi nō exclu-
16 dendo mortem vniuerſaliter, hic ēt eſt homicida volūtarius, ſi aūt expreſſè non vult occidere, ſed tantū percutere quamuis mors ſequatur, erit tantum homicidiū caſuale, ſi vero actus, ſiue vulnus de ꝑ ſe feratur in mortē, vt eſt Veneni propinatio, graue capitis vulnus, vel circa præcordia, tūc ſi volūtaria eſt percuſſio: nimis affectata eſt mortis excluſio a voluntate; eſſet.n. impoſſibile quiddā velle neceſſaria ad mortem, & nolle mortem, & ideo hoc caſu etiam dicitur homicida voluntarius. *Hora. Gamb. vbi ſupra. fol. 207.* vide Caietan. 2. 2 *q. 64. a. 8. ad 3. argum.* & Tolet. *lib. 1. c. 72. num. 10. & 14. & Io. Bapt. Corrad. par. 1. q. 344. in Addit.*

Vndecimò, & qui appēſatè interſicerent aliquem homicidam carceratum, quamuis ſciat eum a Iudice debere occidi. *c. cum miniſter. 33. q. 5.* cū
17 talis occiſio dicatur iniuſta; nā vt iuſta ſit, requiritur iuſta cauſa, iuſtus ordo, & iuſtus animus; *Aſtenſ. in quinto præcept. Decalogi.* Quare licet iſte ex iuſta cauſa, quia occidit eum quem ſcit a Iudice debere occidi, & ex iuſto animo, nam non amore vindictæ, vel lucri, ſed iuſtitiæ hoc faciat, quia tamen deeſt iuſtus ordo, nam occidit iuris ordine non ſeruato; etenim nōdum prolata ſententia, & iuſſu Iudi-
18 cis, peccat mortaliter, & eſt ſub caſu reſeruato, & eſt ēt Irregularis; Imò hoc procedit, etiam ſi quis occideret reum damnatum ad mortem dū ducitur ad locum iuſtitiæ, quamuis ſit de familia Iudicis, licet dubius eſſet quod ſibi eriperetur per viā, quia teneret de occiſio, niſi hoc faceret de mandato Iudicis, ita *Bal. in l fideicommiſſa. §. ſi quos ff. de leg. 3. & l fin. C. de maleſ & math Hipol. de Marſil in leg. 1. num.*

num.13.ff.de Sicar.Graff.in Prax. loc.ſupracit.num.53.& ſeq.

19 Duodecimò,ſi quis animo deliberato aliquē vulnerauit lethaliter cā occidēdi,ſi ille ſic vulneratus,poſtea fuit extinctus, atq; exanimatus ab alio,ex propoſito,tunc nō primus,ſed ſecundus incidit in caſum reſeruatū, tex.eſt notabilis,*in l.item mella.§.celſus.ff.ad leg.Aquil.* Sed quid ſi certum eſſet vulneratum ex primo vulnere mori,videtur tunc comprehendi ſub caſu reſeruato, quia tenetur de occiſo.*l.ita vulneratus.ff.ad leg. Aquil.* ta-

20 men cōtrarium credimus,cum reſeruatio fit,& intelligatur de actib.exterioribus conſummatis cum effectu. *Graff.loc.citat.nu.*58.ſi vero ſic vulnerans ſciebat ex huiuſmodi vulnere mortem ſequi, tunc,vt ſupra dictum eſt, talis erit homicida voluntarius, & per conſequens incidit in caſum reſeruatum.

Tertiodecimò; Vbi reſeruatio fit ſub hac forma, *Homicidium uoluntariū,*

21 *& ad illud auxilium,conſilium, mandatum,vel conſenſum dantes*; vt fit in Tabellis Maceratenſi.*caſu* ſexto, Camerinen. tertio,Æſina.*6.* & Ripana. 3. tunc incidunt in illum, omnes homicidium voluntariū perpetrantes, vel ad illud committendum auxiliū,cōſilium,mandatum,vel conſenſum pręſtantes,modo ſit ſecutus effectus; cū ad incurrendum caſum reſeruatum requiratur neceſſario, vt homicidiū ſit voluntarium,perfectum, & conſūmatum,vt alias dictum eſt. Et notandum quod Auxilium ad homicidium perpetrandum, eſt cum quis ad illud committendum, opem fert,ſeu præſtitit;puta aſſociādo armatus ad adiuuandum, etiam ſi arma non moueat; Qui enim aſtitit armatus, quāuis arma non moueat,dicitur opem pręſtare homicidio;& dicit *Bart.in l.3.§.armis.ff.de vi & vi armat.* quod qui habet arma ad latus,etiam ſi non poſuit manus ad ea, dicitur vim intuliſſe cum eis.Conſilium ad homicidiū cōmittendum,eſt cum quis ſuadet quēpiam,vel rogat, vel alias conſulit, vt omnino inimicum occidat. Mandatum autem dicitur, cum quis mādat committi delictum propter ſeipſum ad ſuæ volūtatis ſatisfactionem,nulla data pecunia,& fit per verba imperatiui modi, & accipitur mandatum pro iuſſu,quo quis fieri quouis modo mādauit, ſiue per epiſtolam, ſiue per verba,ſiue per nuntium. Conſenſus vero eſt, cum quis animo conſentit,

22 vt homicidium patretur. Quo ergo ad Auxilium incidit in caſum,qui ex propoſito animo auxiliandi armatus aſſiſtit committenti homicidium, ſi fuerit ſecutum; quia is propriè dicitur opem ferre,nam tunc auxilium pręſtatur, circa actum proximum homicidij,ſecus ſi eſſet in actu remoto. Et dr̄ quis aſſiſtere in actu proximo, quando homicida non commiſiſſet alias delictum,niſi ille aſtitiſſet armatus,quia ſi ſimplex auxilium præſtaret, quod eſt quando ille omnino homicidiū cōmitteret ſine illo, tunc cum non dicatur propriè auxiliari, inde fit,vt mitius ſit puniēdus, & nō ea pœna qua homicida. Incurrere ēt videtur in caſum reſeruatum, quando quis præſens eſt homicidio committendo animo ſe immiſcēdi, ſi ſequatur homicidium, quamuis arma non moueret, nam tunc ex quo inſultans ſit audacior, & inſultatus timidior,dr̄ præſtare auxilium;maximè ſi vnus tenuit, & alius interfecit, nā is qui tenuit, quaſi cauſam mortis pręAbuit.

23 buit. Quo vero ad Cōſulētes, vt Cōſulens homicidium comprehēdatur ſub caſu reſeruato,quatuor requiruntur. Primò,quod Cōſilium præceſſerit delictum. Secundò quod non eſſet commiſſurus abſq; conſilio. Tertiò, quod delictum fuerit ſecutū. Quartò,quod non reuocauerit conſilium; Quare reuocatio eſt denuntianda ei, in cuius Perſonam debet maleficiū com-

committi, quod ſe cuſtodiat, ne offendatur, vt notat *Innoc. in c. ad audientiā. de Homicid. Bart. in l. non ſolum. §. ſi mandato. num. 21. de iniur. glo. in cap. ſicut dignum. Verbo, prouocaſſent, vbi Felin. de Homicid.* Et hoc intellige, qñ certus eſſem, quod non prodeſſet mea reuocatio cōſilij, quia ille, cui dedi cōſilium, quamuis perſuaſerim cōtrariū, tamen nullo modo vult mutare propoſitum. Et notandum quod in foro exteriori, qui conſilium dat alicui, vt homicidium committat, eſt puniendus eadem pęna, qua homicida, ſi ille homicidium non eſſet commiſſurus, niſi ex conſilio ſuo; alias ſi ille nihilominus erat patraturus delictū abſq; cōſilio, & tūc nō pari, ſed mitiori pęna eſt puniendus, ita eſt cōmunis opinio. *Imol. Felin. Dec. & aliorum Doctorum in d. c. ſicut dignum. & c. ad audien-*
24 *tiam. de homicidio.* Quo ad mādatum; cōprehenditur ſub caſu mādans pręcipiens alicui, vt inteficiat Sempronium, & ſi mandatarius ſine mandato erat crimen cōmiſſurus, nam hoc caſu fit crimen reſpectu, & cā ipſius mandantis, inde tenetur pęna homicidij. Quod intellige de mādato expreſſo, non autem tacito, verbi gratia ſi paſſus iniuriam dixerit filio, vel famulo ſuo; non regrediaris domum meam, donec ipſe aliquid noui audiā de te; quia ſi ſeruus meus his verbis motus interficeret iniuriantem, q̄uis Irregularitatem contrahat iniuriam paſſus, cum text. in *c. fin. de homicid. in 6.* procedat non ſolum de mandato expreſſo, ſed etiam tacito; tamen nō ſic eſt quo ad caſus reſeruatos, quia ſunt intelligendi de mandato expreſ-
25 ſo, non autem tacito. Denique quo ad conſenſum præſtantes, incidunt in caſum, omnes cōſenſum, ad homidium committendum, dantes; dummodo conſentiendo, vt homicidium fiat, poſtea homicidium ſequatur, ita ex *Graff. in conſil. 1. de Homi. & in Trax. lib. 1. c. 15 per totum.*

26 Vbi vero abſolutè reſeruatur, *Homicidium ſeu Homicidium committentes.* vt fit in Tabella Fanenſi caſu. 3. tunc cū intelligatur de quouis homicidio tam voluntario, quā caſuali, incidūt in caſum, tam perpetrantes homicidium volūtarium, quam caſuale. Vel melius, vt notat *Graff. in Trax. lib. 2 c. 23. num 15.* Vbi ſimpliciter eſt reſeruatum homicidium, intelligitur de voluntario, & doloſo.

Non incidunt autem; Primò qui animo occidendi aliquem vulnerauerunt; vel mutilauerunt, vel alterius
27 membrum debilitauerūt; ratio quia delictum non eſt conſummatum, tū etiam quia licet aliquem interficere, & mutilare, vel etiam, vt aliqui ſentiunt, debilitare, quo ad Irregularitatem incurrendam paria ſint, non tamen ſub reſeruatione homicidij cōprehenduntur. *Sayr. lib. 6. de Cenſur. c. 15 num 5.*

Secundò, nec qui intendens aliquē verberare, ſi excedendo in verberib. modum, illum occidat etenim licet iſte non videatur excuſabilis ab ho-
28 micidio, cū ex hoc euenire poſſe debuerit cogitare. *c. fin de homicid. in 6.* tamen ille textus intelligitur, quo ad Irregularitatem contrahendam, vt mandans aliquem verberari, licet expreſsè inhibeat, ne occidatur, ſecuta morte, Irregularis efficitur, quia ex quo dedit operam rei illicitæ, ſunt ei omnia imputāda, quæ poſſunt ſequi ex illa re illicita. Non tamē procedit ille text. vt occidens dicatur volūtarius, cum non voluntate, ſed caſu dicatur occidiſſe. *Graff. in Trax. d. c. 14. num: 63.*

Tertiò, nec qui non animo occidēdi aliquem vulnerauit, ex quo vulnere, præter intentionem, mortē obijt, nec enim propriè iſte homicida volū-
29 tarius cenſetur. *Tolet. lib. 1. c. 71.* multo min⁹ furioſus, Infans, vel dormiēs hominem occidens. *Clem. 1. de Homicid.* ratio prioris eſt, quia ſi quis vul-

neret

neret alium non intentione occidendi, neſciēs ex eo vulnere mortem ſequi, certè hic non poteſt dici voluntarius homicida; vnde ſi expreſsè nō vult occidere, ſed tantum percutere, quamuis mors ſequatur, certè homicidium erit caſuale. *Horat. Gamb. vbi ſupra fol. 207.* ratio poſterioris, quia fu
30 rioſus, aut mente captus, Puer ante vſum rationis, dormiēs, & ebrius vſu rationis deſtitutus, occidēdo aliquē, huiuſmodi occiſio non eſt peccaminoſa, vt patet, vel certè non eſt peccatum mortale, quod tantum reſeruationi ſubiaceat. *Io. Capeauill. d. c. 3. q. 2.*

Quartò, nec is, qui cum telo ambulauit hominem necandi cauſa, & gladium ſtrinxerit, & eo percuſſerit, nō
31 tamen occidit, quamuis in foro exteriori pro homicida ſit damnandus. *l. 1. §. diuus ff. de Sicar. l. is qui cum telo. C. eod.* Quia in Maleficijs, non exitus, ſed voluntas ſpectatur. *l. diuus Adrianus ff. eod.* & idem in foro conſciētię, quo ad Deū, quia Deus magis ad cor reſpicit, quam ad manum. *c. 1. in fin. 15. q. 6.* tamen quo ad pęnam reſeruationis caſus, non incurrit niſi homicidium fuerit perfectum, & cōſummatum, etiam ſi fecerit, quod potuit, vt interficeret. Specul. *Archi. Gemin. Frācus. & Io. And. in c. perpetuo de temp. ordin. in 6.* tum etiam, quia hic reſeruat
32 homicidium voluntarium, quod tūc fieri dicitur quando Anima eſt ſeparata a corpore mediante gladio, vel fuſte, aut alio modo qualiter, & qualiter. *l. qua actione ff. ad leg. Aquil Graff. in Prax. loc citat. num. 27.*

Quintò, nec ambulans cum enſe inimicum necandi cauſa, ſi eum inue
33 nit ab aliquo interfectum, & is vlciſcēdi animo, abſcidit caput; vel aliud membrum; immunis enim eſt a caſu reſeruato, & a pœna Irregularitatis. *Tolet. lib 1. c. 71. num. 10. Graff. loc cita. num. 28.*

34 Sextò, nec qui vulneratus in rixa, inſequentem inimicum fugientem, illum percuſſit, & vulnerauit, ac demū occidit, licet mortiferè deliquerit. *Graff. loc citat. num. 41.*

Septimò, cum hic reſeruetur homicidium voluntarium, quod dolo, & per induſtriam eſt commiſſum, fit, vt
35 excludatur homicidiū ad ſui defenſionem, quare is qui in vitæ diſcrimine conſtitutus, aggreſſorem, vel aliū, qui inſultum fecit, occiderit, non tenetur, vt homicida, & ſi ad defendendum fiat, & non ad vendicandū, non peccat, & conſequenter non cadit in caſus reſeruationem, quia defenſor propriè ſalutis in nullo peccaſſe vr̄. *l. is qui. & l. ſeq. & l. ſi vt allegat. C. de Sicar. Graff. loc. cita. num. 39.* Vnde ſi qs
36 ne ipſe occidatur, aliquē occidat ob iuſtam ſuam defenſionem, cū metu mortis cadenti in conſtantem virum id faciat, immunis a caſus reſeruatione cenſetur, quia non ſpōtè, ſed coacte facit. *c. 1. 15. q. 1.* licet mortali culpa ſe obſtringat, quia pro nullo metu debet, quis mortale peccatum committere. *Graff. loc. citat. num. 60.*

Hinc Vxor ſi ſciat ſe in lecto occidendam a Vrio ſuo, quæ vidit ipſum appoſuiſſe ſub ceruicali, ſeu puluinari Pugionem, & non poteſt fugere, nec vociferando ſe poteſt tueri nec aliter poteſt mortem euadere, licitū erit ei Virum ſuum occidere præueniendo, prout docet. *Sot. lib. 5. de iuſt. & iur. q. 1. art. 8 & Nau. Man. c. 15 nu. 3. verſ credimus. & Tolet. lib. 5. c. 6. nu. 27. Floron. loc. ſupraci. d. caſu. 4. § 4. n 31.*

Octauò, nec qui ob propriè vitæ, rerū, vel honoris, vel pudicitiæ tutamē, vel ēt alterius Innocentis defen
37 ſionem, aliquē interimit, ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ, imò nec ſi aliquātulum illud moderamen excedat, modo exceſſus nō ſit mortalis. *Io. Capeauill. vbi ſupra d q. 2.* Hinc Mulier, vel Adoleſcens occidens aliquē ob tuendam ſuam caſtitatem, quam aliter ſeruare nō poteſt, niſi occidat, non incidit in caſum reſeruatum; ratio

Digitized by Google

tio quia occidendo in tali caſu non peccat, modo non intendat eius mortem, ſed ſuam defenſionē. *Floron. loc. citat. §. 1. num. 30. & Leſſius lib. 2. cap. 9. dub. 12. num. 76.*

Nonò, cum reſeruetur homicidiū voluntarium, fit, quod ab eo excipiatur homicidium caſuale, vnde qui in
38 Confeſſione aſſeuerat homicidiū ſe non voluntate, ſed caſu fortuitu feciſſe, quamuis fuerit in culpa, non incidit in caſum; Vt ſi quis ex alto ſe pręcipitando ſuper alium venerit, eumque occiderit; vt ſi conſcēdendo Arborem alterius, fortè cadat ex illo ſuper Puerum illic dormientem, & illū occidat. *Sot. lib. 5. de iuſt. & iur. q. 1. ar. 9. Io. Capeauill. loc. citat. d. c. 3. q. 1. deſſic. 10.* Aut putator ex Arbore cū ramū deijceret, non proclamauerit, & prętereuntem occiderit, vel ſi quis aliquem calce interfecerit, quia talia homicidia non voluntate, ſed caſu fortuitu facta videntur. *Graff. loc. citat. num. 46.*

Decimò, nec Medicus, ob cuius ēt craſſam culpam æger interijt, cum teſte Ouid. *lib. 1. de ponto.*

Nō eſt ī medico, ſēper releuetur, vt æger. cum huiuſmodi homicidium non volūtarium, ſed caſuale. vel ad ſummū
39 mixtum dicatur; quamuis a lethali culpa, Irregularitatis macula, & dāna reſtituendi onere immunis nō ſit. *Doctores in c. tua nos. de Homicid.*

Vndecimò, nec Mater, vel Nutrix, quæ tenellum Puerum in lecto ſuo
40 collocauit cum periculo probabili ſuffocandi, ſi ſecutus fuerit effectus; Etenim licet talis ſit homicida. *c. conſuluiſti. 2 q. 5. & c. de Infantibus. de his, ſil occider.* non tamen fuit tale homicidium voluntarium, ſed caſuale, de hoc Caietan. 2. 2. *q. 62. art. 8.* quamuis peccatum mortale non effugiat. *Tol. lib. 5. c. 7. num. 5. Nau. in Man. c. 15. num. 13. Graff. loc. citat. num. 62. D. Anton. 3. p tit. 1. c. 24.* Incideret tamē in caſum reſeruatum in Tabellis Senogallien. caſu. 5. Sancti Seuerini. 8. Callien. 10. & Feretrana. 4.

Duodecimò, cum homicidium dicatur hominis occiſio, fit, vt minimè hunc caſum reſeruatum incurrat, q. vel quæ conſultò fecerit abortū fœ-
41 tus inanimati; nam talis non dicitur verè homicida; quia quod non vixit, non poteſt mori, & non eſt homo ante infuſionem Animæ cum homo ex Anima, & corpore componatur. *c. in quadam. de celebr. Miſſar. Graff. Conſil. 1. num. 3. de homicid.* Nec etiam includit,
42 qui cauſa libidinis explendæ Mulieri aliquid fecerit, vel ad potandū dederit, vt non poſſit generare, aut cōcipere, quia talis non eſt verus homicida, ſed vt homicida tenetur. *cap. ſi aliquis. de homicid. Graff. in Prax. loc. citat. num. 37. & ſequen.*

Tertiodecimò, nec ſub caſu reſeruato includitur is, qui non appenſatè deuenit ad euaginationem gladij
43 cum altero, & dum immittēdo ictus ſentit ſe vulneratum calore iracūdię animo deliberato ſuum Aduerſariū vulnerauit, & occidit. Facit text. *in l. quicquid calore iracundiæ. ff. de regul. iur.* quia in delictis non finis, ſed principium attendendum eſt. *Graff. loc. citat. num. 45.*

Quartodecimò, nec qui in iuſto Bello, etiam odio vel praua intentionem aliquem occidit, ratio eſt, quia
44 licitum eſt in Bello iuſto hoſtem directè occidere, & Innocentes indirectè, vnde licet peccet contra charitatem, non tamen contra iuſtitiam, q facit completus homicida, & reſeruationi obnoxius, ex *Ioan. Capeauill. loco citat. quaſt. 2.*

Quintodecimò, nec Iudex, qui publica auctoritate aliquem Innocentem, quem talem nouit, ſecundum
45 allegata, & probata, nocentem, morti adiudicat. *D. Thom. 2. 2. q 67. artic 2. vbi Bannes, Salon. & Arragon.* ratio, q a licitum eſt hominem peccatorē Reipublicæ nocentem occidere, etiam

ſi

Digitized by Google

ſi mala intentione illum occidat; qa licet in tali caſu peccet contra charitatem etiam mortaliter, non tamen contra iuſtitiam, quod, vt dixi, facit homicida completus, & huic caſui obnoxius. *Io. Capeauil. loc. citat. d. q. 2.*

Sextodecimò, quo ad homicidiũ committendum, auxilium, conſiliũ, mandatum, vel conſenſum dãtes, no
46 tandum, quod immunes ſunt a caſu reſeruato Auxilium dantes, qui ignoranter opem præſtiterint ad homicidium perpetandum; Vt v.g. ſi dicenti ſe velle ad Rus ire, commodaſſet equum, & Arma, & occidiſſet hominem, ſecundum *Bal. in l. quicunque. C. de ſeruit. fugit.* cum tunc Auxiliator tenetur, quando eſſet in dolo. *Bertach. in l. ſæpe in fin. ff. de verb. ſignifica.* ſic nec, qui caſu armatus repereret præſens, cum nec in foro exteriori teneatur de auxilio, vnde Bald. *in l. data opera. C. qui accuſ. non poſſ.* dicit, quod frater, qui eſt in rixa, non tenetur de occiſo, ſi frater ſuus ſuperueniens occidat rixantem cum ipſo. Sic nec qui ſimpliciter aſſociat delinquentem; & nec qui ſimpliciter aſſiſtit. *Graſſ. in Prax. lib. 1. c. 15. num. 25. & ſeq.*

47 Quo ad Conſulentes, non incidunt conſulentes homicidium, ſi cõſilium non præcedit delictum, nec effectus ſecutus ſit, vel homicida, etiã ſine tali conſilio cõmiſſurus erat delictum, vel conſulens renunciauerit conſilium.

48 Quo ad mandantẽ; Mandans fieri homicidium non comprehenditur ſub caſu, quia intelligitur caſus de homicidio exteriori cum effectu a ſe, & non ab alio. *Graſſ. in Prax. lib. 1. c. 4. regul. 3. nu. 9.* ſi id exprimat ordinarius in ſua Tabella; ſi vero comprehendit etiam mandãtem, tunc immunis eſt a reſeruatione caſus mãdans ſeu pcipiens alicui ſolum, vt aliquem verberaret, & hoc habuit in mente ſi poſtea mandatarius exceſſerit fines mandati, illum occidẽdo, cum non dicatur voluntarius, ſed culpoſus, cum in mandãdo in culpa fuerit, & hoc euenire poſſe debuerat cogitare. Vnde tex. *in c. fin. de homicid. in 6.* qui fortiter videtur obſtare, dicit, quod tenetur de homicidio, intelligitur quo ad Irregularitatem contrahendam, quam contrahit is, qui mandat verberari, licet expreſsè inhibeat ne occidatur, ſi mandatarius fines mandati excedens, occiderit. Non tamen iſte eſt ſubijciendus reſeruationi caſus, cum præter intentionem mandantis mandatarius interfecerit. Quod tunc magis procedit, quando mandauit, vt percuteret pugno, vel baculo leui, vel calce, aut manu vacua. *l. 1. ff. de Sicar. §. 1.* vbi habetur, quod ex genere inſtrumenti apparet mandãtẽ nõ habuiſſe animum, vt ille occidatur. *Bart. in l. cum mandati. in fi. C. mand. Grãmat. conſil. 20. num. 2. & ſeq. Graſſ. loc. citat. num. 9.* Quod autem habetur per text. in *c. 1. de homicid. in 6.* mandantẽ fieri homicidium puniri etiam ſi non ſequatur, procedit in foro exteriori; non tamen hoc locum habet in caſibus reſeruatis, quãuis mandans apud Deum ſit verus homicida. *gl. in c. cum voluntate. de ſent. excomm.* cum pœnæ ſint reſtringendæ, & ſolum ſibi vendicant locum ſecuto effectu. *Doctores in c. perpetuo. de elect. in 6.* Quare ſi mandatarius pararet arma, inſequeretur, vulneraret, ſi vulneratus non interierit, non incidit in caſum, quia ſtatuta Ordinariorum intelliguntur de actu exteriori cum effectu. *Graſſ. loc. citat. num. 10. & ſequen.*

49 Item mandans non includitur ſub hoc caſu, quando ante effectum expreſsè, aut tacitè reuocauerit. *Silueſt. verb homicid. num. 11.* Idem ſi tacitè, puta reſtituta Amicitia prius, ita vt in notitiam iuſſi venerit. *Nau. in Man. c. 27. num. 233.* Sed quid ſi mandatarius percuſſerit, antequam reuocatio mandati peruenerit ad ipſum, tunc credimus vtrumque comprehendi,

ſicut

Digitized by Google

ſicut,& vterque incideret in communicationem. *arg. ff. manda. l. ſi mandaſſem. Graff. loc. citat. nu. 15. & ſeq. & p. 1. lib. 2. dec. aur. c. 49. num. 18.*

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Cōfeſſionem, &
50 abſolutionem pęnitentium volūtarium homicidiū perpetrantium, hæc erit. Circa Confeſſionē. Primò Cōfeſſarius diligenter attēdat, vt pęnitens exprimat in ſacramētali Cōfeſſione circūſtātias neceſſarias. Primò crica Perſonā occisā, nam ſi quis occiderit Patrem, aut Matrē, Filiū, Fratrē, vel Sororē, aut Vxorē, nō ſufficit dicere in Confeſſione me hominē occidiſſe ſed debet ſpecificare Patrē, Matrē, &c. quia talis circunſtātia mutat ſpeciē peccati, & dr̄ Patricidiū. *Graff. in Prax. d. c. 14. n. 67. Io. Capeauil. vbi ſupra. d. c. 3. q. 3.* Hoc. n. peccatum p̄ter commune malitiā, q̄ inuoluit cū iniuria
51 alterius cuiuſcunq. Perſonę, ſecū ēt affert ſpecialē quandā deformitatē, neceſſario Confitendā, cōtra quartū p̄ceptū Decalogi, & virtutē pietatis Parentib. & ſanguine coniunctis debitā. *D. Th. 2. 2. q. 101. ar. 1. vbi Caietan. Clau. Reg. lib. 7. c. 5. nu. 7. in fi. Azor. p. 3. inſt. moral lib. 2. c. 18.*

52 Item in Confeſſione aperiendum eſt ſi Perſona eſt extranea, q̄a ſi Perſona eſt Mulier pręgnans, quæ eſt occiſa, tunc interrogandū erit, an fętus erat Animatus, quia ſi fętus erat Animatus, cum duplex culpa reperiatur, nempe duplex homicidium, filij & Matris, hoc etiā explicandum eſt in Cōfeſſione. Et ſi eſt Vir interrogandus eſt, quo fine homicidium perpe-
53 trauit, quia ſi Coniugem interemit, pactione inita, quò poſtea eius Vxorē in Matrimonio ſibi copularet, huiuſmodi crimen ipſum Coniugium impedit, & dirimit. *cap. ſuper eo. de eo qui dux. in matrim. quā poll. per Adult.* vt fusè per *Sanchez. lib. 7. de matrim. d. 78. Graff. loc. citat. d. nu. 67.* Inſuper inquirēdū, quo fine occidat, ſi. n. Titiū v. g. interimat, quo eius bona vſurpet, & furetur, duas diſtinctas prauitates admittit, nempe homicidij, & furti. *Azor. p. 1. inſt. moral. lib. 4. c. 4. q. 6.*

54 Si Perſona interēpta eſt Clericus, vel Religioſus (p̄ Clericos intellige non ſolū Sacerdotes ſeculares, ſed ēt qui habent primā Tōſurā tm̄; & per Religioſos, nō ſolū Profeſſos, ſed ēt Nouitios. *Io. Capeauill. d. q. 3.*) tunc nō ſolū committit ſacrilegiū, & in hunc caſum reſeruatum reus incidit, ſed ēt excommunicationis gladio Apoſtolicæ ſedi reſeruato ſe ipſum iugulauit. *c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.*

55 Si eſt Cardinalis, Eps, Archiepiſcopus, Patriarcha, vel ali⁹ Pręlatus, excommunicatione contenta in Bulla Cęnæ dn̄i innodatur. *Sayr. li. 3. de Cenſur. c. 15. Vgol. in explicatione Bullæ. p. 2. cap. 11. Suarez. tom. 5. de cenſur. diſp. 21. ſect. 2. num. 68.*

56 Si qui Romā pro eorū cauſis, & negotijs, vel deuotionis, ſeu peregrinationis cā petunt, interimātur, Interimētes pariter eiuſdē excōmunicationis iaculo ſeipſos conficiunt, vt habetur. *in c. 9. & 10.* eiuſdem Bullæ. Quæ quidem circunſtantiæ neceſſariò in Confeſſione ſunt explicandæ.

57 Rurſus, ſi quis vno ictu ſagittę, vel ſaxi, vt Bellici tormenti, occidat iniuſtè tres, aut quatuor, aut plures hoēs, neceſſe eſt, vt ī Cōfeſſione exprimat, quos hoēs fuerint occiſi, & qui ſint, An Religioſi, vel ſeculares, vel ſāguine cognatione, vel Affinitate cōiuncti. Et cū quis ēt occidit aliquē p̄ Venenū ipſi p̄pinatū occultè, aut p̄ inſidias, aut proditionē, ēt in Cōfeſſione id exprimi debet, q̄a nō eſt tm̄ homicidiū, ſed ēt eſt proditio hoīs innocētis, q̄ ſpecialē deformitatē addit, ad rectā rōnem. *Azor. loc. ſupracit. d. c. 18.*

58 Secunda circunſtantia in Cōfeſſione animaduertenda, eſt circa Cōſortes in delicto. Vnde pęnitēs interrogādus erit, An ad homicidiū p̄petrādū ſocios induxerit; nā ex communi

Digitized by Google

Doctorũ ſententia, toties mortiferè peccauit, per *c. noli putare.* vbi *Nau. de penit diſt. 1. nu. 12.* & neceſſe eſt Cõfiteri toties, quoties induxit. *Graff. loc. cita. num. 67 in fin. Io. Capeauil. d. q. 3.*

59 Tertia circũſtantia, eſt circa locũ, puta an ſit ſacer; tũc. n. homicidij ſpecies in ſacrilegiũ mutatur, ꝙ multo grauius eſt, & Dei domus polluit, & violatur. *c. propoſuiſti. de conſecra. Eccleſ. vel Alt. Io. Capeauill. & Graff. loc cit.* de hoc latè *Sayr. li. 5. de Cenſur. c. 16. Vgol. de offic. Epiſco. p. 2. c. 29. Henriq. in Theol. moral. lib. 9. de ſacrificio Miſſæ. c. 27. Suarez. tom. 3. diſp. 81. ſect. 4. Azor p. 2. li. 9. c. 5. & lib. 10. cap. 26.*

Quarta & poſtrema circunſtãtia, eſt circa tẽpus, puta ſi homicida lõgo tẽpore perſiſtitit in volũtate occidẽ-
60 di, quia tali caſu, vt frequentius, multæ ſunt volutiones interciſæ, & cõſequẽter multa noua peccata, ſingulæ, n. volutiones interpolatæ ſunt peccata mortalia, & cõſequẽter ſigillatim confitenda. Non tñ neceſſario erunt confitẽda mala verba, ſigna, geſtus, q̃ immediatè antecedũt, vel ſequũtur homicidiũ, iuxta illa quæ vtiliter, & ſubtiliter reſoluit *Nau in Ma. c. 6. n. 16. vſq. ad nu. 19. & Graff. p. 1. lib 1. dec. aur. c. 20. nu. 13. Io. Capeauil. loc citat.* Verũ
61 ſi voluntas fuerit interciſa oportet Cõfiteri numerũ eo meliori mõ, quo põt; ſed ſi volũtas fuerit cõtinuata, tẽpus quo in ea volũtate perſiſtit. *Graff. in Prax. loc. cita. d. n. 67. in fi.* Peccatorũ . n. numerꝰ meliori mõ quo põt exprimi debet, & multiplicatã volũtatẽ ſacerdoti in Cõfeſſione oportet exprimere; cũ tñ vſu venit ſępe, vt difficile ſit tot volũtates repetitas memoriã retinere, ideo ſatis eſt pęnitẽti, q̃ ĩterceſſerit tẽporis morã, & diuturnitatẽ declarare, adijciẽs ſe volũtatis affectũ toto eo tẽporis ſpatio ſępiꝰ iteraſſe. *Azor. p. 1. inſt. mor. li. 4. c 4 q 4 ĩ fi.*

62 Tandem, obſeruandũ, ꝙ ſi reſeruatũ ſit homicidiũ volũtarium, & ad illud auxiliũ, conſiliũ, mãdatũ, vel cõſenſũ dantes, tũc pęnitens interrogãdus erit, An ꝑ ſe ipsũ tm̃ homicidiũ perpetrauerit, vel ad illud cõmittendũ, mãdatũ, auxiliũ, cõſiliũ, vel conſenſum, pręſtiterit; imõ ipſe pęnitens teneẽ hoc ꝑ ſe ipsũ explicare in Confeſſione, vt Confeſſarius, ſcire queat, an inciderit ĩ caſũ reſeruatũ, nec ne.

Quo ab abſolutionẽ; Primò Cõfeſſarius ꝑpendat; An pęnitẽs ob homicidiũ volũtariũ ꝑpetratũ, puta ob in-
63 terfectionẽ Clerici, vel Religioſi, in excõmunicationẽ Papalẽ inciderit, quia cũ ab ea abſoluere nequat, ad sũmũ Pontificẽ, vel eius habentẽ auctoritatẽ pro abſolutione pęnitẽs mittẽdus erit; & ſi Perſona interẽpta eſt ſecularis, tũc Eps, vel eius Pęnitentiarius, abſolutionis beneficiũ impẽdere dẽt, ſi Cõfeſſarius nullã abſoluẽdi facultatẽ habeat. Super Irregularitate vero, q̃ ob volũtariũ homicidiũ incurrit Cõfeſſarius nullo mõ diſpẽſa-
64 re poterit, cũ hoc ſpectet ſolũ ad sũmũ Pontificẽ, nec ẽt in generalib. Iubilæis, vel Priuilegijs huiuſmodi facultas cõcedi cẽſeat. *Vital. de Irregularitate. n. 332.* niſi id expreſsè, & ſpecialiter exprimat, cũ in generali cõceſſione nõ cẽſeant concedi illa, q̃ Papa ſolet ſpecialiter ſibi reſeruare. *de reg. iur. in 6. Rodriq Quæſt. Regu. to. 2. q. 105. a 1. Io. Capeauill. loc. ſupracit. d. c. 3. q. 3. diffic. 8. in fi.* Si aũt Cõfeſſarius ſeu pęnitẽtiarius epiſcopali auctoritate fungat, tũc exceptis his, q̃ ex eodẽ homicidium volũtario deſcẽdũt, illi integrũ erit diſpẽſare in foro cõſciẽtię in oib. Irregularitatib. ex delicto occulto prouenieẽtib, ex *Concil. Tri ſeſſ. 24. c. 6.* Imò ẽt in illis, quę ex manifeſta aliqua culpa proficiſcuntur, mõ homicidiũ voluntarium non ſit, ſed caſuale. *Nau. c. 27. n. 240. Sayr. li. 7. de Cenſu. c. 7. n. 8. Auila, de Cenſur. p. 7. d. 6. ſect. 5. dub. 3.* & colligitur ex *Conci. Tri. ſeſſ. 14. c. 7.* de qua re ẽt non dubitat. *Henriq. li. 14. c. 19. n. 3. in Annota.* cum Vgol. *de offic. & poteſt. Epiſcopi. p. 2. c. 37. §. 2. & Re-*

ginal.

Digitized by Google

ginal.lib.30.tract.2.cap.3.num.28.
Secũdò, animaduertat Cõfeſſarius, ꝙ pęnitens pro homicidio commiſſo
65 teneť de omni dãno ſatisfacere. Voluntarius.n.eſt quiſquis alius iniuſtus homicida, non ſolum tenetur pęnitere de effuſo ſanguine, & illata nece, ſed ẽt tenetur ad reſtitutionẽ, & ad reſarciẽdũ Parẽtib. Filijs, aut Cognatis occiſi oẽs expenſas curationis factas, quo ad vulneratũ, qui mortuus fuit, tã reſpectu medicinarũ, & Medicorũ, q̃ aliorum omniũ hac de cã ſpeciali ſeruiẽtium. *l. liber homo. & ibi gloſa. & Doct. et l qua actione. ff. ad l. Aqui. c. 1. & ibi Doctores, Abb. & alij. de iniur. Hora. Gamb. loc. ſupracitat. fol.* 209. Duplex.n. damnum naſcitur ex homicidio voluntario, naturale, ſ. & temporale; damnũ naturale ſemper infert, cum quis alteri Vitam, quæ eſt maximũ bonũ, vi adimit; quæ iniuria, & iniuſtitia cum pretio ſit æſtimabilis, ad ęqualitatẽ, vel pecunia, vel ſaltem ſignis doloris, & veniæ petitione redigenda eſt. Quotieſcũque.n nõ põt reſtitutio fieri sm̃ ſpeciẽ, debet fieri recõpenſatio, qualis poſſibilis eſt, ad arbitriũ prudentiũ, æquiualens in pecunia, vel honore, vt ait *D. Tho. 2. 2. q. 62. a. 2 ad 1. Clau. Reg. lib. 11. c. 2. nu.* 10.
66 Tẽporale vero ſunt impenſę, quę cũ Chirurgis, & Medicis inſumptæ ſũt, in tota curatione illius, ante mortẽ, detractis tñ illis quas ipſemet occis⁹ in cibo, potu, aut ſuo ordinario victu factur⁹ erat; deinde opationes, quas boni viri arbitrio toto vitę ſuæ tẽpore exercere potuiſſet; cõſideratis oib. circunſtantijs, Perſonæ, ætatis, valetudinis, &c. tã occiſi, q̃ occidentis, & hęredũ; nã homicida diues magis p̃tio multari debet, q̃ Pauper, & ſi ipſe inutilis erat ſuis, minor ſumma pecuniarũ, q̃ ſi erat vtilis, imponenda eſt. *Io. Bapt. Corrad. p. 1. q.* 90. Itẽ conſiderari debet perſona occiſi, an diues erat, vel Pauper, vtilis ſuæ familiæ, honorẽ, & dignitatẽ illi afferens dũ viueret, quorũ nihil habebit poſt mortẽ. Itẽ iuuenis, vel ſenex, Vegetus, Infirmus, aut ſanus, doctus & peritus in aliqua arte, vel ignarus erat; pro Iuuene.n. & ſano, & docto maior ſatisfactio faciẽda eſt; ad maiorẽ.n. reſtitutionẽ quis teneť, ſi inſignẽ Virũ occiderit, q̃ ſi Perſonã inferioris claſſis. Modus ẽt tentus ad occidẽdũ, cõſiderari dẽt, an prouocatus occiderit, aut data opera; an per inſidias & quas, an aperto marte; ꝑ fraudẽ, vel inſignem attrocitatẽ, quia maior iniuria ẽ vbi data opera, aut ꝑ inſidias occidit, & proinde maior ſatisfactio debeť. Cõſiderãdũ eſt ẽt Perſonã occiſã cito mori potuiſſe, vel lãguere, ita vt non potuiſſet familiã ſuſtentare; Itẽ conſiderari debẽt lucra ceſſantia, & dãna e-
67 mergẽtia; In qua tñ re, vt notat Sot. minor ſatisfactio faciẽda eſt ex eo, ꝙ illud, ꝙ eſt in ſpe, minus eſt, ac minus valet, q̃ ꝙ eſt actu, & in ſe; vnde non ſunt ſoluẽdæ oẽs operæ quotquot futurę eſſe poſſent, ſed quæ moraliter futuræ eſſent, habita ẽt rõne ætatis, & qualitatis Perſonæ, & impedimentorũ, quæ alias accidere poterãt; poterat.n. occiſus mutare vitã, conijci in carcerẽ, ægrotare, aut alias mori; & ideo attento hoc, ꝙ minus ſit habere quippiã in ſpe, q̃ in re, minor ſatisfactio requirit ex hac parte: ſicut q̃ cõculcat triticũ incipiens oriri, q̃uis ſit bona ſpes de illo, nõ tenetur tñ reſtituere, quantũ ex illo colligereť, quia occurrunt plerunq. multa pericula, quib. ſegetes defraudari poſſunt. *Io. Bapt. Corra. loc. citat. Clau. Reg. vbi ſupra. nu* 6. Quæ quidẽ dãnorum temporalium compẽſatio fieri dẽt, ẽt ſi homicida ꝑ ſentẽtiam Iudicis ad mortem cõdemnatus ſit; obligatur enim talis homicida ad reſtituendũ oẽs expenſas ĩ curatione morbi, vel funeris extraordinariẽ factas mõ explicato, & quicquid expenſum eſt vſq. ad mortẽ occiſi, quia hæc dãna ſunt illata occiſo, & pęna mortis a Iudice inflicta nõ

competat huiuſmodi dāna,quia ſunt
in cōſciētia debita ex iuſtitia; Iudex
enim punit hominem pp dānū Rei-
publicæ commune vnde non libera-
tur homicida ab obligatione ſoluēdi
68 damnum illatū occiſo. Vnde *Nau.in*
Man c.15.nu.15. Homicida lege natu
rali,& diuina obligatur,ſeu lex natu-
ralis, & diuina obligat talē occiſorē
ad reſtituēdū dānum illatū parti an-
teq̄ extremo ſupplicio afficeretur,&
illa punitio, quæ in vindictā publicā
irrogatur, eſt cōpēſatio iniuriæ Rei-
publicæ illatæ, quæ non liberat a de-
bito ſoluendorū dānorum;quo hære
dib. tenebatur. *Io.Capeauill.loc.cit.q.3.*
diffic.3. Azor.p.3.inſt.moral.li.5.c.6.q.
6. Clau.Reg.ubi ſupra.n.16.Petr.Nau.li.
4.de reſti.c.1.dub.20.nu.91.Petr.de Ar
ragon.in2.2.q 62.a.2. hi.n.oēs docent
69 homicidam vltra pęnā mortis, q̄ iu-
ſtè patitur, teneri compenſare dam-
num tēporale, ꝙ Vxori, & liberis ex
morte ſubſecutum eſt. Ex cōmuniori
.n.ſentētia huiuſmodi ſatisfactio tm̄
Parentib. Filijs, & Vxori occiſi fieri
dēt,cum vna, & eadē Perſona cū de-
functo cenſeantur. *Arrag.2.2 q.62. a.*
2.& Salon.ibidem. Leſſius lib.2. c.9.dub.
22.& ſeq. Imò ſm̄ *Sotum li.4.de iuſt.&*
iur.q.6.a.3 ad 3.& Martin. Ledeſma 2.
4 q.18.ar.2.dub.2 pag.242.col.2.& 3.
Petr.de Arrag.2.2.q.62.art.2.& Greg.
de Valent to.3.diſpu.5.q.6 puncto.5.§.1.
70 tenetur ratione damni illati ſuſten-
tare, & alere oēs illos hæredes quos
ipſe occiſus ex iuſtitia, & neceſſitate
alere tenebatur, illos.ſ.qui talis ius
habent,& nequeant in totum ab hæ-
reditate excludi, vt ſunt Vxor, Mari
tus,Filij,& Parentes Pauperes, hoc
enim ſicut Pater ſuſtentare tenetur
ſi egeant,ita etiam,& occiſor,cum hi
hæredes ſuccedant in ius defuncti; ra
tio eſt quia homo eſt quodam bonū
Vxoris,Prolis & Parētū. Alios autē
hæredes non neceſſarios, vt Fratres,
Sorores, & īferiores Cognatos, quos
occiſus ex ſola ſua liberalitate alere
ſolebat, non tenetur homicida in
conſciētia alere,aut eis aliquid reſti-
ſtituere. *Clau.Reg.loc.citat.num.14.*
71 De tēpore autem,pro quo occidēs
prędictos alere tenetur,quāuis aliqui
id pro toto Vitæ tempore faciēdum
eſſe velint, cum dānum ſit illatū pro
toto tēpore vitæ ipſius defuncti; Re-
ſpondetur tñ certū aliquid in hac re
decerni non poſſe,qñquidē, ꝙ habet
in ſpe,non tātum valet, quantū id ꝙ
eſt in re, maximè cum vita hominis
incerta ſit, vnde Prudentis erit iudi-
care, quid & quantum reſtituendum
ſit. Et cum difficilè ſit rōne circunſtā
tiarum dare vnicuiq. ex dānificatis,
quod ei debetur,optimum eſt vti cō-
poſitione cum ijs, quibus reſtitutio
facienda eſt, in qua re proficua eſſe
pōt Confeſſoris induſtria,de licentia
ipſius homicidę confitentis,aut cōſi
liū poſtulantis. *Clau.Reg. loc.cit.n.15.*
72 Et ſi homicida in vita ſua, non ſa-
tisfecerit, eius hæredes, poſt illius
mortē,ad hæc dāna,prædictis,reſar-
cienda iure aſtringent̄. *Hora.Gamb &*
Nau.loc.citatis. Imò & ipſe Principis
73 Fiſcus tenetur ad prædicta oīa per-
ſoluenda,de bonis,ob huiuſmodi ho
micidium,confiſcatis. *Hor.Gamb loc.*
citat.fol.209.Io.Capeauill. & Nau. loc.
ſupracitat. Arrag.2.2.q 62.art.2.Clau.
Reg.vbi ſupra.num.19. ſed hoc in pra-
ctica malè obſeruatur,nam vt inquit
Iul.Clar.in § homicidium. Fiſcus rapit
oīa bona delinquentis virtute cōfiſca
tionis, & nulla pdictorū rō habet, ꝙ
nullo mō pōt eſſe tutū in cōſciētia;cū
obligationes iſtæ, trāſeūt in Fiſcū,&
obligatio eſt mater actionis; quæ oīa
puto notāda Cōfeſſarijs vti quotidia
na,& ſcitu neceſſaria. *Hor.Gam.loc.ci.*
74 Tenet̄ pterea homicida,ſiue eius hę
redes,ſiue Fiſcus,de bonis homicidę
ad intereſſe Aīę defuncti,ſ.orare,vel
facere orare,Ieiunare, & hmōi, & vt
fiat fundatio ppetua,aut Anniuerſa-
riū Miſſarū ꝓ aīa defūcti, ſm̄ faculta
tes, & iuxta vires illius,q homicidiū
per-

Digitized by Google

perpetrauit. *Maſuer. Trac. indit. de expenſis num. 16. verſ.* item ſi propter homicidium, poſt *Scotum, Richard. Landul. & alios in 4. d. 15.* & ratio eſt, quia vt ait *Plot. in l. ſi quando. C. vnde vi §. 41. num. 2.* ſi occidens inquit, vel vulnerans dolo, vel culpa, tenetur ad in-
75 intereſſe rerum, & pecuniarum, & expenſas curationis corporis vulnerati poſtea defuncti, & eius proinquorum, quos ſuſtentabat, quanto magis ipſe occidens, debet teneri ad ipſum intereſſe Animæ defuncti, & ſic ad fundationem perpetuam, vel Anniuerſarium perpetuum, vel eleemoſynam, & orationes pro Anima occiſi, & ad orandum, & orari faciendũ pro ea, cum Anima cunctis rebus ſit præferẽda. *l. Sancimus. Auth. multo magis. C. de Sacroſan. Eccl. Angel. Verbo. reſtitutio. 1. num. 6. verſ. Homicida.* quæ quidẽ
76 doctrina veriſſima eſt; cautus ergo ſit Confeſſarius, antequam Manum imponat homicidis, & præcipuè his, qui proditoriè, ex inſidijs, pecunia, vel alia mercede, vel ſpe adducti homines occidunt, ij enim raro pœnitent, & in ſtatu damnationis manẽt, dum dominis, & fautoribus ad nutũ parere ſunt parati, ad quæcunque flagitia patranda. *Horat. Gambar. loc. ſupracit. fol. 220.* Cõcluditur ergo quod Confeſſarius non debet eum, qui oc-
77 cidit, vel ꝑcuſſit, abſoluere, niſi prius illatum damnum compenſet, aut reuera proponat reſtituere, *Graff. conſil. 1. num. 13. de homicid.* & eſt ſententia communis, quod quidem totum intelligẽdum eſt de eo, qui iniuſtè percutit, aut occidit, nam qui ſecundum ius ſimile aliquid fecit, nulli reſtitutioni tenetur obnoxius. *Nauar. loc. ſupracit. num. 26.* In tribus tamen, vel
78 quatuor caſibus Homicida, vel eius hęredes ab huiuſmodi ſupradictę reſtitutionis onere immunes erunt. Primus eſt quando homicidium ad tutamen ſui, vel ſuorum, vel etiam extraneorum, honoris, & rerum, cum moderamine inculpatæ tutelæ admiſsũ eſt. Quinimo illum, qui ab altero fuit ad pugnã prouocatus, ẽt ſi fortè modum iuſtæ defenſionis exceſſit, multi recentiores ad reſtitutionem non teneri ſentiunt. *Leſſius lib. 2. c. 9. dub. 21. Carbo. de reſtit. quæſt. 15. Regin. lib. 10. capit. 22. ſect. 3. num. 322. Azor. part. 3. lib. 5. c. 6. q. 8.*; & ratio eſt, quia licet talis occiſio quo ad Deum, qui eſt dominus Vitę, & etiam quo ad Rempublicam, cui Ciuis vel membrum adimitur, iniuſta ſit; habita tñ rõne occiſi, iuſtitiæ non repugnat, nam cũ voluntariè talis damni periculo ſe expoſuerit, iuri petendi illius reſtitutionem renuntiaſſe cenſetur.
79 Secundus eſt, quando occiſus ante obitum, vel poſt eius obitum, hæredes omnem compenſationem liberè condonarunt. *Carb. loc. citat.* ſi. n. hęredes defuncti ſatisfactionem hanc remiſerint, ad nullam aliam reſtitutionem pro damno vitæ oblatæ tenebitur homicida, ratio eſt, quia penes illos eſt ius proſequẽdi accuſationem vſque ad pęnam talionis, vel illam remittendi; niſi fortè Homicida in cauſa fuerit, ꝙ pro defuncto non fiãt tot ſacrificia, quot ipſe pro Anima ſua fuerat indicturus; quia tunc etiam ſi hæredes remitterent cõpenſationẽ, deberet homicida proprijs orationibus, aut ſacrificijs, vel eleemoſynis, pro Anima defuncti curare fieri compenſationem, quia aliter non ſatisfaceret voluntati, & intentioni occiſi. *Ioan. Capeauill. loc. ſupracita. q. 3. diffic. 1.*
80 Tertius eſt, cum quis ſubita ira correptus aliquem interemit, ita vt non deliberatio, vel conſenſus, ſed tantũmodo motus ſecundo primus adfuerit. *Petr. Nau. lib. 2. de reſti. c. 1 num. 48. Leſſius. lib 2 c. 7. dub. 6 num. 28.* & ratio eſt, quia regulariter Iracundię calor, qui furori, dementiæ, & ebrietati æquiparatur, excuſare ſolet. *Tiraquell. de temp. pœnis. cauſa. 1. & 2.* Quod tñ dictum cautè, & raro admodum ad

81 praxim reducẽdum. Quartus eſt inter Nobiles, apud quos huiuſmodi damnorum ſatisfactio locum nõ habet; Nobiles enim, & ingenui facilè ſolent cõdonare huiuſmodi damna, dedignantur enim quicquam in compenſationem accipere ſi quis illis aliquid reſtituere vellet pro Parente occiſo; quando ergo conſtaret nil velle in compẽſationem, ceſſat obligatio. *Clau. Reg. loc. citat. num. 16. in fin. Carbo. d. quæſt. 15.*

Tertiò conetur inducere pœnitentem ad veram contritionem ſuorum peccatorum, oſtendendo ei grauitatem huius criminis; Homicidium.n.
82 non ſolum eſt peccatũ mortale grauiſſimum, ſed eſt horribilius, & terribilius omni peccato, quod fit inter homines, cũ peccatũ eo ſit grauius, quo maius inde ſequitur nocumẽtũ, ſed ex homicidio ſequitur vitæ adẽptio, ergo eſt omnium grauiſſimum, quod inter homines fit. Siquidẽ Vita diuinitus conceſſa, qua nihil maius, humano furore præripitur, ex quo non ſolum corporis, ſed etiam aliqñ ipſius Animæ mors conſequitur, cũ ſcilicet homo lethali culpa irretitus, & fędatus interimitur. *Sotus lib. 5. de iuſt. & iur. q. 10. art. 3. Abb. in c. cum cõtingat. de foro compet. Carbo. de reſti. q. 15.*
83 Vbi ait grauiſſimam iniuriam; Primò Deo irrogari cuius imago læditur. Secundò toti Reipublicæ cuius erat membrum. Tertiò priuatis hominibus, quibus charus erat, & vtilis eſſe poterat, & ſpetiatim toti familiæ. Quartò ei quem vita priuauit, quem necando quendam paruum mundũ deſtruxit, & ſi fortè mortiferi peccati labe ĩquinatus erat, ad æternas inferni pęnas detruſit. Additq; *Graſſ. in Prax. loc. citat. num. 23.* quod homicida facit iniuriam Deo, Angelo, ſibi, & homini; Deo quia occidit filium ſuum, cum oẽs ſimus filij Dei p creationem; Vnde in *c qui abſtulerit. 12. q. 2.* Pater noſter, ſine dubio Deus eſt, qui nos creauit. Angelo, qui cuſtodit hominem. Sibi, quia efficitur infamis & vilis Perſona, adeo quod in facto graui non põt recipi in Teſtem, ſine tortura. *Bal. in Auth ſi dicatur. C. de teſtib.* Crudelis ẽt eſt ſibi ipſi, nam effi-
84 tur inops, q̃a terra ſua dabit ſibi paucos fructus, & in futurum hæreditas ſua erit damnatio æterna, quia homicidæ ſunt deſtructores humani generis, exterminantes hominem factum ad imaginem Dei, quare fiunt hominibus odioſi, nam omnis viuens appetit, vt moriatur, & tandem ſunt diaboli imitatores, qui homicida vocatur. *Ioan. cap. 8.*

Et cum homicida id ſibi vſurpat, quod Dei eſt, ſcilicet auctoritatẽ, cu-
85 ius eſt vindictam ſumere de Malefactore; iuxta illud, *mihi vindictã, & ego retribuam. &, mea eſt vltio, & ego retribuam eis in tempore. Deute. c. 32.* hinc iure diuino homicida pœna mortis feritur. *Exod c. 21. & 22.* & quia ſanguis effuſus clamat ad Deũ de terra. *Gen. c. 4.* ideò ex Dei permiſſione, qui gladio ferit, eodem gladio perit, oẽs.n. q̃ acceperint gladiũ, gladio peribũt. *Matth. c. 26. & Gene. c. 9. quicunq. effuderit humanum ſanguinem fundetur ſanguis illius; in eo enim in quo quis deliquit, in eo puniri debet c. Immunitatem. de immunit. Eccleſ.* Lege etiam Ciuili eadẽ mortis pœna homicida punitur. *l. 3. C de Epiſcopali audientia.* vbi habet, Homicida quod fecit, expectet. De Iure Canonico labe Irregularitatis afficitur, & qui laicus eſt, excommunicari debet, Clericus vero deponi, & Beneficijs priuari. *Guttierez. in Quæſt. Cano. lib. 2. c. 5. Bernard. Diaz. in Prax. Canoni.*
86 *& ibi Lopez. c. 95.* Eodem iure qui per inſidias, vel proditoriè aliquẽ interficit, Eccleſiæ immunitate nõ gaudet, iuxta Conſtit. Greg. XIV. incip. *Cum alias nonnulli.* Cum ergo homicidiũ tã graue flagitiũ ſit, ideo Confeſſarius homicidæ grauiſſimã iniungat pęni-
87 tentiã; Primò vt pijs operib. Animã occiſi

occiſi apud Deũ adiuuet. In iudicio enim Animæ nõ eſt abſoluendus niſi prius illata dãna compenſet, aut proponat, hoc eſt expenſas factas in medicamentis, ſtipendia q̃ tẽpore totius vitæ ſuę, & infirmitatis feciſſet, vt ſupra dictũ eſt; & præter damnũ eſt ei iniungendum, vt Ieiunijs, atq. orationibus mortuum apud Deũ adiuuet. *Sot. lib. 5. de iuſt. & iur. q. ar. 3. col. 4. Sil. verbo. Reſtitutio. 3. n. 2. Graff. conſil. 1. de Homicid. nu. 13. & p. 1. lib. 2. dec. aur. c. 67. nu. 4. & ſeq.* nam cum nõ ſit melior & conuenientior modus, aut vtilior quo occiſus adiuuari poſſit, ſi ſit fidelis (ſi. n. eſſet Paganus, hæreticus, vel infidelis nihil eis proficiunt bona ſpiritualia, vt ait *Azor. loc ſupracit. q. 12.*) q̃ p ſpiritualia bona & ſuffragia; iniuſtè. n. alium occidens nõ ſolũ iniuriã irrogat corpori, ſed ẽt Animæ, imò Animæ præcipuè, ideo præter cõpẽſationem debitam pro damno corporali, nulla alia compenſatio conueniẽtior, aut vtilior Animæ fieri põt, quã quæ per bona ſpiritualia, & ſuffragia

88 fit. *Clau. Reg loc. cita n. 12.* merito ergo pro ſacramẽtali ſatisfactione pęnitẽti a Confeſſario imponi poterit, vt tã pro delicti ſui expiatione, quã ſuffragijs defuncti, ſi poterit, ſingula hebdomada ſemel ieiunet, ſeptem Pſalmos Pęnitẽtiales recitet, ſingulis mẽſibus in vita Confiteatur, & ſacrã Eucharíſtiã deuotiſſimè ſumat; & rem ſacram celebrari faciat, & alia huiuſmodi, prout propria prudentia dictauerit. Illud tñ aduertendum, homicidã ſi per homicidiũ cã fuerit, vt pro occiſo nõ fiãt tot ſacra, & opera pia, quot fieri præcepiſſet, niſi ea ratione mortem obijſſet, ex iuſtitiæ legibus congendũ eſſet a Cõfeſſario, vt proprijs orationib. Miſſæ ſacrificijs, aut eleemoſynis talia compẽſare procuret; quia cum in eo damnum Animæ occiſi intulerit, iure illud reſarciẽdũ eſt. *Regin lib. 10. ſect. 2 c. 22. nu. 317.* Ad

89 extremũ, cũctos Confeſſarios in viſceribus Ieſu Chriſti admoneo, vt q̃nis abſoluendi facultatem habeant, conſulo tñ, vt aliqñ homicidam pœnitentem mittant ad Illuſtriſſimũ, & Reuerendiſſimũ Epiſcopũ, vel eius generalẽ Vicariũ pro abſolutione; olim. n. vt tradit *D. Anton. p. 2 tit. 7. c. 8.* Diæceſani propter horrorem, & deteſtationem huius criminis ſolebant mittere homicidas pęnitentes ad curiam Romanam abſoluendos a pęnitentiarijs; ſic modo interdum bonũ eſſet mittere homicidas pœnitentes (præſertim illos, q proditoriè, ex inſidijs, pecunia, vel alia mercede, vel ſpe adducti hoẽs occidunt) ad ſuos Antiſtites, ad maiorem terrorẽ incutiendum, eos ẽt condemnando, ſi eis expedire videntur, ad aliquam pęnã temporalem perſoluendam; *Vt quos diuinus timor a malo non reuocat, temporalis ſaltem pœna cohibeat a peccato c. vt clericorum de Vit. & honeſt. cleric.*

Sed quia antequam perpetreẽ homicidiũ, pręire ſolet inter occiſorẽ, & perſonã occiſã aliqđ magnũ odiũ, ꝙ ẽt poſt, inter eius Cõſanguineos regnare ſolet, ita vt per multos mẽſes, vel ẽ tannos, ſimul ſe nec alloq, nec ſalutare velint. Ideo aĩaduertat Confeſſarius, ꝙ q̃uis, ſi amplius non adſit odiũ inter eos, nec periculũ ꝙ inimicus odiũ, vel rãcorẽ, ob denegatã ſibi ſalutationẽ, cõcipiat, beneficiũ abſolutionis illi impẽdere queat; rõne tñ ſcãdali (denegans. n. huiuſmodi ſalutationẽ, vt plurimũ eſt prauè affectus erga inimicũ, illũq. odio perſequit) tenẽ ſub mortali ad illũ ſalutãdũ vel alloquẽdũ; & ideo qui nõ habet ꝓpoſitũ ſalutãdi, vel alloquẽdi, quẽ antea ſalutare, vel alloqui cõſueuerat, quãdiu perſiſtit in intẽtione ipsũ nõ alloquẽdi, vel ſalutãdi, minimè a Cõfeſſario eſt abſoluẽdus, ita docent *Bannes. 2. 2. q. 25. a 9. Caie ibi. Nau. c. 14. n. 15. et alij, quos refert, & ſequitur Bonac. tom. 2. diſp. 3. q. 4. pun. 3. n. 3. & 4. & in tract. de reſtit diſp. 2. q. 5. punct. 2. n. 4.* Quod q̃dẽ

Digitized by Google

præcipuè p̄ſtare tenent ſub mortali, Conſanguinei, & alij q̄n poſt lōgū tē pus indignationis occurrit Infirmitas grauis, Mors, aut notabilis iactura, ſeu infortunij alicuius eorū; Aut Nuptiæ filiorū, aut filiarum, & huiuſmodi, vbi tales p̄ſonæ ſolēt, & debēt adeſſe, ita q̄ ſi non adeſſent, cū facilè poſſent, & ex priuatione familiaritatis alias debitæ, iā incipiunt ſcādalizari, qui id vidēt, aut ſciunt, & ipſi offenſores indignant̄, denouoq; concipiunt inimicitias iudicantes odiū cōfirmatū in corde offenſi contra eos; hoc igitur offenſus remouere tenet̄, recipiendo offenſores ad loquelā, & debitā reconciliationē. *Cordub. Quæſt. Theologico lib. 1. q. 27. in fin.* quod ſi renuat, a Confeſſario, vt dixi, nullo mō eſt abſoluendus; demōſtrat. n. adhuc habere odiū, cōtra inimicū, radicatū in corde, & ſic manere ī peccato mortali, quod facit, vt ſit incapax abſolutionis. Cōfeſſores ēt nō debēt Mulierē, a qua obnixè pax petit̄, & dāni recōpēſatio, de morte Mariti ſui offertur, nec t̄n vult ſcriptis illā firmare, ad ſacramenta admittere, vel illā abſoluere, rō quia pacē in ſcriptis refugiēs, charitatis p̄ceptū trāſgredit̄; & ſatisfactionē oblatā nō acceptans, iniuſtitię vitiū cōmittit: & in hoc publico rācore p̄ſeuerās, ſcādali occaſionē ſciētib. præbet: & ſupplicē offenſum nō exaudiens, in priſtinas inimicitias recidēdi anſā illi offert, q̄ oīa cū ſint peccata mortalia, nec ab his velit dicta mulier abſtinere, ideo tamq̄ impenitens a Cōfeſſario eſt reijcienda per *c quod quidam de pęn. & remiſſ. Beia 1 p. caſu. 10. in fin.* Et hæc pro huius primi caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſecūdi, tertij, quarti, & quinti caſuū reſeruatorum eiuſdem Tabellę Auximanæ, qui tales ſunt.

Qui primo, vel ſecundo Cognationis ſeu Affinitatis gradu Inceſtum commiſerint.

Qui cum Beſtijs coierint, aut in nefandum Sodomiæ crimen inciderint.

Qui Magicas artes, Veneficia, aliavè huius generis exercuerint, qui in eis rebus ſacris vllo modo abuſi fuerint.

Qui Patrem, vel Matrem percuſſerint.

PRo declaratione horū ſecūdi, tertij, quarti, & quinti caſuū reſeruatorum, ſuperuacuum eſt quicquā dicere, nam declaratio ſecūdi caſus habetur ſupra in Tabella Anconitana caſu ſecūdo. declaratio tertij, quo ad Beſtialitatē, habetur in declaratione quinti caſus reſeruati in Tabella Firmana, & quo ad crimen Sodomię, in explicatione quarti caſus reſeruati ī Tabella Anconitana. declaratio quarti, patet in ſecūdo caſu eiuſdē Tabellæ Anconitanæ, & in Tabella Æſina *nu.* 71. Et demū declaratio quinti, patet ſupra in explicatione ſexti caſus reſeruati in Tabella Firmana. Cū ergo locis citatis, p̄fati caſus explicati īueniant̄, ideo hęc t̄m p̄ illorū declaratione mō dicta ſufficiant ad laudē, & gloriā Dn̄i noſtri Ieſu Xp̄i, Amē.

IN nomine Dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſexti caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Auximanę, qui talis eſt.

Qui locorum piorum fructus, Redditus, & Trouentus, quouis modo iniuſtè detinuerint, & legata pia non reuelauerint.

PRo declaratione huius ſexti caſus reſeruati, pręter ea, quæ dicūt Sūmiſtæ, & alij Doctores de hac materia p̄tractantes tria ſunt declarāda.

1 *Quæ ſunt loca pia, quiuè ſūt fructus redditus, & Trouentus (Quid aūt ſit legatū piū; et quando non reuelantes legata pia incidunt, vel non incidūt in caſū reſeruatū; et Praxis obſeruanda a Cōfeſſario, habetur ſupra in declaratione ſexti caſus reſeruati ī Tabella Anconitana)*

2 *Quando locorum piorum fructus, redditus, & Trouentus quouis modo iniuſtè detinentes incidunt in hunc caſum reſerua-*

ſerua-

ſeruatum, & quando non incidunt.
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionē pęnitentium, locorum piorum fructus, redditus, & Prouentus quouis modo iniuſtè detinentium.*

CIrca primum; Loca pia, quæ nam ſint, patet ſupra in declaratione ſexti caſus reſer uati in Tabella Anconita-
91 na *num.* 289. & in tertio caſu in Tabella Sācti Seuerini. Fructus dicitur a fruendo; eſtque illud quod vltimo ab arboribus, & fundis naſcitur, ſiue expectatur, & cū quadam ſuauitate percipitur *D.Tho.* 1.2.*q.* 11.*ar.* 1. Hinc Terent. in Adelph.

Nunc exacta eſtate hoc fructi pro labore illis fero. Et Varro

Quæro, utrum fructus: an delectationis cauſa vendatis.

& per metaphoram fructus dr̄ vtilitas, ſiue commodum, quod ab aliqua re percipitur. *Calepin. Lexicon theologicum. & Hieronym. Lauretus. in Sylua Allegor. tot ſacræ ſcript. Verb. eod.* Vt ſunt omnia poma, cuiuſcūq. generis, quæ ex arboribus, & frugib. terræ naſcuntur, venduntur, & lucrum ex eis capiuntur. Etiam ſi ſint Glandes, nā
92 appellatione arborum fructiferarū contineri Quercus fatetur *Afflict. in Conſt. Reg. iuſticiarijs nu* 18. *Steph. Quarant. in Bullar. verb alienatio rerum Eccleſiæ. n.* 37. *in Addit.* non ſolū fructus naturales, ſed etiam induſtriales, & artificiales. *Duard. loc. infra citand. n.* 4.
93 Redditus, dicitur a redeo redis, & ſignificat duo; Reditus enim dicit̄ id, quod ſingulis annis e fundo, vel prædio ad nos redit *Duar. in Bull. cęnæ Domini. li.* 2. *in can.* 17. *q.* 4. *n.* 5. Vnde Oui.

Turpe thori reditu, cēſus augere Paternos.

Itē Redit⁹, i. reuerſio. vnde Ou. ī epi.

Vera quæror reditu verba carere fide.

gloſ. in Clemen Monaſteriorum. de reb. Eccl. non alien. Hic aūt redditus ſignificat Prouentum, ſiue dicitur Cenſus, qui ſingulis annis redduntur. *gloſ. vb ſupra.* Vnde Ouid. 2. de Ponto.

At redditus iam quiſque ſuos amat.

Et Plin. lib. 17. c. 1.

Maiore reditu, quam erat apud antiquos Prædiorum. Calepin. Verb. eod. Vt ſunt Vinum, frumentum, oleum, legumina, Blada, fęnum, Palea, Animalia, illorū fętus, Pulli, Oua, Lana, Caſeus, & alia huius generis ſimilia, quæ ex bonis prędictorum locorum piorum quouis modo extrahuntur.
94 Prouentus; a prouenio prouenis dr̄, a quo deriuatur prouentus, i. abundā tia; *ait Catbolicon. Verb. eod.* & ſignificat vtilitatē, commodū, & emolumē tum, quod ex fructibus, & redditibus piorum locorum, nobis quomodocū que proueniunt; nam Fructus, Reddi tus, & Prouentus accipiuntur promi ſcuè, fructus. n. generali vocabulo dicuntur Redditus, ſeu Prouētus. *ff. de ann. leg. libertæ. in princi C. de dona. ſi quis argentum.* §. 1. *gloſa. in Clem. exiui de Paradiſo.* § *licet vero. de Verb ſignifi.* ſic ēt Prouētus eſt nomen generale ad oēs redditus, & fuctus; & tā Reditus quā Prouentus ſignificāt proueniētes fructus, tam naturales, quā induſtriales, & artificiales. *Duar loc. cita. v.* 5. *& ſeq.*

Circa sm̄; ex hactenus dictis perbellè colligitur, qui nam incidūt in hūc caſum reſeruatum, & qui nō incidūt.

Primò. n. incidunt, oēs tā Mares, q̄ fęminæ, cuiuſcunq; gradus, & condi
95 tionis; ac ēt Sacerdotes, & Clerici ſeculares, qui Eccleſiarum, quorūcunque Monaſteriorū Religioſorū, Hoſpitaliū, Cōfraternitatū Laicorum, Mōtiūpietatis, & aliorū piorū locorum, fructus, Redditus, & Prouētus quouis mō iniuſtè penes ſe detinent.

Secundò, incidunt, non ſolū in hūc caſum, ſed ēt in excommunicationē
96 Papalem, qui Bona, Cenſus, Iuriſdictiones, fructus, emolumētū, & obuētiones Eccleſiarū, & aliorū piorū locorū, ac Montiū pietatis, ꝑ vim, metū, fraudem, aliamve artē, per ſe, vel alios,

Digitized by Google

alios, occupant, vſurpant, & in proprios vſus conuertunt. *Cõcil. Trid. ſeſſ. 22. de Reform. c. 11. Horat. Gambar. de caſib reſeru. Papæ in Clement. c. 7. nu. 52. fol. 156. Steph. Quarant. in Bullar. Verb. Bona Eccleſ. vſurpant. Cathal. excomm. c. 9. excommunic. 34. & 35.* Verum eſt tamen quod ad incurrendam hãc excommunicationem quinque requirũtur, quæ gratia breuitatis, ne longior ſim quã decet, ommitto. Vide *Horat. Gambar. in expoſit. 17. c. Bullæ Cœnæ Domini. nu. 1. & ſeq. fol. 113. Tolet. lib. 1. ca. 29. n. 5. Stephan. Quarant. loc. cit. in Addit. Caiet. Verb. excomm. c. 27. Nauar. in Man. c. 27. nu. 71. Verſ. ſexta.*

Non incidunt autem; Primò, qui fructus, redditus, vel Prouentus, vel
97 alia quæcunque bona Eccleſiarum, Monaſteriorum, Xenodochiorum, Confraternitatum, Mõtium pietatis & aliorum piorum locorum, quouis modo, iuſto iure detinuerint; v.g. ſi tamquã creditores, vel alias iuſtè ſibi debita, dicta bona, penes ſe retineãt.

Secũdò, nec qui ea, quæ ex fructibus, redditibus, & prouẽtibus ſupradictorum piorum locorũ, iniuſtè de-
98 tinent, ſunt adeo tã tenui valoris, & in tam parua quantitate, quod nullo modo peccatum mortale conſtituũt ratio, quia ſolum peccatum mortale cadit ſub reſeruatione. Quæ autem quantitas requiratur ad conſtituendum peccatum mortale, vide infra in Tabella Sancti Seuerini, *nu.* 13.

Circa tertium. Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem & Abſolutionem pęnitentium, locorũ piorum fructus, redditus, & prouentus, quouis modo iniuſtè detinentiũ,
99 ea eſſe poterit, quæ reperietur infra in explicatione tertij caſus reſeruati in dicta Tabella Sancti Seuerini. Et hæc pro huius ſexti caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſeptimi caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Auximanæ, qui talis eſt.

Incendiarij, et qui damni iniuriauè cauſa Vites, vel Arbores alienas inciderint.

PRo declaratione huius ſeptimi caſus reſeruati, qui duas, vt patet, continet partes, altera quæ ad Incendiarios ſpectat, altera verò, quæ attinet ad eos, qui damni iniuria vè cauſa Vites, vel Arbores alienas incidunt; Quo ad Incendiarios, præter ea, quę dicunt Summiſtæ & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt daclaranda.

1 *Quid eſt Incendiarius.*
2 *Quando Incendiarij incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt à Confeſſario circa Confeſſionem & Abſolutionem Incendiariorum.*

CIrca primum. Incendiarius propriè dicitur is, ſiue eſt ille, qui malo animo, vt
100 odio, vel vindicta, vel animo iniuriandi, propria auctoritate, incendit aliena, vt Ciuitatem, Villã, domum, ſegetes, & his ſimilia. *c. peſſimam. 23. q. 8 & c. cum deuotiſſimam. 12. q. 2. & c. ſi quis domum. de iniur. Hoſt. in ſum. tit. de Incẽdiarijs §. 1. Horat. Gamb. de caſib. reſeru. caſ. 5. nu. 1. fol. 198. Ang. Sylueſt. Armilla. Verb. eod. Tabien. Verb. excommunicatio. 5. caſu 7. nu. 1. Rayn. Cataneus Verb. Incendiarius, & D. Anton. 3. p. tit. 24 c. 11.*

Et eſt notandum, quod caſus iſte, variè ab Ordinarijs locorum reſeruatur. Quidam enim ſic, Incendiarij peccatum, aut Incendiarij, quod idẽ eſt. Alij, Peccatum Incendiariorum voluntariorum. Alij, Incendiarij ex propo-

Digitized by Google

propoſito. Alij, Qui cõſultò domos, aut ſegetes incendunt. Alij, Incendiarij locorum profanorũ ſupra ſummam aureorum decem. Alij, Incendiarij doloſè & ex propoſitò mandãtes & auxilium dantes; vel auxilium, vel conſilium, præbentes. Omnis tñ iſta variatio verborum mihi videtur ad vnum tendere. Nam quãdo reſeruatur Incendij crimen, debet intelligi de Incendio volũtario; hoc eſt doloſo. Ratio quia ſtatutum debet intelligi ſecundum ius commune. notatur *in c. cum dilectus. de Conſuetud. in l. 2. C. de noxal.* Sed pęnę, quæ imponuntur Incendiarijs, debentur ijs, qui malo ſtudio, ſiue pro odio, & vindicta ignẽ appoſuerunt. *d. c. peſſimam. 23. q.* 8. Igi-
102 tur cum Incendium ſimpliciter intelligatur de doloſo, quãdo ab aliquo Ordinario additur, Incẽdiarij ex dolo, vel Voluntarij, fuit factum ad tollendum omne dubium, & reddendũ caſum magis lucidum & clarum. Sic etiam additio, illa Mãdantes, & conſulentes, vel auxilium dãtes, fuit addita ad abundantem cautelam, nam cum vt dictum eſt, ſtatutum ſit intelligendum ſecundum Ius commune. Et Iura in *c. Siquis membrorum. & in c. peſſimam. 23. q.* 8. loquantur de Incendiarijs doloſis, & mandantibus, auxiliantibus, & conſulentibus, fit, vt ſimpliciter reſeruatum hoc peccatum, ad hos extenditur. Nam licet Caſus reſeruatio ſit ſtricti iuris, & pęnalis, vt excommunicatio, & ideo ſub Incẽdiarijs non videntur cõprehendi mãdantes, niſi de eis fiat expreſſa mentio; nam mãdans dicitur fictè facere. *c. vt famæ. de ſent. excomm.* Et Caſus re-
103 ſeruatio, vt Statutum non extenditur ad caſum fictum, igitur ſolum ſub caſu videntur comprehendi Incendiarij ex propoſito, non autem Caſu, vel culpa; Tamen quia ex tenore textus *in d. c. ſiquis 23. q.* 8. *& cap peſſimam.* comprehenduntur Iubentes, & conſulentes, fit quod extẽdatur ad illos, ita *Graff. in Prax. lib. 2. c. 23. nu. 5. & ſeq. & nu.* 17. Cũ ergo in hac reſeruatione dicatur Abſolutè, Incendiarij. Et quando reſeruatur Incendij crimen ſeu peccatum, quod idẽ eſt, quod Incendiarij, debet intelligi de Incẽdio
104 volũtario, & doloſo, vt ſupra dictũ eſt; concluditur quod hæc reſeruatio intelligitur de Incendio doloſo, & voluntario, hoc eſt ſcienter, data opera, ſpontaneè, ex propoſito, & appenſatè, facto, animo nocendi. Sed quia Incendium multipliciter com-
105 mitti poteſt, ideo notandum quod quandoque incẽdium fit dolo malo, *d. c. peſſimam*, & dicitur dolus malus, quando ignis appoſitus eſt ſcienter, & appenſatè, *l. qui ædes, ff. de incendiarijs.* ſiue data opera pro odio, aut vindicta animo nocendi, *d. c. peſſimam.* Quandoque procedit ex lata culpa, non apponẽdo illam diligentiã, quã quilibet apponeret. Quandoq; leui, hoc eſt, non adhibendo diligentiam quã diligẽs homo appoſuiſſet. Quandoque leuiſſima, omittẽdo videlicet diligentiam, quã diligentiſſimus homo adhibuiſſet. Quandoque caſu fortuitu. Hic tamen reſeruatur incẽdiũ doloſum, & voluntariũ, hoc eſt ſcienter, & ſpontaneè factum animo nocendi. *Graff loc. cit. nu.* 18.

Circa ſecũdum; ex hactenus dictis clarè & euidenter infertur, qui nam incidunt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

Primò enim incidunt, omnes tam mares quam fœminę, ac etiam Sacer-
106 dotes & Clerici ſeculares, qui doloſè, & ſcienter, ſpontaneè & appenſatè animo nocendi, propria auctoritate aliquam Ciuitatem, Caſtrum, Villam, Domum, Eccleſiam, Monaſterium, Hoſpitale, Turrim, Columbarium, vel aliam quamcunque aędem, Sacram aut prophanam, ſegetem, vt frumentum, ordeũ, blada, legumina; Syluam, ſtruem lignorum, & ſimilia, incendunt; modo ſit ſecutus effectus

Cum

Cum enim littera ſimpliciter & abſolutè loquatur dicens, Incendiarij, ſequitur quod includuntur tam incendiarij locorum ſacrorum, quam prophanorum, ac omnium aliorum locorum, quorumcunque frugũ Agrorum, & aliarum rerũ; ſiue huiuſmodi incẽdiarij ſint maſculi, ſiue fœminæ, modo ſint doli capaces, & habeãt vſum rationis; ſiue ſint Sacerdotes ſiue Clerici ſeculares; ex quo enim littera ſimpliciter loquitur, ſimpliciter etiam de his omnibus eſt intelligenda; nam vbi lex nõ diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. *l. de precio, ff. de public. in rem actio. ex Graff. vbi ſup. nu. 1. in fin. & 23.*

Secũdò, Qui in proprio loco ignẽ apponeret, puta in ſuo Agro, vel do-
108 mo, eo fine, vt ignis ad alienum locum extenderetur, ſecuto combuſtionis effectu, incidit in Caſum reſeruatum. *D. Anton. loc. ſupracit. d. c. 11. Horat. Gambar. vbi ſup. fol. 200. Graff. loc. cit. nu. 25.* vbi dicit etiam, quod talis dicitur incendiarius voluntarius.

Tertiò; & qui in Bello iuſto ignem apponit abſque præcepto indictoris
109 Belli; Qui enim in Bello iuſto, ſine ſuperioris ordinatione incendit domum, agrum, vel victualia, etiam hoſtium, incendiarius eſt; licet damnũ non teneatur reſarcire; Qui vero in Bello iniuſto, etiam ex præcepto, incẽdiarius eſt, & damnum tenetur reſarcire *D. Anton. loc. cit. d. c. 11. & d. 3. p. titulo quarto, c. 2. §. 2. in princ. Io. Bapt. Corrad. p. 1. reſp. caſ. conſc. q. 108. Tabien. Verb. excom. 5. caſu. 7. nu. 1.* Vnde infer-
110 tur, quod qui apponeret ignem in quouis loco, vbi morãtur Animalia, puta Oues, Boues, Equi, & huiuſmodi, etiam extra tempus Belli; vel etiã aliquam Nauim, aut Cymbam incenderet, proculdubio incideret in Caſum, cum prout liquet, hic ſit incendiarius volũtarius; dummodo tñ ſit ſecutus effectus combuſtionis. An autem incidant incẽſores palearum, lignorum, fęni, & huiuſmodi, dicit S. Anton. *loc. ſupracit.* quod incendiarij
111 Pallearũ, feni, lignorũ, & huiuſmodi, non dicuntur incendiarij. Ego autẽ de hoc valdè dubito, Vnde ſaluo meliori iudicio credo quod qui incẽdit Palearium, vel aliquam magnam quantitatem fenorum, puta fœnile alicuius, vel ſtruem magnam lignorum, ob damnum notabile, quod infert, incidat in caſum.

Non incidunt autem; Primo qui domum, frumentum vel alia ſupradicta, etiam malo animo incendere tan-
112 tum attentauerunt; non enim ſufficit attentare incẽdium, niſi ſequatur effectus, vt v. g. ſi per illos non ſteterint, quin effectus fuerit ſequutus, vt puta quia ignis extinctus fuit à ſuperuenientibus hominibus, vel etiam aliquo caſu pluuię, niuis, & huiuſmodi; cum enim nullus ſit ſecutus effectus, non poſſunt propriè dici incẽdiarij, quo ad reſeruationem, quæ attendit effectum, quamuis lethaliter deliquerint, volendo incendere. *c. ſed penſandum. diſt. 6. Horat. Gambar. vbi ſupr. nu. 1. fol. 199.* Non enim omnis doloſus incendiarius ſub litera comprehenditur, ſed quãdo effectus eſt ſecutus; Verba enim ſunt intelligenda cum effectu. *c. relatum. de Cler. nõ reſid. Graff. loc. cit. nu. 27.*

Secundò, nec qui poſtquam ignem appoſuerit, pęnitentia ductus ſtatim
113 illum extinxit. Vel incendium fuerit de modico, cum de modicis nõ ſit curandum. *l. Seio. ff. de integr. reſtit. c. Vnum orarium. §. criminis. diſt. 25. c. & ſi quæſtiones. de Simon.* Quid autem ſit illud modicum, arbitrabitur bonus Vir, qui in foro Animæ eſt Cõfeſſor. *Graff. loc. cit. d. nu. 27. & de Arbit. Confeſſ. lib. 2. c. 50. nu. 16 in fin.*

Tertiò, nec qui ex quadam negligentia tantum, vel ex leui culpa commiſit incendium, v. g. quia neglexit
114 cooperire ignem, vnde domus ſua cum vicinis eſt incenſa; Vel quia po-

Digitized by Google

ſuit ignem in ſtipula, non aduertens principium, ventorum, ex quibus poſtea ſegetes vicini arſerunt. In hoc enim caſu, de huiuſmodi culpa, non debet illum grauare Confeſſarius ad reſtitutionem, cum non ſolum non peccauerit mortaliter, ſed nec tenetur ad damna, & ideo non cadit ſub hac reſeruatione, cum reſeruatio caſuum fiat tantum de peccatis mortalibus, vt ſupra in prima parte, nu.25. dictum eſt. *Horat. Gambar. loc. cit. nu.2. fol. 199. argum. Suarez tom.5. de Cenſur. diſp.22. ſect.2. nu. 20.*

Quartò, nec qui auctoritate publica incēderet domum, ſegetes, vel ēt,
115 quod plus eſt, Hominem viuum; talis enim non dicetur incēdiarius, nec peccaret, niſi aliqua circūſtantia mali animi in peccatum induceret. *arg. c. cum miniſter. c. cum homo. 23. q. 5.* & hoc caſu etiam ſi mali animi circunſtantia faceret peccatum mortale, nō tamen erit reſeruatum, quia iuſtè facit propter publicam auctoritatem, etiam ſi ex proprio defectu peccet. *Horat. Gambar. loc. cit. nu.4. fol.200.*

Quintò, nec qui immittit ignē in Ciuitate, tempore Belli, auctoritate
116 Superioris, talis enim immunis eſt à Caſu reſeruato, ſi bellum eſt iuſtū: ſecus ſi eſſet iniuſtum, iuxta doctrinā Summiſtarum in Verb. Incēdiarius. *Sylu. Verb. eod. nu.1.* In dubio vero, vbi dubitatur an bellū ſit iuſtum, vel iniuſtum, præſumitur iuſtū, & tenetur ſubditus obedire. *c. Iulianus, 11. q.3. Graff. in Prax. loc. cit. nu. 24.*

Sextò, nec qui ſine dolo, ſed tantū lata culpa incendium commiſit; nam incendium exigit dolum, ſed lata cul-
117 pa non eſt dolus, ſed dolo æquiparatur. *l. q nerua. ff. depoſ.* quare in materia pęnali, vt eſt caſus reſeruatio, non debet fieri extenſio. *c. odia. de reg. iur. in 6. Graff. loc. cit. nu.22.* Caſus enim cum ſit pęnalis, nō extenditur ad caſus non expreſſos. vt not. idem *Graff. in ead. Prax. lib.2. c.4. nu.18.*

Septimò, nec Pueri nondum doli capaces, ante vſum rationis; nec furioſus, aut mente captus; nec Ebrius
118 vſu rationis deſtitutus, aliena incendentes; tales enim non poſſunt dici propriè incendiarij, quia tales incenſiones non ſunt peccata, vt patet, vel certè non ſunt mortalia, quæ tali reſeruationi ſubiacent.

Octauò, nec Religioſi Regulares, cuiuſcunque ordinis, vtriuſq; ſexus,
119 Incendiarij crimen committentes, & ſi grauiſſimè mortaliter peccent; ratio, quia, vt alias ſępe dictum eſt, Regulares Reſeruationi Ordinariorum non ſubiacent, cum omnino, circa hoc, immunes ſint ab illorum iuriſdictione.

Circa tertium; Praxis obſeruanda à Confeſſario circa Cōfeſſionē & Abſolutionem incendiariorū, hæc erit.

Circa Confeſſionem; Primò Confeſſarius diligenter inquirat, An incediarius ſit Perſona vilis, vel nobilis,
120 quia plus peccat nobilis, quā ignobilis. *c. homo diſt. 40. c. nulli fas eſt. 25. q. 1.* Item an ignem appoſuerit in locis vrbanis, vel ruſticanis, quia primū maius eſt peccatū. *Graff. in Prax. loc. cit. nu.29.*

Secūdò, interroget quo fine, & animo ignem appoſuit, An odio, vel vindicta; an ſolus, vel cum alijs. An ipſe
121 combuſſerit, vel iuſſerit, aut cōſenſerit, vel auxilium præſtiterit. iuxta, *c. peſſimam. 23. q. 8.* An diu perſeuerauit in mala voluntate incendendi, qa toties quoties per actum interruptū, renouauit voluntatem, toties lethaliter deliquit, quod neceſſariò in Sacramentali Cōfeſſione explicādū eſt.

Tertiò, in Confeſſione neceſſariò etiam explicandum eſt, quas res, pęni-
122 tens incendit; an Eccleſiam, vel monaſterium; Hoſpitale, vel alium locū ſacrum; An domum, Animalia, ſegetes, arbores, ſyluam, ſtruem lignorū, palearium, fœnile, granarium, colūbarium, apothecam mercatorum, & huiuſ-

huiuſmodi, vt Confeſſarius ſcire valeat quam reſtitutionem pęnitens facere tenetur.

Quo ad Abſolutionem. Primò Cõfeſſarius animaduertere debet, quod licet plerique Doctores dicãt omnes incendiarios eſſe excommunicatos.
123 Alij tamen melius & verius dicũt, nullam adhuc excommunicationem de iure communi latam eſſe contra incẽdiarios, etiam Eccleſiarum; nullus enim reperitur Canon, qui excõmunicat incendiarios, etiam Eccleſiarũ, ſed id habet conſuetudo, quod ſint excommunicati, quæ tolerata & approbata à Pręlatis vim habet legis vel ſtatuti excommunicantis. *Caietan. Verb. excommun. caſu* 22. *Nau. in Man. c.*27. *nu.*94. *Tolet. lib.*1. *c.*36 *nu.*5. *Graff. p.*1. *lib* 4 *dec. aur. c.* 19. *n* 9. *Suarez. tom.* 5. *de Cenſur. diſp.* 22. *ſect.* 2. *num.* 15. *Sayr. lib.* 3. *de Cenſur. c.* 29. *num.* 8. *Horat. Gambar. de Caſib. reſer. fol.* 136. *&* 157. Si tñ excõmunicatio lata ſit ab Epiſcopo, & publicata, tunc reſeruatur Papæ. *Cathalog. excommunic c.* 9 *excom.* 3. Secundum enim veriorem & communiorem opinionem, licet ante denuntiationem poſſint abſolui ab Epiſcopo, poſt denuntiationem tamẽ, ideſt poſtquam excommunicati & denuntiati fuerint ab Epiſcopo, ſolũ à Papa poſſunt abſolui *c. tua nos. & ibi glo. de ſent excom. & ibi Panor. Henric. Boic.* & alij Doctores *in c. conqueſti. eod. tit. Tolet. Horat. Gamb. fol.* 136. *& Graff. loc. cit. & in Prax. d. c.* 23. *nu.* 8.

Secundò, animaduertat quod incẽdiarius non ſolum tenetur de rebus incenſis, ſed etiam de rebus deperdi-
124 tis propter incendiũ, fuit enim cauſa amiſſionis, *c fin. de iniur. Horat. Gambar. loc. cit. fol.* 199. *Ang. Sylu. Armil. Tab. Verb. Incendiarius*. Incendiarij enim ex induſtria, vltra peccatũ mortale cum reſtitutionis obligatione, non ſolum tenentur de damno incẽdij, ſed etiam rerum perditarum cauſa incendij, *ca. peſſimam.* 23 *quæſt.* 8. *Graff. d. lib.* 4. *c.* 19. *nu.* 9. *& Cataneus loc. ſupracit*. Vnde non ſunt Abſoluendi niſi ſatisfacto damno ſecuto, non ſolum incẽdij, ſed etiam rerum perditarum ex ea cauſa, quamuis totum illud damnum non habuerint in mẽte facere, *text. eſt in l.* 1. *§. ex incendio. ff. de incend. rui. & nauf.* vbi ſi quis animo incendendi vnam domum, ignem apposuerit, & combuſtæ fuerint plures domus, tenetur pro omnibus domibus combuſtis, & ita in delictis inſpicitur euentus, & non animus, & propoſitum, quod intellige, quando veriſimiliter poterat cogitare illud euẽturum, *Bart. Cepolla Conſ.* 36. *Graff. in Prax. loc ſupracit. nu.* 30. *& ſeq.* Et non
125 ſolum incendiarij domorũ, frugũ, aut aliarum rerum doloſè & ex propoſito, ſed nec etiam mandantes, & dantes ad incendium auxilium, vel conſilium ſunt abſoluendi, niſi damnum prius datũ, cui intulerint, reſarciant ſecundum ſuas facultates, præſtita cautione iuratoria ſe vlterius ignem non appoſituros. *d. c. peſſimam.* 23. *q.* 8. *Graff. Appendic. lib.* 1. *c.* 7 *nu.* 9. Cõfeſſarius enim duo, in magnis criminibus, vt falſariorum, percuſſorũ
126 Clericorum, incẽdiariorũ & huiuſmodi, obſeruare debet; alterũ vt ab abſoluendo exigat prius iuramentũ, quod de cætero ſimilia crimina non patrabit, ſeu vt dici ſolet, de ſtando mandatis Eccleſiæ; alterum verò vt neminem abſoluat, niſi prius ſatisfaciat, cui ſatisfaciendum eſt; vel, ſi ſatisfactio re ipſa dari nõ poſſit, det cautionem Pignoratitiam, vel fideiuſſoriam; aut, ſi neq; hæc præſtari poſſit, det cautionem iuratoriã, ideſt iuret, quod ſatisfaciet, quamprimum potuerit. *Cathalog. excomm. in Annotat. in princip.*

Et ſi incendiarius fuerit in articulo mortis, & Confitetur, tũc poterit
127 quidẽ in tali articulo abſolui à quocunque Sacerdote ſimplici non approbato ad audiendas Confeſſiones.

c. Pa-

c.Paſtoralis.§. præterea. vbi gloſ. de offic. ordin. Sit tamẽ cautus Sacerdos, quod ſi infirmus fatetur ſe damnum alicui dediſſe ex cauſa incendij, vel ſe debitorẽ alicuius, & aliena habere, in hoc adhibeat Teſtes, vt Hæredes poſſint compelli, quia dictum ſuum non ſufficeret, & ſi fortè infirmus nollet, nõ debet eum abſoluere, quia videtur non moueri bona contritione; quod perpetuò Cõfeſſarius notare debet. *Marian. Socin. in c. in litteris. in fin. de Raptor Graff. in Trax. loc. ſupracit. num. 33.*

Tertiò, An pęnitens aliqua bona eorum qui incendium patiuntur, ra-
128 puerit; quia tenetur ad reſtitutionem *c. ſiquis domum. de iniur.* cũ ea contra volũtatem poſſeſſoris acceperit; niſi tamen haberẽtur pro derelictis, puta quia ignis tãtum inualuit, quod nullus ſine periculo vitæ poteſt eis ſuccurrere, & dominus earum, dimittebat, ſeu relinquebat ea incendio, tunc enim ſi quis illa raperet, non teneretur reſtituere de neceſſitate. *arg. l. ſi quis merces. ff pro derelicto. Catan. loc. cit. Armil. Sylu. Angel. & Tabien Verb. incendiarius.* Qui etiam fatẽtur, quod
129 ſi iuſto metu timet propriam domũ incendi ex domo vicini ſui iam incenſa, & eam diruit; Vel videns ꝙ ignis iam peruenerat ad domum vicini, & probabiliter dubitat, quia tempus eſt ventoſus & huiuſmodi, ne ex incendio tali, domus ſua comburatur, illã deſtruat, nõ tenetur ad reſtitutionẽ ſecundum leges, quia nec iniuriã illi, nec damnum facere videtur, cum res eſſet æquè peritura. *ff ad l. Aquil. l. ſi quis fumo. §. quod dicitur.* Si aũt non fuit iuſtus metus, tunc ad ſimplum damnum tenebitur, ſecundum *Hoſt.* Nam debebat benè aduertere. Et addit idẽ *Hoſt.* Quod ſi à vicinitate domus alicuius diruta eſt iuſto metu incẽdij, quod iudex ex officio & ſumma ęquitate facere debet, vt vicini ei ſatisfaciant quilibet pro ſua parte. *arg. l. 1. §. æquiſſimum, ff. ad leg. Rho. de iact. & l. interdum. ff. qui po. in pign. ha.* Quæ opinio vti ratione, & æquitati conſona mihi magis placet. *Cataneus vbi ſupra.*

Quartò, & poſtremò, oſtendat pęnitẽti grauitatem huius criminis, in-
130 ducendo illum ad perfectam cõtritionem ſuorum peccatorum; ſiquidẽ incendiarij ſecũdum leges capite puniũtur, ſi ſunt doloſi. Vnde qui ędes, aceruumvè frumenti iuxta domum poſitum combuſſerit, conuictus, verberatur, igni necari iubetur, ſi modo ſciens prudenſque id comiſſerit, ſi vero caſu, id eſt negligẽtia, aut noxam, reſarcire iubetur, aut ſi minus idoneus ſit, læuius caſtigatur, *l. qui ædes, ff. de incend.* Et cum hoc crimen in *d. c. peſſimam.* vocatur peſſima malitia, & horrenda, ideo in foro pęnitentiali grauiſſima eſſet ei pęnitentia iniũgenda; Vnde in *d. c. peſſimam.* dicitur, pęnitentia ei detur, vt Hieroſolimis aut in Hiſpania in ſeruitio Dei per annũ integrũ permaneat. Et ſi mortuus fuerit ſine ſatisfactione & pęnitentia, id eſt impęnitens, Eccleſiaſtica careat ſepultura. Confeſſarius ergo grauiſſimam iniungat pęnitẽtiã, ſicut ei ſecundum quantitatem contritionis, & qualitatem perſonæ magis in domino uidebitur expedire; quam ſi acceptare renuerit, vllo modo eſt abſoluendus. Et hæc pro declaratione primæ partis huius caſus dicta ſufficiant.

Quo ad ſecundam partẽ huius caſus, quæ eſt; *Et qui damni iniuriæ vè cauſa Vites, vel Arbores alienas inciderint.* Notandum, quod licet caſus loquatur in plurali numero, *Vites, & Arbores*, tamen habet locum etiam in vna Arbore, vel Vite inciſa damni iniuriavè cauſa. Et intelligitur de omnibus Arboribus, tam fructiferis, quam infructiferis; tam de Vitibus Vinearum, quam quorumcũq; aliorum locorum, quomodocunque nuncupentur, dummodo tamen damni

iniu-

iniurievè cauſa perſecantur. Vnde
132 breuiter, hunc caſum reſeruatū incurrunt omnes tam mares quam fęminæ, Sacerdotes, atque Clerici ſeculares, cuiuſcunq; ſtatus, & conditionis, Vites, ſeu Vitem, Arborem, vel Arbores alienas, cauſa damni, vel iniuriæ, incidentes. Non incidunt aūt, Arbores, vel Vites, nō damni cauſa, vel iniuriæ, ſed voracitatis & rapacitatis, vel alia cauſa, incidentes; vt faciunt quidam Ruſtici, qui ne reperiātur damnum dare, ne accuſentur, & citius ſe à maleficio expediant, incidunt Vites, quandoque etiam Vuis non maturis, & eas nō damni cauſa, vel iniuriæ, ſed voracitatis, & rapacitatis naturalis, ſic inciſas auferunt, quamuis lethaliter delinquant. Similiter cum Arborem incidunt, ne domum reuertentes maledicta vxoris peſſimæ ſentiant, quæ marito abeunti mandat, ne appareat vacuus in cōſpectu ſuo, recordetur pauperū paruulorum, quos domi relinquit. Vnde Ruſtici furaces ſunt ſimiles Lupis, & Vrſis, qui alunt Catulos ſuos de præda, donec ipſi prędari poſſint, & ſic transfundunt vitia in filios. Et
133 idem dicendum eſt etiam de Matribus, iuxta illud.

Sæpe ſolet ſimilis filius eſſe Patri:
Et ſequitur leuiter filia Matris iter.
gloſ. in c. ſiquis, 6. q. 1. ideſt.
Bē ſpeſſo al Padre il figlio s'aſſimiglia,
Et della Madre il camin ſegue la figlia.

Confeſſarius ergo prudēs, & qui fa-
134 cultate abſoluendi pollet in ęſtimādis his damnis ex Vitium, & Arborū inciſione, vt reſtitutio fieri poſſit damnum paſſo, æſtimabit, non quantum eſſet valitura Arbor, ſed rationē habebit dubij euētus, ita quod ſi Arbor fuerit fructifera, habebit rationē Arboris, & fructuum, ſi vero infructifera, ſola Arbor erit in conſideratione, ita tamē vt ſemper deducatur aliquid de futuro pluris valore Arboris, habita etiam ratione, vt dictū eſt, dubij euentus. *Doctores in l. furtim. §. fin. ff. de Arbo. fur. ceſa.* ita ex *Horat. Gambar. de caſibus reſer. caſ. 5. nu. 4. fol. 200.* Vide plura alia infra in explicatione quintidecimi caſus reſeruati in Tabella Maceratenſi per totum. Et hæc pro huius ſeptimi caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudem & gloriā Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio Octaui, & vltimi caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Auximanæ, qui talis eſt.

Qui diebus ab Eccleſia vetitis, abſque legitima cauſa Carnem comederint.

PRo declaratione huius vltimi caſus reſeruati, præter ea quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes; licet modo, ad inſtar declarationis aliorū
135 caſuum reſeruatorum, multa eſſēt dicenda, attamen nil hic dicere volo, cum ea quæ dicam infra in explicatione quinti caſus reſeruati in Tabella Piſaurenſi: Huic caſui optimè aptari poſſint, videatur ibi. Quæ aūt
136 ſit legitima cauſa comedendi carnem in prædictis diebus ab Eccleſia vetitis, cū hoc difficulter examuſſim dignoſci poſſit, relinquitur iudicio & conſcientiæ Medicorum, & Confeſſariorum, qui in huiuſmodi licentijs concedendis, magna prudentia vti debent, cōcedendo infirmis illud tātum quod infirmitas poſtulauerit: nam grauiter peccāt, & iniquè agūt, cum indiſtinctè illis indulgent, & cū ſe Ouis ac Lactarijs cibis tueri ſe facilè poſſunt, vſum etiam carnis permittunt. *Io. Metina. C. de Ieiunio. q. 5. & 9. Io. Bapt. Codronchius de tuta ac Chriſtiana med. ratione. lib. 1. c. 26. Graſſ. p. 1. lib. 4. dec. aur. c. 24. nu. 4.* & hæc pro huius octaui & vltimi caſus reſeruati, ac ſimul totius iſtius Tabellæ Auximanę declaratione dicta ſufficiant, ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti; Amen.

QVAE-

Digitized by Google

QVÆSTIO VII.

De Caſibus Reſeruatis Epiſcopo Recanatenſi.

Circa hanc ſeptimam Quęſtionem quæritur, quot & quales ſunt Caſus reſeruati Epiſcopi Recanatenſi, ad quod breuiter reſpondeo dicendo. Caſus, quorum Abſolutionem nunc in ſua Diœceſi ſibi reſeruat Ordinarius Recanatenſis, ſunt hi qui in præſenti Tabella continentur.

Tabella Recanatenſis.

1 *Veneficia, & Incantationes, cum expreſſa, vel tacita dæmonis inuocatione.*
2 *Abuſus Sacramentorum Eccleſiæ ad Magicas artes, & ad omnem alium finem, excepto eo, ad quem inſtituta ſunt.*
3 *Blaſphemia publica Dei, Deiparæ & Sanctorum.*
4 *Homicidium voluntarium.*
5 *Inceſtus vſque ad ſecundum gradum incluſiuè Conſanguinitatis, & Affinitatis; necnon inter coniunctos Cognatione ſpirituali.*
6 *Peccatum nefandum cum vtroque ſexu frequenter perpetratum.*

Declaratio huius Tabellæ.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio primi, ſecundi, tertij, & quarti Caſuum reſeruatorum huius Tabellæ Recanatenſis, qui tales ſunt.

Veneficia, & Incantationes, cum expreſſa vel tacita dęmonis inuocatione.

Abuſus Sacramentorum Eccleſiæ ad Magicas artes, & ad omnem alium finem excepto eo ad quem inſtituta ſunt.

Blaſphemia publica Dei, Deiparæ, & Sanctorum.

Homicidium voluntarium.

PRo declaratione horũ primi, ſecundi, tertij, & quarti Caſuum reſeruatorum, ſingillatim cum alibi
1 optimè declarati inueniantur; Primus enim amplè declaratur in declaratione primi Caſus reſeruati in Tabella Piſaurenſi. Secundus in eadem Tabella Piſaurenſi num. 48. Tertius, in explicatione primi Caſus reſeruati in Tabella Senogallienſi. Et Quartus, in ſupradicta Tabella Auximana *num. 1. & ſeq.* ideo hæc tantum pro illorum declaratione modo dicta ſufficiant, ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio quinti Caſus reſeruati eiuſdẽ Tabellæ Recanatenſis, qui talis eſt.

Inceſtus vſque ad ſecundum gradum incluſiuè Conſanguinitatis, & Affinitatis; Necnon inter coniunctos Cognatione ſpirituali.

PRo declaratione huius quinti Caſus reſeruati qui duas amplectitur partes, alteram quæ ad Inceſtum vſque ad ſecũdum gradum incluſiuè Conſanguinitatis, & Affinitatis pertinet, alterã vero quæ ad cognationem ſpiritualẽ ſpectat; circa primã, nihil dicere cẽſeo, cum eius declaratio habeatur ſupra Caſu ſecundo in Tabella Anconitana. Quãtum ergo ad ſecundam, præter ea quæ dicunt Summiſtæ & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Cognatio ſpiritualis.*

2 *Quando Cognatio ſpiritualis, ſeu committentes Inceſtum in Cognatione ſpirituali incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidant*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt à Confeſſario circa Confeſſionem & Abſolutionem Pœnitentium huiuſmodi Inceſtum ſpiritualem, committentium.*

CIrca primum, antequã quid Cognatio ſpiritualis ſit, dicamus, primo obſeruandũ
1 cẽſeo, hũc Caſum Cognationis ſpiritualis paulò latius extẽſo vocabulo ad Inceſtum ſpectare. Eius enim violatio per actum luxuriæ habet deformitatem, cum hoc delictũ ea cum perſona perpetretur, cui ratione illius ſpiritualis coniunctionis ſingularis reuerentia debeatur. *c. ſi quis cum matre, 33 q 2. Leſſius lib. 4. c 3. dub. 11. Proſper Farinac. de delict. carnis. q. 148. nu. 49.* Et optima ratione hic
2 caſus ab hoc Illuſtriſſimo, & ab alijs locorum Ordinarijs, reſeruatur; contingere namque ſolet, vt multi corruptæ vitæ Viri, dedita opera hanc Cognationem contrahant, Baptizandos, vel Confirmandos ſuſcipiendo, quò liberius eorum matrum domos adire, & cum eis delinquere poſſint. Quo fit, vt ob maximam iniuriã Sacramentis illatam, flagitij Sacrilegij rei etiam fiãt. *Leſſius lib. 2. c. 45. dub. 3.*

3 Cognatio ergo ſpiritualis eſt quędam propinquitas perſonarum, proueniens ex hoc, quod aliquis confert Sacramentum Baptiſmi, vel Confirmationis, vel ſuſcipit, aut tenet eum, cui talia Sacramenta conferuntur. *ita gloſ. in c. 1. in Verb. ſpiritualem. de Cognat. ſpirit in 6. Sot. in 4 diſt. 42 q. 1. art. 3. Graff p. 2 lib. 1 dec. aur ca. 5 num 52. & conſil. 1. nu. 1. de Cognat. ſpirit. & conſ. 2 num 4 eod. tit D. Bonau Centiloq. p 3. ſect. 57. Lexicon Theolog Verb. eod. Sylu. Verb. Matrimonium, 8. num. 7. Angel. Verb. Matrimon. 3. Impedim. 7 nu. 1.*

Ex qua definitione multa colligũ-
4 tur, & Primò, quod vt quis ſit capax Cognationis ſpiritualis, oportet vt ſit Chriſtianus. Vnde ille qui nondum baptizatus eſt, vt Iudæus, vel Paganus, ſi aliũ baptizat, vel de Sacro fonte leuat, Cognationem ſpiritualem non contrahit; & ratio eſt, quia Cognatio hæc fundamentũ habet in fide, immo & in Sacramento fidei, vnde ſicut qui nondum carnaliter natus eſt, nulli poteſt eſſe Pater, aut Cognatus, ita qui nõdum baptiſmate regeneratus eſt, Pater, aut Cognatus eſſe nequit. Quare licet Cathecumenus baptizet, nullam acquirit Cognationem; Quod ſi nulla ante baptiſmum contrahitur, fit, vt neque ſi poſtea ille baptizans cõuertatur, illam contrahat, iuxta Regulam
5 Iuris, Quod a principio nullum eſt, nec tractu temporis cõualeſcere nequit. Ex quo fit, quod ſi Hæreticus, vel Schiſmaticus leuat de Sacro Fonte, verè cõtrahit Cognationẽ, q̃a fuere iãt incorporati Eccleſiæ per ſacrũ Baptiſma, ꝙ non ſic eſt in Iudęo, vel Pagano. Infertur etiam, quod cũ fun-
6 damẽtum ſpiritualis Cognationis ſit eſſe ſpirituale, qđ per regenerationẽ baptiſmi ſuſcepimus, fit, quod ſicut non baptizatus baptizans nullã cõtrahit Cognationem cum baptizato, ita ex aduerſo neque baptizatus ſi baptizat, vel leuat de fonte filium Iudæi, vel Gentilis, nullam cõtrahit Cognationem cum non baptizato. *Sotus in 4. Sent. diſt. 42. q. 1. ar. 3.* Infertur vltimo ſecundum eundem, ſi baptizatus quamuis non confirmatus teneat eum, qui cõfirmatur, verè cõtrahit Cognationem, quia eſt Chriſtianus, & ideo capax huius Cognationis. *ita Graff conſil. 1. nu. 1. & ſeq de Cognat. ſpiritual.*

Secũdò ex hac definitione, ex ver-
7 bis baptiſmi, aut Confirmationis, infertur quod hæc Cognatio ſpiritualis contrahitur tãtum ex duobus Sacramen-

cramentis, ideſt per baptiſmũ, & cõ-
firmationem. *D. Tho in Addit. ad 3. p.
q. 56. ar. 2. Graff. loc. cit. nu. 5 & in Prax.
lib. 1. c. 13. nu. 25. Tolet lib. 7. c. 4. num. 3.
Duard in Bull. Cęnę Domini. lib. 2. Can.
13. q. 7. nu. 6. Rodriq. in Sum. p. 1. c. 225.
num. 1. Azor p. 3. Inſt. moral. lib. 3. c 9.*
Et licet olim ſecundum ius antiquũ
cognationis tres eſſent ſpecies, nem-
pe Paternitas, Cõpaternitas, & Fra-
ternitas, tamen *Concil. Trid. ſeſſ. 24. de
reform. Matrim c. 2.* abſtulit cognatio-
nem Fraternitatis, & tantum decre-
uit cognationem ſpiritualẽ contrahi
inter baptizãtem & baptizatum, &
ſuſcipientem baptizatũ de ſacro fon
te, & eius parentes. Vnde modo, in-
ter baptizatũ ipſum, & illius patrẽ,
& matrem, & ſuſcipientem, ſeu ſuſci
pientes ipſum baptizatum, nec non
inter baptizantem & baptizatũ, ba-
ptizatique patrem ac matrem tantũ
ſpiritualis cognatio in baptiſmo cõ-
trahitur. Et ſimiliter in confirmatio-
ne, ſolum hæc cognatio contrahitur
inter confirmantem, & confirmatũ,
illiuſq; patrem, & matrem, ac tenen
tem, vt in eodem Concil. definitum
eſt. *Graff. d. conſ 1. nu. 6. Rodriq. loc. cit n.
1. Azor. vbi ſup.* Clau. *Reg. lib. 8. c. 4 nu.
7. in fin.* Et iure nouo ad vxorẽ bapti-
8 zantis, vel ſuſcipientis non tranſmit
titur, vt Pius V. in Conſt. incip *um
illius vices* declarauit, & ex commu-
ni ſententia tradit *Sanchez lib 7. d. 54.
nu. 11.* idque ex eodem Concilio col-
ligitur; A quo etiam illud ſancitũ eſt,
vt ſi plures, quam vnus, vel duo deſi-
gnati puerum ſuſcipiant, hãc cogna-
tionem non ſibi comparent. Et cõis
eſt Doctorũ aſſertio, tunc hãc cogna
tionem contrahi, cum quis infantem
tenet, & tãgit, cum Sacerdos aquam
ſuffundit Illũ vero minimè eã acqui-
rere, qui de manibus ſuſceptoris acci
pit, & pannis inuoluit. Et idẽ eſt dicẽ-
9 dum de Confirmatione: ille enim ſo
lus, qui tenet puerum, dũ ab Epo vn-
gitur, iuxta tenorẽ c *ſiquis filiaſtrum.*
30. q 1. contrahit cognationem *gloſ.
in c. 1. de Cognat. ſpirit. in 6. in Verb. De-
tentione. vbi Francus nu. 6.* Nec refert
an teneat veſtitum tactis veſtibus, an
nudũ, imò ſi eũ teneret in diſco argẽ
teo honoris gratia, ſatis eſſet. *Sotus
qui ſup. art 2 Graff. loc. cit. n. 7 & ſeq.* Si-
10 cuti ẽt illã non cõtrahit, qui alterius
nomine ipsũ infantẽ tenet, cũ actus
non procuratori, ſed mandanti attri
buẽdus ſit; prout ſacra Cardinalium
Cõgregatio declarauit. *Vgolin. de offi.
Epiſcopi p 1. c. 15. § 6. Rebellus lib. 4. de
oblig. iuſtitiæ ſect 4. c. 2. Eman. Sà, Verb.
Imped matrim. nu. 5. Rodriq. loc. cit. n. 3.
Ant. Nald. Verb cognatio ſpiritual n 3.*

Circa ſecundũ; ex hactenus dictis,
clarè conſtat qui nã incidunt in hũc
caſum reſeruatum, & qui nõ incidũt.

Primò enim incidunt, omnes co-
gnoſcentes carnaliter Cõmatres, vel
filias ſpirituales, quas baptizauerũt,
11 vel confirmauerunt. *c. 1. 2 & 3. de co-
gnat ſpirit. Graff. in Prax. loc. ſupracit. n.
25. & 41. Azor. vbi ſup q 1. Clau. Reg.
d lib. 8 c. 4 7.* Vnde ſi Sacerdos Cura-
tus coeat cum filia ſua ſpirituali, quã
baptizauit, vel in confirmatione, vel
baptiſmo tenuit, eſt vere, & propriè
Inceſtus. *Azor, loc cit. q. 7.* ratione co-
gnationis ſpiritualis conſurgens ex
collatione baptiſmi. *Bonac to. 1. tract.
de matrim. q 4 punct. 16. nu. 9.*

Secundò; & ſeculares cuiuſcunq;
ſtatus, gradus, & cõditionis, qui puel
12 lam quã in baptiſmo, vel confirma-
tione ſuſceperũt, poſtea violauerũt.
Azor. loc. cit. c 9.

Tertiò, & qui eius matrem carna-
13 liter cognouerũt; Vel etiam cũ alijs
commatribus concubuerunt. *Graff et
Azor loc. cit.*

Non incidũt autem; Primò qui cũ
ſorore, vel filia eius quã in baptiſmo,
vel confirmatione ſuſceperunt, rem
habuerunt; licet mortali culpa ſe ob-
14 ſtringant; ratio, q. a hæc cognatio nõ
cõtrahitur niſi cum illis quos quis in
baptiſmo, vel cõfirmatione ſuſcepit;

Digitized by Google

Vnde non erit Inceſtus verè ſi Pręſ-
byter coeat ad ea,quæ eſt ex eius Pa-
rochia,ſi tamen eam non baptizauit,
aut non fuit ipſius patrinus in baptiſ
mo vel confirmatione, quia cogna-
tio ſpiritualis, vt dixi ſolum contra-
hitur ex baptiſmo, vel cōfirmatione.
Azor.loc.ſupracit.q.7.

Secūdò, nec qui cum vxore patri-
ni ſui ſe immiſcuit, quamuis adulte-
17 rij labe ſe fędet;& ratio eſt, quia per
huiuſmodi concubitum,minimè hęc
cognatio contrahitur.

Tertiò, nec qui poſtquam propriū
18 filium in neceſſitate baptizauit,pro-
priam vxorem,de qua ipſum genuit,
Coniugali copula iniuit. *c. ad limina.*
30. *q.* 1. Secus ſi filius ſit ex fornica-
19 tione procreatus,tunc enim inter pa
trem & matrem concubinam ſpiri-
tualis cognatio contrahitur. *Nau. in
Man.c.22.num.40.Sanchez.lib.7. d.62.
num.11.*

Circa tertium; Praxis obſeruan-
da à Confeſſario circa confeſſionem
& abſolutionem pęnitentium Ince-
ſtum ſpiritualem committemtium,
hęc erit.

Circa confeſſionem; Primo Con-
feſſarius animaduertere debet,non
ſufficere pęnitentem dicere ſe quan-
dam fœminam cognouiſſe,ſed neceſ
20 ſario explicare debet ſe in cogna-
tione ſpirituali coiſſe. In Inceſtibus
enim cognationis ſpiritualis exprimi
debet circūſtantia gradus. *Azor. vbi
ſup.q.8.in fin* debet ergo dicere,Confi
teor quod violaui quandam puellā,
vel turpiter me immiſcui cum quadā
fęmina, quam ego ipſe de ſacro fon-
te leuaui,vel in confirmatione ſuſce-
pi. Vel cū eius matre, cōcubui,cuius
filiam in baptiſmo vel cōfirmatione
ſuſcepi, vel ego ipſe baptizaui, vel
confirmaui.

Secundo,animaduertat etiā Con-
feſſarius,quod ſi in explicando huiuſ
modi peccatum, complicis cum qua
deliquit,infamiæ periculū ſubſit,tūc
21 in Confeſſione illam manifeſtare nō
tenetur.v.g. quia perſona quam quis
baptizauit,vel in baptiſmo,aut con-
firmatione ſuſcepit; ſeu eius mater
cum qua ſe fędauit nota eſt Confeſ-
ſario, nec aliud ſuppetit remedium
confitendi alteri, qui eā non cogno-
ſcat, tunc ſi non poſſit cognationis
ſpiritualis circunſtantia & peccatum
exprimere abſque prædictę mulieris
infamia,poteſt,immo debet talē cir-
cunſtantiam tacere,& eam non infa-
mare,cum propoſito firmo alteri Cō
feſſario qui illam nō nouerit, poſtea
quamprimum confiteri. *Nau.in Man.
c.7 num.3.& in c.conſideret.num.95.de
pęnit.diſt.5.Hora.Gambar.de caſib.reſer.
caſ.4.nu.19.fol.198 Graff.p.1.lib.1 dec.
aur.c.20.num.... Viuald.de Confeſſione.
nu.49.Henriq.lib.2.de pęnit.c.8.num.1.
Petr.de Arragon.2.2.q.73.art.2.*

Tertiò diligēter perſcrutetur, An
perſona, v. g. puella, vel quæuis alia
fœmina, quam de ſacro fonte leua-
uit,vel in confirmatione tenuit,cum
22 qua poſtea rem habuit, erat Reli-
gioſa Profeſſa; quia ſi Religioſa po-
ſtea effecta, eam in loco ſacro conta-
minauit,ſacrilegium commiſit, & ſi
intra ſepta monaſterij delictum pa-
trauit, etiam excōmunicatione Sum
mo Pontifici reſeruata innodatur, vt
patet ex Conſtitut.Greg.XIII. quod
in Sacramentali Confeſſione neceſ-
ſario explicandum erit.

Quartò, interroget quoties hoc
ſcelus perpetrauit; pęnitens enim te
netur explicare numerum veriſimi-
23 lem ſuorum peccatorum, vt ait *Na-
uar.in Man c 6.num.15.& in c.conſide-
ret.nu.42.de pęnit.diſt.5.* eo modo quo
dixi ſupra in explicatione quinti ca-
ſus reſeruati in Tabella Firmana,*nu.
41.& ſeq.*

Quo ad Abſolutionem; Primò
Confeſſarius inquirat, An pęnitens
in aliquam excōicationem inciderit,
nam ſi puellam quam baptizauit,
24 vel in baptiſmo, vel confirmatione
tenuit,

Digitized by Google

tenuit, intra Monaſterij ſepta, Religioſam effectam, vitiauit, cũ ex Cõſt. Greg. XIII. anno Domini 1575. Idibus Iulij, inciderit in excõmunicationem Papalem, ideo ad Summum Pontificem, vel eius habẽtem auctoritatem, pro abſolutione mittendus eſt. An autem Epiſcopus abſoluere poſſit, ſi caſus eſt occultus, vt ferè ſẽper eſſe ſolet, vide ſupra in 1 *p q.2.n.* 80.*fol.30. Verſ. Poſtremo. & in 2. q. 1. nu.129. fol.68.*

Secundò, interroget, An ex huiuſmodi Inceſtu Cognationis ſpiritualis proles natæ ſint, quia parentes,
25 quamuis illegitimæ ſint, alere tenentur. *c. cum haberet. de eo qui dux. in matr. quam poll. per adult. Sylu. Verb. Alimenta. num.* 2. Ac etiam reſarcire tenẽtur omne damnum, quod Xenodochio, apud quod prædicti filij ſpurij expoſiti fuerint, illatum eſt. *Caietan. Verb. Adulterium. Azor. p.2. Inſt. moral. lib. 2. c.5. q.7. Clau. Reg. lib* 8 *c.4 nu.*2. Et ſi (quod Deus auertat) ne detegetur peccatum, ad euitandam infamiam, vel ob aliam quamcunque cauſam, quouis modo procurauerint abortũ, dic vt infra in declaratione ſeptimi caſus reſeruati in Tabella Maceratenſi *nu.*77.

Tertiò, An proximæ delinquendi occaſiones ſublatæ ſint; etenim munus boni Confeſſarij eſt, omnino re-
26 labendi occaſiones proſcindere, & acceſſum ad filiarum ſpiritualium, ac Commatrum, domũ, quatenus ſine ſcãdalo fieri poteſt, interdicere, cum non ſatis ſit hirũdines expellere, niſi nidus penitus deſtruatur; nec ramos excindere niſi radices euellãtur. *arg. c. vlt diſt.* 81. Quãdoquidẽ raro inter quos extitit illicitæ cõcupiſcẽtię familiaritas, diſſolui, & extricari adeo põt, vt nõ remaneãt quædã effrenatę libidinis ſcintillę, quę mutuò aſpectu facilè reuiuiſcãt. *Ludou. Beia. p.1. reſp. caſuum conſcien caſ.* 14. Quamuis enim
27 rigidus nõ debeat eſſe Cõfeſſor; vbi Dñs tã pius & largus eſt, ſit tñ fidelis & prudens, ne fortè occaſiones nõ auferendo, Animas perdat. Pęnitentes aũt bene diſpoſitos, & occaſiones oẽs tollentes, impoſita eis ſalutari pęnitentia, ẽt præſeruatiua ſi opus ſit, non ſolum ſemel, bis, vel ſepties, ſed etiam ſeptuagies ſepties, abſoluat. *Lopez. p.1. Inſtruct. conſc. c.21.*

Quartò, Cõfeſſarius præcipuè animaduertat, An puella, vel quęuis alia perſona, q̃ Sacerdos Baptizauit, vel
28 in Baptiſmo aut Cõfirmatione ſuſcepit, & poſtea cognouit, num ante ꝑpetrationẽ delicti in actu Confeſſionis, vel ante, vel poſt immediatè ad actus inhoneſtos, qũocunq; ſollicitauerit, ẽt effectu non ſecuto, ſed tm̃ facta ſit aliqua inhoneſta collocutio; etenim huiuſmodi mulieres, ſicut & omnes aliæ perſonæ tam mares, quã fœminæ, ſeculares & religioſæ, cuiuſcunq; generis, ſtatus, & conditionis, ſi in actu vel prope actum Confeſſionis ad actus inhoneſtos fuerint ſollicitatæ, non poſſunt abſolui à Cõfeſſarijs quantumcunque priuilegiatis, donec Dominis Inquiſitoribus hoc delictũ patefaciant, vt tradit. *Rodriq.*
29 *Quæſt Regul. tom.2. q.27. ar.1. & 3.* Et expreſſe cauetur Cõſt. Pij IV. incip. *Venerabili Fratri.* Sed clarius Conſtit. Greg. XV. incip. *Vniuerſi Dominici gregis.* & patet ex Decreto Sacræ Congregationis, incip. *Quæſitum fuit*; edito de mandato Sanctiſſimi D.N. Vrbani Papę VIII. de hoc vide ſupra in Tabella Anconitana in declaratione quarti caſus reſeruati, num.223.

Quintò, & vltimo conetur inducere pęnitentem ad perfectã contritionem ſuorum peccatorũ, oſtendendo ei grauitatem huius criminis; ſi enim
30 graue peccatum eſt cognoſcere filiã carnalem, profectò quam grauè erit cognoſcere filiam ſpiritualem, cum Cognatio ſpiritualis proueniat ex venerabiliori parte, quam carnalis, vt notat *Graff. in Prax. lib. 2. c. 12. nu.*25.

Digitized by Google

Vnde qui Commatrem ſuam, aut filiam ſpirituale carnaliter cognouit, committit grauiſſimum ſacrilegium. *c. ſi quis Sacerdos.* 30. *q.* 1. Et dicitur filia ſpiritualis non ſolum illa, quę Sacerdoti peccata Confitetur, ſed etiã illa, quæ ab ipſo baptizata fuit. *c. ad limina,* 30. *q.* 1. *§. filia.* Quapropter qui hoc ſcelus cũ dicta filia ſua ſpirituali perpetratur, non ſolum dignitatis honorem amittere debet, ſed etiam vſque ad exitum vitæ ſuæ iugi pęnitentia ſe ſubdere debet, *ca. omnes ead. cauſa, &c.* Imò Sacerdos qui ad actũ turpitudinis deuenerit, ab omni officio deponendus eſt, & peregrinando per annos viginti penitere debet. *d. c. ſi quis Sacerdos.* 30. *q.* 1. qui textus loquitur de filia ſpirituali ſimpliciter, quam tenuit Sacerdos in Sacramento Baptiſmi, aut Cõfirmationis, iuta *text. in c.* 1 *§. ex datione. de Cognat. ſpirituali, in* 6. quæ quidem Iura videntur intelligi de pęnitentia interiori, quia in foro exteriori Clericus conuictus per teſtes, vel per confeſſionem de hoc delicto, eſſet deponendus vt
32 dictum eſt. Et cum hoc ſit grauiſſimum peccatum, ideo Inquiſitor hæreticæ prauitatis, contra tales nefarios Sacerdotes, qui in Sacris Cõfeſſionibus pęnitentes tã mulieres, quã mares ad libidinem prouocant, cum malè de Sanctiſſimo Pęnitentiæ Sacramento ſentire videantur, eo abutentes, vti de hæreſi ſuſpectos, iure optimo procedere poteſt, vt tradit *Franciſcus Pegna in Comment. ſuper Direct. Inquiſit. p* 2. *q.* 56. & patet ex Decreto Sacrę Congregationis tenoris ſequentis.

Feria quinta die decima Iulij 1614. In generali Congregatione Sanctæ Roman. & vniuerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis, coram Sãctiſſimo D. N. D. Paulo Diuina prouidentia Papa Quinto, ac Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis D. D. Petro Tit. Sanctæ Mariæ in Tranſtyberim, Aldobrandino, Roberto Tit. Sanctæ Mariæ in via, Bellarmino; Ferdinando Taberna, Tit. Sancti Euſtachij; & Ioanne Garſia S. S. Quatuor Coronatorum Mellino nuncupatis, Pręsbyteris S. Romanæ Eccleſię Cardinalibus, aduerſus hęreticam prauitatem in tota Republica Chriſtiana Generalibus Inquiſitoribus, à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis. Facta relatione, quod multi Confeſſarij tractant cum mulieribus in Cõfeſſionali extra occaſionem Confeſſionis de rebus inhoneſtis, Sanctiſſimus decreuit, vt contra huiuſmodi Cõfeſſarios procedatur in Sancto officio. *ita Coriolanus, tract de Caſibus reſeru. p.* 1. *ſect.* 2. *art.* 22. *nu.* 4. Et ità in Sacris Inquiſitorũ tribunalibus obſeruari teſtatur *Ignatius Lopez. in Addit. ad Diaz. in Prax. criminal. c.* 84. Vide Conſtitut. Gregor. XV. relatam ſupra, in qua ſtatuitur grauiſſimis pęnis affici debere tales Sacrilegi Sacerdotes, qui Sacramentum quod ex inſtitutione diuina eſt medela ſpiritualis, venenũ ad perpetuam mortem efficere contendunt. *Lopez. loc ſupracit. cap.* 32. *ita Graff. in Prax. loc. cit. nu.* 22. *& ſeq. & conſ.* 1. *nu.* 29. *de Cognat. ſpiritual. & p.* 1. *lib.* 2 *dec. aur. c.* 48. *nu.* 16.

Et quia pęnitentes ad actus inho-
33 neſtos alliciendo & prouocãdo, grauiori peccatorum mole eos onerant, & in manibus diaboli tradunt, in diuinæ Maieſtatis offenſam, & Animarum perniciem, ac Chriſti fideliũ ſcandalum non modicum, dum non verentur pro medicina, Venenum, pro pane, Aſpidem porrigere; & ex cęleſtibus Medicis, Infernales Venefici, ex Patribus ſpiritualibus, proditores execrabiles Animarum efficiãtur, idcirco tales ſacrilegi Confeſſo-
34 res necdum ab Ordinarijs locorum, ſi delictũ eſt publicum, ſed etiã à ſuis Superioribus, ſi factum eſt ſecretum, ſtatim ab audiẽtia Cõfeſſionis abſq;

Digitized by Google

vlla remiſſione, omnino priuãdi ſũt, vt in eo, in quo deliquerunt, puniantur. *c. immunitatem. de Immunit. Eccleſ.* Et tales Cõfeſſores ſic ſuſpenſi à ſuo Prælato (non verbo, ſed in ſcriptis) vllo modo poterunt Cõfeſſiones ſęcularium audire; quia excõmunicati, & ſuſpenſi, à iure prohibẽtur, ne actu iuriſdictionem habeant. *Adrian. q. 5. de Confeſſione. dub. 1. Angles in Florib q. de Confeſſione. In art. de miniſtr. Sacram. Confeſſ. Graff. p. 1. lib. 1. dec. aur. c. 13. nu. 88. in fin.* licet quidã immemores propriè ſalutis, contrarium faciant, ſed veh illis qui talia agunt: quia efficiũtur Irregulares (cum ſuſpenſus à participatione actiua Sacramentorũ puta baptizandi, Cõfeſſiones audiẽdi, celebrandi, & huiuſmodi contraueniendo incidit in irregularitatem vt not. *ſum. Coron. p. 3. c. 9. de ſuſpenſione. mihi nu. 4. verſ. ſi anco.*) & mortali culpa ſe illaqueant: vide ſupra in Tabella Aſculana, *num. 69. & 71.* & hæc pro &c. ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſexti & vltimi caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Recanatenſis, qui talis eſt.

Peccatum nefandum cum vtroque ſexu frequenter perpetratum.

PRo declaratione huius vltimi caſus reſeruati, præter ea quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac fœda materia pertractantes tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt peccatum nefandum.*
2 *Quando nefandum peccatum perpetrãtes incidunt in hunc caſum reſeruatũ, & quando non incidunt.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt à Confeſſario circa Confeſſionem & abſolutionem pęnitentium, peccatum nefandum perpetrantium.*

CIrca primum; Peccatum nefandum idem eſt quod Sodomia, dicitur autem nefandum, eo quod ipſum
35 nominare nefas ac turpiſſimum ſit, os dicentis offendat, & aures audientis polluat. *cap. in eo. 32. q. 4.* Peccatum nefandum ergo eſt coitus, ſeu concubitus maſculi cum maſculo, vel fœminæ cum fœmina in vaſe indebito perpetratus. vt patet ſupra in declaratione quarti caſus reſeruati in Tabella Anconitana *num. 181.* Licet hic intelligatur etiam concubitus cum vtroque ſexu, id eſt tam maſculi cum maſculo, & fœminæ cum fęmina, quam maſculi cum fęmina, & fœminæ cum maſculo; perpetratus; hoc enim ſignificat propriè; hęc verba, *cum vtroque ſexu.*

Ad hoc autem vt huiuſmodi peccatum nefandum ſit caſus reſeruatus, requiritur neceſſario quod ſit
36 frequenter perpetratum. Vnde notandum, quod licet frequentatio ſecundum aliquos inducatur per binum actum, vt ait *gloſ. in cap. Monaſteria. de vit. & honeſt. Clericor. iuxta tex. in cap. tuas nos. 25. quæſt. 2. vbi gloſa in Verbo, Vſum,* dicit quod duæ vices in criminalibus inducunt conſuetudinem. & *gloſ. in l. fin. Verb. frequentia. de defenſ. ciuit.* dicit, quod frequenter fieri dicitur, quod fit bis, vt notat *Graff. conſil. 2. num. 11. de Adult.* nihilominus cum frequenter id dicatur, quod aſſiduè fit. *ff. de inoffic. teſta. l nam & his. de minor. l. & ſine, & multoties. in §. ſanè. in prohemio decretal. & ſæpius 18 quæſt. 2. cap. non ſemel.* Hinc crederem, ſaluo meliori iudicio, non poſſe dici frequentationem, niſi ſaltẽ ter huiuſmodi peccatum nefandum quis perpetraret. *argum. Graff. in Trax. libro 2. capit. 5. numero 20.* vbi dicit, quod frequentare monaſterium monialium dicitur qui illud ter viſitat; & fauet *Nauar. Cõment. 4 de Regul. nu. 61.* dicens, Iudicarem, eum eſſe fre-

quentem allocutum Monialem; qui ter tribus continuis diebus alloqueretur *Rodriq to.1.q Reg.q 45.artic.2.* ad introducendam enim frequentiã vnus actus non ſufficit, ſed ternarius actus requiritur, vt *de elect.c.venerabilem.in fin.gloſ.in cap.mos.diſt.1. argum. Graff d.Conſil 2.num.12 de Adult. & de Arbitr. Confeſſarior. libro 1. capit.27. num.4.*

Circa ſecũdum, ex hactenus dictis euidenter concluditur, quis nam incidunt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

Primò enim incidunt, omnes Maſculi, cuiuſcunque gradus, ſtatus, & conditionis, ac etiam Sacerdotes, &
39 quicunque alij Clerici ſeculares, peccatum nefandum, frequenter ideſt ter, vel vltra, cum alijs Maſculis, perpetrantes; modo actus ſit conſummatus, ideſt in vaſe non naturali facta ſit ſeminatio, & Mares præfati excedãt annos Pubertatis, nempe quartumdecimum annũ, etiam ſi huiuſmodi nefandum ſcelus cum Pueris Infidelibus patrarint.

Secundò, & omnes prædicti, quaſcunque fęminas, etiam Vxores ſuas, imò etiam infideles, præpoſtera libi-
40 ne, ideſt contra naturam, ter, vel vltra, turpiter cognoſcentes; dummodo actus ſit completus, & conſummatus, & poſt annos Pubertatis, hoc eſt, poſt quartumdecimum annum, vt ſupradictum eſt; Reſeruatio enim dicit, peccatum nefandum cum vtroq; ſexu frequenter perpetratum.

41 Tertiò, & omnes Mulieres fideles, non ſolum cum alijs fœminis fidelibus, ſed etiam infidelib. nefario coitu ſe fœdantes, cum talis concubitus verè ſodomia ſit; modo, vt ſupra dictum eſt, actus ſit conſummatus, & hoc agãt poſt Pubertatem, videlicet poſt ætatem duodecim annorum, & frequenter, ideſt ter, vel vltra, hoc flagitium perpetrauerint. Patet ex ſupradicta diffinitione ſodomiæ; & ex littera huius reſeruationis; ibi, *cũ utroque ſexu*: i. peccatũ nefandũ, nẽpe coitus, ſeu concubitus, Maſculi cũ Maſculis, & Maſculi cum fœminis, & fęminæ cum fœminis, & fœminæ cum
42 Maſculis, perpetratus, ex quo infertur, includi ſub hac reſeruatione etiã fęminæ patientes, ideſt ſe a Viris cognoſci turpiter contra naturam permittentes, vt dixi in ſupradicto caſu quarto in Tabella Anconitana. *num.190.*

Non incidunt autem; Primò Pueri & Puellæ nondum vſum rationis habentes; nec etiam ante annos Puber-
43 tatis crimen hoc nefandũ ẽt frequẽter perpetrantes; licet vſum rationis habentes, lethaliter delinquant, etiã ſi conſtaret ante Pubertatem in vaſe præpoſtero actum conſummaſſe. Caſus enim reſeruatio ſit de his, quæ ꝓcedunt regulariter, & nõ de his, quæ rarò accidunt, de quibus non eſt curandum *leg.nam ad ea ff.de legib Zabarell in c.1.de delict. Puero.* & ratio eſt, quia peccata, quæ membris genitalibus admittuntur, non attribuuntur Maribus, niſi ab annis 14. & fœminis 12. *d.c.1.de delict.Puer.* ideſt poſt illos completos. *Graff.in Prax.lib.1.c 11 n. 30.& conſil. 3.num 15.de Adult.* Vbi
44 poſt multa, concludit dicendo, Pueros ſuccubos ante annos Pubertatis non includi ſub reſeruatione, poſt vero ſic.

45 Secundò, nec, hoc ſcelus, non frequenter, ſed tantum aliquoties, nempe ſemel, vel bis, perpetrantes. Vnde *Ioan Bapt. Corrad.in tract.de ſuſpenſ. fol. 513.* Sodomiam exercentes inquit nõ incidunt in caſum, qui ſemel, vel aliquoties tale vitium commiſſit, & pœnitet ſe commiſiſſe; modo tres actus non excedat.

Tertiò, nec prędictum opus nefandum cum quibuſuis Perſonis, Maribus, vel fœminis, cuiuſcunque gene-
46 ris, ſtatus, & conditionis, ſolum inchoantes, minimè tamen illud com-

plerè

pletè intra illud turpiſſimum vas, pficientes; & ſi mortaliter peccent; ratio quia vt dixi ſupra in prima *p.q.1. num.46.* reſeruatio caſuum intelligitur ſolum de actibus completis, perfectis, & cõſumatis; dũmodo tamen, quis opus non peragat vſq; ad conſummationem, apponẽdo videlicet mẽbrum genitale in ipſas partes pudendas contra naturã, ſed præuidens fraudulenter in actu effundendi ſemen, extra vas peragat, ſemen effundendo; etenim licet ſemen intus non emittat, quando erat effundendum, ſed in fine extra effudit, cum propriè dicatur ſodomita, dubio procul comprehenditur ſub caſu reſeruato. *Iul. Clar. in § Sodomia. Graff in Prax. lib. 1 c. 11. n. 25. & conſi. 3. n. 23. de Adul.* vt dixi etiam ſupra in 4. caſu Tabellæ Anconitanæ *nu.* 184. modo ter huiuſmodi flagitium committat.

47 Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem pœnitentium peccatũ nefandum cum vtroque ſexu perpetrantium, ea eſſe poterit, quę tradidi ſupra ĩ declaratione quarti caſus reſeruati in dicta Tabella Anconitana Et hæc pro huius vltimi caſus reſeruati, ac ſimul totius iſtius Tabellæ Recanatenſis declaratione, dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

QVÆSTIO VIII.

De Caſibus Reſeruatis Epiſcopo Maceratenſi.

Circa hanc octauam Quæſtionem quæritur, quot, & quales ſunt caſus reſeruati Epiſcopo Maceratenſi, ad quod breuiter reſpondeo dicendo. Caſus, quorum Abſolutionem nunc in ſua Diœceſi ſibi reſeruat Ordinarius Maceratenſis, ſunt hi, qui in præſenti Tabella continentur.

Tabella Maceratenſis.

1 *Excommunicatio contra alienantes bona Eccleſiæ, vel piorum locorum abſq. aſſenſu Apoſtolico, & alijs ſolemnitatis; Contra aliquam, ſeu aliquem ad minus liberè Matrimonium contrahendum; ſeu Mulieres ad Regularem Habitum ſuſcipiendum cogentes, vel illas, ne velũ ſuſcipiant, aut Profeſſionẽ emittant, impedientes, inflict.*

2 *Blaſphemia in omnipotentem Deum, vel Beatiſſimam Virginem.*

3 *Sortilegia, Veneficia, Incantationes, & id genus alia.*

4 *Votorum commutatio.*

5 *Percuſſio in Patrem, vel Matrem.*

6 *Homicidium voluntarium, & ad illud auxilium, conſilium, mandatum, vel conſenſum dantes.*

7 *Procuratio Abortus poſtquam fœtus fuerit Animatus, conſilium, auxilium, mandatum, & conſenſum ad illum dantes.*

8 *Si quis Infantes ante completum annum in eodem lecto detinuerit.*

9 *Si quis inhoneſtos actus, ſeu inhoneſta verba cum Monialibus habuerit, aut inhoneſta continentes ad ipſas litteras, vel liberos miſerit, ſeu dederit.*

10 *Nephandum ſcelus cum Maſculis, Mulieribus, & Brutis.*

11 *Inceſtus vſque ad ſecundum incluſiuè Conſanguinitatis, vel Affinitatis gradum, & cum ſpirituali Cognatione coniunctis.*

Raptus

Digitized by Google

12 *Raptus Mulierum.*

13 *Stuprum.*

14 *Concubinatus vltra quatuor menſes.*

15 *Incendium, ſiue Arborum in Eccleſiæ, vel piorum locorum ſolo exiſtentiũ. inciſio.*

16 *Si quis Infantes expoſuerit, cum habeat vnde illos alat, vſque dum damnum paſſo ſatisfactum fuerit.*

17 *Scripturarum falſificatio, & ſuppreſſio in aliorum præiudicium, & falſa in Iudicio depoſitio.*

Declaratio huius Tabellæ.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio primi caſus reſeruati huius Tabellæ Maceratenſis, qui talis eſt.

Excommunicatio contra alienantes bona Eccleſiæ, vel piorum locorum abſque aſſenſu Apoſtolico, & alijs ſolemnitatibus; Contra aliquam, ſeu aliquem ad minus liberè Matrimonium contrahendum; ſeu Mulieres ad Regularem Habitum ſuſcipiẽdum, cogentes, vel illas, ne Velum ſuſcipiãt, aut Profeſſionẽ emittant, impediẽtes, inflicta.

PRo declaratione huius primi caſus reſeruati, præter ea, quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt excommunicatio contra bona Eccleſiæ, vel piorum locorum abſq; aſsẽſu Apoſtolico, & alijs ſolemnitatibus, alienantes; ac cõtra aliquem, ſeu aliquã ad minus liberè Matrimonium contrahendum, ſeu Mulieres ad Regularẽ Habitum ſuſcipiendum cogentes, vel alias ne Velum ſuſcipiant, aut Profeſſionem emittant, impedientes.*

2 *Quãdo bona Eccleſiæ, vel piorum locorum abſq; aſſenſu Apoſtolico, & alijs ſolemnitatibus, alienantes, & ad non liberè Matrimonium contrahendũ; ſeu Mulieres ad Regularem Habitum ſuſcipiẽdum, cogẽtes; vel ne Velum ſuſcipiant, aut Profeſſionem emittant, impediẽtes, incidunt in hanc excommunicationem, ſeu caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario, circa Confeſſionem et Abſolutionem pęnitentium in huiuſmodi excommunicationes incurrentium.*

CIrca primum; antequã quid prædicta excommunicatio ſit, dicamus, primum quid alienatio bonorum Eccleſiæ, vel piorum locorum, ſit, operepretiũ eſt, vt videamus. Eſt ergo notandum quod alie-
1 natio *in c. nulli liceat. ſecundum gloſſam. de reb. Eccleſ. non alienand.* eſt duplex, propria, & largiſſimè ſumpta, alienatio propriè, & ſtrictè eſt actus ꝑ quẽ transfertur dominium. *C. de fun do l. 1. ff. de verb. ſignif. l. alienationis.* Alienatio vero largiſſimè, & communiter ſumpta, eſt datio, ſeu quando aliquid datur in emphyteuſim, & locatur ad longum tempus; & ita accipitur in hac materia alienationis rerũ Eccleſiaſticarum; capitur inquam largiſſime, vt comprehendat non tantũ venditionem, ſed permutationem, locationem, donationem, ac perpetuum contractum, & omnem conuentionem, per quam dominium transfertur. ita *d. c. nulli liceat. Io. Bapt. Corrad. p. 2. reſp. caſ conſc. q. 25. Graff. conſi. vnico num. 1. de reb. Eccl. non alienand. Rodriq. Quæſt. Regul. tom. 1. q. 27. art. 1. Angel. Silu. Armill. Tabien & alij Summiſtæ in Verbo. Alienatio Lancelot. lib 2 inſt iur. Canon de reb Eccl. alien. vel non. tit. 27. §. Alienationis autem verbum.* Vnde
2 Alienatio bonorũ Eccleſiæ, vel piorum locorum, nil aliud eſt, niſi actus per

per quem transfertur dominium rerum Eccleſiaſticarum, & aliorũ piorum locorum, continens conductionem ad longum tempus, Vẽditionẽ, donationem, permutationem, & emphyteuticum perpetuum contractũ; *argum. eorum quæ, locis citatis, tradunt*
3 *ſupradicti Auctores*. Excommunicatio ergo inflicta contra alienantes bona Eccleſię, vel piorum locorũ, abſq; aſſenſu Apoſtolico, & alijs ſolẽnitatibus, necnon contra ad minus liberè Matrimonium contrahendũ; ſeu Mulieres ad Regularem habitum ſuſcipiendum cogentes; Vel ne alias Velum ſuſcipiant, aut profeſſionem emittant, impedientes, eſt Cenſura Eccleſiaſtica, a Iudice Eccleſiaſtico prolata, priuãs ſupradictas perſonas, bona Eccleſię, vel piorum locorum ſine aſſenſu Apoſtolico, & alijs ſolẽnitatibus, alienantes; vel ad minus liberè Matrimonium contrahendum, ſeu Mulieres ad Regularem habitũ ſuſcipiendum, cogentes, vel alias ne Velum ſuſcipiant, aut profeſſionem emittant, impedientes, actiuè & paſſiuè a participatione Sacramentorũ, a fidelium communione, & ab Eccleſiæ ſuffragijs, & orationibus. *argum. eorum quæ dicam infra* in explicatione vndecimi caſus reſeruati in Tabella Camerinen.

Sed qa hæc materia de Alienatione rerum Eccleſiaſticarum, aliorũve piorũ locorum, eſt nimis lõga, & obſcura, & prolixum eſſet legentibus, mihique valde oneroſum de ea exacuſſim pertractare, ideo, vt dilucidius intelligi poſſit, viſis omnib. penè ſcriptoribus, cõſideratisq. eorũ dictis, ac perbellè perpenſis, ſequentia animaduertenda, vti ſcitu magis neceſſaria, hic apponere cenſui.

4 Primum, Ad validitatem alienationis rei Eccleſiaſticæ, duo copulatiuè requiruntur, cauſa iuſta in caſu licito, & Forma, ideſt ſolemnitas legitima. *c. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. Clement. 1. eod. titul. c. ſine exceptione. 12. q. 2. glo in ſumma. 12. q. 2.* Cauſa iuſta quadruplex eſſe poteſt. Prima vrgẽs neceſſitas; vt ſi Eccleſia habeat debita vrgentia, & non ſufficerent fructus Eccleſię ad ſoluendum, nam tunc poteſt res Eccleſiæ alienari pro ſoluendis debitis, vt habetur in *Authen. hoc ius porrectum. C. de Sacroſan Eccle Abb. in c. nulli. de reb. Eccleſ. non alien.* Secunda eſt euidens Eccleſiæ vtilitas; vt. ſ. Eccleſia rem meliorem habeat; nam poteſt alienari res Eccleſiæ, vt emat̃ alia melior, & ſic fiat vtilior cõditio Eccleſiæ. Idem dicendum in Permutatione. *gl. vbi ſupra.* Tertia eſt pro redemptione captiuorũ, vel alimonia Pauperum. *c ſacrorum. c. aurum. 12. q. 2. l. ſancimus. C. de Sacroſan. Eccle.* Quarta eſt incommoditas, vt quia eſt aliqua res Eccleſiæ, quæ eſt ſterilis, vel vilis, quæ magis eſt damnoſa, quam vtilis Eccleſiæ, & magis affert incõmoditatem, vt quia nullus, vel modicus percipitur fructus: nam tunc põt alienari; exemplum, quando plus expenderetur in cultura, quam redderet de fructibus. *text. eſt in d. c. ſine exceptione. & c. terrulas. 12. q. 2. gloſ. in d. ſumma. 12. q. 2. ita Graff. par. 1. lib. 2. dec. aur. c. 100. num. 14. Io. Bapt. Corrad. p 2. q. 25. Steph. Quarant in Bull. Verb. Alienatio rer. Eccl num. 2. & ſeq. Silu. Ange. Armil. Tabien. in Verb. Alienatio. Rodri. Quaeſt. Regul tom. 1. q. 27. art. 2. Nau. in*
5 *Comment. de reb. Eccle. non alien. num. 3.* Et iſtæ cauſæ dicuntur caſus a iure permiſſi, ad quas reducuntur omnes, qui in iure reperiuntur expreſſi. *d. glo. in ſum. 12 q. 2. & in c. 2. in Verb caſibus. de reb. Eccl. non alien. in 6. Nau. vbi ſupra num. 3. Quaranta loc. citat. num. 3.*

6 Solemnitas legitima continet quatuor de iure antiquo, vt Auctoritas Prælati; Tractatus; Conſenſus capituli, & ſubſcriptio ſingulorum, ſaltẽ per Notarium, de quibus per Abb. in *c. 1 & c. tua. de his quæ fiunt a Præla. Sil. Ange & alij Summiſtæ verb. Alien. Io. Bapt.*

Bapt. Corra. loc. citat. Hodie vero regulariter prohibetur omnis modus alienandi etiam in caſu licito, & ſeruatis ſolemnitatibus prædictis, inconſulto Romano Pontifice, per extrauagan. Pauli Secundi. incip. *Ambitioſæ. de reb Eccl. non alien.* in qua prohibet omnem alienationem bonorum Eccleſiaſticorum, omneq. pactum, vel contractum de eiſdem bonis contra formam ipſius Conſtitutionis factum, & ſententiam excommunicationis profert tam in eum, qui huiuſmodi bona alienat, quam in eum, qui recipit; Et tres tantum caſus concedit a-
7 lienandi inconſulto Romano Pontifice. Primus eſt Locationis, & Conductionis infra triennium. Secundus eſt Emphiteuſis habentis tres conditiones, ſcilicet, In caſibus a iure permiſſis, & de bonis ſolitis ab antiquo dari in emphiteuſim; & cum euidenti Eccleſiæ vtilitate. Tertius eſt alienationis fructuum, qui ſeruando ſeruari non poſſunt, ſecundum tutiorē ſenſum *Caietan. Verb. excommunicatio. c.75. Quarant. loc cita. num.4. & ſequen.* quem vide *a num.5. vſq.* 8. *& a num. 15. vſque* 48. vbi, circa ſupradicta, ſcilicet, quod in alienatione rei Eccleſiaſticæ requirantur copulatiuè, cauſa, & ſolēnitas, ponit viginti, & vnā notabiliſſimas ampliationes, & toti-
8 dem limitationes. Solemnitas ergo, quæ requiritur in alienatione rerum Eccleſiaſticarum, & aliorum piorū locorum, eſt; Primò tractare an expediat, vel non, fieri huiuſmodi alienationem; Secundò cōſenſus capituli, quod intellige de conſenſu expreſſo. Tertiò quod fiat pro vtilitate Eccleſię; Quartò cum auctoritate ſuperioris; Quintò cum ſubſcriptione ſingulorum, ſaltem per Notarium, vt conſuetudo declarat; & hoc in caſibus in iure expreſſis, ſcilicet in permutatione, venditione, & donatione, hæc.n. tria tantum ſubſcriptionē requirūt. Sextò, ſimul cum ſupradictis requiritur etiam Aſſenſus Apoſtolicus, vt per d. extrauag. *Ambitioſæ*; Vbi expreſsè prohibetur quęlibet alienatio bonorum Eccleſiarum, Monaſteriorum locorumque piorum quorumlibet fieri inconſulto Romano Pontifice.

9 Secundum; bona Eccleſiæ, & aliorum piorum locorum, quæ alienari non poſſunt ſine prędictis ſolemnitatibus, & aſſenſu Apoſtolico, ſunt bona immobilia, & etiam mobilia pręcioſa, quæ ſeruando ſeruari poſſunt; res enim immobilis, & mobilis præcioſa in hoc æquiparantur. Nomine vero bonorum mobilium præcioſorum, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, intelliguntur Vaſa aurea, Argentea, Veſtes præcioſæ, quæ longè ab interitu diſtant, & commodè ſeruari poſſunt; Gemmæ & his ſimilia; Grex ēt Ouium, aut Caprarum, de cuius fructib. emolumēta, ac Redditus percipere cōſueuit Monaſterium, aut Eccleſia, licet poſſit vendere Arietes, Agnos, Hircos, & Hædos, non tamē licet alienare totum gregem, niſi cōcurrentibus cauſis, & ſeruata forma. *Ludou. Molin. de Contract. diſput. 465. nu.* 4. Pecunia etiam cuius proprietas eſt
10 Eccleſiæ, quæ eſt deputata ac deſtinata ad emptionem bonorum ſtabilium, Cenſuum, vel mobiliū præcioſorum, conſiderando eam quo ad fructuoſam conſeruationem, non poteſt alienari ſine ſolemnitate, & cauſa, nā tūc connumeratur inter immobilia, ſeu mobilia præcioſa. *Alex. Iaſon. & Ripa in l. 1. §. quæſitum. ff. ad Trebell Tiraquel. de vtroque retract. glo. 7. nu.* 105. *Boer. deci. 209. Redo. in tract. de reb. Eccl. non alien. q. 16 Vide Angel. & Silu. Ver. alien.* licet pecunia regulariter ſit de rebus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt.
11 Si quæritur quid ſit illud, quod ſeruando ſeruari poteſt, dico quod dicitur omne illud, quod non corrumpitur triennio; ſeu quod non durat triēnio, vel vſu conſumitur, & non fructifi-

Digitized by Google

ctificat, quales ſunt Veſtes non pręcioſæ fructus,& aliæ res mobiles,vel ſe mouentes,& non fructificantes;& ſic quæ vſu conſumuntur, vt frumentum,vinum,& oleum,& huiuſmodi, non ſunt de his,quæ ſeruando ſeruari poſſunt, licet hoc aliquando fallat in pecunia,vt dictum eſt. *Angel.Silu. Verb. Alienatio.Nau.d Coment.de reb. Eccl.non alien.num* 4. Solum ergo id, quod habet fructum, & eſt in magna quantitate, & non conſummitur infra triennium, dicitur quod ſeruãdo ſeruari poteſt,& ſic alienari non poteſt.*Io.Bapt.Corra.loc.ſupracita.d.q.*25. bona ergo Eccleſiæ,vel aliorum piorum locorum, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, ſine cauſis, & ſolemnitatib.
12 & aſſenſu Apoſtolico,alienari non poſſunt. Loca pia autem dicuntur,q̃ ſunt fundata auctoritate Epiſcopi, ſiue ſit Eccleſia, Hoſpitale, Confraternitas, Oratorium, & huiuſmodi; alias non, eſto quod ibi exerceantur opera pietatis,& concernant pium vſum; Vnde iura loquẽtia de pijs locis non comprehendunt Hoſpitalia, Confraternitates, Collegia, & Congregationes abſque auctoritate Epiſcopi fundatas, & conſequenter eorum bona poſſunt alienari ſine ſolemnitate.*Quaranta loc ſupracita.num.*24. *vſque* 29.

Tertium; Cum ſupradicta extrauagans,*Ambitioſæ*.cui hodie ſtandũ eſt, in materia Alienationis Eccleſię,cõ-
13 tineat omnium rerum, & bonorum Eccleſiaſticorum alienationem, omneque pactum,per quod ipſorum dominium transfertur, Conceſſionem, Hypothecam,Locationem, & Conductionem vltra triennium, nec non infeudationem, vel contractum emphiteuticum, præter quam in caſib. a iure permiſſis; Ideo notandum circa locationem,& conductionem,q̃d per hanc extrauag. prohibetur locatio non ſolum ad longum tempus, ꝙ eſt ad decem annos, iuxta *gloſ.ſingularem in Clem.*1.*de reb. Eccleſ.non alien.* Sed etiam ad minus tẽpus vltra trienniũ:& intelligitur hæc extrauagans, de rebus Eccleſiæ,quæ quotannis coluntur, & ex eis fructus quolibet anno colliguntur,alioquin ſi res Eccleſiæ eius ſint cõditionis,vt ex eis quolibet triennio vnicus tantum fructus percipiatur, poterit in nouem annos locari,quia primum triennium æquiualet vnico anno,ita ſecundæ, & tertium,& ſi alternatim fructificant,poterunt per ſex annos locari.*Couarr.li.* 2.*Var.reſol c.*16.*num.*6.*Nau.Commen. de reb.Eccl.non alien num.*21. Qui am-
14 pliat etiam in Emphiteuta rei, quæ non fructificat niſi tertio quoque anno,vt non deuoluatur Eccleſiæ,ſi nõ ſoluerit per quinquennium,neq; per octo annos ſi nõ ſoluerit Laico,iuxta terminos.*c potuit.de locat. & l.*2. *C.de iur.emphit.*Idem *Couarr loc.citat.nu.*4. concludit nõ poſſe fieri locationem ad ſex,vel nouẽ annos cum hac clauſula,vt tot ſint locationes,quot triẽnia,& vt finito primo triennio, tunc facta ſit noua locatio,quia eſt in fraudem huius Conſtitutionis,ſed valida erit in tempore permiſſo primi triennij.*Molin.de inſt.& iur.diſpu.*467. erit tamen in totum nulla quando fuit facta ſimpliciter vltra triẽnium etiam quo ad caſum permiſſum, vt expreſsè in hac extrauag.dicitur.*Couar.loc. citat.nu.*5.*Redo q.*58.*Afflict.deciſ.*107.
15 *Molin.de contract diſputa* 466. & 467. Quo vero ad conductionem vltra triennium,vide *Quaranta.loc.citat.nu.* 18.a quo ſupradicta excerpſi.

Circa ſecũdum; ex hactenus dictis liquido patet, qui nam incidunt in ſententiam harum excommunicationum, & qui non incidunt.

Primò enim; Cenſuram huius primæ excommunicationis(cõtra Alienantes,& c.) incurrũt,qui quomodocunque bona quæcunq; immobilia,
16 vel mobilia prætioſa Eccleſiæ, vel piorum locorum, ſcilicet Monaſteriorum,

riorum, Xenodochiorum, Oratoriorum, Montiumpietatis, Confraternitatum, & huiuſmodi, per Venditionem, Permutationem, Cōductionē, donationem, infeduationem, impignorationem, Contractum Emphiteoticum, & quamcunque aliam cōuentionem, per quam, dominium p̄dictorum bonorum, transfertur, ſine ſolemnitatibus, & inconſulto Romano Pontifice, Alienant; eo modo quo ſupra explicatum eſt. Vide *Martin. Bonacinam to. 2. tracta de contractib. & reſtit. diſpu. 3. q. 8. punct. 4.* per totum, vbi latè hanc materiam alienationis rei Eccleſiaſticæ proſequitur.

Secundò, quo ad alias excommunicationes in hac reſeruatione contentas, incidunt qui quouis modo, directè, vel indirectè quoſcunque tam Viros, quam Mulieres cogunt, quo mi-
17 nus liberè Matrimonium cōtrahāt, vt habetur in *Conc. Trid. ſeſſ 24. c. 9. de reformat. Matrim. Nau. in Man. c. 27. nu. 180. Tolet. lib. 1 c. 42. nu. 8. Io. Bapt. Corr. p. 1 q. 148. in fi. & in Addi. Hora. Gamb. de caſib reſeruat. fol. 177. Sanchez. lib. 4. diſpu 22. num. 8. Cathalog. excomm. c. 7. excomm. 14. Franc. Suarez tom. 5. de Cenſur. diſp 23. ſect. 7. num. 6.* Vbi declarando Concilium ita expreſsè dicit, hæc excōmunicatio eſt, quo ad perſonas, vniuerſalis, nā licet d. Concil. in principio cap. loquatur de temporalibus dominis, & Magiſtratibus, tamē, cū fertur præceptum, & Cenſura, verba generaliſſima ſunt; Præcipit inquit Sancta Synodus omnibus, cuiuſcunque gradus, dignitatis, aut conditionis exiſtant, ſub Anathematis pœna, quam ipſo facto incurrant. Ergo cōprehendit omnes, & notādum, quod
18 ad incurrendam hanc excommunicationem, requiritur quod coactio ſit facta cum violētia, vel iniuria aliqua, nam coactio propriè non eſt niſi vbi interuenit violentia, aut iniuria aliqua, vt infra patebit.

Tertiò, & omnes tam Mares quā fœminæ cuiuſcunque qualitatis, & conditionis, & etiam Clerici ſeculares, & Regulares, cogentes quomo-
19 docunque aliquam Mulierem, Virginem, vel Viduam, aut quamcunque aliam inuitam, præterquam in caſib. in iure expreſſis ad ingrediendū Monaſterium, vel ſuſcipiendum habitū cuiuſcunque Religionis, vel ad emittendam Profeſſionem. *Conci. Trid ſeſſ. 25. c. 18. de Regul. Hora. Gamb. loc. citat. fol. 177. Nau. d. num. 150. Tolet num. 11. Io. Bapt. Corrad. loc. ſupra cit. d. q. 148. Ludou. Miranda tract. de Monialib. q. 8. art. 5. concl. 1. Suarez. vbi ſupra. nu. 8. Nau. in Man. c. 14. num. 17. Cathalog. excomm. c. 9. excomm. 60.* quod intellige verum dummodo ſit ſequutus effectus, nam licet tales cogant, & conſulant, effectu tamen non ſequto, non remanēt excommunicati, vt defendit *Nauar. conſi. 55. de ſent. excomm. Rodriq. Quæſt. Regul. tom. 3. q. 14. ar. 3. in fi. & Sāchez. lib 4. Decalog. cap. 4 num. 19.* Hinc in-
20 fertur, quod cogentes aliquam Mulierem ob bonum finem, timentes ne in aliquem errorem incideret, non cā ſuſcipiendi habitū, nec faciendi Profeſſionem, ſed vt in Monaſterio maneret, donec ad Matrimonij ætatem perueniret, incidunt in hanc excommunicationem; ratio quia ſic indirectè videntur cogere, vt cum tempus fuerit, accipiat habitū, & faciat Profeſſionē precibus, aut blandicijs Monialium, aut minis eorūdem, qui coegerunt illam intrare, aut verecūdia, aut timore maledicorum, vnde Cōcil. volens hāc viam indirectam præcludere, dicit, *ſi quomodocunque coegerint aliquam Virginem, vel Viduam, & c. Graff p. 1. lib 4 dec. aur. c. 24. nu. 7.* etiā ſi tales cogentes ſint Parentes Mulieris; Parentes enim qui dolis, aut minis, inuitas filias, niſi in caſibus a iure permiſſis, ad ingreſſum Monaſterij, vel ſuſceptionem habitus, vel profeſſionem faciendam, cogunt, ſequutus effectus ingreſſus Monaſterij, incidunt

Digitized by Google

dent in hanc excommunicationem. *Horat. Gambar. loc. citat. fol. 178. Clau. Reg. lib. 7. c. 7. num. 2. Mirand. d. tract. de*
22 *Monial. q. 8. art. 5.* Verum quoad Regulares cogentes, &c. licet incidant in excommunicationem prędictam, non tamen caſum hunc reſeruatum incurrunt, cum exempti, vt ſæpenumero dictum eſt, ab Ordinariorum iuriſdictione, præſertim circa caſum reſeruationem, omnino ſint immunes; vnde, cum huiuſmodi excōmunicatio, vt mox dicam, nemini ſit reſeruata, ideo a quolibet Confeſſario approbato, poterunt abſolui.

Quartò, & omnes ſupradicti, & q. cunque alijs, qui quamcunque fœminam, volentem Velum accipere, aut Votum emittere, quo quomodo ſine iuſta cauſa, impediunt. *Concil. Trident. vbi ſupra d. cap. 18. Suarez. loc. citat. nu. 10. Nauar. d. cap. 27. num. 150. Tolet. Horat. Gambar. Graff. Clau. Reg. Miranda. Cathalog. excommu. d. cap. 9. excommun. 61 & Rodriquez. locis ſupracitatis.*

23 Sed quia hæc Cenſura ligat etiam conſilium, auxilium, vel fauorem, ad ſupradicta efficienda, dantes; ideo libet verba Cōcilij adſcribere, ne Cōfeſſarij forte circa ſupradictas excommunicationes, hallucinentur, putantes hi quoque innodari, cum minimè ligentur, ſeu comprehendantur ſub littera reſeruationis huius Tabellæ, quæ tantum comprehendit, prædictas Mulieres cogentes, & impedientes, non autem conſilium, auxilium, vel fauorem dantes. Verba ergo Cōcilij ſunt iſta; Anathemati Sancta Synodus ſubijcit oēs, & ſingulas Perſonas cuiuſcunque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam Clericos, quam Laicos, ſeculares, vel Regulares, atque etiam qualibet dignitate fulgentes, ſi quomodocunque coegerint aliquam Virginem, vel Viduam, aut aliam quamcunque Mulierem inuitā, pręterquam in caſibus in iure expreſſis, ad ingrediendum Monaſterium, vel ad ſuſcipiendum habitum cuiuſcunque Religionis, vel ad emittendam Profeſſionem; quiq; conſilium, auxilium, vel fauorem dederint: quique ſcientes eam non ſpontè ingredi Monaſterium, aut habitum ſuſcipere, aut Profeſſionem emittere, quoquomodo eidem actui, vel pręſentiā, vel conſenſum, vel auctoritatem interpoſuerint. Simili quoque Anathemati ſubijcit eos, qui Sanctam Virginem, vel aliarum Mulierum voluntatem Veli accipiendi, vel Voti emittēdi quoquomodo ſine iuſta cauſa impedierint. Hæc Conciliū. Incidūt ergo in hunc caſum, ſolū hi qui cogunt mulieres ad ſuſcipiendum habitum cuiuſcunque Religionis, vel ad Profeſſionem emittendam, vel ne Velū ſuſcipiant, aut profeſſionem emittāt, impediunt, ſequuto effectu, vt ſupra explicatum eſt. *Bonacina tom. 1. tract. de cenſur. diſp. 2. q. 6. punct. 3. num. 2.*

Non incidunt autem, quoad primam excommunicationem; Primò Alienantes bona Eccleſiæ, vel piorū
24 locorum, per locationem, & conductionem, per minus ſpatium triū annorum, vt in ſuprad. extrauag. *Ambitioſæ*, iuxta dicta ſuperius *num. 13. Steph. Quaranta. loc. ſupracit. num. 38.*

Secundò, nec alienantes ea bona, quæ ſeruando ſeruari nō poſſunt, vt
25 *in d. extrauag. gloſ. in ſumma. 12 q. 2.* & ſunt quæ vltra triennium, vt dixi durare non poſſunt abſque notabili deterioratione. Idem dicendum eſt de re mobili minus præcioſa. *Rebuff. in Compend. alien. rer. Eccl. num. 24. Redoa. q. 51 c. 1. num. 4. Quarant. loc. cit. n. 38.*

Tertiò, nec alienātes res Eccleſiæ paruas immobiles, res enim parua immobilis poteſt alienari cum con-
26 ſenſu Epiſcopi abſque ſolemnitatibus *c. terrulas. 12 q. 2.* & tunc tria copulatiuè requiruntur, vt res ſit exigua, & modica (quæ autem dicatur res exigua, & modica vltra *glo. in d. c. terrulas. & Redoa. quæſ. 10.* eſt arbitrio boni

boni viri inſpecta conditione Eccleſiæ, ſi eſt tenuis, vel multũ abundans, attenta qualitate temporum locorũ, & rerum) quod non ſit Eccleſię utilis; & neceſſitas. *Rebuff. in d. compen. n.* 122. *Redoa. q* 13. *nu.* 19. *& q* 51 *c.* 8. *&* 20. *num.* 6. Res igitur ſterilis, ſeu inuti
27 lis, prædictis non concurrentib. non poteſt alienari abſque ſolemnitate. *Guid. Pap deciſ.* 156. *Rebuff. num.* 721. & iuramentum Prælati de non alienando, non extenditur ad hanc rem exiguam. *Abb. in c. fin. de Eccl ædificand. in c. vt ſuper de reb. Eccl. & c.* 2. *de feud. Redoa. d. q.* 13. *num.* 11. *Quarant. vbi ſupra. num.* 41.

Quartò, nec Alienantes bona relicta, & donata Eccleſiæ, quæ eſt incapax retinendi etiam in communi, vt ſumus nos Fratres Sancti Franciſci
28 de obſeruãtia, & Capuccini, de quibus mentionem facit *Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de Regular. c.* 3. tũc enim huiuſmodi bona poſſunt alienari ſine ſolemnitatibus, & precium conuerti in Eccleſiæ neceſſitatem. *Socci. in Reg.* 100. *nu.* 3. *Dec. in c in præſentia num.* 271 *de Probat.* etiam ſi in tali legato facto Eccleſiæ incapaci, dicatur quod non poſſit alienari, q̃a adhuc poterit alienari, & inde pecunia cõuerti in Eccleſiæ vtilitatẽ. *gloſ. in c.* 1. *de Relig. domi. lib.* 6. *in ver. Domum. Abb. Fel. & Dec. in d. c. in præſentia. de Proba. Armil. Verb. Alien. num* 29. *D. Anton.* 3. *p. titu.* 12. *c.* 5. *Quarant. loc citat. num.* 32 *&* 41. *in fin. Silue. Verb. Alienatio num.* 20. *Io. Bapt. Corra.* 2. *p. q.* 26. *in fin.*

29 Quintò, nec Alienantes in aliqua imminẽti ſumma neceſſitate; ſi enim immineret ſumma neceſſitas alienandi, & tãtam celeritatem requireret, quod ſuperiorem conſuli non patiatur, hoc eſt quod a Papa conſilium, vel a ſuperiore licentia alienandi haberi non poſſit, tunc poteſt fieri alienatio ſine conſenſu Papæ, vel alterius ſuperioris, cui fuit iuramentum præſtitum de non alienando minimè requiſito. *Abb in c. fin. num.* 8. *de Eccleſ. ædifi. Cardin Zabarell. loquens de bonis Hoſpitalium in Clement.* 2. *q.* 11. *de Relig domib. Rebuff in d. compend. num.* 35. *Quaranta. num.* 42. *Panormit. in cap. fin. de reb. Eccl.* Hoc facit pro Religioſis, qui ſępe ſuum ſuperiorem a remotis habent, & non ita cito poſſunt habere ad eum recurſum. *Armill. verb. Alienatio. num.* 18. *Ioan. Bapt. Corrad. de par.* 2. *quæſt.* 26.

30 Sextò, nec Alienantes bona piorũ locorum ſcilicet Hoſpitalium, Confraternitatum, Collegiorum, & Cõgregationum, abſq; auctoritate Epiſcopi erectorum; eorum enim bona, vt ſupra dictum eſt, *nu.* 12. *fol.* 458. poſſunt alienari ſine ſolemnitate. Et idẽ dicendum eſt de bonis pertinẽtibus ad Oratoria in priuatis domibus, cũ non ſint fundata auctoritate Epiſcopi ad perpetuum Eccleſiaſticũ vſũ; quamuis in eis non poſſit celebrari Miſſa abſq; licentia Epiſcopi ex decreto *Concil. Trid. ſeſſ.* 22. *c. quanta.* Idẽ de conceſſionibus Capellarum cum ſepulturis, quæ paſſim fiunt, quia nõ dicitur Alienatio, ſed conceſſio ad vſum deſtinatum. Si tamen Eccleſia
31 eſſet diruta, & non poſſit reedificari vel reparari propter nimiam egeſtatem, poteſt tunc Epiſcopus transferre, & Eccleſiam ad profanos vſus nõ ſordidos, erecta tamen ibi Cruce, cõuertere, ex decreto eiuſdem *Cõci. Tri. ſeſſ.* 21. *c.* 7. *in fi. Quaranta. nu.* 28. *&* 29. *& Bonac. loc. cit. num.* 21. *& ſeq.*

Septimò, Alienans bona Eccleſiaſtica ſine ſolemnitatibus, ſicut excuſatur a pœnis contentis in d. extraua. *Ambitioſæ*, ita etiam a caſu reſerua-
32 to, in ſequentibus caſibus. Primò ex bona fide, quæ in foro conſcientiæ excuſat, dicitur enim in d. extrauag. ſi quis alienare prę̃ſumpſerit, hoc verbum, Præſumpſerit, denotat dolum, & temeritatem. *Nau. in Comment. de reb. Eccl non alien. num.* 16. Lex autem poſita contra præſumentem aliquid

face-

Digitized by Google

facere, non comprehendit eum, qui abſque dolo, vel contemptu, bona fide, & ſimpliciter facit, iuxta Cardinalem Zabarellam *in Clement.* 1. *de Priuileg. Nauar. loc. citat. & in cap. accepta oppo.* 8. *de reſtit. ſpolia.* Secūdò ignorātia facti probabilis excuſat, ac ignorantia iuris in Perſonis non ita peritis. *Nauar. in Man cap.* 23. *num.* 44. Tertiò quando fuiſſet erratum in ſubtilitatibus iuris, nō peccauit mortaliter, vel quando pro alienatione eſſent aliquę Doctorum opiniones, vel eſſet ius non clarum, vel dubitabile. *Felin. in c.* 1. *de ſent. & re iudic. Nauar. in conſi.* 2. *de Præſcri. & in d. Comment. num.* 16.
33 vbi dicit, quod non peccat mortaliter, qui tranſgreditur legem humanam malè intellectam, ſed credēs bona fide ita eſſe intelligendam ſecundum I*nnoc. receptum in c. per tuas. el* 2. *de Simon.* Quartò excuſat a pœnis d. extrauag. reuocatio Alienationis, & pęnitentia ante realem, & pacificam traditionem *c. ſi quis præsbyterorum et ibi gloſ. in Verb. celeriter. de reb. Eccl. non alien* Couarru. *lib.* 2. *var. reſol. c.* 16 *nu.* 7. nam reuocatio, & reſtitutio poſt traditionem non excuſant a Cenſura, & pœna. *Nau. conſil.* 3. *num.* 4. *de reb. Eccl. non alien. in antiq. &* 18. *in nouis.* Quintò apparentia iuſtæ cauſæ excuſat alienantem a culpa mortali, licet alienatio eſſet ipſo iure nulla, quia q bo-
34 na fide facit aliquid contra legem humanam putans ſe iuſtam cauſam habere id faciendi, non peccat mortaliter. *Nauar. in Man. d. cap.* 23. *num.* 43. *& in d. Comment. de reb. Eccleſ non alien num.* 10. Sextò, Beneficiatus, qui
35 Alienat iuſta de cauſa rem Eccleſiæ inconſulto Papa etiam cum conſilium eius requiratur quo ad forum exterius, bona fide faciens conditionem Eccleſiæ meliorem, non peccat quo ad Deum mortaliter, nec incidit in pœnas prædictæ Conſtitutionis; tum quia non frangit legem per præſumptionem; tum quia Alienat in caſu permiſſo a iure; tum quia licet non ſeruet formam Alienandi iuris humani, ſeruat tamen formam iure naturali, & Diuino neceſſariam; quæ eſt magna conſolatio multorum, qui per ſimplicitatem, vel ignorantiam alienant res Eccleſiæ inconſulto Papa. *Nauar. d. Comment. num.* 17. *ita Quaranta loc. ſupracit. t. nu.* 50. & hæc ſaluo meliori iudicio, quia *Bonacin.* tenet contrarium, *loc. citat. num.* 11. dicit enim prædictum peccare mortaliter.

Octauò (quo ad reliquas excommunicationes) non incidunt in ſupradictam excommunicationem *Conci. Tridentini*, & per conſequēs nec in hunc caſum reſeruatum, qui abſque vio-
36 lentia, & iniuria, inducunt aliquos, quominus liberè Matrimonium cōtrahant; ponderandum eſt enim illud Verbum, *cogant*, in d. Conci. Tridentino; nam coactio propriè non eſt niſi vbi interuenit violentia, aut iniuria aliqua; Vnde Principes, vel Magiſtratus, qui promittunt officium aliquod, vel fauorem, vt aliquem ad tale Matrimonium inducant, & aliter negant ſe id facturos, ſi hoc negā do non faciunt iniuriam, quia ſolum negant gratiam, non incurrunt hanc Cenſuram, quia non cogunt, ſed inducunt, quod longè diuerſum eſt: Vt ſi Petrus leget, aut promittat Ioāni mille, ſi Mariam duxerit, & non alias, non cogit, ſed inducit, & ita in præſenti decreto cenſuit *Congregatio Roma.* in quodam reſponſo anno 1573. *die* 18. Iulij. At, ſi huiuſmodi
37 Magnates negent officia, quæ ex iuſtitia dare tenentur, vel nimium differant ſoluere ſtipendia iuſta, aut ſimilia debita, donec alius ad contrahendum cum hac, vel illa fœmina inducatur, incurrent hanc cenſurā, quia reuera eſt ſaltem indirecta coactio, ita *Suarez loc. ſupracit. d. diſpu.* 23. *ſect.* 7. *num.* 6.

Nonò, nec Viros ingredi Religio-

nem, cogentes; licet lethali culpa rei fiant, cogentes Adoleſcentes intrare Religionem: cum maxima delibe-
38 ratione ſit hic ſtatus aſſumendus, vt tradit *Rodriquez. vbi ſupra d. quæſtio. 14. art. 3.* Etenim cum ea, quæ ſpecialiter diſponuntur circa fęminas in fauorem earum, non extendantur ad Viros, ideo ſi coactio fiat alicui Viro, vt Religionem ingrediatur, minimè incurretur hæc Cenſura, *Suarez. loc. ſupra citat. num.* 8. quod patet, quia hæc reſeruatio tantum loquitur de Mulieribus, *Contra* inquit, *Mulieres ad Regularem habitum ſuſcipiendum, cogentes;* ergo ſecus quo ad Viros, cum a ſeparatis, non fiat illatio. *cap. ad audientiam. de decimis. Sanchez lib. 4. in Decalog cap. 4. num. 2. Bonacin. loc. citat. num. 1.*

Decimò; nec Mulieres ad Regularem habitum ſuſcipiendum, cogentes; Vel illas, ne Velum ſuſcipiant,
39 aut Profeſſionem in aliqua Religione emittant, impedientes, ſi minimè ſit ſequutus effectus, ratio, quia ſtatuta Ordinariorum intelliguntur de actu exteriori cum effectu, vt notat. *Graff. in Prax. lib. 1. cap. 15. num. 13. verba enim cum effectu ſunt accipienda. cap. relatum eſt. de Cleric. non reſidentib. Bonacina loc. ſupra citat num. 2.* & eſt communis Doctorum traditio, quod nul-
40 lus comprehendatur ſub caſu reſeruato, attentans aliquem actum, niſi ad conſummationem deueniat. *Sanchez. loc. citat. num. 19.* An autem, qui aliquem a Religionis ingreſſu, vel profeſſione retraxit, teneatur quidquam reſtituere, controuertitur inter Doctores, *Paludan in 4. diſtin. 15. artic. 2.* dicit, quod qui alteri propoſitum Religionis ſic diſuaſit, vt perſuaſerit ne intret, vel alia via eum vitæ Monaſticæ ſubduxerit, tenetur ad reſtitutionem in integrum, nempe, aut illi Religionis ingreſſum perſuadendo, aut alterum eius loco ſubſtituendo: aut ſi neutra illarum via patuerit, obſtringitur inquit ille intrare, & idem tenet *D. Anton. par. 2. tit. 2. cap. 2. & Adrian. q. de bonis Animæ reſtituendis. At Sot. lib. 4. de iuſt. q. 6. art. 3.* ponit quandam diſtinctionē; Verum quid ſit tenendum circa hoc negotium Confeſſarius videre poterit. *Rodriq. loc. citat. Clau. Reg. lib. 11. c. 1. num. 21. & ſeq. & Arrag. 2. 2. q. 62. ar. 2. & Salon ibidem & Greg. de Val. tom. 3. diſp. 5. q. 6 punct. 5.*

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem pęnitētium prædictas excommunicationes incurrentium, hæc erit.

Circa Confeſſionem; Primò Confeſſarius animaduertat, interrogare penitentem, quę nam bona illa ſunt, quæ ab illo fuerunt alienata; An erāt bona Eccleſiaſtica immobilia, vel mobilia prætioſa; vel mobilia minus
41 prætioſa; item ſi erant de his, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, aut de his, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. Et an alienauerit ſine ſolemnitatibus, & abſque aſſenſu Romani Pontificis; An bona fide, abſque dolo, vel contemptu, ignorantia, ex obliuione, incogitantia, inaduertentia & huiuſmodi; hæc enim in Sacramentali Confeſſione neceſſario ſunt explicanda, vt Confeſſarius ſcire quæat an inciderit in hanc excommunicationem, necne. Quia qui ex
42 obliuione incogitantia, inaduertentia, aut ſimpliciter, vel bona fide, & ignorantia in actum prohibitum, ſub excommunicationis pęna ipſo facto incurrenda, incideret, non eſſet excommunicatus. *D. Thom. 1. 2. quæſt. 6. art. 8. Vbi Caietan, & Doctores communiter in cap. Apoſtolicæ. de Cler. excommminiſtr.* Quod procedit, etiam ſi quis ſcienter faceret actum prohibitum iure Diuino, vel naturali, ignorans bona fide ius Commune Canonicum prohibere illum ſub pęna excommunicationis ipſo facto incurrendā, vt

de

de magis recepta, æquiori, & mitiori opinione concludit *Azor. p.1. inſt.moral.lib.1.c.15 q.3. Lazar. de monitor.ſect.4 q.16.num.11.*

Secundò; cum Alienantes huiuſmodi bona Eccleſiaſtica, vel piorum locorum, committant ſacrilegium,
43 vt aiunt *Caietan. verb. excommunicatio. cap.75. Innocen. in cap. verum. de for. compet & Quarant. vbi ſupra. num.49.* hinc hoc etiam in Confeſſione manifeſtare tenentur.

Tertiò; cum etiam ſi ſupradicta extrauagans, *Ambitioſæ*, non fuiſſet edita; Prælati & Abbates non poſſent regulariter alienare in caſu etiã
44 licito, & ſeruatis ſolemnitatibus, inconſulto Romano Pontifice, ob iuramentum, quod ita præſtant; His verbis, vt habetur in Pontificali *fol. 81. & 120.* Poſſeſſiones vero ad menſam meam pertinẽtes non vendam, neque donabo, neque Impegnorabo, nec de nouo Infeudabo, vel aliquo modo alienabo, etiam cum conſenſu Capituli Eccleſiæ meæ, inconſulto Romano Pontifice, & ſi ad aliquam alienationem deuenero, pęnas in quadam ſuper hoc edita Conſtitutione contentas, eo ipſo incurrere volo. Idem iurant Abbates in d. Pontificali *fol.134.* mutato nomine (ad menſam) dicendo ad Monaſterium (& Capituli) dicendo Cõuentus Monaſterij mei. *Quaranta. loc. citat. num.6.* cum ergo alienando, deuenerint cõtra iuramentũ, quod antea fecerunt, ideo hoc quoque in Confeſſione patefacere debent.

Quartò, Confeſſarius interroget, quæ nam ſint illæ Mulieres, quas ad Regularem habitum ſuſcipiendum,
45 pęnitens coegit; Quia ſi Pater aut Mater indigens, ex cauſa impediat filiam a Voto, aut Religionis ingreſſu, aut q͂a defectu dotis, & ſalutis, aut qualitatis videtur Puella minus idonea, non peccat. *D. Thom. 2.2 q.101. a.4. & q.189. a.6. ad 3 Rodriq. loc. citat. d. a.3. Miranda tract. de Monial. q.8. art.5.*

Secus de alijs; nam cogentes quamcunque fęminam ad ingrediendum Monaſterium, vel ad ſuſcipiendũ habitum cuiuſcũque Religionis, vel ad emittendam Profeſſionem; Vel ne Velum accipiant, aut profeſſionem emittant, impedientes, ſine iuſta cã; peccãt mortaliter, &, vt dixi, hac excommunicatione ligantur, ſi ſubſecutus ſit effectus; nam hęc excommunicatio ſupponit effectum ſecutum, videlicet q͂d fęmina ingreſſa ſit Religionem propter illam coactionem; & idem dicendum eſt de alijs excommunicationibus ſupradictis. *Bonacin. loc. cita. num.1. & 2.* prout ſupra. *num. 19* dictum eſt.

Quo ad abſolutionem. Primò Cõfeſſarius animaduertat, qualiter Paulus ſecundus edidit quandam extrauag. incip. *Cum in omnibus.* in qua fert
46 excommunicationem contra Commiſſarios, & Delegatos Sedis Apoſtolicæ, circa cauſas alienationis rerum Eccleſiaſticarum; ibi enim ita illis p̄cipitur; Vt cautè, & diligenter attendant cauſas in litteris Apoſtolicis p̄ ſupplicationes expreſſas, illaſq; ſollicitè examinent, &c. & ſubditur. Si q̄s autem Commiſſarius, vel Delegatus conſcientiæ ſuæ prodigus in grauamen, aut detrimentum Eccleſiæ per gratiam, vel timorem, aut ſurdes alienationi conſenſerit, aut decretũ, vel auctoritatem interpoſuerit, inferior quidem Epiſcopo ſententiam excõmunicationis incurrat. Deinde ſubditur. Is vero, q̄ dolo, vel fraude, aut ſcienter in detrimentum Eccleſiarũ alienationem fieri procurauerit, aut per ſordes, vel impreſſionem alienationis decretũ extorſerit, ſimilẽ ſententiam excommunicationis incurret, a qua non niſi per Romanũ Pontificem abſolui poſſit. Duplex ergo excommunicatio ibi fertur, vna cõtra Commiſſarios ipſos abutẽtes ſua facultate, & hæc nõ eſt reſeruata Pa-

Digitized by Google

pæ, & duos principales conditiones
requirit,vt contrahatur. Vna eſt, vt
conſenſus, vel decretum ſit in detri-
mentum Eccleſiæ;alia,vt per gratiã,
timorẽ,vel ſordes. Vnde licet aliena
tio non ſit in euidentẽ Eccleſiæ vtili
tatem, ideoq; ſit contra formã cõceſ
ſionis Pontificiæ factæ ſub illa cõdi-
tione:ſi tñ non ſit in detrimentũ Ec-
cleſiæ nec grauamen, ſed ſit æqualis
conditionis,nõ incurretur illa Cẽſu-
ra,ex defectu primæ cõditionis. Simi
liter ſi Cõmiſſarius id efficiat excul-
pabili negligentia, non incurret talẽ
Cenſurã. Atq; hæ ẽt conditiones in
altera excõmunicatione obſeruãdæ
ſunt, q̃ reſeruata eſt ſummo Põtifici,
& fertur cõtra duo genera perſona-
rum,ſeu actionũ;ſ.contra procurãtes
talem alienationem in detrimẽtũ Ec
cleſiæ,& in his poſtulat̃ dolus, fraus,
aut ſciẽtia,de qualitate alienationis,
ſeu q̀ ſit in detrimentum Eccleſiæ.
Quare ſi ignorantia,ẽt culpabilis in-
tercedat,excuſat a Cẽſura. Aliud ge-
nus Perſonarum eſt, extorquẽtiũ de-
cretũ talis alienationis,ſ.ab ipſis Cõ-
miſarijs:requiritur aũt,vt talis extor
ſio fiat per ſordes,aut ꝑ impreſſionẽ,
ideſt per iniquas donationes, vel ꝓ-
miſſiones,quæ nomine ſordiũ ſignifi
cantur,aut per importunã perſuaſio-
nẽ,aut deprecationẽ, aut ſimilẽ indu
ctionem; hæc.n.oĩa nomine,impreſ-
ſionis,ſignificari videñt. Vnde eſt a-
liud diſcrimen conſiderandum inter
has duas Cenſuras; nam prior eſt ni-
mis particularis quo ad perſonas: ſo-
lum enim eſt contra ipſos Commiſſa-
rios,ſeu Delegatos in tali cauſa, &
hos non omnes,ſed inferiores digni-
tatis,quã ſint Epiſcopi:poſterior ve-
ro eſt vniuerſalis contra omnes pro-
curantes,&c.cuiuſcunq; ordinis vel
conditionis fuerint,nec limitatur ad
inferiores Epiſcopis, & quamuis *Ca-
ietan* nullã huius Conſtitutionis men
tionem fecerit,fortaſſe quia non cre
didit eſſe in vſu. *Nau. autẽ in cap.27.
num.108. & Silueſt. Verb. excommun.7.
nu.83.* indicant eſſe in ſua vi, quam-
uis non ſatis expreſsè id dicant, neq;
mihi omnino conſtat: timendam ta-
men eſſe admoneo,ita *Suarez. vbi ſu-
pra d. tom.5 diſp.22.ſect.6.* Vide etiam
*Graff. p.1.lib.4.dec.aur.c.23.num.22. &
c.24.num.19.* Vbi refert hanc extraua
gant. Rurſus notandum quod idem
47 Paulus ſecundus, edidit alteram ex-
trauag.incip. *Ambitioſæ.* quę habetur
in iure *tit. de reb. Eccl. non alien.* in qua
prohibet omnem alienationem bo-
norum Eccleſiaſticorum, vt ſupra di
xi,ferens ſententiam excommunica-
tionis tam contra eum qui alienat, q̃
contra illum,qui prædicta bona,reci
pit,ſed quia circa hanc Cenſurã Do-
ctores variè loquunt̃;*Caiet. enim verb.
excom.c.57.* fatetur non eſſe vniuerſa-
liter receptam,ſed in aliquibus locis
quantum ad aliquid. *Sil. verb. Aliena-
tio.num.15.* putat non eſſe receptam:
Idem affirmat *Graff. loc. citat. d c.24 n.
20.* Hæc inquit extrauagans non eſt
vſu recepta, vnde nullam vim obti-
net. *Nau. in Man. c.27. num.150.* credi-
mus aũt in paucis locis eſſe receptam
quo ad pęnas extrinſecas, quamquã
in multis eſt recepta quo ad diſpoſi-
tionem principalẽ, & pęnã intrinſe-
cã nullitatis alienationis, & locatio-
nis factæ in plures, quam tres annos.
Tolet. lib.1.c 41.num.2. Putat quantũ
ad excommunicationem, nõ eſſe re-
ceptam: quantum autem ad inuali-
ditatem Contractuum contra huiuſ-
modi Conſtit. initorum non eſſe vni
uerſaliter receptam, ſed conſideran-
dam eſſe locorum conſuetudinem,
idem tuentur *Sayr. lib. 3. de Cenſur. cap.
32. nume.22. in fin. & Cathalog. excom-
municat. cap.2. excommun.13.* ideo opi
nio verior,quæ mihi valde placet, &
vt ſecuriorem fore ſequendam cen-
ſeo, eſt *Stephani Quarantæ. loco ſupra
citat num.48. in fin.* vbi ſic dicit. Igi-
tur cum iſta extrauagans ſit cum a-
lijs in corpore iuris impreſſa, ac
in

Digitized by Google

in iudiciali foro citetur, quotidieq; Romana curia pro eius obſeruantia pronuntiet, ac ita eius praxis ſe habeat in expediēdis paſſim Breuibus, ſi in euidentem, &c.& ex ea emanēt Abſolutiones a Cenſuris, Diſpenſationes,& habilitationes in vtroque foro quo ad contrauenientes, ob id ſignificatur Summos Pontifices velle illam obſeruari quo ad omnes partes ſuas, prout expreſsè dicitur in iuramento ſupradicto, quod præſtant Prælati,& Abbates.*num.* 44 ideoque exiſtimo non poſſe dici, quod non ſit moribus vtentium recepta integraliter, licet præfatorum Doctorum præſertim *Caietan. & Nauar.* magna ſit auctoritas. Et ſatis eſt, quo ad præſentem caſum reſeruatum, quod ab Ordinario Maceratenſ. in ſua Ta-
49 bella ſit recepta. Hoc tamen pro certo, & indubitato, tenendum eſt, quod abſolutio ab hac Cenſura excommunicationis, iure communi nemini reſeruata eſt. *Cathalog. excommu.* vbi ſupra. *d. excom.* 13. *Suarez loc. citat. ſupra. d. ſect* 6. *num.* 6. *& Bonac. loc. citat. nu.* 14. Et idem dicendum eſt, quo ad excommunicationem cōtra eos, qui quoſcunque directè, vel indirectè cogunt quominus Matrimonium contrahant; & excommunicationē contra mulieres ad Regularem habitum ſuſcipiendum, cogentes; Vel illas ne Velum ſuſcipiant, aut Profeſſionem emittant, impedientes; in hac reſeruatione contentas, videlicet quod nemini reſeruatę ſint, vt ait *Sanchez. lib.* 4 *Decalog. c.* 4. *num.* 1. *& Bonac. tom.* 1 *tract. de Cenſur. diſp.* 2. *q.* 6. *punct.* 3. *nu.* 2. *& tradit d. Cathalog. excommunicat. c.* 7 *excomm.* 14. *& c.* 9. *excom.* 60. *&* 61. & proinde ab eis, & ſimilibus Cenſu-
50 ris, quilibet Confeſſarius abſoluere poterit. Quando enim excommunicatio non eſt reſeruata, etiam ſi a Papa ſit fulminata, poteſt tunc excommunicatus abſolui ab Ordinario, vel a proprio Sacerdote, vt habetur *in c. nuper. de ſent. excomm.* Licet enim proprius ſacerdos nō habeat iuriſdictionem, tamen abſoluit ex commiſſione Papæ, vt habetur expreſsè *in d. cap. nu-*
51 *per.* Et per Ordinarium intelligimus Epiſcopum, Capitulum ſede vacante, vel alium Prælatum habentem iuriſdictionem in excommunicatum, vt habet *Silueſt. verb. Abſolutio.* 1. *§.* 4. Simplex etiam ſacerdos, qui non ſit Curatus ſeu Parochus, habens tamē facultatem abſoluēdi a peccatis mortalibus, poteſt abſoluere ab excommunicatione, ſecundum *Innocen. & Hoſt. in d. c. nuper. & Sanctum Thom. in* 4. *diſt.* 18. *q.* 5. *a.* 5. *& D. Bonau. in* 4. *diſt.* 18. *q. vlt. Silu. loc. ſupracit. d. num.* 4. & hæc eſt communis ſententia, ita *Tolet. lib.* 1. *c.* 17. *num.* 4. Quam quidem facultatem abſoluendi habet, non ex ꝓpria auctoritate, vt Epiſcopus, ſed ex commiſſione Papæ; quam commiſſionem intelligo ei factam per Sūmum Pontificem eo ipſo quod abſolutionem ſibi vel alteri non reſeruat, prout notat *Silu. vbi ſupra. d. n* 4. Hæc tamen, quæ hucuſque diximus, intellige vera in locis, vbi huiuſmodi abſolutio ab excommunicatione, nō eſt caſus reſeruatus, quia vbi eſt caſus reſeruatus, vt in hac Tabella Maceratenſi, nullus Cōfeſſarius poteſt ab ea abſoluere, abſque expreſſa facultate obtenta ab Epiſcopo, vt notat *Bonacina loc. ſupracitat. num.* 14. ratio, quia vt ait *Angel. verb. abſolutio.* 1. *num.* 12. qñ
52 Epiſcopus ſibi abſolutionem ab aliqua excommunicatione reſeruat ſpecialiter, tunc proprius Sacerdos (ſiue ſit Parochus, ſiue quiuis alius, appellatio enim proprij Sacerdotis extenditur ad quemlibet illum, qui iuriſdictionem habet abſoluendi a peccatis mortalibus, quia quatenus illud munus exercet, ſubit vicem, & modum Sacerdotis proprij, vt notat *Suarez. tom.* 5. *de Cenſu. diſput.* 7. *ſect.* 4. *num.* 9. nam Sacerdotes Regulares, vt notat *Lazar. de monit. ſect.* 4. *q.* 14. *num.* 4.

Digitized by Google

non minorem, quam Parochi auctoritatem quo ad ſacram abſolutionē habent) non poteſt ab huiuſmodi excommunicatione abſoluere ſine licētia Epiſcopi. Et notandum quod a generali excommunicationis ſententia lata ab homine, abſoluere poteſt, qui a cēſura a iure lata, & nemini reſeruata abſoluit. argum. *c. nuper. de ſent. excommu. Lazar. de monitor. ſect. 4. q. 13 num. 2.* & ſecundum communē opinionem, prout refert idem *Lazar. d. ſect. 4. q. 14. num. 1.* Sacerdos Paro
54 chialis extra mortis articulum poteſt ſubditos ſuos a quacunque iuris excommunicatione maiori nulli reſeruata abſoluere, ſiue hæc a Synodo, aut Cōſtitutione alicuius inferioris, ſiue Epiſcopi, aut Summi Pontificis ſtatuto lata fuerit: ſic colligi videtur ex textu ĩ *d. c. nuper.* vbi hoc tenet. *Innoc. & Hoſt. de ſenten. excommun.* & tradit *D Thom in Addit. 3. part q. 24. art. 1. Sanct Bonau. in 4 diſt. 18. q. 6. art. 84. Thom. ab Argent. 4 diſt. 29. q vnica. Gabriel diſt 18 q. 3. dub. 6 Maior diſt. 18. q 2. dub 3 Sot diſt. 22. q. 2. art. 3. conclu. 3. Ledeſm. 2. diſt. 4. q. 26. ar. 1. ſumm. Confeſſ. lib. 3. titul. 33. q. 85. Angel. Verb. Abſolutio 1 num. 2. vbi Silueſt num. 4. Armil. num. 36. Nauar cap. 27. num. 39. Henriq. in ſum. lib. 13. cap. 28. num. 5. &* nouiſſime *Suarez, tom. 5 diſputa. 7 ſect. 3. num. 23 & ſequen.* & ratio eſt, quia excommunicatio a iure infligitur ob peccatum mortale, vnde quia peccato mortali abſoluere poteſt, etiā ab excommunicatione abſoluet, & hāc opinionem tenet *Lel. Zecch. in republ. Eccl. tit de Parocho cap. 28. num. 21.* cui etiam fauet Sacra Cardinal. Congregatio, dum anno 1602. admonendo Epiſcopos, vt per paucos caſus ſibi reſeruarent, vt patet ex litteris ipſis Epiſcopis miſſis, quas refert *Stephan. Quaranta. Verb. caſus reſeru.* ſic ſcribit circa mediū; præcipuè vero hæc mo
55 nenda cenſet, Sacra Congrega. vt videant ipſi Ordinarij, ne illos caſus permiſcuè reſeruēt, quib. annexa eſt excommunicatio maior a iure impoſita, cuius abſolutio nemini eſt reſeruata, niſi fortè propter frequētiam, ſcādalum, aut aliam neceſſariā causā aliqui huiuſmodi caſus nominatim reſeruandi viderentur, &c.

Secundò animaduertat, quod non valent, nec confirmari poſſunt, nec in Curia Romana, nec extra locationes beneficiorū anticipatis ſolutioni
56 bus; cum hæ poſſint vergi in præiudicium ſucceſſorum, quocunque indulto, vel Priuilegio non obſtante; nec licet iuriſdictiones Eccleſiaſticas, ſeu facultates nominādi, aut deputandi Vicarios in ſpiritualibus locare, nec cōductores per ſe, aut alios exercere; & conceſſiones, etiam a Sede Apoſtolica aliter factæ, ſurreptitiæ cenſentur, ita habetur per *Concil. Trid ſeſſ 25. c. 11. de reformat. Graff. p 1. lib 4. c 24 num. 20.*

Tertiò; circa reſtitutionē, animaduertat Confeſſarius, quod malè alienans rem Eccleſiæ, vel piorum locorū, quoad forum interius ſi interdū
57 accidat, quod ipſe alienans peccat, in hoc caſu ſolus ipſe tenetur reſtituere damnum datum Eccleſiæ, cuius eſt res malè alienata. Si autē accidat, quod accipiēs peccet, & ſic ipſe ſolus debet damnum reſtituere (Recipiēs enim rem Eccleſiæ, ſupradictis ſolēnitatibus nō obſeruatis tenetur eam reſtituere Eccleſiæ cum fructib. perceptis, nec pretium poteſt repetere, niſi ſit conuerſum in bonum Eccleſiæ; quandoquidem alienatio facta nō ſeruata forma, quæ dat eſſe rei, eſt nulla; ſi enim lex ſtatuat obſeruari debere certas ſolemnitates in alienatione bonorum Eccleſiæ, vel Pupillorum, & Minorum, & id quidem ob ſuſpitionem deceptionis, & doli, etiam ſi conſtet nullum dolum, nullam deceptionem interceſſiſſe, attamen alienatio facta non ſeruata forma ſeu ſolemnitate, etiam in foro con-

Digitized by Google

conſcientiæ valida non erit. *cap.2.de reb. Eccleſ. non alien in 6.* facta autem contra legem, vt alienationis bonorum Eccleſiæ, vel Minorum ſine ſolemnitatibus, ſine conditionibus legis irrita ſunt, & pro infectis habentur. In conſcientia vero, quando affuit cauſa legitima alienationis, & non fuit deceptio, non tenetur reſtituere, quia iſtę ſolemnitates adinuētæ ſunt, ad tollendas deceptiones. *Armill. verb. alienatio. nume. 15. Angel. & Silueſt. eod. num. 14. Lazar. de monit. ſect. 3. quæſt. 6 num. 9. Ioan. Bap. Corrad.*
58 *loc. ſupracitat. d. quæſt. 26.*) ſi vero occidat vterque peccare, ſcilicet tam alienans, quem recipiens, tunc ambo debet reſtituere; Quando autem excuſantur a peccato, tunc alienans & accipiens excuſantur ſimiliter a reſtitutione; & ad ſciendum quando a peccato excuſantur, eſt neceſſario conſideranda qualitas perſonarum, negotiorum, & erroris, aut Ignorantiæ; an ſint iuris, aut facti, & qualis iuris, an diuini, vel humani, & an clari, vel dubij; & qualis facti, an proprij, vel alieni; & an ſint Perſonę quas omnis ignorantia etiam iuris excuſat, vt infans, & furioſus, & an aliæ quas regulariter nulla excuſat, & an aliæ quas aliqua excuſat, & aliqua non, vt videre eſt apud Felinum, in *cap. de quarta. de Præſcript.* Quo ad forum autem exterius idem reſpondendum eſt, ſi idem probatur in eo, quod in interiori, ſed frequenter in exteriori iudicādum eſt ſecundum præſumptiones aliquas allegatas, & probatas, quæ frequenter ſunt contrariæ veritati, & conſequenter contrarium eſt tunc iudicandum in illo foro, ita *Nauar. Comment. de reb. Eccl non alien num. 24. & ſequen & Rodriq Quæſt. Regul. d q. 27 art. 11.* An autem emptor tenea-
59 tur reſtituere rem Monaſterij, vel alterius loci pij, ab ipſo emptam ſine ſolemnitatibus ſuprapoſitis, reſpōdeo dicendo, ipſum eſſe excommunicatum, & cum ipſo iure ſit ipſe alienatio nulla, tenetur ipſe, vel alius, q poſſiderit rem ex tali contractu nullo, etiam vſusfructus reſtituere. *Rodriquez. loc. citat. art. 10.*

Quartò, conetur inducere pœnitentē ad veram, & perfectam contritionem ſuorū peccatorū, oſtendēdo ei grauitatē huius peccati; Malè.n. alienantes bona Eccleſiarum, & aliorum piorum locorum, vltra peccatū
60 mortale, & ſacrilegium quod committunt, & hanc excommunicationem quam incurrunt, incidunt etiā in multas pœnas, quæ per ſupradictam extrauagantem, *ambitioſæ*, malè alienantibus, imponuntur. Prima eſt quod alienatio ſit nulla. Secunda quo ad perſonas eſt excommunicatio vniuerſalis, tam contra alienantes, quam recipientes; ideſt tam is, q alienat, quā is, cui alienatur, ſit excōmunicatus. Tertia eſt interdictus ingreſſus Eccleſiæ ipſo iure quo ad Pōtifices, & Abbates; & poſt ſex mēſes ſuſpenſio eo ipſo a regimine, & adminiſtratione, hoc eſt Epiſcopo, ſeu Abbati Alienanti interdicitur ingreſſus Eccleſiæ; & ſi per ſex menſes immediatè ſequētes ſub huiuſmodi Interdicto animo indurato perſeuerauerit, lapſis dictis ſex menſibus, a regimine ſuæ Eccleſiæ, ſeu Monaſterij, vbi præſidet in temporalibus, & ſpiritualibus, eſt ipſo iure ſuſpenſus.
61 Quarta vltra excommunicationē, priuantur ipſo iure, Prioratib. Prępoſituris, Præpoſitatibus, Dignitatib. Perſonatibus, Adminiſtrationibus, Officijs, Canonicatibus, Præbendis, & alijs Beneficijs Eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura, ſecularibs, & Regularibus, quorum res, & bona alienauerint, eaque abſque declaratione aliqua vacare cenſentur. Et licet abſolutio nemini ſit reſeruata, Cenſuræ tamen ſtatim infliguntur in foro cōſcientiæ; In pœna vero priuationis requiritur ſententia etiam quod di-

Digitized by Google

catur hic abſque declaratione, quod
intellige non opus eſſe ſententia cõ-
demnatoria ad pœnam, ſed ſolum
requiritur ſententia declaratoria cri-
minis rerum incurriſſe, & ſic requiri-
tur declaratio facti, nam pœna ipſo
iure inducta non habet locum in fo-
ro conſcientiæ ante condemnatio-
nem, *gloſ. notab. in cap. fraternitas. 12. q.
2.* etiam ſi dicatur abſque declaratio-
ne. *Nauar. in Man cap. 23. num. 66. &
de dat. & promiſſ. num. 41. Molin. de iuſt.
diſput. 86 Caietan in d. Thom. 2.2 quæſt.
62. articu. 2.* Vnde Beneficiati iſti non
62 tenentur abſtinere ſe a Benefitijs,
Dignitatibus, & Officijs, niſi præceſ
ſerit ſententia declaratoria, ita tenet
Doctor *P. Marius Andria.* in relect. ſu
prad. extrauagant. *Ambitioſæ. quæſt.
14. Henriq. in ſumm. lib. 13. de excommu.
cap. 56 §. 3. in text. & gloſ 9.* Sed vtcun
que ſit, ego vidi Breuia a ſacra pœ-
nitentialia in foro conſcientiæ tan-
tum obtenta ab ijs, qui alienarunt
ſaluo aſſenſu Apoſtolico, & tradide-
runt poſſeſſionem eo non obtento,
vt poſſint abſolui a Cenſuris, & di-
ſpenſari ab Irregularitate, ac retine-
re, & obtinere Beneficia, ita vt curẽt
obtineri beneplacitum Apoſtolicũ,
aut Alienationes reſcindi, ac bona
Eccleſiaſtica reſtitui; Alia etiam Bre
uia vidi expedita in foro exteriori
per ſignaturam S. D. N. & ita conſu-
lerem pro tutiori, præſertim ad ob-
uiandum moleſtationibus, quæ in
futurum oriri poſſent, ita *Quaranta,
loc ſupracitat. num. 49.* Quinta pœna
eſt quod tales Alienantes ſunt veluti
ſacrilegi ab Eccleſia Anathematiza-
ti, & damnati; *cap. omnes. 17. q 4.* vbi
63 ſic habetur. Omnes Eccleſiæ rapto-
res, atque ſuarum facultatum aliena-
tores a liminibus Sanctæ Matris Ec-
cleſiæ Anathematizamus, auctorita-
te Apoſtolica pellimus, & damna-
mus, atque ſacrilegos iudicamus,
& non ſolum eos, ſed omnes conſen-
tientes eiſdem, &c. Sexta pœna eſt,
quod non obſtante dicta alienatione
res alienatæ reuertantur ad Mona-
ſterium, vel Eccleſias, nullo dato
pretio, prout notant *Ancharan. & D.
Anton. 3. par. titul. 24. cap. 9.* dicens em
ptorem habere recurſum contra ven
ditorem ad pretium, non poterit ta-
men retinere dictas res, prout nota-
tur *in cap fin. de reb. Eccleſ. non alien Ro-
driquez. vbi ſupra artic. 13.* & denique
grauitatem excommunicationis, pa-
tebit infra in explicatione vndecimi
caſus reſeruati in Tabella Cameri-
nenſi. Et hæc breuiter clarè, & vti-
liter, & ordinatè, dixiſſe ſufficiant
de hac materia Alienationis rerum
Eccleſiæ, & aliorum locorum pio-
rum. Cæterum circa alias excom-
municationes contentas in hac re-
ſeruatione, quã graue peccatum ſit,
eſſe excommunicatum, ex effectibus
ipſius excommunicationis, clarè di-
gnoſcitur, vide infra in d. Tabella
Camerinen. *loc ſupracitat.* Item graui
tas peccati illius, qui quempiam co-
git, quo minus liberè Matrimonium
contrahere poſſit, ex ſupradictis ſa-
tis colligitur. Ad quid autem tenea-
tur, q̃ malo, vel bono animo, vi, frau-
de, aut minis, vel abſque vi fraude,
& minis impedit, diſſuadet, auocat,
& abſtrahit volentem ingredi ali-
quam Religionem, docent. *Rodri-
quez. loc. ſupracitat. tom 3. quæſt. 14. art.
4. & Clau. Reg lib. 11. capit. 1 num. 21.
vſque 38.*

Demum Confeſſarius, poſt mo-
nita ſalutis, & humilem ac chari-
tatiuam exhortationem, ne amplius
64 in poſterum Penitens alienet bona
Eccleſiæ, & aliorum piorum loco-
rum; neve quempiam quominus
Matrimonium liberè contrahat, ſeu
Mulieres ad habitum Regularem
ſuſcipiendum coget; nec illas ne, Ve
lum ſuſcipiant, aut Profeſſionem
emittant, impediat; poſt iniunctam
ei ſalutarem pœnitentiam, libenti
animo illum abſoluat, & hæc pro

huius

Digitized by Google

huius primi Caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſecũdi, tertij, quarti, quinti, & ſexti caſuum reſeruatorum eiuſdem Tabellæ Maceratenſis, qui tales ſunt.

Blaſphemia in Omnipotentem Deum, vel Beatiſſimam Virginem.

Sortilegia, Veneficia, Incantationes, & id genus alia.

Votorum commutatio.

Percuſſio in Patrem, & Matrem.

Homicidium voluntarium, & ad illud auxilium, conſilium, mandatum, vel cõſenſum dantes.

PRo declaratione horum ſecundi, tertij, quarti, quinti, & ſexti Caſuum reſeruatorum, fore omittenda eſſe cenſeo, ea quæ hic neceſſario eſ-
65 ſent dicenda, eo quod omnino eſſent inania, cum ſparſim, illorũ declarationes, in hoc Volumine, in alijs Tabellis, inueniantur; ſiquidem explicatio ſecundi caſus habetur infra in declaratione ſecundi caſus reſeruati in Tabella Camerinen. declaratio tertij, in Tabella Anconitana fol. 48. Quarti, in eadẽ Tabella Camerinen. Caſu nono. Quinti, in Tabella Firmana, in Caſu ſexto. Et Sexti in declaratione primi Caſus in Tabella Auximana, ideo hæc dumtaxat modo dicta ſufficiant pro eorum declaratione, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſeptimi Caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Maceratenſis, qui talis eſt.

Procuratio Abortus poſtquam fœtus fuerit animatus; conſilium, auxilium, mandatum, & conſenſum ad illum dantes.

PRo declaratione huius ſeptimi caſus reſeruati, præter ea quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt abortus, & quomodo fit abortus procuratio.*

2 *Quando procurantes abortum, & conſilium, auxilium, mandatum, & conſenſum ad illum dantes incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt à Confeſſario, circa Confeſſionem & abſolutionem penitentium abortum procurãtiũ.*

CIrca primũ; breuiter, Abortus (prout elicitur ex *gloſ. in c. cum Martha. de celeb. Miſſ.*
66 *D. Thom. in epiſt. 1. ad Corint. c. 15. Vgo Cardinal. ibid. Io. Capeauill de caſib. reſeru. p 2 c. 9. q. 1. Hieronym. Laureto in ſylua Alleg. tot. Sacr. ſcripturæ; Verb. Abortus. Conſaluo Duranto, in Notis Reuelat. Sanctæ Brigittæ. lib. 6. c. 28.* nunc Epiſcopo Feretrano. *Viuald. in expoſit. Bullæ cõtr procur abortum. nu. 1. Floron. de caſib. reſer. p. 2. caſu 5. nu. 2. & 3. Poliantea Verb. eod.* & alijs) eſt doloſa eiectio fętus maturi, vel immaturi animati, vel inanimati, ex vtero matris vi facta, ante debitum tempus à natura præfixum, & determinatum. Fętus immaturus ſeu informis dicitur quando tantum Embrio, hoc eſt caro coagulata eſt in mulieris matrice abſque vlla membrorum naturaliũ organizatione, vel diſtinctione. Inanimatus dicitur, quando nondũ illi anima rationalis a Deo eſt infuſa. *Io. Capeauill. & Floron. loc. ſupracit.* De tempore autem: quo anima rationalis infunditur, diuerſimodè loquuntur Doctores; Auicenna, de na-

tura

Digitized by Google

tura Animaliũ, *lib.9.c.3* dicit aliquando infundi tertio die a conceptione. Albertus Magnus, de Animalibus *lib.9 tract. 2.c.5* dicit aliquando ſed raro infundi Animam rationalē vigeſimoquinto die; Ariſtotiles *lib.5. Animalium c 3. & 9.* & Plin. *lib.7. natur. hi-*
67 *ſtor c.6.* tenent animam rationalem in maſculis quadrageſimo die, in fœminis octoginta, & nonaginta infundi. Communis tamen opinio doctorum abſolutè tenet, quod anima rationalis infunditur in maſculo quadrageſimo die, & in fęmina, octuageſimo. ita *gloſ. in ſum. diſtin. 5. & in Clement. fidei Catholicæ. de ſum. Trinit. & fid. Cathol D. Anton p.2. tit.7. ca.8. §.2. prope fin. Nau. in Man. c.15. nu.14. & in c. ſiquis necandi, num. 3. de pęnit. diſt. 1. Graff p 1 lib.2. dec. aur. c.63. num.31 & conſil. 21 de ſent. excom num. 3. Armill. Verb. Abort. nu.3. Sylu Verb. Homicidiũ 1 nu 3. Eman. Sà, Verb. Homicidium. nu. 2. Steph. Quaranta in Bullar. Verb Abortus. 10. Azor. p.3. Inſt. moral. lib 2 ca.4. Ioan. Capeauil. loc ſupracit d. q.1. Horat. Gambar. de caſib. reſeru. caſ.3. num.6. fol. 191. Anton. Naldus Verb Abortus. nu. 2. & Sayr. de Cenſur. lib.5. c.15. nu 9. & lib.6. c.1 num.3 Floron. loc. cit. & Finellius. de caſib. reſeru. caſu 4. nu.5. & Sebaſtianus Cataneus. Verb. Abortus*, Abor-
68 tus tribus modis ſolet procurari. Primò impediendo ne fœtus concipiatur, nimirũ procurando, vt fœmina poſt concubitum, ſeu coitum habitũ cum Viro, fiat ſterilis. Secundò, vt fętus iam conceptus, ſed nondum animatus eijciatur. Tertiò, vt fœtus iam conceptus & animatus excludatur. *Azor loc. cit.* Et de iſto tertio modo, loquitur præſens reſeruatio. Vnde procurare abortũ, eſt ſtudioſè & voluntariè hoc agere ſiue per ſe, ſiue p alium vt fœtus ex vtero matris præmaturè eijciatur. Quod fit varijs modis, ſcilicet potionibus, medicamentis, venenis, percuſſionibus, ſaltationibus, magnis itineribus, oneribus, laboribuſq; magnis mulieri prægnãti impoſitis, & alijs infinitis exquiſitis, & nobis incognitis rationibus, quas impudici homines, & mulieres (quæ cum clam per adulterium, fornicationem, vel Inceſtũ cōceperint, ne earum ſcelus manifeſtetur, & inde infamia ſua, vel occiſio ſui, vel aliorum ſequatur) quotidie adinueniũt; quas obiter tãgit Bulla Sixti V. incip. *Effrenatam*, contra procurantes Abortum, nuper edita. *D. Anton. vbi ſupra, d. §.2. Ioan. Capeauil. loc. cit. d q.1. Nau. in Man. d. c.15. nu. 14. Floron. loco ſupracit. num. 4 & 5. & Graff. conſil. 21. num. 9. de ſent. excom.* Quibus addi poteſt, quod Abortus procuratur etiã per maleficium, vt teſtatur Martin. *Delrius, Diſquiſ. Mag. tom.2. lib. 3. q. 4. ſect. 3.* vbi refert exemplũ de illo qui in opido Boltingen, Lauſanēſis dięceſis captus à Iudice, cōfeſſus eſt per ſua maleficia ſucceſſiuè in vtero vxoris cuiuſdam ſeptē circiter infantes, per abortum in fœmina annis multis necaſſe.

Circa ſecundũ; ex hactenus dictis patenter deducitur, qui nam incidũt in hunc caſum reſeruatum, & qui nō incidunt.

Primò enim incidunt, omnes cuiuſcunque gradus, ſtatus, & cōditionis, mares, vel fęminæ, qui, vel quæ in ſeipſis, vel alijs (etiam ſi ſint mari-
69 ti erga ſuas vxores) procurant abortum, poſtquã fętus eſt animatus; ſiue conſilium, auxilium, mandatum, vel conſenſum ad illum præſtãt, vt fętus ipſe abigatur, quocunque modo id fiant; vt pharmaca mulieri prægnãti præbendo, Venam in eius pede incidendo, illius vterum, vel pectus percutiendo, oneribus pręmēdo, nimijs ſeu immoderatis laborib. corpus eius vexãdo, vel tripudijs aut Choreis nimijs exiliendo; & huiuſmodi. *D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 24. Bonac. tom. 2. d. 2. q. 1. punct. 4 nu. 6. & tract. de reſt d. 2 q. vlt. punct. 7. num. 6 Floron. loc cit §. 1. nu. 9.*

Nau.

Nau. vbi ſup d.n.14 Graff. loc. cit. d.nu. 9. & 10. Capeauil. q. 2. Vbi inquit, quod
70 hoc verum erit, etiam ſi fętus baptizatus ſuperuiuat, ſi modo prematurè ex vtero eiectus fuerit, quia hoc eſt propriè procurare Abortum, & per accidēs eſt quod fętus viuat, vel moriatur; etiam ſi non ſtatim poſſit fętū eijcere, ſed poſt duos vel tres menſes infantem effundat, viuum quidē, ſed debilem & imperfectum, qui ſtatim baptizatus interijt. *Floron. loc. cit. n. 9.*

Secundò; hunc caſum incurrunt, etiam ſi effectus non ſequatur; v. g. præſtitæ ſunt res ad efficiendū Abortū, fęmina ſumpſit pharmaca ad hūc
71 finem confecta; Venam in pede ſibi ſecari fecit; ſuum vterum pugnis vel lapide percuſſit, &c. Qui tamē re ipſa non fuit ſubſecutus. *Bonacin. tract. de reſt. diſp. 2. q. vlt punct. 7. nu 6.* Vnde hic non militat illa Regula, quod in caſibus reſeruatis, Verba cū effectu ſunt intelligēda *argum. l. 1. § hæc verba, ff quod quiſq; iuris, & c. relatum. de Clerico non reſiden.* Licet enim verba ſint intelligenda cum effectu, attamē ſatis dicitur feciſſe, qui procurauit, quia fecit id quod propriè verba ſignificant, prout dicit Nauar. *in c. hæc autem verba, nu. 11 de pęnit. diſt. 1.* vbi declarando ſupradictam maximam,
72 ſenſus inquit præfati Elogij; Verba cum effectu ſunt intelligenda, eſt, qđ fiat totum & ſolum id, quod verba propriè ſignificant. Et in Man. *loc ſupracit. d. c 15. nu. 14.* expreſsè dicit, qđ tales procurantes Abortum, etiam ſi effectus non ſequatur, mortaliter peccant. ita *Horat. Gambar. de caſib. reſeru. caſ. 3 nu. 2 fol. 191.* & ita declara vltimum caſum reſeruatum in Tabella Forumſempronij *num. 17.* vbi iſte caſus reſeruatur in hac forma *Procuratio abortus, conſilium, vel auxilium ad illum dantes etiam non ſequuto effectu.* Secus vero dicendū in Tabella Calliēſi *caſu 10. vbi nu.* 108 ita reſeruatur hic
73 caſus. *Abortus ſtudio quæſitus, & ſequutus, fœtu iam animato, &c.* etenim ad incurrendum hunc caſum, requiritur neceſſario quod ſequatur Abortus in effectu: ob rationem quam tradit *Nau. in d. c. hæc autem verba, d. num. 11.* vbi poſtquam dicit quod ſenſus præfati Elogij; Verba cum effectu ſunt intelligēda, eſt, quod fiat totum & ſolum id, quod verba propriè ſignificant. Statim ſequitur immediatè ſic dicendo; nempe velle tantum, ſi ſolā voluntatem requirunt: conari autē, & incipere, ſi ſolum conatum & principium deſiderant; perficere vero, ſi requirunt operis perfectionem, niſi aliud aliunde de mente diſponentis appareat, vel conſtare, aut præſumi valeat; & quod id, quod eſt volendū, conandum, incipiēdum, vel perficiēdum, fiat, vt conuenit ad finem, quē proferens illa intendit.

Tertiò; qui dant cauſam Abortui, vel ad illum concurrunt, præſtando conſilium, vel auxilium, mandatum,
74 vel conſenſum, poſtquam fętus erat animatus, effectu ſequuto, nō ſolum incurrunt hunc caſum ſed etiam incidunt in excommunicationem Epiſcopo reſeruatam; ad quam abſoluendam, vt dicam infra, per Cōſtitutionem Greg XIIII. incip; *Sedes Apoſtolica*, Confeſſarius ab Epiſcopo ſpecialiter deputandus eſt. *Capuccin. in Scholijs ad Compend. Priuileg. Mendican in Verb. abſolutio, quo ad fratres & ſeculares fol. 48. Graff. d. conſil. 21. nu. 6. de ſēt. excōmun. Bonacin loc. citat. & p. 1. diſp. 2 q. 1 punct. 4. nu 5. Anton. Nald. Verb. Abortus, num 4 & Comitol. lib. 1. q. 15. num 5. & 13.*

Quartò; & mulier, quæ ex nimia libidine, Virum etiam maritū cognoſcit
75 cum probabili periculo abortus cū ſit grauida, ſi Abortus ſequatur, poſtquā fętus in eius vtero erat Animatus; ratio eſt, quia ſaltem indirectè eſt cauſa Abortus; ſecus iudicandum, ſi illa reddens immo etiam petēs debitum à marito, iuſta cautela adhibita

co-

Digitized by Google

curatus. Nullam mentionem faciens
81 an fętus ſit animatus, nec ne. Vnde verba intentioni deſeruiunt, & ſecũdum intentionem proferentis verbũ prolatum intelligendum eſt. *gloſ. in c. ſecundum requiris. de appellat.* Quamuis tales pęnas à Sixto V. vel Greg. XIV. decretas, minimè incurrant. *Sayr. lib. 3. de Cenſur. c. 35. nu. 26.* etiam ſi id tacitè procreauit, vnde incidit in caſũ qui in præſentia mulieris, cum qua rem habuit, dicit nollem omnino te eſſe grauidam, quia inde dubito malum & mihi & tibi euenturum, & illa inde ſumpta occaſione, Abortum facit, nam tũc tacitè id procurare dicitur; q̃a par virtus taciti & expreſſi eſt *l. cum quid. ff ſi cert. pet. Floron. loc. cit. num. 14.*

Septimò; ſaluo meliori iudicio, crederem, quod inciderent etiam procu
82 rantes Abortum fęminarum infidelium, modo fętus ſit animatus, & effectus ſit ſequutus; v. g. quidam adoleſcentes Chriſtiani videntes quaſdã fęminas Iudæas, Turchas, Hæreticas, Paganas, & Infideles, valde pulchras, habent rem cum eis, vnde grauidæ effectæ, docent illas (prębendo eis potionem quandam ad bibendũ, ne ſcelus diuulgetur, & à Iudice ſeculari, & Eccleſiaſtico puniantur) procurare Abortum; ſi effectus, vt dixi ſequatur, & fętus ſit animatus, hac reſeruatione ligari cenſeo, ob ſequentes rationes. Primò quia, caſus cum indiſtinctè generaliter, & abſolutè loquatur; & verba generalia ſecũdum ſui naturam generaliter intelligi debẽt *l. 1. §. generaliter. de lega. præſtan. l. infinita. §. de cæteris. de dam. infect.* ergo de quocunque abortu cũ quibuſuis fęminis, fidelibus, vel infidelibus procurato, intelligẽdus eſt. Secũdò, quia ſicut fęmina Chriſtiana grauida effecta ab aliquo Viro Infideli, procurans in ſe abortum, hac reſeruatione innodatur, ita vir Chriſtianus qui concubuit cum fęmina infideli, ſi illam grauidam fecit, docens procurare abortum, effectu ſecuto, ſi fętus ſit animatus, proculdubio etiam & ipſe ligatur; ratio, quia, in ſimilibus, ſimile debet eſſe iudicium. *C. de leg. l. leges. 1. & ff. de legib. l. non poſſunt. c. inter cætera. de reſcript. c. inter corporalia. §. ſicut enim Epiſcopus. de translat. Epiſcopi. c. dudum. de elect.* Similis etenim æquitatis ratio, ſimilia iura ſuadere de-
83 bet. *C. ad leg. falcid. l. vlt. c. cum dilecta. de confirm. vtili. vel inutil.* Et vbi eſt eadem ratio, debet eſſe idem ius. ita *not. gloſ. in c. cum Mathę. §. vlt. de celebr. Miſſar. & in c. maiores. §. verum. de Baptiſmo.* Et quamuis videatur, quod nõ ſit par ratio de fęmina infideli, & Viro fideli, ad hoc reſponderi poteſt, q̃ hoc nihil refert, immo ſi rectè perpẽdatur, par ratio inter eos optimè in-
84 uenitur; cum maſculinum, etiam in caſu odioſo rationabili, in quo agitur de delictis puniendis comprehendat fęmininum; vt not. *Graff. conſi. 22. nu. 2. de ſent. excom.* Neq; ẽt obſtat, q̃d mulier fidelis, longè diſtet à fęmina infideli, cum illa per baptiſmũ ſit in ſtatu ſalutis, & hæc ſit in ſtatu perpetuæ damnationis propter infidelitatem; hoc etiam nil refert; nam ſufficit, ac ſatis eſt, quod tã fętus fęminæ Chriſtianæ, quam fętus mulieris infidelis, tam antequam ſit procuratus abortus, quam poſtquam abortus eſt ſequutus, nondũ ſint baptizati; vterque enim ex vtero matris cũ peccato originali naſcuntur, & ſi in tali ſtatu decederent, ambo ad limbum deſcẽderent. Cum igitur fętus ambarum ſint ſimiles, & de ſimilibus, idem ferẽdum ſit iudicium; & vt notat *Graff. in Prax. lib. 1. c. 4. nu 26. & ſeq.* q̃ñ reſer-
85 uatio cõtinet publicam vtilitatem, fauorem Eccleſiaſticum, & fauorem animarum, extendenda eſt ad caſus ſimiles, vbi eadem eſt ratio, & multo magis ad maiores, quãdo extẽſio fit ad ea, quæ ſunt eiuſdẽ generis, immo propriè non eſt extenſio, ſed potius

inclu-

Digitized by Google

incluſio, concluditur qđ etiam procurantes abortum fęminarum Infidelium ſub hac reſeruatione cõprehenduntur. Et ratio eſt, quia & ſi pęnæ ſint reſtringendæ & per conſe-
86 quens non extendendæ in caſu non expreſſo: tamen ex identitate rationis ſunt ampliandæ, vbi agitur de periculo animæ. *Alb in c. ex tenore. qui fil. ſint legit. gloſ in c. 1. de ſcrutin ord faciend.* Sed modo eſt eadem ratio in muliere fideli & infideli, quia impeditur proles, ergo idem ius.

Non incidunt autem; Primò proponentes Abortum procurare, etiã ſi millies ſiue in ſe, ſiue in alijs deliberatè hoc facere conſtituant: ſed ſolũ
87 mortiferè delinquent, toties quoties hoc animo proponũt; ratio, quia reſeruatio caſuum intelligitur de actibus exterioribus cum effectu, non aũ tem de interioribus; *Io. Capeauill. vbi ſup. q* 2. vt etiam nos diximus ſupra in 1. *p. q.* 1. *nu* 41.

Secundò, nec procurãtes Abortũ fętus nondum animati; v. g. cum quis ob ſalutẽ mulieris in partu periclitan
88 tis, vel alio morbo laborantis, vel in periculo mortis conſtitutæ, ante animationem cauſam pręſtat abortui, q̃ præter intentionem ſubſequitur, cũ cõis ſit doctorum opinio ſentientiũ, hoc tuta cõſcientia fieri poſſe. *D. Anton. 3. p. tit. 7 c. 2. §. 2. Io. de Neapol. Quolib.* 10. *Graff. cõſi.* 21 *n.* 20. *de ſent. excom. Petr. Nau lib. 2. de reſt. c. 3 diffic. 2. num.* 131. *Leß de Iuſt. lib. 2. ca. 9. dub. 10. Sanchez. lib. 9. de matrim. d. 20. nu.* 14. *Sylu. Verb. Medicus q 4. Clau. Reg. lib. 7. c. 12. num. 20. Petr. de Arrag. 2. 2. q. 64 art. 7. Henriq lib. 11 de matrim c. 16. nu. 8. Reginal. lib. 21. c. 3. nu. 36. Azor. p. 2. Inſt. moral. lib. 2. c. 26. q. 5. & p. 3. lib. 2. c. 5. q.* 5. Hinc licitum erit medico fęminæ
89 prægnanti & morbo periclitanti, cuius ſalus & vita periclitatur, medicinam præbere, qua partũ abigat, ideſt abortum faciat, & ſic ſalua fiat, ante animationem fętus; ratio, quia licet impediat animationem fętus, nulli tamen vita adimitur, immo conſulitur matris ſaluti, & vitæ, liberando eam à morte, nec medicina datur vt abortus fiat, ſed vt periclitantis fęminæ vita ſaluetur. *Azor. d. p. 3. lib. 2. D. Anton. Io. de Neapol. Sylu. Clau. Reg. & Graff. loc ſupracit. & p. 1. lib. 2. dec. aur. c. 63. nu. 24. Armil. Verb. Abortus, nu. 2. Nau. in Man c 15. nu. 62. Bonacin. tract. de reſtit. d. 2. q. vlt. punct. 7. nu. 3.* Si aũt ſit dubium an fętus ſit animatus vel
90 inanimatus anima rationali, tunc medicus vllo modo debet huiuſmodi medicinã præbere vt abortus fiat & ſaluetur mater, quia exponeret ſe periculo occidendi fętum, *D. Anton. loc. cit. & Azor. vbi ſupra d. p. 3. lib. 2. c. 5. q. 6. & c. 3. q. 23. in fin.* An aũt mulier prægnans aut in partu periclitans licitè poſſit medicinã ſumere ſibi quidem ſalutarẽ, fętui vero periculoſã, v. g. procurare ſanguinis emiſſionẽ, balneum intrare; pharmacum humoris purgatiuum accipere, aut emplaſtrum doloris lenitiuum, vt ſe conſeruet, licet inde per accidens ſequatur fętus periculũ. Ad hoc reſp. Primò, qñ medicina eſt ſalutaris matri, & nõ eſt ordinata ad interitũ fętus, ſed ſolũ per ſe ordinata ad ſalutẽ matris, licet per accidẽs ſequatur mors fętus, tunc licitum erit matri prædictã medicinam accipere, ita etiã ſanguinis effuſionem procurare, vt ſeipſam ſeruet, licet per accidens ſequatur periculum fętus, quia hoc non eſt occidere fętum, ſed ſeipſam à periculo mor
91 tis ſeruare. Et ob eandem rationem, licitum etiam erit matri currendo fugere, vt ſe liberet ab Hoſtibus, à feris, vt à Tauro, Leone, & huiuſmodi; ab Homine furioſo in eam irruenti, ab igne, vel incẽdio, vel fluminis curſu, licet reuera curſus prędictus ſit fętui periculoſus, quia ius habet mater Vitam ſuam conſeruandi; item quia ſi non fugit & currit, mater & fętus ſimul periculum mortis incurrerent.

Secun-

Digitized by Google

Secũdo ſi medicina ex ſua vi & cõditione eſt directa ad fœtus interitũ, tunc nõ eſt licitum matri eã ſumere, etiam ſi ſumat eã vt ſeipſam ſeruet, quia non habet ius tuendi ſe cum interitu fœtus. *Azor. d. 3. p. li. 2. c. 3. q. 22.* Vbi vero reſeruatio fit hoc modo, vt in Tabella Aſculana, caſu 4. *Mares & fœminæ, qui procurant, vel quouis alio mo-*
92 *do adiuuant, aut cooperantur ad procurandum Abortum fœtus animati, aut inanimati.* Tunc incidunt in prædictũ caſum etiam procurantes abortum fœtus nondum animati. & vbi reſeruatur, *Abortus procurantes ſecuto effectu*; incidunt in caſum effectu ſecuto, illũ procurantes; non incidunt autem ſi effectus non ſequatur. *Sebaſtianus Cataneus, Verb. Abortus.*

Tertiò, nec qui abſque dolo, bona fide interrogatus de cauſis abortien-
93 di, in genere aliquod remedium loquendo retulit, quò poſtea aliqui ad abortum procurandum vſi ſunt. Ratio quia voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia, *c. cum voluntate. de ſent. excom.* & multa licent dicere in genere, quæ non licent in ſpecie. *gloſ. in Clement. Religioſi. de priuileg.*

Quartò, nec qui vel cauſa explẽdę libidinis, vel odij meditatione, Viro vel mulieri aliquid fecerit, vel potandum dederit quo minus poſſit gene-
94 rare vel concipere, quamuis peccet mortaliter, & grauiter in vtroq; foro puniri debeat, velut homicida. *Io. Capeauil. loc. ſupracit. d. q. 2. Lancell. Inſt. Iur. Canon. lib. 4. tit. 10. §. is quoque. Graff. in Prax. lib. 1. c. 14. nu. 38. Floron. loc. cit. nu. 11 & 12. & Finellius caſu, 4 nu. 6.* & ratio eſt, quia impedire conceptionẽ vel generationẽ, ſiue agere vt ſemen non ſit prolificũ, & procueare abortum ſunt diuerſa, & pęnę ſunt reſtringendæ neq; extẽdẽdæ vltra ſuos terminos, per Regulam iuris. *odia. in 6. Io. Capeauil. loc. cit. & Graff. p. 1. li. 2. dec. aur. c 63. nu. 19. Bonacin. tract. de reſt. d. 2. q. vlt. punct. 7. nu. 6.* Sed quia impedi-
95 re prolis conceptionem, in Tabella Aęſina eſt caſus reſeruatus.) Ita enim in dicta Tabella reſeruat caſus. *Abortus, aut ſterilitatis in quauis fœmina procuratio, etiam non ſequuto effectu)* ideo, notandũ qđ in huiuſmodi caſum reſeruatũ incidũt, qui Venena ad ſterilitatẽ inducẽdã tribuũt, vel recipiũt, vt ait *Ang. Verb. Debitum coniugale, nu. 27. in fine.* Vel quouis alio modo cõceptus fœtus intra viſcera extinguunt, *c. aliquando, 32. q. 2.* vel cum aliqua arte vtuntur, ne vxores vel alias mulieres concipiant, vel filios generẽt, præ-
96 bendo eis) v. g. poſtquã ſemen intus effuſum eſt) potum aquæ frigidæ, vel quamcunq; aliã potionem, qua ſe priuent potentia generatiua naturali, impediendo cõceptionem prolis. *Tolet. lib. 5. c. 6. nu. 7. Nau. in Man. c. 16 nu. 33. Io. Bapt. Corrad. 2. p. q. 315.*

Quintò, nec qui non fuit In dolo, & qui ignorauit mulierem eſſe prægnantem, & ſi Irregularitatis pęnam
97 non euitet, ſi fortè percutiendo Abortui cauſam dedit *Stephan. Quaranta in Bullar. Verb. Abortus in Addit. limit. 1.* Secus ſi ſciebat, Qui enim percutit mulierem prægnantem, vel dat ei aliquid vt faciat Abortum, ſi ſequatur effectus efficitur irregularis ſi fœtus erat animatus. *Sayr. li. 6. de Cenſur. c. 3. num. 5.*

Sextò, nec qui poculum dedit mulieri ad eam ingrauidandam, ſi illa eo ſumpto, illico, vel paulopoſt, in-
98 terijt; quamuis lethaliter deliquerit, & irregularitatem non effugerit. *Quarant. loc. cit. limit. 2.*

Septimò, nec Puella, vel quæuis alia mulier, cui inſciæ & ignoranti, eius impius amator propinauit ali-
99 quid manducandum, vel bibendum ex quo Abortus fœtus animati ſequitur, vt patet: illa enim non procurauit; ſecus dicendum de Amatore qui propinauit. *Ioan. Capeauill. loc. citat. quæſt. 2. & Floron. loc. cit. numero duodecimo.*

Octauò,

Octauò, nec Maritus, vel Pater, ꝗ
leuiter caſtigat Vxorem, vel filiam
ſuam, prægnantem, vel aliquod ver-
100 bum illi dicit, ex quo illa furore pꝯ-
cita Abortum patitur; ratio quia ta-
lis non procurat Abortum neque in
ſe neque in ſua cauſa, vt patet ex ſi-
gnificatione huius vocis, *Procurare*;
ſecus ſi in caſtigando, vel obiurgan-
do mortaliter excederet. *Io. Capeauill.*
loc. cit. d. q. 2. Floron loc. citat. num. 13. &
Viuald. vbi ſupra in explicat. Bull contra
procur. Abort num. 13.

Nonò, nec Mulier illa, quæ ex
aliqua cauſa repentina, vel ſubita ani
mi paſſione, puta ingenti, vel ſubita
lætitia, timore, appetitu cibi naturæ
101 diſconuenientis, vel terribili, & ſu-
bita hominum armatorum, vel rixan
tium viſione, & ſimilibus quotidia-
nis caſibus, patitur aborſum. Ratio
eſt clara; Imo neq; ipſe armatus, vel
Rixans incurrit, ſi probabiliter peri-
culū aborſus, quod imminebat, igno
rauit. Secus iudicandum eſſet, ſi ali-
quis ſciens alicuius Mulieris in abor-
tiendo facilitatem, in præſentia eius
aliquid ſupradictorum faceret; vel a-
licuius Monſtri, aut dæmonis figurā
repræſentaret, quia indirectè ſaltem
cauſa eſſet aborſus *Io. Capeauill. loc. ſu-*
pracit. d c. 9. q. 2. Bonacin tract. de reſt. d.
2. q. vlt. punct. 7. num. 6. Floron. loc. citat.
num. 13. & Viuald. vbi ſupra num. 13.

Decimò, nec qui, verbi gratia, Ma
ritus, frater, vel alia coniuncta perſo-
na, ludens cum Vxore ſua, ſorore, vel
102 conſanguinea prægnante, illa pati-
tur aborſum, ſi ludus eſt leuis, & lici-
tus; nam ſi iocus eſt leuis, & modera-
tus, & periculo carens, non peccat
mortaliter, etiam ſi poſtea eam con-
ſequatur aborſus, iuxta Panormit. *in*
c. ſicut. de homicid Nau. in Man. c. 15. nu.
14. in fin. & ſi ignorauit probabiliter
non eſſe prægnantem, & propterea
luſit cum illa, ex quo poſtea ſecutus
fuit abortus, non eſſet irregularis. *Co-*
uarru. in Clemen. ſi furioſus. §. 4 num. 10.
Verſ. quinto. Graff. p. 1. lib. 2. dec. aur. d. c.
63. nu. 25. Et notandum, quod ſi Re-
103 gularis parum honeſtè luderet cū
Muliere grauida, vel Choreas duce-
ret, ſi per hoc abortiri eam cōtingat,
incideret in caſum reſeruatum ſuo
Prælato Regulari ex Decreto Cle-
ment. VIII. *Doctores in c. ſicut dignum.*
el 2. de homicid. Graff. loc. citat. Proſper
Farinac. tom. 2 p. 2. q. 121. num. 162. &
ratio illa id comprobat, quod dans
104 operam rei illicitæ etiam ſi debitā
diligentiam adhibeat, caſus occurrē
tis reus efficitur. *D. Thom. 2. 2. q 64. ar.*
8. vbi Caieta. Salon. & Arragon. Henriq.
de irregular. c. 15. non tamen incidit in
hunc caſum Epiſcopo reſeruatum,
cum Regulares, vt alias diximus, ob
Epiſcoporum iuriſdictione circa ca-
ſuum reſeruationem ſint immunes.

Circa tertium; Praxis obſeruanda
a Confeſſario circa Confeſſionem, &
abſolutionem pęnitentium aborſum
procurantium, hæc erit.

Circa Confeſſionem; Primò Con-
feſſarius animaduertat, quæ nā perſo
na eſt illa, quæ procurauit aborſum,
An ſecularis, vel Religioſa, & an in
ſe, vel in alia procurauit abortum. Si
eſt perſona ſecularis, etiam Maritus,
105 vel quiuis alius, vel alia, ſi in ſe (ſi eſt
mulier) vel in alia procurauit abor-
tum, tunc videndum eſt an fętus erat
animatus, vel inanimatus, qa ſi erat
animatus anima rationali, ſequuto ef
fectu in foro exteriori incidit in irre
gularitatem, & excommunicationē
Papæ reſeruatam, & in alias pęnas
contentas in Conſtit. Sixti V. In foro
vero conſciētiæ incidit ſolum in ex-
communicationem Epiſcopo reſer-
uatam, & etiam in Irregularitatem,
ſi eius capax eſt; cum illa diſtinctio-
ne ſupradicta, ſi nimirum fętus erat
animatus. Et ſi fętus non erat anima-
tus, etiā ſi reipſa aborſus ſit ſecutus,
non erit Irregularis, ſed tantum pec-
cat mortaliter, vt notat Graff. *conſil.*
21. num. 6. de ſent. excom. Et ſi neſcitur
an

Digitized by Google

106 an fętus ſit animatus, nec ne, in dubio, an ſit mas, vel fęmina, poſt diē quadrageſimū, debet qui cauſa Aborſus fuit, ſe credere irregularem. *Nau. c.27.num.223. Graff. vbi ſupra d.lib.2.c.63.num.24. Hora. Gamb. loc. cita. fol. 192. Rodriq. in ſumm. p. 1.c.5.num.4. in fin.* In dubio enim fętus præſumitur maſculus, & ideo vt dixi, fit irregularis qui abortiri fecit poſt quadraginta dies. *Nau. conſi. 22. de homicid.* & ratio eſt quia in dubijs tutior pars eſt ſemper eligenda. *c. Iuuenis. de ſponſal.* vbi dicitur, *in his, quæ dubia ſunt, quod certius exiſtimamus, tenere debemus. c. ad audiētiam. de homicid.* Verum facilius ex ſtylo pęnitentiariæ conceditur diſpenſatio. *Henriq. lib.4. de irregul. c.15. num. 6. Graff. d. conſi. 21. de ſen. excomm. num. 3. & 16.*

107 Si eſt perſona Religioſa, verbi gratia Regularis, ſi procurauit aborſum, vel conſilium, ſeu auxilium, dederit ad aborſum faciendum poſt animatum fętū, ēt effectu non ſequuto, incidit in caſum ſuo Prælato reſeruatum, ex Decret. Clement. Octau. Vnde interrogandus erit, cur hoc egerit, ſi enim hoc egit, quia cum illa fęmina rem habuerit, & ne pariendo infamiam vterque contraheret, fętum impedierit, duplex etiam peccatum admiſit, vnum contra Votū Caſtitatis, & alterum cōtra quintum Decalogi præceptū, & Pontificium interdictum, ob quod, in dictum caſum reſeruatū, incidit; Vnde in Confeſſione explicandum eſt.

108 Si vero monialis in ſe procurauit aborſum; tunc obſeruādum, quod licet ſecundū quoſdam, monialis profeſſa ſe grauidam comperiens ne facinus ſuum detegetur, ſi percuſſionibus, vel pugnis, vel aliter procuret in ſe aborſum, incurrat excommunicationem *Canon. ſi quis ſuadente.* 17. q. 4. quia inijcit manum violētum in Religioſam; contrarium tamen eſt verius, quod videlicet non incurrit; ratio eſt clara, quia licet hæc manus ſit violenta naturæ, non tamen eſt iniurioſa ſtatui Eccleſiaſtico, nec violenta Perſonæ Religioſæ, quia non ſibi, ſed tantum fętui iniuriam irrogat, quo fit vt minimè incidat in dictam excommunicationem. *Caietan. in verb. excommu. cap. 10. Armill. verb. eod. 1. de ordin. excommunicationum. nu. 2. Rodriq. in ſumm. par. 1. cap. 80. num. 13. Angles in forib. in 4. quæſt. de excommu. articu. 5. diffic. 3. concl. 7. Ioan. Capeauill. vbi ſupra. q. 3.* tantum ergo hac reſeruatione, ſi Epiſcopo eſt ſubiecta, innodabitur.

Secundò, interroget quandiu in illa praua voluntate, & malo propoſito procurandi aborſum, perſtiterit,
109 hæc enim & ſimilia crimina non niſi longo temporis tractu committuntur, eoquod ſic magis peccatum aggrauatur, dicente Gregorio IX. *in c. cum tanta de Conſuetud. tanto ſiunt grauiora peccata, quanto diutius infelicem Animam detinent alligatam*, cum ergo dicto tempore durante, plurima committantur peccata, propter volutiones eiuſdem criminis diuerſas, & interpollatas, ſi voluntas per actum contrarium interrumpatur, tot erunt peccata, quot internæ acciderint renouationes. *Ioan. Capeauil. loc. citat. quæſt. 3. Lopez. par. 1. Inſtruct. conſcien. cap. 31. Leſſius. lib. 2. de iuſt. & iur. cap. 12. dub. 4.*

Tertiò, an alios induxerit, vt in peccato ſocios haberet, & quoties procurauit aborſum, quia toties pec-
110 cauit mortaliter; Vnde non ſolum hanc circunſtantiam ſcandali neceſſario Confiteri tenebitur, vt fatetur *Azor. parte 2. inſtitut. moral. libro 12. capitulo 15. quæſtione 5.* vbi dicit, quod circunſtantia ſcandali illius, qui eſt cauſa alterius fornicationis, eſt Confitenda. Sed etiam numerum peccatorum in Confeſſione explicare oportebit, eo modo quo dixi ſupra in Tabella Firmana. *num. 41.*

Digitized by Google

Quartò, interroget etiam, an procurauerit Aborſum in animalibus; quia pręter peccatum mortale, quod committit, & reſtitutionem totius damni illati, ad quam tenetur, ſi hoc fecit propter odium, vindictam, &c. huiuſmodi circunſtantiam tenebitur explicare in Cōfeſſione. De Abortu animalium vide Delrium. *diſq. magic. tom. 2. lib. 3. q. 4. ſect. 3. fol. 38.* vbi refert quoddam notabile exemplum.

Quo ad abſolutionem; Primò Cōfeſſarius animaduertat an pęnitens, qui procurauit aborſum aliqua excōmunicatione irretitus ſit, quia ante-
111 quam abſoluatur a peccatis, excommunicationis vinculum prius, ab eo ſi habet facultatem, vel ab illo per quem abſolutio impendi poteſt, auferendum eſt.

Secundò; ſi fœtus erat Animatus, ſequuto effectu, quilibet Cōfeſſarius approbatus ab Ordinario, & ad hoc, ab eodem ſpecialiter deputatus, pote
112 rit a ſupradicta excommunicatione abſoluere in foro conſcientiæ tantum, per Bullam Grego. XIV. incip. *Sedes Apoſtolica.* vbi moderando ſupradictam Sixti Quinti Conſtitutionem concedit, quod quilibet Confeſſor approbatus, & ad caſus in dicta Bulla Sixti Quinti per loci ordinarium ſpecialiter deputatus, abſoluere poſſit in foro conſcientiæ ab excōmunicatione, & a peccato perſonas quaſcunque poſt dictam Bullam, delinquentes *Graff. d. conſi. 21. nume. 6 de ſenten. excommu.* In foro vero exteriori innuit Summus Pontifex in dictis verbis: In foro conſcientiæ tantum, quod non valebit talis abſolutio, & per conſequens ad Summum Pontificem, cui per Sixtum V. reſeruata eſt, in foro exteriori præfata abſolutio pertinebit *Azor p. 2. inſt. mora. lib. 2. c. 26 q. 3.* & proinde pęnitēs ad Sedem Apoſtolicam pro abſolutione mittēdus eſt. Verum eſt tamen, qđ Prælati
113 Regulares per eorum Priuilegia in foro exteriori poſsūt ſuos Monachos & Moniales de hoc crimine conuictos abſoluere, *Rodriq. Quæſt. Regu. to. 2. q. 34. art. 4.* Et quo ad irregularitatē quam, vltra excommunicationem, incurrit, notandum quod nullus Cōfeſſarius ſuper illā diſpenſare poteſt, cum hoc ad Summum Pōtificem, & & Sacram Romanam pęnitentiariā ſpectet. *Nau. in c. ſi quis necandi num. 2. de pænit. diſt. 1.* vide Suarez. *tom. 5. de Cenſur. diſpu 41. ſect 2. & Graff. p. 1. lib. 4. dec aur. c. 27. Henriq. de irregularitate. c. 9. num. 3. & Sayr. lib. 7 de Cenſur. c. 13. num. 11. & 14. & Compend. Priuileg. Mend. & ibi Cappucin.* Vnde Côc. Tri. *ſeſſ 24 c. 6. de reformat.* non concedit licentiam Epiſcopis ad diſpēſandum in irregularitate, procedente ex datione potus veneноſi, quo creatura animata abortitur, cum hoc ſit pluſquam homicidium voluntarium, ſcilicet homicidium calificatum; Vnde ſi aliquis huiuſmodi potum propinauerit, quo fętus formatus, & animatus de facto perijt, non poteſt Epiſcopus in eius irregularitate diſpenſare;
114 Neque Prouinciales, & alij Prælati ordinum mendicantium poſſunt cum Suis ſubditis diſpenſare ſuper huiuſmodi irregularitate prouenien te ex abortu creaturę animatæ, virtute cuiuſdam Breuis a Martino V. Benedictinis conceſſi; licet enim cōceſſerit Pręlatis illius Ordinis, vt poſſint diſpenſare in irregularitate procedente ex homicidio voluntario dū modo ſit occultum; in hoc tamen caſu minimè poſſunt diſpenſare; quia in dicto Priuilegio conceditur prædictis Prælatis facultas ad diſpenſandum in homicidio voluntario occulto, at ille qui habet facultatem ad diſpenſandum in homicidio voluntario, non habet facultatem ad diſpenſandum in homicidio calificato, cuiuſmodi eſt occidere Creaturam Animatam cum Veneno, tollendo ei vitam temporalem, & vitam æternam,

Digitized by Google

nam, quam in Chriſto regenerata, ſi naſceretur, poterat adipiſci, prout in ſimili tenet *Nauar. lib. 5. conſil. de Homicid. conſil. 4. Rodriquez. loc. ſupracitat. d. art. 4.*

Tertiò; cum ſæpiſſime contingat, quod Confeſſarius abſoluendi ab huiuſmodi excommunicatione poteſtate careat, cum, vt ſupradictum eſt in
115 foro conſcientiæ ab Epiſcopo ſit ſpecialiter deputandus, ideo ſi caſus occurrat, quod aliqua fœmina verbi gratia Puella illuſtris, & nobilis, vel ēt quæuis alia, ex ſuo Amatore ſecretò cum conceperit, videns ſe grauidam, ſumendo quandam potionem, clam in ſe procurauit aborſum; ſi accedat ad Confeſſarium, & integrè Confitetur omnia, & ſingula peccata ſua, & illo mane ſtatim poſt Cōfeſſionem, ſimul cum Matre, Sororibus, & alijs Conſanguineis, vult Communicare, quia ſi non Communicet orietur aliquod magnum ſcandalum, & eius fama multum periclitatur, quia forſitan de hoc eſt aliqua læuis ſuſpicio; tunc Confeſſarius audiat totam Confeſſionem, & inducat illam ad perfectam cōtritionem omnium ſuorum peccatorum, non tamen abſoluet eam. Quia iuxta Decretum Clement. Octaui incip. *Sacra Congregatio*; Nullus Confeſſarius
116 ſecularis, vel Regularis cuiuſcunque ordinis abſoluere poteſt a caſibus clarè, vel dubiè contentis in Bulla Cœnæ Domini, & Sedi Apoſtolicæ, ac locorum Ordinarijs, reſeruatis, nullo caſu etiam neceſſitatis, vel impedimenti, niſi in mortis articulo, ſine ſpeciali licentia ipſius Sedis Apoſtolicæ, & Ordinariorum, ſed pęnitentes ad ſuos legitimos iudices accedere conſulat, ſub pęnis in eo contentis. Illam ergo non abſoluat, ſed audita tota Cōfeſſione, concedat ei licentiam, vt cum alijs Communicet, etenim in tali caſu ipſa non habet copiam idonei Confeſſarij, qui poſſit illam abſoluere; vnde de licentia Sacerdotis præmiſſa debita Contritione, & integra Confeſſione, poteſt accedere ad ſacram Communionem abſque abſolutione, vt tradit *Sot. in 4. diſt. 11. q. 1. art. 4. & diſt. 18 quæſt. 2. articul. 5. & Viuald. loc. ſupracita. num. 14. & Floron. par. 1 cap 4. §. 6. num. 9. & caſu 6. §. 4 num. 1. & 3.* vide *Graff. p. 1. lib. 2. dec. aur. d cap 63 nu. 36.* Quod patet a ſi-
117 mili, quia ſi Monialis, quæ incidit occultiſſimè in aliquam Cenſuram Papalem, poteſt licite Communicare, ante abſolutionem, tempore conſueto, & aſſiſtere choro, & intereſſe officijs, a quibus ſi abſtineret fama eius, & Monaſterij periclitaretur, vt docent *Nauar. capit. 27. num. 239. Alphon. a Caſtro libro 2. de leg pœnal capit. vlt. Ioan. Capeauil. de caſib. reſeruat. par. 1. cap. 9. diffic. vltim. Henriquez. lib. 13. de excommun. cap. 7. §. 2. in Annot. Suarez. de ſacra. diſput 66. ſect 4 tom. 4. poſt Angel Verb. Euchariſtia 2. num. 6. Angles in 4. diſtinct. 4 quæſt 2. Coſm. Philiarc. de offic. Sacerd. lib 2. capit. 10. Lazar. de monit. ſect. 4. quæſt. 18. num 9.* & nos infra annotabimus in declaratione vltimi caſus reſeruati in Tabella Piſaurenſi *num.* 210. ita & ſupradicta Puella, præmiſſa debita contritione, & integra Confeſſione, vt dixi, licitè poterit Communicare; Confeſſarius tamen ei præcipiat, vt tali die reuertatur pro benefitio abſolutionis, & interim quam primum commodè poterit, ſecretò accedat ad Epiſcopum pro facultate illam abſoluendi, res ei in genere intimando, qua obtenta, præfixa ab eo die, illam abſoluat, ſic enim conſulitur famæ Puellæ, & euitatur abſurdum, quod Confeſſarius auctoritate carēs abſoluat, quam non poteſt, vt notat *Graff. loc ſupraci.*

Quartò, obſeruandum, quod Gregor. XIV. in prædicta ſua moderatione ſtatuit, quod quo ad pœnas procurantium aborſum fętus inani-

X 2 mati,

118 mati, aut exhibentium mulieribus, vel ſumētium Venena ſterilitatis, aut quocunque modo conſilium, aut auxilium, eis dantium in prædicta Cōſtitutione contentas reduxit ad terminos iuris communis, & ſacrorum Canonum, & Concilij Tridentini diſpoſitionem, ac ſi ipſa Conſtitutio in huiuſmodi parte, nunquam emanaſſet; Vnde modo, qui diformat
119 Embrionem inanimatū. (Embrion autem eſt fętus in vtero conceptus antequam lineamenta ſuæ ſpeciei accipiat ſecundum *Calepin.*) non eſt irregularis, vt in *capit. ſicut ex litterarum de homicid. & cap. quod vero. & c. Moyſes. 32. quæſ. 2.* determinatur. Nec etiam eſt irregularis, qui propinat mulieri, aut viro potum, quo eis generandi facultas impediatur. *capitu. ſi aliquis. de homicid.* Nec qui prægnantem Abortiri facit, antequam fętus Anima rationali Animetur. *cap. ſicut ex ſuorum. de homicid Rodriquez. d. tom. 2. quæſt. 34 art. 4.* & ratio eſt, quia ante infuſionum Animæ rationalis non
120 poteſt, quis dici homicida in dando cauſam abortioni, quia quod non vixit, mori non poteſt, priuatio enim præſuponit habitum. *de deſpon impub. cap. ad diſſoluendum d capit. quod vero. & cap. Moyſes. Graff. d. conſil. 21. nume. 4. de ſenten. excommunic.* Iocans etiam,
121 aut ſaltans cum grauida muliere, quæ ob id Abortit, non eſt irregularis, ſi licitè id facit, vt frater, Propinquus, aut amicus honeſtus: ſecus ſi illicite, vt Amator obſcenus, aut Clericus, aut Monachus, cui eiuſmodi ſaltatio eſſet prohibita. *capit. ſicut ex tuarum.* cum annot. ei per Panormita *de homicid. Nauar. d. cap. 27. num. 236.* Solum ergo moderatur a dicto Grego. per præfatam ſuam Conſtitutionem quo ad gladium Eccleſiaſticæ diſciplinæ, ideſt quo ad cenſuras poſitas contra procurantes aborſum fętus inanimati, aut exhibentes mulieribus, vel ſumentes Venena ſterilitatis, aut quocunque alio modo auxilium, vel conſilium ad id dantes, vt ſupra dictum eſt; non vero moderantur alia in ipſa Conſtitutione contenta, contra procurantes aborſum fętus Animati, aut fauorem, aut auxilium, & conſilium ad id dantes, vt patet ex Verbis dictæ Conſtitutionis, ibi. Non obſtantibus eadem Prædeceſſoris noſtri Conſtitutione, quam quo ad reliqua omnia præter contenta in hac noſtra Conſtitutione, in ſuo robore omnino permanere volumus. Ex quibus ſequitur, quod procurantes huiuſmodi aborſum, ſi ſequatur effectus, ſi Clerici ſunt a Iudicibus Eccleſiaſticis degradandi, &
122 curiæ ſæculari tradendi ſunt; quantum enim ad ho cnon video Conſtitutionem Sixti Quinti, per Gregorium XIV. neq; per alium Summum Pontificem eſſe reuocatam. *Rodriq. vbi ſupra. d. articul 4. in fin.* Licet enim olim Clericus brachio ſæculari tradi non debuit niſi ob hæreſim. *cap ad abolendam de Hæret.* vel ob falſificationem litterarum Summi Pontificis, vel calumniam, quam quis ſuo Epiſcopo intulit, nūc tamen per Bullam Sixti Quinti tradi debet ꝓpter aborſum fętus animati, talis enim pęna, ꝑ Greg. XIV. non eſt abrogata *Sayr. li. 3. de Cenſur. c. 35. num. 28.*

Quintò, animaduertat an ſint ſublatæ occaſiones propinquæ peccatorū, quæ ferè ſemper coniuncta ſūt
123 huic peccato, vt Inceſtuum, ſtuprorum, ſacrilegiorum; nam Procurātes aborſum ferè his criminibus dediti ſunt. *Io. Capeauill. vbi ſupra. q. 3.*

Sextò, An ſatisfactio ſit ſecuta, vel ſaltē ſit propoſitū ſatisfaciendi; ſi. n. fętum animatum enecauit, tenetur ad ſatisfactionē, iuxta illa, quæ diximus in caſu homicidij, in primo ca
124 ſu in Tabella Auximana. *Io. Capeauil. loc. ſupraci. d. q. 3. in fi.* Et ſi fęmina quā abortiri fecit, geminos iam in vtero cōceperit filios, ſi vnus intereat, alterum

Digitized by Google

ſum vero viuum pariat, & ad ſuũ errorem occultandum, clam miſerit ad Hoſpitale, tunc omne damnum eidẽ illatum, prout in explicatione ſecundi caſus reſeruati in Tabella Anconitana, *num.* 135. dictum eſt, reſarcire tenebitur.

Poſtremo, conetur inducere pęnitentem ad veram & perfectam contritionem ſuorum peccatorum (valde equidẽ fructuoſa eſt contritio peccatorum, ẽt ante illorum cõfeſſionẽ, vnde notat *Nau. in Man. c.* 1. *n.* 29. ma-
125 gnæ prudentiæ, ſanctiq; cõſilij eſſe curare, vt poſt peccatũ admiſſum, q̃ citiſſimè nos eius pęniteat, cũ per id, ẽt ante confeſſionem in Dei gratiam redeamus, adeò quidẽ vt fieri poſſit, vt qui centies mortaliter peccauit p totum anni ab vltima cõfeſſione ſpatium, non mãſerit quatuor horis ſine Dei gratia, eo qđ ſtatim ac peccauit, ſingulorum peccatorum legitimè pęnituerit) oſtendendo ei grauitatẽ huius delicti; ſi quidem grauiſſimũ peccatum Abortus procuratio sẽper exiſtimatum fuit; & meritò quidem cũ omni iure repugnare cenſeatur. Primò iuri naturali, cũ bruta ẽt animantia ipſa natura duce in partu fętũ expectent: nec vllum hactenus inuentũ eſt, qđ proprios conceptus tueri negligat, partuſq; ſuos nõ foueat; ſolus homo cunctis beſtijs hac in re truculentior, cum Deo, & natura pugnat. *Horat. Gambar. loc ſupracit. f.* 191. Procurantem aũt abortum contra naturam delinquere hinc patet, quod hoc naturæ lege comparatum ſit, vt fęminæ concipiant, conceptũ cõſeruẽt, & ſuo tempore ad humani generis perpetuitatem pariãt. *Gaſpar. Anton. Theſaur. in Addit. ad deciſ. Pedemont. deciſ.* 12. *Lactant. Firmian. lib.* 6. *diuin. Inſt. ca.* 20. *Claud. Minores in Cõment. ad Alciat.*
126 *Emb.* 193. Vnde Phocillides Grecus auctor in ſuis moralibus. Neq; inquit mulier corrumpat fœtum intra ventrem, neque cum peperit, Canibus, aut Vulturis iaciat, neq; Vir vxori prægnanti manum inijciat.

Secundò iuri etiam Diuino aduerſatur, cum Deus *Exod. c.* 21. hũc prohibuerit. Vbi dicitur, *Si quis percuſſerit mulierem prægnantem, & abortum faciat, & mors eius ſubſecuta fuerit, reddat animam pro anima, &c.*

Tertiò, omnia etiam iura humana reclamant. Iure Canonico in *ca. ſi aliquis, de homicid.* habetur. *Si aliquis cauſa explendæ libidinis, vel odij meditatione, Homini, aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, vt non poſſit generare, aut cõcipere, vel naſci, ſoboles, vt homicida tenetur, & vt talis puniendus eſt. Lancel. loc. ſupracit.* Vnde Amaſius ſi Ama-
127 ſiæ prægnãti dederit poculũ vt faciat abortum, etiam ſi nõ hoc fine ei dederit, ſi ex eo poculo mortua fuerit, ipſe tenetur pęna mortis; quia in maleficijs inſpicitur euentus, & non animus, *c. fin. de homic. in* 6. *Graff. d. cõſi.* 21. *num.* 21. *de ſent. excom.* Eodem iure fętum abigens, vel cauſam præſtans, excommunicationis pęna feritur, & irregularitatis nota inuritur, ſi fętus anima rationali præditus erat, *d. c. ſi aliquis de homicid. c. ſicut. eod. tit.* vt exponit Paul. Ghriland. *de ſortileg. q.* 12. *nu.* 21. *& Proſp. Farinac. tom.* 2. *p.* 2. *q.* 122. *nu.* 164. Sic enim delicti grauitas expoſcit: ſiquidem ſi fœtus erat animatus, corpore & anima moritur, ſemper in lymbo beatifica Dei viſione carens. Doctores præſertim Alber. *in l. qui in vtero ff. de ſtat. hom.* In Concil. Illerdenſi *Can.* 2. dicitur. His qui Abortiuum faciũt, vel natos ſuos extinguũt poſt ſeptem annorum curricula Cõmunio tribuatur. Et in ſexta Synodo generali Conſtantinopolitana. *Can.* 9. habetur. Quæ pharmaca procurant abortus faciẽtia, & quæ Venena ſuſcipiunt Partus perimentia, pęna occiſoris accuſentur. *Azor. p.* 2. *Inſt moral lib.* 2. *c.* 26. *q.* 3.
128 Iure Ciuili, *In l. Necare. ff. de lib. agnoſc.* Neccare videtur, non tantum

Digitized by Google

is,qui partum præfocat,ſed & is,qui abijcit. *In l Cicero ff. de pęn* dicitur. Cicero in oratione pro Aul. Cluentio habita, ſcripſit, Meliſiam quandam mulierem,cum eſſet in Aſia,quod ab Hæredibus ſecundis, accepta pecunia, portum ipſa medicamentis ſibi abegiſſet, rei capitalis eſſe damnatā. *In l. ſi mulierem, ff. ad leg. Cornel. de ſicarijs.* Si mulierem viſceribus ſuis vim intuliſſe,quo portum ſuum abigerit, conſtiterit, eam in exiliū præſes Prouinciæ exigat. *In l. ſi quis aliquid, ff. de pęnis*, ſtatuitur. Qui abortionis aut amatorium poculum dant, & ſi dolo non faciant, tamen quia mali exēpli res eſt,humiliores in metallum damnentur, honeſtiores in Inſulā amiſſa parte bonorum relegantur; Quod ſi eo mulier aut homo perierit,ſummo ſupplicio afficiantur. *Azor loc. ſupra cit. d. q. 3.* Ex his ergo grauiſſimis pęnis, liquidò patet quam graue piaculum committunt, qui quouis modo procurant abortum. Vhe ergo illis qui talia agunt. Quare Confeſſarius
129 grauiſſimam etiam illis iniungant pęnitentiam, maximè præſeruatiuā, ſi ei in Domino expedire videbitur; v. g. quod per totum annum qualibet ſexta feria in pane & aqua ieiunent; Vel faciāt diſciplinam, per aliquod magnum, vel paruum ſpatium eis taxandum, iuxta qualitatem perſonarū. Vel quod ter in hebdomada Pſalmos Pęnitentiales flexis genibus deuotè recitent; vel Roſarium B. Virginis Mariæ pronūtiēt; Vel aliud quid ſimile. Præſertim tamen maximam curam adhibeat, vt hoc peccatum in poſterum omnino cauere ſtatuant: nam hic eſt fructus, & finis perfectæ
130 confeſſionis, vt præteritum auferatur, & futurum impediatur: ne dum iterum ad vomitum reddeūt,& Spiritum ſanctum contriſtant, eis deterius aliquid contingant, atque pęnitentię tempus alias denegetur, quod diuitias bonitatis eius patientiæ, & lōganimitatis contēpſerint: Quamobrem illos in timorem Domini omni conatu traducat,cum in hoc ad bene viuendum maximum ſit momentū, quia timor Domini expellit peccatum *Eccl. c. 1. Conbrec. de ſtud. pt. l. 2. c. 5.* Demum poſt impoſitam pęnitentiam, ſi auctoritate polleat, illos abſoluat. Et hæc pro huius ſeptimi caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant,ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti; Amen.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti,incipit declaratio octaui, noni, decimi, & vndecimi caſuum reſeruatorum eiuſdem Tabellæ Maceratenſis,qui tales ſunt.

Si quis Infantes ante completum Annum in eodem lecto detinuerit.

Siquis inhoneſtos actus,ſeu inhoneſta verba cum monialibus habuerit, aut inhoneſta continentes ad ipſas litteras, vel libros miſerit ſeu dederit.

Nephandum ſcelus cum maſculis, mulieribus, & Brutis.

Inceſtus vſque ad ſecundum incluſiuè Cōſanguinitatis, vel Affinitatis gradum, & cum ſpirituali Cognatione cōiunctis.

PRo declaratione horum octaui, noni, decimi, & vndecimi caſuum reſeruatorum, reor potius miſſam facere,quam aliquid dicere; ſingulorum enim declarationes haben-
131 tur in alijs Tabellis aliorum Epiſcoporum, qui ſub eadem et forma verborum, eos ſibi reſeruant. Declaratio ergo octaui caſus, cum habeatur in Tabella Anconitana, *fol.* 114. Et declaratio noni, in Tabella Camerinen. *num.* 219. Declaratio decimi, in eadem Tabella *num* 120. Et denique declaratio vndecimi in Tabella Anconitana fol 64. Et in explicatio-

cationequinti caſus reſeruati in Tabella Reccanatenſi. Ideo hæc pauca, nunc me dixiſſe, pro illorum declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio duodecimi Caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Maceratenſis, qui talis eſt.

Raptus Mulierum.

PRo declaratione huius duodecimi caſus reſeruati, præter ea quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Raptus.*
2 *Quando Raptores Mulierum incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt à Confeſſario, circa Confeſſionem & Abſolutionem prædictorum Raptorum Mulierum.*

CIrca primũ; breuiter, Raptus dupliciter ac
132 cipitur, generaliter, & ſic Raptus dicitur quilibet illicitus coitus, *D. Iſidorus. lib. 5. Etymologiarum. c. 26. & D. Thom. 2.2. quæſt. 154 art. 7. Ioan. Capeauill. de caſibus reſeruat. par. 2. cap. 12. quæſt. 1.* cum violentia perpetratus. *Lexicon Theolog. Verb. eod.* Alio modo ſtrictè & propriè, quatenus eſt ſpecies luxurię ab alijs diſtincta, prout hic ſumitur,
133 & ſic definiri poteſt. Raptus eſt violenta abductio mulierum honeſtarum, de loco ad locum, cauſa explendæ libidinis; vel ad matrimoniũ cum eis contrahendum, vt v. g. cum contra illarum, vel parentum ſuorum voluntatem, violenter, de loco ad locum, ad turpem actum exercendum, rapiuntur. ita colligitur ex Decreto 36. *quæſt. 1. & 2. per totam. D. Thom. loc. cit. Clau. Reg. lib. 8. cap 5. numero 1. Gregor. de Valent. tom. 3. diſput. 9. quæſt. 3. punct. 3. Horat. Gambar. de caſibus reſeruat. cap. 15. numero 1. fol. 188. Ioan. Capeauill loc. ſupracit. Nauar. in Man. cap. 16. num. 3. Graff. in Prax. lib. 2. cap. 31. num. 4. & conſil. 24. numero 2. & 19. de ſentent. excommunic. & Bonacin. tom. 1. tract. de Matrimon. quæſt. 4. punct. 18. num. primo.* Et notandum
134 quod Raptus dicitur in quacunq; muliere, *gloſ in l. Raptores, C. de Epiſcop. & Cleric.* Quia non tantum eſt Raptus Virginum, ſicuti ſtuprum, ſed etiam aliarum mulierum corruptarum, ſiue illę ſint coniugatæ, ſiue Viduæ, ſiue ſolutæ, etiam meretrices, 26. *quæſt. 2. capit. raptores, & capit. ſi quis non dicam*, immo etiam moniales, liberæ, & Ancillæ. *Ioan. Capeauill. loc. citat. d. quæſt. 1. & Graff in Prax. loc. citat. numero 7. & d. conſil. 24. num. 5. & ſeq.*

Item notandum quod in diffinitione ponitur, *Violenta abductio;* quod intelligitur de violentia vera, & non
135 interpretatiua, vnde ſi mulier per dolum, aut alias fuerit ſeducta, non dicetur violenter rapta, quia vbi interuenit conſenſus, non cenſetur eſſe violentia, *Graff. in Prax. vbi ſupra, num. 5.*

Dicitur etiam, *Violentia*, ad differentiam aliarum ſpecierum luxurię; quia ſi copula carnalis habetur cum Virgine, Coniugata, Sanctimoniali, Affine, Cognata, & vis non inferatur, non eſſet Raptus, ſed aut Stuprum, aut Adulterium, &c. *Ioan. Capeauill. & Graff. loc. cit. numero quarto.*

Item quando nulla vis infertur in abducenda fœmina, ſed fœmina ipſa ſpontè, aut etiã præcibus diſcedit cũ amatore neſcientibus parẽtib. nõ eſt propriè raptus, ſed potius eſt fuga voluntaria, nulli enim ius infertur. *Bona*

Digitized by Google

*cin.loc. citat.num.*5.Quæ quidem violentia ſolet fieri aliquando ipſi fœminæ; aliquando Parentibus; aliquādo ſimul vtriſque; fit Puellæ tantum, quando voluntate Patris Puella violenter abducitur, vt abductor eius potiatur concubitu, cuius copulæ numquam illa conſenſum præbuit; Parētibus vero, vt ſi Puella Raptori conſenſerit; At vtriſque, ſi Raptor cum Rapta aufugerit, & fœminam ipſam violentiā pertuliſſe conſtiterit. *Graff. d.conſi.*24.*num.*3.

137 Et hic Raptus quandoq; concurrit cum ſtupro, vt ſunt Raptores Virginum, qui eas violenter corrumpūt, florem Virginitatis eripiendo. Quandoque eſt cum ſtupro, & ſacrilegio, vt ſunt Raptores Mulierū, quæ ſunt Deo dicatæ. Quandoque inuenitur Raptus ſine ſtupro, vt puta ſi aliquis Rapiat Viduam, vel Puellam corruptam; Vnde Symmachus Papa in *epiſtol. ad Cæſarium.c.*3.& habetur. *c. Raptores.*26.*q.*2.*Raptores* inquit *Viduarū, vel Virginum, ob immunitatem tanti facinoris deteſtamus.* Nonnunquam inuenitur ſtuprum ſine Raptu, ſicut ſi aliquis ſine violentiæ illatione Virginem illicitè deflorat. *D.Tho.loc.ſupracit.D.Anton.*2.*p.tit.*5.*c.*7.*Graff.d.conſi.* 24 *num.*4.*& in Prax.loc.citat. num.*6. Et ſiue Mulier violenter abducatur a domo parentum, & violenter copula extorquetur; ſiue violenter abducatur, non tamen violenter corrūpatur, ſed de voluntate Virginis, ſiue corrumpatur fornicario coitu, ſiue Matrimoniali, qualitercunque violētia adſit ſaluatur ratio raptus. *D.Tho. & Sanct. Anton loc.ſupracitat. Io.Capeauill d.q.*1.*Clau. Reg. vbi ſupra nu* 1. Dixi, *Abductio Mulierum honeſtarū.* Quia in Raptu conſiderandum eſt, an Mu-

138 lier Rapta ſit honeſtæ vitæ vnde in Meretrice non dicitur Raptus, niſi fuerit ipſa Meretrix ad frugem melioris vitæ reducta, ſecundum *Bald. in l. vnica C. de raptorib.* ergo qui raperet Meretricem nō teneretur pœna *d.l.vnic.* vbi habetur, quod Mulier oportet, vt ſit honeſta. Nec obſtat quod hæc Reſeruatio loquitur generaliter dicēs. *Raptus Mulierum*, & per conſequens cum ſint verba generalia eſſe etiam ad Meretricem extendenda; quia reſpond. in dubio mentem legiſlatoris præſumitur ſe velle conformare Iuribus, ſed Iura, vt *text. in d.l.* 1.*& l.Raptores.C.de Epiſc.& Cler.* excipiunt a Raptu Mulieres inhoneſtas, ergo. Dixi etiam, *cauſa explendæ libidi-*

139 *nis*, quia non diceretur Raptor, qui ad alium finem, vel ob aliam cauſā, quam libidinis Virginem abduceret, vt notat *Horat. Gamb. loc.ſupracit. d.fol.*188. cum Raptus dicatur propriè cōmitti, quando Mulier rapitur per vim, & & cauſa explendæ libidinis, vt dicit *Hoſt.in ſum.tit.eod.c.*1.*Mar. Socin.in c. cum cauſa.no.*1.*de Raptorib.* ita ex *Graff. ſupracit.conſi.*24.*de ſent.excom.a num.*2. *vſque* 15. vel cauſa Matrimonij contrahendi; Ad raptum enim duo requiruntur; Vis, & abductio Mulieris cauſa libidinis, vel matrimonij contrahendi. *Bonac. loc. citat. num. quinto; & ſequent.*

Circa ſecundum, ex hactenus dictis euidenter elicitur, qui nam incidunt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

Primò enim, incidit, qui per ſe, vel interpoſitas perſonas, puellam è domo paterna ad aliam domum vi tranſtulit, etiam ſi blanditijs poſtmodum

140 ab illa copulam extorſerit; Imò ēt ſi matrimonium in forma Eccleſiæ, hoc eſt, coram proprio Parocho, & Teſtibus, cum ea cōtraxerit, quia ad Raptum ſufficit qualiſcunque violentia vera. *Ioan.Capeauill. vbi ſupra q.* 2.*Graff.d.conſil.*24. *num.*20. *de ſentent. excommunic.*

Secundò, & qui blanditijs aliquā Virginem ad domum ſuam allexit, eaque ſimilibus blāditijs potitus eſt; ſed quia illam Pater Puellæ ſibi re-

nuit

nuit in Matrimoniũ dare minas Pa-
141 tri, vt conſentiret, dedit; ratio eſt, quia & ſi nulla vis hactenus Puellæ illata fuerit, vis tamen infertur Patri (cum contra eius voluntatem, licet ipſa conſenſerit, de domo eius ſit abſtracta) quod ad rationem Raptus ſufficit. *Io. Capeauill. loc. cit. Graff. vbi ſu ſupra num. 21. Nauar. conſil. 2. de Raptorib.* & idem dicendum, ſi Virginem, quæ non eſt in alicuius poteſtate, nec cuſtodiam, grauiter & ſolicitè rogatam importunis precibus, muneribus ac alijs promiſſionibus, induxerit ad conſentiendum abductioni. *Hor. Gambar. loc. ſupracit. fol.* 188.

Tertiò; Cum Raptus iuxta communem, ſufficiat abſque copula per
142 text *in d. l. vnica & l. raptores. C. de Epiſc. & Cler.* fit, vt ſi quis rapuerit ꝑ vim puellam nondum Viripotẽtem, incidat in caſum reſeruatum, cum verificetur propria ſignificatio raptus. *Graff. in Prax loc citat. num.* 47. & idem cenſendum de quibuſcunque alijs puellis; Raptor. n. Virginis in quocũque caſu, ſiue eam cognouerit, ſiue non, modo rapuerit cauſa libidinis, incidit in caſum reſeruatum; tum q͂a ad ſpeciem Raptus crimen illud mihi videtur eſſe abſque copula, ſi iuris mentem conſideremus; tum propter iniuriam parentibus illatam; tum ob Mulieris, ſeu Virginis illius infamiã, nec enim poteſt ipſius puellæ opinio numquam integrè reſtitui; tametſi mille teſtibus probatum fuerit eam nondum corruptam fuiſſe a raptore, quis enim hoc crederet, quod a iuuene libidinoſo credatur Mulier non polluta? tum ex verbis reſeruationis, Caſus enim dicit abſolutè *Raptus Mulierum.* ex quibus verbis videtur mẽs Legislatoris, includere tãtum raptũ cauſa libidinis, licet poſtea nõ ſequat̃ effectus. *Graff. d. conſi* 24. *nu.* 25. *& ſeq.*

Quartò; & qui per ſe, vel interpoſitas perſonas, promiſſionibus falſis, munuſculis, alijsvè banditijs, cauſa
143 explendæ libidinis, per vim, rapit aliquam Mulierem Coniugatam; Viduam, Sanctimonialem, vel quamcũque aliam fęminam honeſtam, per ꝑdicta ſuperius. Secus autem vbi reſeruatur, *Raptus*, ſeu *Raptores Virginum tantum*; quia excluditur Raptus Viduarum, Coniugatarum, & aliarum mulierum, vt patet.

Quintò, & qui per Prædones ſibi Domicellam capi iuſſit, & abduci ad ſe, vt illa potiretur, ſi corpore eius po
144 titus eſt. *Io. Capeauill. d. q.* 2. *& Graff. d. conſi.* 24. *num.* 24. *in fin.*

Sextò, & qui Concubinam ſuam reſipiſcere volentem, & a ſe ſeparatã, vi ad domum ſuam reuocat, & illam
145 carnaliter cognoſcit; hic. n. dubio procul in caſum incidit, quia vis Mulieri infertur; neque refert quod hactenus eius Concubina fuerit, quia propterea in ea nullum ius habet, & raptus non ſolum Virginem eſt, ſed quamcunque Mulierum. *Io. Capeauill. loc. citat. d q.* 2. *& Graff. d. conſi* 24. *num.* 14. *& in Prax. num.* 51.

Septimò, & Puella, & quæ vis alia fœmina, quæ ex eadem cauſa, nimirũ libidinis explendæ, violenter, quamcunque aliam Mulierem honeſtam,
146 rapit. *l. fœdiſſima. C. de Adult. Cynus in l. raptores. C. de Epiſc. & Cler. Anan in c. fin. nu.* 3. *de Raptorib. ex Graff. in Prax. loc. citat. num.* 37. dummodo ob eandẽ cauſam, de loco ad locum, eam conducat. Raptus enim dicitur violenta eductio fœminæ de loco ad locum, libidinis cauſa; vt ſupra dictum eſt. Caſus enim cum indiſtinctè, & generaliter loquatur, dicẽs. *Raptus Mulierũ.* nullam mentionem faciens, de raptore, generaliter etiam de quocunque raptore, tam mare, quam fęmina, intelligẽdus eſt. Cum verba generalia ſecundum ſui naturam, generaliter intelligi debeant. *l.* 1. *§. generaliter. de legat. præſtan. l. ſi finita. §. de cæteris. de dam. infect.*

Octauò, & Auxiliantes auxilio co-

ope-

operationis, ita qđ aſſociati fuerint raptorem ad actum, & cum ipſo rapientes, comprehenduntur ſub caſu
148 per text. *in d. l. vnica. Bart. Capol. conſ. 57. in fin.* Idem de mandante ſecuto effectu, nam verba reſeruationis Caſus ſunt intelligenda ſecundum ius commune, & Caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris, ſed text. *in c. de Puellis. 26. q. 2.* comprehendit etiam cooperantes, & conniuentes raptoribus, ergo multo magis mandantes. *Graff in Prax. loc. citat. num. 34.*

Non incidunt autem, Primò qui tentauerunt abducere Virginem ad eam ſtuprandam, aut etiam in matrimonium ducendam, ſed aliunde impediti, non valuerũt; licet toties quo
149 ties id attentauerint, lethaliter deliquerint. *Ioan. Capeauill. vbi ſupra q. 2.* Hinc non erit caſus reſeruatus, ſi qs eo animo cum hominib. armatis acceſſit ad domum mulieris ad illã rapiendam, vt ea rapta illa potiretur, ſi in domo eam non inueniẽs, minimè potuit perficere delictũ; & ratio eſt, quia caſus reſeruatio intelligitur de actibus exteriorib. cum effectu, quãuis per raptorem non ſteterit. *Ioan. Andr. & Gemin. in c perpetuo. de elect. in 6. Graff. in Prax. num. 38.*

Secundò, nec qui ad alium finem, vel ob aliam cauſam, quam libidinis, vel matrimonij Virginem abduceret; nam ſi, vel vt Teſtamentum mu-
150 taret, vel ne matrimonium cum inæquali contraheret, vel ad eam occidendam, vel ob aliam quamcunque cauſam quis abduceret, non diceretur Raptor. *Hor. Gamb. loc. ſupra cit. fol. 188. & Bonac. loc. citat. num 6.*

Tertiò, nõ dicitur rapta, & ita nec caſus reſeruatus, ſecundũ Panormit. *in c cum cauſam. de Raptoribus.* vbi pręceſſit tractatus de Nuptijs, & ꝓ matrimonio contrahendo puella fuerit
151 abducta eo fine, vt matrimoniũ cõtrahatur; & ratio eſt, quia matrimonium debet eſſe liberum. *c. cum apud. de ſponſalib. & Conci Tri. ſeſſ. 24. c. 1. de reformat. Matrim.* & puella fortè non poterat liberè cõtrahere in domo parentum; quod ſecus eſſet, vbi tractatus non præceſſiſſet, quia committeretur raptus. *Silu. verb. luxuria. q. 6. verſi. ſecundum. Tabien Verb. Raptor. 2. nu. 1. Graff. in Prax. num. 49. & d. conſil. 24. n. 9. & 27. Tolet. lib. 1. c. 42. num. 7. Horat. Gambar. tra. de caſib. reſeruat. de excom. in Concil. Trid. poſitis. c. 13. nu. 4 fol. 177.*

152 Quartò, nec qui Virginem, quã ſibi per verba de futuro deſpõſauerit, per vim abduxit è domo Paterna, & rem cum ea habuit: ſi alijs vijs tentatis non potuit illam habere; ratio eſt, quia quamuis peccet violentiam inferendo, educendo eam violenter de domo parentum, excuſatur tamen a crimine raptus, qa vt ait *D. Tho. 2. 2. q. 154. art. 7. ad 4.* ſponſus ex ipſa deſponſatione habet aliquod ius in ſua ſponſa, & ideo licet peccet, vt dixi, violentiam inferendo, excuſatur tamen a crimine raptus. Vnde Gelaſius Papa, prout habetur *in c. lex illa.*
153 *26. quæſtio. 1. lex illa præteritorum Principum ibi Raptum dixit eſſe commiſſum, vbi Puella, de cuius Nuptijs nihil actum fuerat, videbatur abducta. D. Anton. vbi ſupra d. c. 7. §. 1. Ioan. Capeauill. loc. citat. d. q. 2. Aſtenſ. lib. 2. tit. 46. art 4. q 2. Graff. in Prax. num. 32. & ſeq.*

Quintò, nec qui ſponſam de præſenti, volentem ante matrimonij cõſummationem ingredi monaſteriũ, rapit, & cognoſcit, quamuis grauiter peccet, ratio prioris eſt, quia vtitur re ſua; ratio poſterioris, quia illa ſecũ
154 dum cõmunem opinionem ab omnibus Scholaſticis receptam ſuper 4. *ſentent.* poteſt conuolare ad Monaſterium ante conſummationem matrimonij. *Io. Capeauill. loc. citat.* cum tamen fuerit vſus re ſua, licet indebitè ideo amplius Monaſterium intrare non poterit, ſecundum *Hoſt. Silu. vbi ſupra. verſ. Adde. & d. Anton. loc ſupracit. d. §. 1. Graff. in Prax. num. 50.*

Sex-

Digitized by Google

Sextò, nec qui Virginem blãditijs, & magnis promiſſis è domo parentũ abduxit, & conſimilibus rationibus copulam extorſit, ſiue intuitu Matrimonij, ſiue non, hoc eſt, ſiue poſtea
155 in Matrimonium duxerit, ſiue nõ; ratio quia nulla reperitur violentia ſaltem vera, ſed ſolum interpretatiua, qualis ad raptum non ſufficit. *Io. Capcauill. d. q 2. & Graff. in Prax. nu.* 51. Raptus enim ſignificat ablationem violentam, qua fęmina ab vno loco ad alium trahitur. *D. Thom loc. citat. d. art. 7 c. de raptoribus. 26. q. 1. l. ſed eximẽ di. ff ne quis eum, qui in ius. Nau conſi. 1. de Raptoribus* Vnde ob eandem rõnẽ non incideret in hunc caſum reſeruatum Iuuenis ille, ſi mulier illius amore capta, per feneſtram videns eum, poſt illum abijt ad ſuam domum, vbi ab eo ſtuprata redijt ſua voluntate, ratio, quia cum illam nõ abſtraxerit, & Virgo in actu conſenſerit, ſtuprũ tantum commiſit, & non Raptum. *Graff d. conſi. 24. num.* 16. *& ſeq. & in Prax. num.* 19. Et idem dicendum de illo, qui Puellam ſub nullius cuſtodię cura exiſtentem, vltrò ſe offerẽtem, ac ſpontè leuiterve rogatam, carnali-
156 ter cognoſcit; talis enim non dicitur Raptor; etenim volenti, ſcienti, & conſentienti, nulla fit iniuria, nec dolus. *l. nemo videtur ff. de regul. iur. l. 1 § vſque adeò ff de iniur gloſ. in c. contingit el 1. de ſent. e comm.* & Regula ſciẽti. *de reg. iur. in 6. iuncta gloſ ibidem. Horat. Gambar loc. cit fol.* 188. Vbi idem fatetur fore dicendum, quando & Virgo, & parẽtes, & qui iuſtam eius cuſtodiam habent conſentiunt, ſine vi, ſine precibus importunis, & ſine pretio, corrumpẽti; tunc enim non poteſt dici Raptor, per ſuperius adducta; quia videlicet, nulla eſt ibi violentia; & volenti, ſcienti, & conſentienti, nulla fit iniuria. Secus dicendum eſt quando parentes ſciunt, & renuunt, vis enim infertur parentib. vt notat *Bonac. vbi ſupra num.* 5.

Septimò, nec qui Virginem, cauſa commodioris coitus, ex vna Camera ad aliam Cameram conduxit, & ſup lectum proiecerit, etiã ſi per vim ſit ducta, ratio quia raptus intelligitur
157 quando fit de loco ad locum cauſa abducendi, non autem commodioris coitus. Et idem dic de eo, qui ꝑ paucos paſſus Virginem abduxit; v. g. ſi puellam inuentam cum Beſtijs in campis, cæpit, & per aliquos paſſus abduxit, vt eam carnaliter cognoſceret; prout in contingentia facti cõluluit, *Humanus conſi 96. Bertan. conſi. 36. lib. 6. Maſcbar. in verb. Raptus. Iul. Clar. in ſua Trax. lib 5 §. Raptus. circa princip. Horat. Gambar. fol* 188 *Tolet loc ſupra cit. d. num. 7. Graff d. conſil. 24. num. 7 & in Prax. num.* 46. *& Bonacin. loc citat. numero* 8.

Octauò, nec qui aliquam puellam, dolosè per Vicinam Amicam vocari fecit in domum dictæ Vicinę, in qua
158 ipſe abſconditus manens eam ſtuprauit, quæ alias ad dictam domum non acceſſiſſet, ſi ſtupratorem ibi manere, nouiſſet. Et ſi quidam tenent raptum fuiſſe commiſſum; ego tamẽ ſaluo meliori iudicio non iudicarem hunc comprehendi ſub hoc caſu reſeruato, cum non fuerit violẽter abducta. *Graff. in Prax. num* 20. Vnde videtur, quod iſte non raptum, ſed tantum ſtuprum cum fraude commiſſit.

Nonò, nec qui Meretricem rapit, & carnaliter cognoſcit per text. *in d.*
159 *l vnica. in princip.* ibi, raptores Virginum honeſtarum. Ergo inhoneſtæ mulieres non comprehenduntur, & eſt ſententia communis, vt refert *Iul. Clar d § Raptus* quare non tenetur pęna *d l. vnica.* qui raperet Meretricem, oportet enim, vt ſit honeſta. *d. l. vnic.* Imò nec erit caſus reſeruatus, ſi quis raperet talem filiam, quæ a Viro alieno tantum ſemel fuit cognita, modo pro illo coitu quæſtum feciſſet, cũ nõ dicatẽ eo ſolo coitu caſta, & honeſta. *l. Stuprum ff de ritu nupt. Paul. de Caſtro conſi.*

Digitized by Google

cõſi.307.incip.Viſo dicto ſtatuto. Etenim talis puella ſemel cognita, ſi ex hoc quæſtum fecerit comparatur meretrici, vt eam rapiens pęna raptus nõ feriatur; ita videtur concludere *Angel. in verb. Che mi hai adulterato la mia donna. col.12. Guliel. Bene. in 3.p. in uerb. Qui cum alia matrimonium contrahens. fol.18.num.264. de Teſtam.* ſecus ſi dicta Meretrix fuerit ad frugem melioris vitæ reducta, vt ſupra dictum eſt. *Graff. d. conſi.24 num.10. & ſeq.*

Decimò, Cum littera dicat, *Raptus Mulierum.* fit, vt non includatur ſub hac reſeruatione Mulier, quæ accenſa libidine, ac venerea rabie, Virum
160 libidinosè rapuit. *Graff. in Prax. nu. 35.* ratio, quia verba in materia reſeruationis caſuum, ſunt intelligenda, ſecũdum ſubiectam materiã, in proprio ſignificatu; cùm ergo reſeruatio dicit, *Raptus Mulierum*, ſequit̃ quod excluditur raptus Virorum. A proprietate enim verborum, non eſt recedendum, niſi conſtet voluntatem loquentis aliter voluiſſe, *gloſ. in c. prætерea de verb. ſignifi.* Licet abductio viri per vim, cauſa explendæ libidinis, vel matrimonij, dicatur etiã raptus, ſecundum *Bonac. loc. ſupracit. num.7.*

Vndecimò, nec qui (in loco vbi reſeruatur *Raptus*, ſeu *Raptores Virginũ*)
161 rapuit aliquam Iuuenculã non Virginem; Si enim raptor certò ſciret illam non eſſe Virginem minimè hac ligaretur reſeruatione; ratio quia in foro conſcientię attenditur ſolum, ꝙ verum eſt; ſolum ergo incidit in excommunicationem latam in *Cõc. Tri. ſeſſ.24. c.6. de reformat. matrimo. Horat. Gamb. vbi ſupra fol.189.*

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem ſupradictorum raptorum mulierum, hæc erit.

Circa Confeſſionem, Primò Cõfeſſarius inquirat ex parte raptoris, an ſit Coniugatus, vel Mulier rapta, ſit
162 Nupta, quia tunc duplici tenetur crimine, tam adulterij, quam raptus, quare acrior pęnitentia iniungenda eſt. An ſit Laicus, vel Clericus in ſacris, vel non, quia grauior erit pęnitẽtia iniungenda perſonis Eccleſiaſticis, quam Laicis. *c. de Puellis. 26.q.2.* 1
& omnes iſtæ circunſtantiæ ſunt omnino confitendæ, cum quod eſt mortale vno reſpectu, fiat mortale altero. Quod idem ex parte Mulieris affirmamus, vt ſi rapta fuerit Virgo, vel ſoluta, Coniugata, vel Deo dicata, quia tunc cum non ſolum cõmittatur raptus ad iniuriã hominum, ſed etiam ad ipſius Dei omnipotentis irreuerentiam, grauiſſima pęnitentia eſt indicenda, vt etiam in foro exteriori iſta perpetrata maius merentur ſuppliciũ. *d. c. de Puellis.* Rurſus ſi fuerit Puella educta de loco ſacro, nã eo caſu, quod erat ſacrilegium reſpectu perſonæ, fiet etiam ratione loci. Imò
163 ſi Monialis educta ſit violenter de Monaſterio, præter ſacrilegiũ, quod committit, ſi ſtuprũ intra ſepta Monaſterij eſt admiſſum, tã raptor, qui ingreſſus eſt ſepta, quam monialis, q̃ illum intromiſſit, incurrit excommunicationem, tum per *Conc. Tri. ſeſſ.25. c.5. de Regu.* tum maximè per Bullam Greg. XIII. incip. *Vbi gratiæ.* emanatam anno. 1576. Idibus Iulij, per quã abſolutio reſeruatur Papę. Et omnis iſta varietas Confitenda eſt. *c. conſideret de pœniten. diſt.5. Io. Capeauill. loc. ſupracitat. q.3. & Graff. in Prax. d. lib.2. c.31. num.52. & ſequen.*

Secundò, circunſtantia temporis etiam eſt Confitenda; etenim, vt in pluribus ferè ſemper Raptor ſolet lõgo tempore inſidiare mulierum pu-
164 dicitiam, antequã eis potiatur, quo durante, præter interpollatas carnalis copulæ volutiones, quæ ſingulæ ſunt peccata mortalia, ſingulatim, quantum fieri poteſt, ſunt Confitenda, & quia notorium eſt frequentiſſimè plura alia cõmitti crimina, ideo de eis, vel generatim, vel ſpetiatim,

pro

Digitized by Google

pro ratione perſonarum, & aliarum circunſtantiarum, interrogare debebit prudens Confeſſarius. *ex Ioan. Capeauill. cap. 11. quæſt. 3.*

Tertiò, interroget etiã, ſi per alios, & per quos induxit ad mulierem rapiendam, propter ſcandalum datum.
165 *Io. Capeauil. ſuprad. c. 12. q. 3. & Graff. loc. citat. num. 53. in fin.* nam circunſtantia ſcandali neceſſario in ſacramentali Confeſſione explicanda eſt, vt dixi ſupra in declaratione ſeptimi caſus reſeruati huius Tabellæ Maceratenſis. *num.* 110.

Quo ad abſolutionẽ; Primò Confeſſarius animaduertat, quod raptores Mulierum, & dãtes eis auxilium, conſilium, & fauorem, ex Concilio Triden. *ſeſſ. 24. c. 6.* ipſo iure ſunt excõmunicati; vnde priuſquam a peccatis
166 abſoluantur, ab ipſa excommunicatione debent abſolui, aqua tamen, cum nemini ſit reſeruata, per quemcunque Confeſſarium, ad audiendas Cõfeſſiones, ab Ordinario, approbatum, poterit abſolui. *Io. Capeauill. loc. citat. d. q. 3. Cathalog. excom. c. 9. excom. 58. Tolet. d. lib. 1. c. 42. num. 7. & lib. 1. c. 17. num. 4. & Bonacin. loc. citat. num. 9.* Verum raptor nõ poteſt abſolui; niſi prius ſit ſeparatus a rapta, & illa ceſſet eſſe in poteſtate raptoris, ponatur quæ in loco tuto, & honeſto; Raptor enim debet illam reſtituere in priſtinum ſtatum. *Graff. in Trax. loc. ſupracit. num. 54. & d. conſi. 24. num. 29.*

Secundò; Raptor tenetur ſatisfacere omne damnum ſecutum ex raptu. Vnde ſi mulier quam rapuit erat
167 Virgo tenetur illi ſatisfacere, ꝓut dicam infra ĩ declaratione quinti caſus reſeruati in Tabella Camerin. *nu.* 88. *& ſequen.*

Si ſit ſpõſa alterius, tenetur illam ſuo ſponſo reddere; ſi Coniugata, tenetur illam reddere Marito, quam ſi cognouit, tenetur omne damnum, ꝙ illa inde pati poſſet, reſarcire, & inſuper ad placandum Maritũ, & parentes, ſatisfaciendo eo meliori mõ, quo poteſt, reſarciendo iniuriam factam, perpenſis omnibus circunſtantijs arbitrio boni viri. Si Monialis, tenetur reddere, ac reſtituere illam ſuo Monaſterio, reſarciendo omne damnũ,
168 quod illa paſſura eſt, arbitrio ſimiliter prudentis Confeſſarij. Et ſi ſit meretrix, raptor etiam ad aliquid tenetur ratione iniuriæ ſibi factæ; etenim non tenetur inuita cum quocunque fornicari, quicquid quidam Iuriſperiti non ſatis conſideratè dicant, ratio eſt, quia meretrix non tenetur cum quolibet peccatum mortale cõmittere, ergo nec inuita põt a quolibet ad coitum compelli. *Io. Capeauill. loc. citat. & Graff. in Trax. num. 54. & ſeq.* & denique ſi eſt Vidua, vel quæ-
169 uis alia ſoluta, reſtituenda eſt poteſtati Patris, vel ei ſub cuius cura, & cuſtodia manet.

Tertiò, animaduertat, quod licet olim verum eſſet quod tradit *D. Tho. 2. 2. q. 154. art. 7.* ſcilicet matrimoniũ contractum cum ea, quam violenter de domo Patris abduxit, & poſtea in actum matrimonialem conſenſit, validum fuiſſe, nunc tamen aliter dicẽ-
170 dum eſt; ſiquidem Concil. Trid. *loc. ſupracit.* nouiter ſtatuit, ac decreuit, inter raptorem, & raptam, quandiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, nullum poſſe cõſiſtere matrimoniũ; quod ſi rapta a raptore ſeparata, & in loco tuto, & libero conſtituta, illum in Virum habere conſenſerit, eam raptor in Vxorem habeat, &c. Quãuis igitur iure antiquo matrimoniũ inter raptorem, & raptam validè contrahi potuit, etiam dum ipſa in raptoris poteſtate fuit, dummodo conſenſerit ipſa in matrimonium; nunc tamen matrimonium nullum eſt, quandiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, etiam ſi liberè cõſentiat. *Cla. Reg. vbi ſupra. d. c. 5. num. 2. & Bonac. loc. cit. num. 10.* vbi ait etiam, quod idem dicendum eſt de ſponſalibus, vt decla-

rauit

Digitized by Google

rauit ſacra Cardinalium Congregatio. apud *Molinam tom. 1. de iuſt. diſpu. 96. nu. 22. fol. mihi 362.* & ratio eſt, quia Concilium non ſufficienter prouidiſſet malo vitando, ſi ſponſalia, quę inducunt obligationem ad matrimonium, eſſent valida. Ex quo patet inualidum eſſe matrimonium contractum cum ſponſa, quæ per vim fuit abducta poſt ſponſalia liberè celebrata, nam verè interuenit raptus, & cōſtat matrimonium celebratum inter raptorem, & raptam eſſe inualidum, dum rapta eſt in poteſtate raptoris. *Rebell. 2 p. lib. 3 q. 11 num. 5. Azor. 3. p. lib. 3. c. 15. Sanchez. lib. 7. de matri. diſpu. 13. num. 15. Bonacin. vbi ſupra. num.* 10. *& ſeq.* Inſinuet igitur Confeſſarius pęnitenti ſe nō poſſe raptam in Vxorem accipere, niſi ab ea ſeparetur; Nec poteſt abſolui, vt dixi, niſi ſit ſeparatus a rapta, ſiue illa conſentiat illi cohabitare, & in Maritum habere, ſiue non: Quia ſi conſentit, & in Maritum habere vult, non poteſt illam ducere, vt ex Concil. oſtendimus, niſi prius a ſe ſeparatam; nam raptus, quandiu rapta eſt in poteſtate raptoris, eſt impedimentum dirimens etiā contractum matrimonium, vt notat *Nau. in Man cap. 22. num.* 74. Deinde, quia tolli debet occaſio propinqua peccati. Si illa non conſentiat, nō poteſt ſimiliter abſolui, quia non ſolum peccauit rapiendo, ſed etiam peccat retinendo inuitam. *Io. Capeauill loc citat. q. 3.* Dixi raptum eſſe impedimentum dirimens matrimonium ēt contractum; nam vt ex ſupradictis Ver-
171 bis Concil. Trid. bene infert *Nau. loc citat.* Raptus ſponſæ alterius per Concilium factus eſt impedimentū, non ſolum impediens contrahendū, ſed etiam dirimens contractum, durante raptu, hoc eſt, quādiu rapta eſt in poteſtate raptoris, ita vt ſi de facto contrahat, etiam coram proprio Parocho, & teſtibus, nullum ſit matrimonium. Nota tamē ſingulariter Concilium Trid. non loqui tantum de raptu ſponſæ alterius, ſicut videt velle *Nauar.* ſed generaliter de omni raptu Mulieris, ſiue illa ſit ſponſa alterius, ſiue non. Quare ex prædictis verbis Concilij benè, vt apparet, infertur, raptum eſſe impedimentum non ſolum impediens contrahendū, ſed etiam dirimens cōtractum inter raptorem, & raptam, non ſimpliciter quidem, ſed quandiu rapta eſt in poteſtate raptoris. *ita Ioan. Capeauill. vbi ſupra. d. c. 13. q. 1. diffic. 2.*

Quartò; obſeruandum quod ſi raptor vellet in Coniugē accipere ſpōſam alterius, quam rapuit, eget diſpēſatione Epiſcopali in vtroque foro.
172 *Graff. in Prax. nu. 56. in fin.* ſi vero raptor Virginem raptam, vel quamcūque aliam Mulierem ſolutam a ſe ſeparatam, & loco tuto conſtitutam, illa etiam libera conſentiente, accipere velit in Vxorem, nulla eget diſpēſatione, quia raptus ſolutæ Mulieris nullum ponit impedimentum, quando raptor, & rapta ſeparati ſunt, & liberè in matrimonium conſentiunt, per ſuperius dicta. *Io. Capeauill loc. ſupracit. q. 3. in fin.* & notandum quod tenetur præterea raptor, mulierem raptam ſiue eā duxerit in Vxorē, iuxta *Cocil. Trid. loc. citat.* ſiue non duxerit, decenter arbitrio Iudicis Dotare; iuxta *text. in c. 1. de Adult.* Quod intellige poſt condemnationem, quia pęna ante illam in foro exteriori non debetur, licet in foro interiori teneatur reſarcire damnum ipſi ſtupratæ, dando illi tantum plus, quantum eſſet daturus alteri ratione deflorationis; reſarciendo ei videlicet damnū ſtupro illatum per æquiualentem reſtitutionem arbitrio boni, & prudentis Viri; tenetur etiā arbitrio boni, & prudētis Viri reſtituere Patri Virginis, quantum ſatis ſit pro iniuria ei illata vt docet *Nau. in Man c. 16. num. 19. D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 6. & Caiet. ibidem. & D. Anton. 2. p. ti. 5. c. 6. §. 1.* vbi inquit

quod

173 quod in foro conſcientiæ deflorator Patri tenetur, quia iniuriatus eſt ei, vnde debet ei in aliquo ſatisfacere, vel ſaltem eum placare. Nam eo ipſo quod talis violator Virginis dedecorat eius Patrem, & reddit eo facinore difficiliorem elocationem Virginis, affert Patri detrimentum pretio æſtimabile, prout docet *Greg. de Valent. d. tom. 3. diſpu. 9. q. 3. puncto 3.* & nos in ſupracitata Tabella Camerinen. *num. 93. & nu.* 108. Et ſi raptor eſt in mortis articulo conſtitutus, ſi
174 non poteſt ſatisfacere quoad rem, ſaltem præſtet Cautionem ſufficientem cum Pignore, vel fideiuſſore iuxta *glo. pen. in Clemen.* 1. *§. verum. de hæretic. & ibi* Cardinal. *q. 4. l. ſi mandato Titij. §. fin. ff. mand.* Vel ſi eam dare non poteſt, ſaltem det quam poteſt, ideſt iuratoriam, & abſoluatur, ita *Graff. d. conſi. 24. num. 30. & ſeq.*

Quintò; Confeſſarius, ſalutaribus monitis inducat pœnitentem ad veram, & perfectam contritionem ſuorum peccatorum, oſtendendo ei gra
175 uitatem huius delicti. Grauitas huius peccati agnoſci poteſt ex pœnis, quibus omni iure punitur raptor. Iure Diuino *Deuteronom. c.* 22. punitur pœna mortis. Iure Ciuili talis raptor decapitari debet. *L. vnic. C. de rapt. vir.* & eius bona applicari debet raptæ, ſi ingenuam rapuit, ſi vero ancillā, aut liberam, non amittit ſubſtātiam, ſed tantum decapitatur. *arg. 36. q.* 1 *c. de raptorib.* quæ tamen pœnę, vt voluit *Goffredus* intelliguntur infligendæ ſolum, quando rapuit mulierem honeſtam, ſecus ſi meretricē. *arg. d. l. unica. C. de rapt. virg.* C. *ad leg.* Iul. *de Adult. l. quæ Adulterium.* & ſequitur etiā hæc pœna omnes, qui raptoribus auxiliū inuaſionis tempore prębuerint. *d. leg. vnica.* Immo & conniuentes. *d. c. de puellis 26. q.* 2. Nunc ſeruandum eſt Concil. Trid. decretum, vt diximus. *Clau. Reg. d. lib* 8. *c.* 5. *n.* 3. *Graff. in* Prax. *num.* 8. & ſi Virgo, quam rapuit erat Monialis, punitur etiam pœna capitis. *c. ſi quis. 26. q. 2. ſi quis* inquit Iouinianus Imperator, non dicam rapere, ſed attentare tantummodo matrimonij iungendi cauſa ſacratiſſimas Virgines auſus fuerit, capitali pœna feriatur. *Ioan. Capeauill. loc. citat q.* 2. & Iuſtin. Imperator. *l. vnica. §.* 1. *C. de raptu. virg. Raptores* inquit Virginū &c. vel Viduarum, capitis ſupplitij plectendos decernimus; maximè ſi Deo fuerint Virgines, vel Viduæ dedicatæ, quod non ſolum ad iniuriam hominum, ſed ad ipſius omnipotentis Dei irreuerentiam cōmittitur. *Greg. de Val. loc. ſupracitat.* Iure etiam Canonico, quod temperat pęnam mortis, raptor efficitur ſeruus raptæ, niſi vellet ſe redimere, *36. q.* 1. *c. de raptoribus. Tabien Verb. Rapto.* 2 *n.* 1. *Sil. verb. luxuria. q. 6. Graff. d. conſi. 24. n.* 32. & deniq. iure nouo *Conc. Tri. loc. ſupraci.* raptor, & oēs auxiliū, conſilium, & fauorem præbentes, ſunt ipſo facto excommunicati, & perpetuo infames, omniūq. dignitatum incapaces; & ſi Clerici fuerint de proprio gradu decidūt, & tenetur raptor mulierem raptam, ſiue eam duxerit in Vxorem, ſiue nō, decenter arbitrio Iudicis Dotare. *Io. Capeauill d. q.* 1. *Graff. in Prax. num.* 12. *Tolet. lib. 5. c. 1 1. num. 8. Nau. in Man c. 27. num.* 150. *Clau. Reg. loc. ſupracit. nu. 2. & Suarez. tom. 5. de Cenſur. diſpu. 23. ſect. 7. num.* 5. Cum ergo raptus ſit ita
176 peſſimum crimen Confeſſarius petat a raptore Iuramentum ſe non amplius illud commiſſurū, & de ſtando mandatis Eccleſiæ; vt docet *Graff. in Prax. loc. ſupracit. num. 56. in fin.* poſtea illum abſoluat, iniūcta ei grauiſſima pœnitentia; etiam præſeruatiua, vt in magnis criminibus fieri debet; iuxta illud.

Extremis morbis, extrema & exquiſita remedia ſunt adhibenda. & hæc pro huius duodecimi caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiāt, ad laudē, & gloriam Dñi noſtri Ieſu Chriſti, Am.

In

Digitized by Google

ſpontè à natura producuntur, & nec eis hominis induſtria dat initium, vt Poma & ligna de Sylua cædua. *l. fructus ff de vſur.* & ita frugiferæ dicuntur arbores pomiferę, quam reddunt pomæ. Fructus vero induſtriales sũt Vinum, & Oleum, quos reddunt Vites, & Oliuæ; & dicuntur induſtriales, quia citra opera hominis, vel induſtriam, natura non proferret; & de vtriſque arboribus, tam fructiferis, quam infructiferis, loquitur hæc pręſens reſeruatio. Vnde incendere, vel incidere huiuſmodi arbores. eſt illas comburere, ſuccidere vel cędere; & propriè dicitur cædere, quando quis ita arborem incidit, vt cadat, & caput a pede ſeparetur; vnde differt cędere a cingere, ſiue deglobare, & ſub ſecare; deglobare enim ſecundum *Accurſ. in l. cædere. ff. Arbo. fur. cæſa.* eſt putare ramos vltra modum, & corticem auferre, vt cortices, qui remanent, quaſi arboris cingulum videan' tur; ſubſecare vero, eſt ſerra ſecare. *Graff loc. cita. num. 1. & ſeq* Loca vero
180 pia, quæ nam ſint, habetur ſupra in declaratione ſexti caſus reſeruati in Tabella Anconitana. *num. 289.*

Circa ſecundum; ex hactenus dictis palam elucet, qui nam incidunt in hũc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

Primò enim, incidunt omnes vtriuſque ſexus, cuiuſcunque ſtatus, gradus, & conditiones, etiam Sacerdo-
181 tes, & alij Clerici ſæculares, qui arbores fuctiferas, vel infructiferas, ac etiam vites, in ſolo Eccleſię, vel piorum locorum exiſtẽtes, comburunt, ſeu incendunt.

Secundò, & omnes ſupradicti, qui huiuſmodi arbores, ſeu vites, in prædicto ſolo Eccleſiæ, vel aliorum piorum locorum exiſtentes, ſuccidunt, ſeu præcidunt, prout facere ſolent
182 Colones; etiam ſi vnam arborem tantum inciderint. Nam quamuis caſus iſte loquatur in plurali numero dicens, *Incendium arborum ſeu inciſio in &c.* tamen vt notat *Horat. Gamba tra. de caſib. reſeruar. fol.* 200. habebit locũ etiam in vna arbore, vel vite inciſa, damni iniuriavè cauſa. Et eo magis ſi totam Syluã, vel partem, item oẽs vites, in vinea vel ſolo Eccleſiæ, vel aliorum piorum locorum exiſtentes, incidant.

Tertiò, & ſi arborẽ radicitus euellens nõ videatur hac reſeruatione li-
183 gari, cum non cędit, vel ſubſecuit, vel ſuccidit illam. *l furtim. ff arbo. fur. cæſa.* tenetur tamen in foro conſcientiæ ad damnum, quanti Domini interſit non fuiſſe auulſam, & hęc verbi proprietate ſeruata; verum ex maioritate rationis dicimus hunc comprehendi, cum ſimus in ijs, quę ſunt eiuſdem generis, & grauius crimen eſt radicitus arborem euellere, quam incidere. *arg. text. in cap. pænale.* 14. *q.* 5. *Graff. loc. ſupracita. num.* 15. & idẽ prorſus dicendum de vitibus radicitus euulſis.

Quartò, & ſi ex theorica Bartol. quę communis eſt, vt dixit Iaſon in
184 *leg. ſi quid id, quod. num 36. ff. de iuriſd. omn. iudic.* non comprehendantur ſub hac caſus reſeruatione, mandantes; quia verba non ſcripta in rem, puta pro inciſione arborum, ſed in perſonam. Incidentes arbores, tamen credimus prędicta reſeruatione innodari etiam mandantes; maximè in loco vbi reſeruatio fit ſub hac forma. *Incidentes Arbores;* Vel, *Qui inciderint Arbores.* Vel, *Arbores ſuccidentes.* Et idem dicendum, de prędictorum arborum incendiarijs, *argum. text. in cap. ſi quis ſuadente.* 17. *quæſt.* 4. vbi ex illo textu, Mandans percuti Clericum non eſt excommunicatus, ſed ſolum inijciens in eum manus violentas; attamen per extenſionem aliarum legum etiam Mandans comprehenditur. *c. mulieres c. quantæ. de ſenten. excommunic.* Sic cum textus in *leg. furtim.* extendat pœnam incidentium

Digitized by Google

etiam ad mandantem,ſit,quod com-
prehendatur, quia caſus omiſſus eſt
relinquendus diſpoſitioni iuris com-
185 munis. An vero ſuccidens compre-
hendatur,ſi Mandans habeat ius im-
perandi in eum; dic quod ſic,quia in
præceptis iniuſtis Deo eſt obedien-
dum magis,quam hominibus *c. domi
nus c. Iulianus* 11.*q.*3.*Graff.loc.cit.n.*16.

Non incidunt autem, Primò,qui
acceſſerunt ad Syluam, vel Vineam,
vel Arborem,animo illam comburē-
di,vel ſuccidendi, & per illos non ſte
tit, & incæperunt,ſed non conſuma-
uerunt, & ſi mortaliter peccent,mo-
186 do Vitis, ſeu Arbor ex huiuſmodi
ſuccisione non pereat, ratio,quia ca-
ſus reſeruatio,vt alias diximus, ſem-
per intelligitur de actibus exteriori-
bus cum effectu. *Io Andr.& Doctores
in c.perpetuo de elect.in 6.* ſic nec Vulne
rans animo occidendi,licet plura in-
ferat vulnera non comprehenditur
ſub homicidio voluntario, ſi mors
non fuerit ſecuta. Ob eandem ratio-
nem, quia reſeruatio intelligitur de
actib. exterioribus, perfectis & con-
ſumatis. *Graff. loc cit.num.*25.

Secundò, nec qui præcidunt Arū-
dinetū,vel etiam radicitus euellunt,
187 in Eccleſiæ, vel aliorum piorum lo
corum ſolo exiſtentem, quamuis le-
thali culpa ſe obſtringant,& tenean-
tur reſarcire totum damnum illatū;
& ratio eſt,quia Arundinetum,vt pa
tet, non eſt Arbor; caſus enim lo-
188 quitur ſolum de Arboribus, ergo
ſecus de Arundinibus. Idem cenſen-
dum, ſi ipſum Arundinetum incen-
derent,vel etiam ſegetes,vt frumen-
tum,legumina,ordeum, fœnum,Pal
leam,& huiuſmodi comburerent ob
dictam nationem; quia talia non
ſunt Arbores, Licet mortiferè delin-
querent.

Tertiò, nec ſi quis ſucciderет Ar-
borem de nouo plantatam,quæ non-
dum radices emiſit; & ratio eſt,quia
talis nulla Arbor dici poteſt, quæ ra-
dicem non concepit. *leg 3.ff de arbor.
fur.caſa.* Quare ſi quis confitetur ſe
189 ſuccidiſſe Arbuſculos ſucciſos a ra-
mis Arborum antequam radices ege
rint non dicuntur comprehendi ſub
hac reſeruatione, cum illę non dican
tur Arbores, niſi eſſet Arbor planta-
ta cum radicibus, vt ibi in eadem le-
ge in fin *Graff.loc.citat.num.*14.

Quartò, nec qui ſuccideret Arbo-
rem adeo teneram, vt herbæ loco ſit,
cum non debeat Arboris loco habe-
190 ri *l.certè ff.eod.tit.*licet ſit peccatum
mortale *Graff loc.citat.num.* 17. nec q
præcidit Ramuſculos Myrti, Lauro
rum, Cupreſſorum, Pinorum,& hu-
iuſmodi ad ornanda Ianuas Eccleſia
rum,vel Altaria, in magnis feſtiuita-
tibus, & idem dicendum de Ramis
Pſalmarum ſeu oliuarum,quæ ferun
tur a Chriſtianis in Proceſſione Do-
minicæ Palmarum.

Quintò; nec qui ramum tantū Ar-
boris ſuccideret,cum Arboris ramus
non ſit Arbor, quia non habet radi-
191 ces. *d.l.3.ff arb.furt.caſa.* vt enim ſit
Arbor oportet,quod habeat radices,
vt ſupra dictum eſt, idem dicendum
de eo, qui Arborem non ſuccideret,
ſed per medium rumperet,cum aliud
ſit incidere,& aliud rumpere.*d.l.fur-
tim.§.*1. idem ſi non fuerit ſucciſa,
ſed deglobata,ideſt vltra modum pu
tati eſſent rami,cum aliud ſit cædere
Arborem,& aliud putare *l cædere ff.
eod.tit.*& idem ſi Arbor eſſet ſecata
ferro,quia non poteſt dici inciſa,qui
ſerra ſecuit.*d.l.cædere. Graff loc. citat.
num.*20.*&* 24. Ego autem de hoc val
de dubito,ſalua ergo reuerentia tan-
ti Viri,cuius Diſcipulus eſſe vix me-
reor; oppoſitum mihi videtur eſſe te-
nendum; videlicet quod rumpere Ar
borem per medium, vel illam ferro
ſecare, ſit caſus reſeruatus; ratio eſt,
quia in reſeruatione caſuum inſpicē-
dus eſt finis; Vnde finis huius reſer-
uationis eſt,Ordinarium velle Eccle
ſiam, & loca pia,indemnem ſeruare;
ruptio

Digitized by Google

ſuptio enim Arboris per medium, illam ferro ſecare, vel vltra modum illius ramos putare ſeu amputare, magnum damnum ipſi Eccleſię, & locis pijs, vt patet, affert, quare, ſaluo meliori iudicio, crederem quod eſſet vt dixi, caſus reſeruatus.

Sextò, nec Beneficiatus, qui incideret Syluam cęduam, Arundinetũ, vel alias Arbores cæduas, in ſolo Eccleſię, & aliorum piorum locorũ exi-
192 ſtentes, quæ per inciſionem ſunt in fructu, & renaſcuntur, quia per huiuſmodi inciſionem non deterioratur fundus; maxime ſi ex huiuſmodi inciſione Arborum, fundus fieret fructuoſior, quam eſſet antea incidendo Arbores opagas, ſiue quæ vmbram ſummam efficiunt, vt quando nimia dẽſitas noceret arboribus, & fructui ab eis ferendo, & impedirent augumentum fructuum, & vtilitatẽ aliarũ arborum ſufficientiam prædio. *Nau. conſi 6. de reb. Eccl non alien.* Vel exciderentur arbores fructiferæ vetuſtæ ac corruptæ, vel non fructiferæ, & in earum locum aliæ vtiles ſuſtituerentur. *Stepb. Quarant. verb. Alien. rerum Eccleſ. num. 33. & Bonacin. tom. 2. tract. de Contract. & reſtit. diſp. 3 q. 8. punct. 4. nu. 19.* Et idem dic de Colonis quibus locata eſt Vinea, vel Agrum Eccleſię, aut loci pij, ſi ſucciderent arbores, vel extirparent, vt Vineam plantarẽt, &c. niſi diceremus, quod arbor iam plantata, quæ radices emiſit, poteſt dici fructifera, ſed plantanda, vel nouiter plantata pendet a futuro euẽtu, & non poteſt dici eſſe, quod põt obeſſe, vt notat. *Graff. loc. citat nu 29.*

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem ſupradictorum pœnitentium, hæc erit.

Circa Confeſſionẽ; Primò Confeſſarius interroget cur arbores ſupradictas incenderit, vel ſucciderit pęnitens; An odio, vindicta, vel alia pra-
193 ua intentione, puta, animo iniuriãdi Religioſos, vel in contemptum Eccleſiæ ſeu loci pij, hoc egerit; hæc enim eſſet circunſtantia neceſſario Confitenda.

Secundò, An ipſe ſolus combuſſerit, vel ſucciderit huiuſmodi arbores vel vites, vel etiam alios ad incendẽdum, vel incidendum induxerit, quia hoc etiam in Confeſſione eſſet explicandum, idem dicendum de numero
194 veriſimili peccatorum, ideſt quoties huiuſmodi fecerit combuſtionẽ, vel inciſionem. Atque etiam quandiu in illa praua voluntate, & malo propoſito perpetrandi hoc peccatũ perſtiterit, iuxta ſuperius dicta in declaratione ſeptimi caſus huius Tabellæ *num* 109. *& ſeq.* & animaduertat, quod Beneficiarius, qui arbores ſine debita facultate abſcindit, tenetur illarum pretium conuertere in vtilitatem Eccleſiæ. *Bonac. loc citat. num. 13.* idque facere omittens tenetur exprimere in Confeſſione.

Quo ad abſolutionem. Primò animaduertat Confeſſarius, vt nõ abſoluat pęnitentem, qui arbores, vel vites in ſolo Eccleſiæ, vel piorũ locorũ exiſtentes, combuſſerit, vel ſucciderit, niſi ſecuta omnium damnorũ ſatisfactione, non ſolum incendij, ſed ẽt rerum perditarum ex ea cauſa, q̃-
195 uis totum illud damnum nõ habuerit in animo facere. *arg. l. 1. § ex incendio ff de incen. rui. & nauf.* Vbi ſi quis animo incendendi vnam domũ, ignẽ appoſuerit, & combuſtæ fuerint plures domus, tenetur pro omnib. domibus combuſtis; quod intellige quãdo veriſimiliter poterat cogitare illud euenturum, ita a ſimili ſi quis tantũ animum habebat cõburere vnã, duas vel tres Vites, vel arborẽ in ſolo Eccleſiæ, vel piorum locorum exiſtentes, & cũ tali aĩo ignẽ appoſuit, ſi poſtea ignis forſitan ꝑꝑ vẽti exuflationem diſcurrẽs, alios arbores, puta totam, vel partem Syluæ, vel oẽs Vites Vineæ, incendat, tenetur ſatisfacere

de omni damno, ideſt pro omnibus Vitibus,& Arboribus combuſtis.

Secundò, Confeſſarius qui facultate abſoluendi pollet, in æſtimandis his damnis ex vitium,& arborũ prędictorum combuſtione,& inciſione,
196 vt reſtitutio fieri poſſit damnũ paſſo, eſtimabit, non quantum eſſet valitura arbor, ſed rationem habebit dubij euentus, ita quod ſi arbor fuerit fructifera habebit rationem arboris, & fructuum, ſi vero infructifera ſola arbor erit in conſideratione, ita tamen, vt ſemper deducatur aliquid de futuro pluris valore arboris, habita ẽt ratione, vt dictum eſt, dubij euentus; prout tradit *Horat. Gambar. de caſib. reſeruat caſ. 5. ſol.* 200. & idem per omnia dicendum eſt circa vites com
197 buſtas, vel inciſas. Conſiderabit tamen Confeſſarius circa vites, an quãdo fuerunt ſucciſæ erat tempore vindemiarum quando vuæ ſunt maturę, vel quando ſunt Agreſtes, vel quãdo nondum floruerunt. Itẽ an vites erãt vinearum, vel pergularum, hæ enim ſunt in maiori æſtimatione, cum ſint alijs eccellentiores. Idem circa arbores, an ſcilicet quando fuerunt ſucciſæ, vel incẽſæ, erat tempore fructuũ, nimirum quando rami erant onuſti fructibus, vel tempore Autumni; & ſi erant arbores Syluestres, vel familiares, puta quæ in Viridario conſitæ ſunt, cum iſtæ in magno honore habeantur, cum ſint alijs præcioſiores.
198 An autem cædens ligna in Syluis, vel alijs locis alienis, peccet, vel teneatur ad reſtitutionẽ, & pęnam, vide. *Rodriq. in ſum. p.* 1. *c.* 38. *Tolet. lib.* 5. *c.* 20. *Angles in florib.* 4 *ſenten p.* 2. *q. propria de hac re. Greg de Valen. tom* 3. *diſp.* 5. *c.* 6. *puncto.* 5. *dub.* 7. *Michel Salon.* 2. 2. *q* 62. *a.* 3. *controuerſia.* 2. *Dominicũ Bannem ibi. dub.* 4 *& Arragon. ibi. & Clau. Reg. lib.* 11. *c.* 10. *num.* 8. *& ſeq. vbi alios citat.*

Tertiò, conetur inducere pęnitentem ad veram, & perfectam cõtritionem ſuorum peccatorum, oſtendẽdo ei grauitatẽ huius criminis, vt patet in declaratione ſeptimi caſus reſerua
199 ti in Tabella Auximana; poſtea iniũgat ei grauiſſimam pęnitẽtiam iuxta qualitatem perſonarum, præſertim præſeruatiuam,& maximè iuramentum ſe amplius ignem in dictis arboribus,& vitibus, non appoſiturũ; & demum abſoluat eum, ſi abſoluendi facultatem habet, ſin autem, mittat illum ad Superiorem. Et hæc pro huius quintidecimi caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſextidecimi, & vltimi Caſuũ reſeruatorum eiuſdem Tabellæ Maceratenſis, qui tales ſunt.

Siquis Infantes expoſuerit; cum habeat vnde illos alat, vſque dum damum paſſo ſatiſfactum fuerit.

Scripturarum falſificatio, & ſuppreſſio in aliorum præiudicium, & falſa in iudicio depoſitio.

PRo declaratione horum ſextidecimi,& decimiſeptimi caſuũ reſeruatorum, incaſſum profectò reputamus, quicquid hic dicere velimus,
200 quandoquidem explicatio ſextidecimi habetur infra in explicatione, ſexti caſus reſeruati in Tabella Feretrana. Et declaratio decimiſeptimi, & vltimi patebit infra in Tabella Camerinen. *caſu* 8. *nu.* 121. in qua Ordinarius illius Ciuitatis huiuſmodi caſum ſub eadem et forma verborũ, ſibi reſeruat; ne igitur fruſtra, ea quę ſemel dicta ſunt, iterum ſcriptitamus, ideo hæc tantum pauca, pro eorum declaratione, ac ſimul totius illius Tabellę Maceratenſis explicatione, dicta ſufficiant, ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

QVAE-

Digitized by Google

Q V Æ S T I O IX.

De Caſibus Reſeruatis Epiſcopo Piſaurenſi.

Circa hanc quæſtionem nonam quæritur quot, & quales ſunt Caſus Reſeruati Epiſcopo Piſaurenſi, ad quod breuiter reſpondeo dicendo. Caſus, quorum Abſolutionem nunc in ſua Diœceſi ſibi reſeruat Ordinarius Piſaurenſis, ſunt hi qui in præſenti Tabella continentur.

Tabella Piſaurenſis.

1 *Sortilegia, ſuperſtitiones, & Maleficia, cũ expreſſa, vel tacita dæmonũ inuocatione.*
2 *Abuſus Sacramentorum, vel ſacramentalium, ad alium finem, quam a Chriſto Domino, vel Eccleſia deſtinatum.*
3 *Procuratio Abortus, etiam non ſequuto effectu.*
4 *Inceſtus quo ad primum, vel ſecundum Conſanguinitatis, vel Affinitatis gradum.*
5 *Vſus ciborum in Quadrageſima, alijſuè temporibus ab Eccleſia prohibitus abſque licentia, vel inſtanti neceſſitate.*
6 *Falſa apud Iudices depoſitio, ſcripturarumque falſificatio.*
7 *Participatio cum Iudæis in cibo, potu, lecto, vel copula; necnon interuentus contra noſtrum præceptum in eorum Sinagogis, Feſtis, vel Nuptijs.*
8 *Ingreſſus intra Monialium ſepta Monaſterij, vel cum eiſdem etiam exemptis allocutio, a nobis prohibita, abſque licentia.*

Declaratio huius Tabellæ.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio primi Caſus reſeruati huius Tabellæ Piſaurenſis, qui talis eſt.

Sortilegia, Superſtitiones & Maleficia, cum expreſſa, vel tacita dæmonũ inuocatione.

PRo declaratione huius primi caſus reſeruati, præter ea quæ dicũt Summiſtæ, & alij Doctores de hac periculoſa materia pertractãtes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt expreſſa, & tacita dæmonum inuocatio (de Sortilegijs enim, ſuperſtitionibus, & Maleficijs dictum eſt ſupra in declaratione primi caſus reſeruati in Tabella Anconitana.)*
2 *Quando Sortilegia, ſuperſtitiones, & Maleficia cum expreſſa, vel tacita dæmonum inuocatione committentes, incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario, circa Confeſſionem, & abſolutionem pænitentium ſortilegia, ſuperſtitiones, & Maleficia cum expreſſa, vel tacita demonum inuoatione perpetrantium.*

CIrca primum; Expreſſa dæmonis inuocatio eſt cum qs manifeſtè illum inuocat, faciendo cum eo pactũ. *Graff. conſi. 19. num. 1. de ſenten. excommun.* vel
1 fit aliquid, quod credit opere ipſius dæmonis fore perficiendum, ſecundum mentem *D. Thomæ 2. 2. q. 95. a. 3.* quam *Caietan.* ibidem expreſſit. *Nau. Man. cap. 11. num 25. Graff. par. 1. lib. 2. dec. aur. c. 5. num. 10.*
2 Pactum eſt promiſſio facta ab homine dæmoni, & a dæmoni homini;

promittit enim homo dæmoni Animam, diuinorum præceptorum abnegationem, atque Sacramentorũ; & promittit dæmon ſe omnia illi facturum, & quo magis promittit homo, eo magis dæmon. Hoc autem Pactum fit dupliciter, Aliquando cũ ipſomet dæmone, qui viſibiliter apparet, & fędus init; Aliquando fit medio aliquo homine, vt cum quis per aliquem Magum facit tale pactum. Pactum autem cum dæmone dupliciter fieri ſolet, vno modo ſolemniter, vt cum dæmon viſibiliter appareat in ſolio ſuo ſedens, cum caterua aliorum dęmonum, coram quibus fit tale peccatum, Homo promittit ſe negaturum Deum, eiuſque Sacramẽta, pręcipuè Euchariſtiam, promittit etiam ſe Sanctis omnibus iniuriũ futurum, & præcipuę Beatæ Mariæ Virginis, & ſignum Sanctæ Crucis auerſurum, reſque omnes Eccleſiæ ritibus conſecratas, auerſurum, inſuper pollicetur, ſe nunquam in ſacramentali Confeſſione integrè confeſſurum, & præcipuè hoc initum pactum numquam ſe proditurum; & dęmon è contra, promittit ſe eius votis per omnia ſatisfacturum, Altero modo fit priuatim, vt cum fit pactum abſque ſolemnitate, vt cum quis ſolus cum dæmone ſolo pactum præfatum init; vel ſi id non audet, puta nõ audens ob terrorem coram dæmone comparere, idem promittit per tertiam perſonam, puta per alium Maleficum. *Alphon. de Caſtro. lib. 1. de iuſt. hæretic. punit. c. 14 & 16. Io. Capeauill. de caſib. reſeruat. c. 7. q. 1. Graff. in Prax. lib. 3. c. 1. num. 9. & conſil. 19. num. 1. de ſent. excomm. Tolet. lib. 4. c. 14. num. 8. Io. Bapt. Codronchius de morbis Venefi. lib. 3 c. 4. Reginal. lib. 17. c. 15. num. 153. Horat. Gamb fol. 214. & Leonard. Duardus in Bulla cœnæ domini. lib. 2. can. 1. q. 22. num. 37.* Hæc autem expreſſa dæmonum inuocatio fit multifariam multiſque modis, quos vide ſupra in de- 3
claratione primi caſus reſeruati in Tabella Anconitana. *num. 10. fol. 50. & ſequen.*

Tacita vero inuocatio dæmonum eſt, cum homo intendit aliquid facere per ea, quæ nec ex ſe, nec ex virtute ſua naturali, nec diuina, aut Eccleſiaſtica diſpoſitione, tales poſſunt ꝑducere effectus. 4 *Nau. d. c. 11. num. 25. Tolet. loc. cit. num. 10. Graff. d. conſil. 19. num. 16. & p. 1. lib. 2. dec. aur. c. 5. nu. 10. & in Prax. loc. cit. num. 9.* Quæ quidem tacita inuocatio, his modis maximè contingit.

Primò, eſt vti verbis ſacris hac cõditione, vt ſint ſcripta in illa, vel illa materia, puta in tali Charta, ſint ſcripta, vel tali tempore, & hora; vel manu ſiniſtra, vel a Virgine, ante ſolis ortum, & alia huiuſmodi, quæ ad verborum virtutem nihil faciunt, neq; ad diuinum cultum, neque eius honorem, neque ad rectam rationem pertinent. *Nau loc. cit. & Tolet. vbi ſupra. Graff. d. p. 1. lib. 2. c. 5. num. 10. Io. Bapt. Corrad p. 1. reſponſ. caſu. conſcien. quæſit. 395. Horat. Gamb. fol. 215.*

Secundò, cum quis adiungit cauſis naturalibus aliquos Characteres, & figuras alias a ſigno Crucis, vt Ouales, Quadrangulares, & ſimiles, vim 5 ſignificandi habentes, quos ipſi dæmones benè intelligunt, vel ſunt nomina ignota, quæ eo ipſo quod ſunt talia, tacitè ad eos referuntur. *Nauar. Graff. Tolet. & Corrad loc. citat. Horat. Gambar. ſupra.*

Tertiò, cum vtitur cauſis naturalibus, ad effectu ſupranaturalem, velũti ad cognoſcendas hominum ſecretas cogitationes, ad ſubito Hominẽ, 6 vel Animal medendum, & ſanandũ, vt faciunt quædam mulieres tranſilientes tot vicibus corpora animalis, vel hominis, & huiuſmodi, item promittendo alios receſſuros in gratia, non poſſe lædi ab inimicis, & ſimilia. *Doctores ſupracitati.*

Quartò, cum vtitur verbis ſacris

ad

ad inanem effectum, puta ad mouendum annulum ſupra filium, vel ad voluendum Cribrum, dicendo quędam Pſalmi Verſiculum; quæ quidem nō verba ſacra illius Pſalmi, ſed ipſe diabolus mouet, vt illis verbis honorem ſibi faciat exhiberi. *Graff. Corrad. & Nau. Horat. Gamb. loc. cit.*

Quintò, cum commiſcetur aliquod falſum, vt quod Ieſus dixit vxori ſuę, vel quod habuit ſpalmū, vel febres, vel ſimilia; vel quando adiunguntur
8 apochrifa, vel incerta. Quis enim ſtultus crederet Chriſtum, qui tantā virtutem dedit Apoſtolis, & alijs Sāctis ad miracula facienda, quibus in gradu adeo alto profunda ſuæ diuinæ ſapientiæ arcana, virtuteſque ſuę potentiæ infinitæ, qui tot miracula fecerunt, communicauit; hæc ſecreta eis non reuelaſſe, quibus Vetulæ, & hi peſſimi homines ignorantes, videntur dotati? *Nau. & Io. Bapt. Corra. loc. ſupracitat.* His ergo modis eſt inuocatio tacita dæmonis.

Et ſummopere notandum eſt, qđ licet hæ duntaxat tres ſpecies ſuperſtitionis in hac reſeruatione ponantur, nēpe, Sortilegia, ſuperſtitiones,
9 & Maleficia, ſub ijs tamen tribus ſuperſtitionum ſpeciebus, expreſsè plātis, & explicitis, cæteræ omnes aliæ ſpecies damnatæ ſuperſtitionis poſitæ ſupra in declaratione primi caſus reſeruati in Tabella Anconitana, cōprehenduntur, ex identitate, vel maioritate rationis, quia ſunt eiuſdē generis; nam quando agitur de ſalute Animarum, & euitando peccato, debet de vno caſu ad alterum fieri extēſio, etiam iuris pęnalis, *Iaſon*, qui alios citat *in Auth. quas rationes. num.* 25. C. *de ſacroſ. Eccleſ. gloſ. in c. ſciant cuncti. de elect. in 6 Franc in c. 1. de temp. ordin. in* 6. Vt etiam tradit *Abb. in c. ex tenore. in 6. Qui fil ſint legit* Et ſi pęnalis Cōſtitutio reſtringi debeat. *c odia. de reg. iur. in* 6. quando tamen per illam Animarum pericula deuitantur, de vno caſu ad alterum extendenda eſt. Imò potius dicitur incluſio ſimilium peccatorum, quam extenſio, vt patet ex titu. Codicis, qui inſcribitur. C. *de Malefic & Math.* & cæteris ſimilibus. *Graff. in Trax. lib. 3. cap. 1. num. 1. Steph. Quarant. in Bullar. Verb. Confeſſ. fol.* 197. ſub ijs ergo tribus ſpeciebus hic expreſsè prolatis, vt dixi oēs aliæ ſpecies damnatæ ſuperſtitionis comprehenduntur, & intelliguntur.

Circa ſecundum, ex hactenus hic dictis, & in ſupradicta Tabella Anconitana, patenter colligitur, qui nam incidunt, vel non incidunt in hunc caſum reſeruatum.

Primò enim incidunt, qui Necromantiam, vel quamcunque aliam ar-
10 tem Magicam adiſcunt, eaque vtuntur. *Nau. in Man. c.* 11. *num.* 28. illam autem ſcienter, cum expreſſa, vel tacita dæmonis inuocatione exercētes, incidūt in octauum caſum reſeruatum in Tabella Æſina. *num.* 71.

Eſt autem Ars magica quędam notitia, vel quoddam genus artis habēs ſub ſe, Mantiam, Pyromātiam, Æromantiam, Hydromantiam, Geomantiam, Cycomantiam, Ornigomātiā, Higromantiam, Horiſpicium, Auriſpicium, Augurium, Auſpicium, ſortilegium, & alias ſpecies ſuperſtitionis. *Lexicon theologicum. verb. eod.*

Secundò, & qui dæmones expreſsè quouis modo inuocant; vel de futuris euentibus, aut de rebus occultis
11 interrogāt, puta vt reuelet vbi Theſaurus eſt abſconditus, ab eo reſponſum expectando. *Floron. de caſib. reſeruat. p. 2 colu. 1. num.* 5. immo talis inuocatio dæmonum cum manifeſtè fiat ad exercendum opera eis naturaliter impoſſibilia, puta ad ſciendum futura, vel occulta cordis, quod eſt ſolius Dei, ſapit manifeſtè hæreſim, & contra tales poſſunt Inquiſitores hæreticæ prauitatis procedere. *Graff. p 1. li. 2. de c aur. c 5. num.* 8. idem dicendum ſi vtuntur verbis deprecatiuis cum

Digitized by Google

dæmone, vt præcor, oro, obſecro, vt aliquid fiat, vt conſilium, vel axilium præſtent; hæc enim verba deprecatiua adorationem includunt, quæ ſapiunt hæreſim manifeſtam. *Emeric. in Comment Direct. Inquiſit. 2. par. quæſtio. 43.* & tales ſub hac reſeruatione includuntur. *Graff. in Trax. lib. 3. capit. 1. num. 41.*

Tertiò incidunt, qui interrogant diuinos ſeu diuinatores, circa aliquod futurum, vel quidpiā aliud ſe-
32 cretum, vel idipſum ſortibus, Aleis, chartis, libris, Cribro, Aſtrolabio, vel alio quouis ſuperſtitioſo modo, tentant cognoſcere. *Nau. loc citat. nu. 30.* Vel ob talem effectum ad ſic diuinātes accedunt, cum ſolius Dei ſit futura præſcire. *Iſaiæ. c. 41. Annuntiate* inquit *quæ uentura ſunt in futurum, & ſciemus quia dij eſtis vos. & 26. q. 5.* in principio, *diuinare, & futura prædicere, verbi gratia ea quæ ex libero arbitrio dependent, vel quæ per accidens in rebus humanis contingunt, Deo non reuelante, quod Dei eſt, ſibi manifeſtè vſurpant, & diuinitatis iura creaturis attribuunt. Clauis Reg. lib. 4. capit. 7. num. 3.* & ſi ad ſciendum furta, vel aliqua occulta, Aquā vel Candelam Benedictam, verba ſacræ ſcripturæ, vel alias pias orationes, vt Euangelium, Symbolum fidei, Pater noſter, Aue Maria, aut Pſalmum aliquem Dauid, adhibuerint, ſaperet hæreſim manifeſtè, proinde ad Inquiſitores ſpectat eius cognitio. *Graff par. 1. lib. 2. dec aur. capit. 5. numero 13. in fin. & in Trax. loc. citat. num. 8.*

Quartò incidunt, qui fabricant p ſe, vel alios Imagines, Phialas, Annulos, ſpecula, compellendo ibi ſpi-
33 ritus familiares ad inueniendas res furtiuas, vt reſponſa ab illis petant, & pro adimplendis ſuis deſiderijs auxilia petunt, vt verbi gratia oſtendant, vel renuntient, quæ in locis remotis, aut ſecretis geruntur. *Nauar. loc. citat. nu. 26.* & ſi ea inquirunt, quæ a mero hominis libero arbitrio dependent, qualia ſunt miſteria gratiæ, quod hic ſaluetur, & ille condemnetur, ſapiunt manifeſtam hæreſim, & reputantur Hæretici. *Graff. in Trax. loc. citat. num. 30.* Hoc enim eſt commercium habere cum diabulo, quod omnino Chriſtiano illicitum eſt; Fingunt enim dæmones ſe illorum Arti, vel Annulo, vel Linteolo alligatos, vt illos funibus peccatorum alligatos ad Inferos perducant; Ars enim cōcludendi dæmones in vaſis ac reb. corporeis, non eſt ars, ſed quædam pactio tacita, vel expreſſa inter dæmones, & homines perditiſſimos inita, qua pepigerunt, vt quoties homines, hæc ſigna, & characteres faciant, dæmones accederent ad eas Imagines, aut res, quib. reſpōſa deceptis reddāt *Graff. p. 1. lib. 2. c. 5. n. 17.* Et clarè patet
14 exemplo Lamberti, ſiue Alberti Scoti Placentiæ domini, qui cum dæmonem, quem familiarem habebat conſuleret, quidnam ſibi facta portenderent, de illius Dominatu, reſpondit dæmon, Domine ſtes ſecurus, inimici tui ſuauiter intrabunt terram tuā, & ſubijcientur domui tuæ, ex hoc reſpōſo lætus Scotus, arbitratus eſt, inicos ſuos videre iā ſibi ſubiectos, quæ res, cum cōtrarium eius opinioni habuiſſet exitum, malignus ille ſpiritus ſic eius reſponſum punctando eſt interpretatus; Dñe ſtes ſecurus inimici tui ſua, vi, ter, intrabunt terram tuā, & ſubijcient, vr, ideſt ignem, domui tuæ; & ita factum eſt. *Albericus de Roſat. in l. nemo Iudæorum. C. de Iud. Camillus Gallin lib. 3. c. 14. de Verb. ſigniſi. Horat. Gamb. caſ. 21. num. 4. ſol 242.*

Quintò incidunt non ſolum in caſum reſeruatum, ſed Hæretici ſunt iudicādi diuinatores, qui circa Aras Idolorum nefarias preces emittunt,
15 ſacrificia offerunt; qui Arioli vocantur. *c. igitur. 26. q. 3. & 4.* dæmones conſulunt, adorant, eorumque reſponſa ſuſcipiunt, obedientiam eis offe-

Digitized by Google

offerunt, per dæmones iurant, genua flectunt, proſtrationes faciũt, vel prædicta faciunt cum Corpore, & ſanguine Chriſti, nam hæc omnia, & ſimilia manifeſtam hæreſim ſapiunt, & de his velut de Hæreticis cognoſcere poſſunt Inquiſitores. *c. accuſatus §. ſanè vbi gloſ. de Hæret in 6 Caietan. 2. 2. quæſt. 95. art. 4. Graff. in Trax. loc. citat. num 26.* etiam ſi prędicta metu mortis faciant. *Floron. loc. citat. uerſ. Vel adorantes num 6.*

Sextò incidunt obſeruantes ſomnia, vt ex illis futura aliqua præcognoſcant, omittentes ob illa aliquid facere, quod ſit de præcepto, vt in
16 die feſto non audire Miſſam, vel aliquid facientes, quod ad malum inclinat. *D. Thom. ad Roman c. 13. lect. 3.* circa fin. *Caietan. Verb. ſomniorum obſeruatio.* Vel obſeruantes Auium volatus, garritus ſeu voces, vel motus, cum hęc ſine expreſſa dęmonum inuocatione fieri non valeant, aut ſaltem tacita; ipſi enim dæmones huic inquiſitioni, eò, quod vana ſit ſuperſtitio, & illicita, ſe immiſcent. *Diuus Thom. 2. 2. quæſt. 95. art. 6. Graff loc. cita. num. 27.* Idem dicendum de his, qui vtuntur ſortibus ad inquirenda futura, ſiue in Codicibus, ſicut plerique faciunt dicentes verſus Pſalterij aliquos, & faciunt illud voluere; ſiue in Tabulis, facientes ibi quędam puncta, ſicut faciunt Necromantici, cum ſaltem ibi ſit tacita dęmonũ inuocatio, non ſolum expreſſa opere, cum ex ſui natura illa reuolutio libri facta cum recitatione illorum verſuum non ſit apta ad ſciendum furta. *Graff. loc cit. num. 28.*

Septimò, & qui inſpectione aliquarum Imaginum, aut prolatione aliquorum verborum ignotorum, quęrunt ſcientiam aliquam addiſce-
17 re, quę ad Artẽ notoriam pertinet, quę certis Ieiunijs, & orationibus, varijſque obſeruationibus, ſine labore ſcientiam infuſam pollicetur. *D. Thom. 2. 2. quæſt. 95. art. 1. Tolet. lib 4. c. 16. num. 1. Lau. Reg. lib. 4. cap 6. num. 3.* quia cum non ſint iſta ad cauſandam ſcientiam in ſui natura idonea, ſit, vt ſint ſigna tantummodo ad pacta quędam cum demonibus pertinentia. Sic pariter condemnabuntur, qui an aliquid proſperè proceſſurum ſit ex aliquo oculorum, aut Aurium ſpontaneo motu, aut etiam ſternutamento, aut ex fortuito Canum latratu, aut tranſitu, aut ex aliqua re, quę eis ſit obuiam, velint percognoſcere miſteria fidei, aut ea quę ex libero pendent arbitrio, ita vt ij, vel alij ſaluabuntur, vel condemnabuntur. *Graff. loc. citat. numero 6. & 35.*

Octauò, & Strigę ſeu Lamię, quę ex deſperatione ſubijciunt ſe dęmonibus, vel ex nimia voluptate; ſunt
18 enim expreſsè dęmonum inuocatrices, negando fidem, conculcantes ſacramenta, Crucem, & ſimilia, intrando domos, dęmone aperiente, ianuas, & impedimenta atque obſtacula amouente, occidũt pueros, &c. *Graff. loc. citat. num. 39. & conſil. 19. de ſenten. excomm. num 8.*

Nonò, & qui dant alicui Mulieri poculum ad bibendum, vel aliquid ad edendum, cauſa inducendi illam
19 ad turpiter amandum, quamuis effectus non fuerit ſecutus: ſufficit enim, vt actio fuerit conſumata, hoc eſt vt Mulier Philtrum ſeu Poculum amatorium acceperit. *Nauar. loc. cita. numero 32. Graff. vbi ſupra. in Trax. num. 42.*

Decimò, & qui Hoſtiam conſecratam in puluerem redigunt, aut minutim proſcindunt, & recitatis quibuſdam nefandis verbis, partim
20 ſumunt, partim illi, a quo, vel a qua amari volunt, ſumendum in cibo, aut potu porrigunt. *Ioan. Capeauill. cap 21. q. 2. & Graff. in Trax. lib. 2. capit. 18. num. 52.* Idem dicendum ſi in aliquo ſortilegio, non tantum Hoſtiam conſe-

Digitized by Google

cõſecratam, ſed etiam ſanguinẽ Chriſti, vel oleum ſacrum admiſcent, vel etiam ſacramentalia, vt Aquam Benedictam, Reliquias Sanctorum, & ſimilia. Imò tale Poculum amatoriũ ſapit hæreſim, quia niſi is crederet talia Sacramenta habere virtutem ad Maleficiorum operationem non adhibuiſſet illa, quare hæc omnia reddunt maleficum valde de hæreſi ſuſpectum, & ideo poſſunt Inquiſitores contra tales procedere. *Graff. loc. citat num. 21. & conſi. 19. de ſenten. excommun. num.* 20.

Vndecimò, & qui miniſterio dæmonum expreſſa illorum inuocatione maleficium alio maleficio tollunt
21 Aut præcantur maleficum quempiam, vt illud diſſoluat, quamuis ille ad id agendum eſſet paratus, *D. Tho. in 4. ſent. diſt. 34. art. 3. quæſt. 1. Nauar. loc. ſupracit num. 29. Sil. verb. Maleficiũ. num.* 8. quia non ſunt facienda mala, vt eueniant bona. *c. non eſt putanda.* 1. *q.* 1. *Caietan. verb. Maleficium. Graff. in Prax. loc. cit. num* 40. *D Bonau. in* 4. *diſt.* 7. *art.* 2. *q.* 1. *Io. Maior* 4 *diſt.* 34. *artic.* 2. *Alphon. a* Caſtro *lib.* 1. *de inſt. hæreticor. punit. ca* 15 *Coſmus Philiarch. de offic. ſacer. p.* 2. *lib.* 3 *c.* 11. *Tolet lib.* 4 *c.* 16. *Floron. loc. citat. verſ. Maleficium.* §. 4 *num.* 12. & alij communiter. Ratio eſt, qa actio quę penitus eſt intrinſecè malã, & conſequenter pro nullo bono cõſequendo, aut malo vitãdo, licitum eſt ita operari, & proinde nec petere, quia eſſet cooperari peccato. *Cla. Reg. lib.* 4. *c.* 6. *nu.* 26. cum enim peſſimum ſit dæmonem inuocare, pactumque cum eo expreſſum, vel tacitum facere, peſſimum etiã erit maleficium iã adhibitum per inuocationem, & auxilium dęmonis ſoluere. *Graff p.* 1. *lib.* 2. *dec. aur. c.* 6. *num.* 10. Si quis tamen
22 ſciret maleficium factum conſiſtere in laqueo alligato, licitum eſt rogare maleficum, etiam pecunia ei data, vt illam ligaturam ſoluat, ac etiã vbi occul. è tenet illam ſepultam, inde dimoueat, prout tradunt *Clau. Reg. vbi ſupra num* 27. & doctores ibi ab eo allati; & dictum etiam eſt ſupra in dicta explicatione primi caſus reſeruati Tabellæ Anconitanæ. *numerò* 80. *folio* 63.

Duodecimò, & qui maleficio aliquem afficit, in Anima, in corpore, fama, aut externis rebus aliquod dam-
23 num inferẽs; vt ſi nocuit alicui Perſonę illam ligando ne conſumare poſſit matrimonium; Vel ne Coniuges coire poſſint; Vel induxit aliquã infirmitatem, aut dolorem in corpore, interius, vel exterius, faciendo verbi gratia aliquam Imaginem cereã, vel ex alia materia, quam dum Acubus pungit in aliqua parte illius Imaginis, dæmon, ex pacto expreſſo, vel tacito inito, pungit in eiſdem partibus corporis Perſonam; Quando. n. maleficus per aliqua exteriora exercet ſua maleficia, vt intingendo ſcopam in Aqua, vt fiat Grando; Vel incuruando Acum dicens; Quandiu Acus ſic ſtat, talis non poſſit coire cum vxore, vel dum pungo ſic hanc Imaginẽ, in ijs partibus corporis, pungatur etiã talis Perſona, tunc maleficus non facit hæc per opera ſua immediatẽ, ſed per dæmones, vnde quando maleficus Imaginem ceream pungit, tunc opera diaboli Perſona maleficiata patitur in illa parte ſui corporis, vbi fit punitio in Imagine. *Graff. Prax. lib.* 3. *c.* 1. *num.* 21 *& ſeq & conſi.* 19 *de ſent. excomm. num.* 18. *Tolet. lib* 4 *c.* 16 *num.* 7. *Clau. Reg. loc. ſupracit. num.* 20. Vide ſupra in dicta Tabella Anconitana. *num.* 45 *fol.* 56. Vel ſi Aquis, liquorib.
24 oleo, & ſimilibus vnctionibus ex p̃ſcripto dæmonis, vel malefici cõpoſitis, partem corporis Perſonæ, quam maleficiare vult, inungit, ſi læſio aliqua, aut mors conſequatur; Vel res quaslibet etiam viliſſimas, puta ſtramen, Plumam, & ſimilia ex pacto dęmonis ſub lectulo, vel limine oſtij, p̃ quod dicta Perſona eſt trãſitura, n.õ tran-

Digitized by Google

trãſeat, & ex hoc lædatur, ratio, quia reſeruatio intelligitur de actibus exterioribus ſecreto effectu. *Io. Capeauil. c.7.q.2.* Vel etiam in rebus externis damnum inferens cauſando Tempeſtates, grandines, fulgura, tonitrua, quibus Templa, Turres, Segetes, Armenta læduntur, Arbores, Vineas, deſtruuntur.

Tertiodecimò, & illæ Vetulæ quo ſuo conſpectu Infantes, & Pueros faſcinant, ſi ex pacto cum dæmone
25 tacito, aut expreſſo hoc facerent. Faſcinatio eſt duplex; Vna naturalis: ſunt enim, qui ſolo viſu naturaliter alios lædunt, imò occidunt; hoc autẽ fit, vt quidam tradunt, ex forti imaginatione, hoc modo, foris imaginatio immutat corpus coniuncti ſpiritus, quæ immutatio fit in oculis ad quos ſubtiliores ſpiritus perueniunt, oculi autem inficiunt Aerem coniunctum vſque ad determinatum ſpatiũ; Quo modo ſpeculum nouum, & mundum aſpectu mulieris menſtruatæ maculis inficitur, vt tradit Ariſtot. de ſomno & vigilia (Aer autem immutat teneram carnem Pueri, & ſic dictæ Vetulæ habentes oculos vrẽtes, aſpiciẽtes Paruulos, ita ledunt, vt cibum ex ſtomaco eijciant, ac etiam occidunt, vnde Delrius *tom.1.lib.1.cap.3.quæſt.4.fol.34.* Trux aſpectus Vetularũ deformi ſuo ſqualiore, ac tetritudine, poteſt Infantulos perterrefacere, timor poſtea concitans humores facit, vt citius morbi erumpant, ad quos tenellum corpuſculum iam erat diſpoſitum, ac pręparatum. Altera eſt faſcinatio diabolica, quando idem fit pacto cum dæmone inito, ſicut eędem Vetulæ Veneficæ, videndo vel alio modo ſuperſtitioſo ledunt Paruulos Infantes, ſępe eos occidendo. *Ioan. Capeauill. loc. citat q 1 diffic. 3. & q.2. D. Anton. p.2. tit. 12. cap. 1. §. 15.* Idque fieri poſſe etiam circa Animalia, fatetur ille, qui dicit.

Neſcio quis teneros, meos faſcinauit Agnos.

26 Quartodecimò, & qui ob prauam aliquam cupiditatẽ Animam dęmonibus deuouent, & eorum præterea iuſſu a Ieſu Chriſto deficiunt, &c. cuius rei mirandum exemplum affertur ab *Horat. Terſellino lib.4. Lauretanæ Hiſtor. c.33. & a Martin. Delrio lib.6. diſq. mag c.2. ſect.3.q.3.*

Quintodecimò, circa Incantationes; incidũt, q verbis ſacris, vel profanis ſuperſtitioſè homines dementant, & ſubinde omnium rerum obli
27 uionem inducunt, valetudinem corporis lædunt, & aliquando etiam occidunt. Quæ omnia ſola Incantatione fieri poſſe teſtantur Doctores, *Malleus Maleficiarum p.2.q.2.c.5. Pau. Grillandus. tract. de ſortileg. q.3. num. 27. & q.8. nu.2.* Quod etiam obiter affirmat Lucanus dicendo.

Mẽs hauſti nulla ſania polluta veneni, Incontata perijt. c. nec mirum. 26.q.5. Io. Capeauill. c.8.q.2.

Sextodecimò, & qui faciunt Incantationes ad Infirmitates curandas. *26.q.7.c. non obſeruetis. Silu. verb. Male-*
28 *ficium. q.8. Graff. in Prax. lib.3. c.1.n.40. in fin.* Vt qui ob ſanitatem alicui reſtituendam, aliquid applicat, quod nulla virtute polleat ad ſanandũ, veluti Cingulo metiri, Virmen ſindere, aperire Arborem, Vrinam ſuper certam herbam emittere, Lienis morbos ſecare. *Nauar. c.11. num.32.* Vel verbis, orationib. exorciſmis ſuperſtitioſis, Virorum, mulierũ, Puerorum, Puellarum, Pecorum cuiuſcunque generis morbos ſanant *Io. Capeauill. loc. cit. q.2.* Vbi etiam inquit, quod incidit in hunc caſum reſeruatum mulier illa, quę ad homines ſanandos, vel alia animalia ęgrota adhibet Incantationes quas accepit a maioribus, credẽs ſe recitare orationes legitimas, & approbatas, ſi poſtquam legitimè monita eſt, a Confeſſario, ne vlterius prędictas Incantationes faciat, nihilominus non vult deſiſtere.

Decimoſeptimò, & qui ſuperſti-

tioſè

tioſè Serpẽtes, Lupos, & alia Animalia Prouintię nociua Incantant, &
29 domant, vt amplius nocere non valeant. *D. Thom. 2.2 q 96 art 4. ad 2.* ſecus dicendum eſſet, ſi Vir aliquis ſanctitate eximius oratione fuſa, vel verbis ſacris prolatis, ſoli virtuti Diuinę innitens, ſerpentes è medio tolleret, & interimeret, & abeſſet ſcandalum, tamen, vt bene monet idem *D. Tho. vbi ſupra*, orationes quę fiunt circa ſerpentes, magis ſuſpectę ſunt ſuperſtitionis, quã quę fiunt circa alia animalia, quia ſerpens primum fuit dęmonis inſtrumentum ad hominem decipiendum. Plerunque inquit tales incantationes habent illicitas obſeruationes, & per dęmones ſortiuntur effectum, & pręcipuè in ſerpentibus, quia ſerpens fuit primum dęmonis inſtrumentum ad hominem decipiendum. *Ioan. Capeauill loc. citat. q. 2.* Et notandum quod Incantatio eſt ſuperſtitio, qua quis verbis ſolis, ſacris vel profanis, expreſſam vel tacitam dęmonis inuocationem continentibus, aliquid ſupra naturam agit. *Ioan. Capeauill. c. 8. q. 1.* Quę quidem ſi fiat cum abuſu Sacramentorum, aut rerum Sacramentaliũ; aut expreſſa, vel tacita dęmonis inuocatione, poſtquã pęnitens ſemel a Confeſſario, vel Parocho admonitus fuit, eſt caſus reſeruatus in Tabella Ripana. *caſu. 1.*

30 Non incidunt autem; Primò qui diſcunt Artem Magicam, fortè ex aliqua curioſitate, non autem ea vtuntur; nam ad incurrendũ hunc caſum, oportet vt ea vtantur, quamuis letali culpa ſe illaqueant.

31 Secundò, nec incidunt, qui ex ſubito mentis impetu, & Irę furore concitati, ob impatiẽtiam dęmonem inuocant; execrare enim, vel maledicere potius, quam inuocare cenſentur. *Floron loc. ſupra citat. nume. 6. & Michel Salon 2.2. q. 76. art. 2 concl. vltima.* quo loci ſingulare huius rei exemplum affert de quadam Muliere Panormitana, quę cum filiũ moleſtè lachrimantem maledixiſſet, diabolo inuocato illum tradens, ſtatim ille ſub ſpecie deformis Aethiopis apparens, Puerũ arripuit, ſecumque abſtulit.

Tertiò nec qui ex corporis inſpectione Paſſionemiam faciunt, & animi affectus, eiuſdemque corporis tẽ-
32 periem, & diſpoſitionem coiectant; Imò ſi certò hęc prędicant, & ſi mortaliter peccare eos contingat, non tamen in caſum incurrunt *Floron loc. citat verſ. Malef. § 1. num. 49.* Idem dicẽdum de obſeruantibus ſomnia, nam licet lethaliter peccent obſeruantes ſomnia, ſi omittunt facere aliquid neceſſarium ad ſalutem, vel aliquid faciunt, quod inclinat ad malum, vt tradunt *Nau. c. 11. num. 33. Graff. par. 1. lib. 2. dec. aur. c. 6. num. 8. Clau. Reg lib 4. c. 7 nu. 5.* Attamen licitum eſt ex ſomniorum qualitate deducere, quęnam ſit corporalis interior diſpoſitio, exẽpli gratia, qui Aquam, aut Niuem in ſomnis mente reuoluit, ſolet ex Medicorum iudicio frigidis humoribus abundare. *Graff loc. cit. c. 3. nu. 16.* Medici enim dicunt eſſe interdum ſomnijs Infirmorum intendẽdum ad cognoſcendum diſpoſitionem interiorem Infirmi. *D. Anton. p. 2. titu. 12 c. 1. § 7.* Quare Medici obſeruãtes huiuſmodi ſomnia, minimè in hũc caſum incidunt. *Graff. in Prax. lib. 3. cap. 1. nu. 5. & 48.*

Quartò, nec qui Pluuias, vel grandines futuras ex quorundam Auium volatu, vel cantu, pręnuntiant; vt ſi
33 Cornicula frequenter crocitat, vel Veſpertiliones longè a domo volitent, aliquid euenturum ſignificare velint; hęc enim obſeruatio eſt licita, cum tantũ pręnuntiare intendunt ea, quę naturaliter ſolent huiuſmodi Animalia pręnuntiare, ex impreſſione enim Cęleſtium corporum cognitionem quandam, atque naturalem inſtinctum ad aliqua eorum vitæ neceſſaria, conſequuntur, vnde futuras

Digitized by Google

ras Pluuias, aut Ventos cito cognoſcunt, & annuntiant. Deus enim inſtinctus ſæpe aliquorum futurorum Animalibus indidit, vt Mergi mare linguentes, ſignant futuram tempeſtatem. Veſpertiliones longè a domo volantes, ſignificant ſerenitatem *Tolet lib 4. cap 15. num. 7. Graff. p. 1. lib 2. dec aur cap 3 num. 18.*

Quinto, nec qui aliqua futura prędicunt, attendēdo alicuius rei diſpoſitionem, vel motum, ſi tale quid ſit,
34 quod cauſari ex illa re poteſt, aut ſolet; ſic ſolent Aſtrologi Solis, Lunæque labores, aut defectus certò certiꝰ futuros prænuntiare, ſeu prædicere; conſiderant enim Cœlorum motus, qui tanto temporis ſpatio hoc neceſſario cauſabit; ſic Medici mortē, aut ſalutem Infirmo pręnuntiant; ſed nō tanta cum certitudine. In his. n. nulla eſt expreſſa, aut tacita dæmonum inuocatio, ſed futura colliguntur, & cauſantur ex diſpoſitione, & motu ipſius rei; ſic etiam Aſtrologi futuras Pluuias, ſiccitates, & Eclypſes præcognoſcere ſolent, ſi tamen tanta cū certitudine non prædicant, & ſalua diuina omnipotentia, quæ dubiū nō eſt, qđ impedire poſſet. *Graff in Prax. loc. citat. num. 47.* Et licet Sixtus Quintus, quandam Conſtit. incip. *Cæli & terræ creator.* contra exercentes Aſtrologiæ Iudiciariæ Artem, & alia quęcunque diuinationū genera, libroſq; de eis legentes, ac tenentes, ediderit; Vt tamen rectè docent *Caietan 2. 2. q. 95 art. 2. & Greg. de Valent. tom. 3. diſp. 6 q. 12 puncto. 1.* iure humano (ſaltem in foro conſcientiæ) ſolum prohiberi inquiſitionem vanam, & ſuperſtitioſam, vnde ſi aliqua Inquiſitio occultorum comperiatur non eſſe vana, ſed vtilis, talis iure humano non eſt prohibita, quod patet ex ſtudio Doctorum ad diſcernēdum ad quid Aſtra, ſomnia, Auiū motus &c. ſunt vtilia ſecundum naturam, & ad quid non, concludendo, quod vti eis ſecūdum, quod ſunt ex natura vtilia, non
35 eſt peccatū. Vnde Sixtus V. in præfata Cōſt. Aſtrologos, Mathematicos, & alios ſupſtitioſæ Iudiciariæ Aſtrologiæ artem exercentes, aut iudicia facientes comprehendit, excipit tamen eos, qui talia circa Agriculturā, Nauigationem, & rem medicā exercent. Nulla enim diuinatio eſt mala, quia prohibita, ſed contra, omnis eſt prohibita, quia mala. *Clau. Reg. lib. 4. cap. 5. num. 2.*

Sextò, nec qui faciunt aliquā diuinationem per ſortes animum tamen ſuperſtitioſum inquirēdi occulta, nō
36 habentes, ſed tantum iocosè, & vanè cauſa recreationis id agēdo; ratione enim leuitatis materię excuſari poſſunt a mortali peccato, tunc enim vanitatis, non ſuperſtitionis, peccatum erit. *Caietan loc. citat. Greg. de Valen. vbi ſupra d. q. 12 puncto. 4 Clau. Reg. loc. ſupracit num. 22.*

Septimò, nec qui præcuntantur illos, qui Vulgo, Cingari dicuntur, de fortuna ſua, animo credendi id quod ipſi dixerint, & ſi mortaliter delin-
37 quant; quamuis ex curioſitate, & animo ridendi pręcontari, non ſit mortale, niſi ratione ſcandali, vt ſi eſſet Perſona talis conditionis, quod ex tali interrogatione alij grauiter offendantur. ex *Coſm. Philiarch. de offic. ſacer. p 2. lib. 3. c 12. Nau. c. 11. num. 31. Graff. p. 1 lib 1. dec aur. c. 5. num. 21. Rodriq. in ſumm p. 1. c. 7 num. 1. Clau Reg. lib. 4. c. 7. num. 8. & Bonacin. d. 3 q. 5. punct. 3 n. 11. Sanchez lib 2 in decal. c. 38. num. 48.*

38 Octauò, nec qui ad Maleficam pergens pro factura, dum tamen vadit pœnitentia ductus, vel aliter impeditus, opus nō perfecit, & hoc propter opus imperfectum, imò quaſi non cęptum; licet lethaliter peccet. *Graff. in Prax. loc. citat. num. 44.* & ratio eſt, qa vt ſæpe dictum eſt, Reſeruatio intelligitur de actibus conſumatis, & perfectis.

Nonò nec qui pergeret ad Malefi-

cos,

cos,non cauſa malignandi, ſed conuerſandi tãtum, vel pro cauſa licita.
39 Facit text. *in Clem. ne in agro. § quia vero. de ſtat. Monach.* Vbi qui accederet ad curias Principum non doloſè, & malo animo cauſa malignandi, non eſt excommunicatus, ſic licet pergẽs ad Maleficos, vel introducens ad domum ſuam, & interrogans, grauiter peccet. *c. non obſeruetis. 26. q. 7. & 27. q. 5. c. qui diuinationes*, ſi tamen alia cauſa licita hoc faciat, non videtur ligari hac reſeruatione. *Graff. loc. citat. n. 45.*

Decimò, immunes quoque ab hoc caſu arbitramur mittẽtes ad Magos, vel illos per tertiam perſonam con-
40 ſulentes, vel mandantes talia fieri, quia non verè agunt prohibita fieri ad incurrendum hunc caſum; cum. n. facere, conſulere, & mãdare, inter ſe differant, quando pęna aliquid faciẽti imponitur, mandãs, vel conſulens non comprehenditur, niſi a lege, vel ſtatuente id exprimatur. *Caieta. verb. excomm q. 47. Nau. in Man c. 27. nu. 51. Floron. loc citat. num. 12.* tales enim nõ dicuntur verè agere, ſed interpretatiuè, vnde quando lex tales vult comprehendere, exprimit. *Graff. loc. citat. num. 45.*

Vndecimò, nec qui ignorãter agit, putans fore licitum, & nullũ, aut veniale peccatum, ſecus ſi appenſatè, &
41 poſt monitionem, atque certificationem, quod eſſet illicita talis ars, vt p *D. Anton. p. 2. tit. 12 c. 1. & in ſum. deſecerunt in prima. p. Interrogatorij poſt D. Thom. 2. 2. q. 92. & ſeq. Caietan. & Armilla poſt alios verb. ſuperſtitio.* qui volunt, quod Diuinatio, & ſi genere ſuo ſit peccatum mortale, tamen frequẽter eſt veniale, & maximè primis vicibus, & ignorantibus. *Graff. loc cit. num. 49.* in Tabella vero Ripana, pęnitẽs poſtq̃ ſemel admonitus, eſt a Cõfeſſario, vel Curato, incidit in primũ caſum reſeruatum.

Duodecimò, nec qui Incantationes ex libris Magicis didicit, & ſæpius recitauit, ſed illis nihil effecit,
42 quamuis peccet mortaliter addiſcendo, & recitando, & grauiter in vtroque foro puniri debeat. Imò nec incurrit hunc caſum in foro conſcientiæ, vt apparet, qui incantationibus inutilibus admiſcet quędam medicamenta naturalia, quæ virtute ſua naturali Egrotis ſiue hominibus, ſiue pecorib. ſenſim ſanitatem reſtituũt; quia ſanitas non virtute verborum, ſed naturalium medicamentorũ ſubſequitur, vt præſuponimus; quamuis in foro exteriori talis Incãtator prę ſumatur, & vti talis puniatur. *Io. Capeauill. p. 2. c. 8 q 2.*

43 Tertiodecimò, neque Caietanus, qui vt ipſe fatetur *in Verb. incantatio.* de ſe refert quod proteſtatione præmiſſa nullum ſibi negotium eſſe cum dæmone, impoſuit filo Annulum, & recitauit verſiculum illum Pſalmi, quem dum Incantatores recitare ſolent, moueri ſolet, & ſaltare hinc inde Annulus, ratio eſt, quia non recitauit illum animo ſuperſtitioſo, ſed potius religioſo, vt doceret verſiculum illum nullam virtutem habere ad mouendum annulum, ſi quis recitat illũ ad gloriam Dei, ad quam primũ fuit compoſitus a Pſalmiſta, quod experientia comprobauit, quia non fuit motus annulus. Peccaret tamen etiã mortaliter, ſi vel ſolum ioco recitaſſet illum quaſi virtutem habentẽ ad mouendum annulum, quia virtutem illam habere nõ poteſt, niſi ex pacto, inito cum dæmone, & incideret in hunc caſum ſi motus fuiſſet annulus. *Ioan. Capeauill. loc. citad q. 2. Clau. Reg. lib. 4. c. 6. num. 6.*

Quartodecimò, nec incidunt, qui aliquam materialem ſuperſtitioſam actionem conficiunt, vt ſunt illæ Mu-
44 liercula, quæ bona fide ad aliquem morbum pellendum, aliqua herba tali obſeruato die collecta, & cũ aqua admixta Puerulum ſuum, vel aliarũ Mulierum, vel aliquam aliam perſo-

nam

Digitized by Google

riam lauant, & ſi nonnullas præcantiones, orationes, vel preces, intermiſceant; tũ quia hic anteq̃ ſint admonitæ, mortalis culpa non adeſt; tũ q̃a nec ſacramenta, nec ſacramentalia propriè adhibentur. Letaliter tamen delinquerent, ſi hęc poſt admonitionem, & prohibitionem Eccleſiæ eis factam, agerent; & inciderent, vt dixi, in primum caſum Tabellę Ripanę, ſi poſt quam ſemel fuerint admonitę a ſuis Confeſſarijs, vel Curato, id agerent. Si tamen, antequam ſint admonitę, bona fide, putant ea, quę faciũt nihil ſuperſtitioſum nec vanũ continere, & credunt, id quod optãt, petunt, & agunt, fieri poſſe, vi & facultate naturę, vel poteſtate Dei, & opera Angelorum; aut quia vident hoc idem pios, & Religioſos homines facere conſueuiſſe, non peccant, & per conſequens nec ligantur hac reſeruatione; quoniam ex bona fide, credentes, non eſſe peccatũ, ob ignorantiam, excuſantur. Debent nihilominus a Sacerdote, qui earum Con-
45 feſſiones excipit, admoneri, vt ſe in poſterum ab huiuſmodi ſuperſtitioſis obſeruationibus abſtineant, cum ſępe multa vana, & inutilia intermiſceãt; Niſi forte ſit ſacerdos, vel Religioſus, diſcretus, & deuotus, aut ẽt Laicus excellentis vitę, perſona honeſta, de cuius vita, habeatur bona in populo exiſtimatio, qui fuſa oratione licita ſuper infirmum manum imponat; ſed ſi exemplo eorum timeat, quod alię perſonę ſimplices anſam arripiant ſimilia faciendi, deberẽt pro-
46 tinus ab his abſtinere, iuxta illud *Apoſtol. 1 ad Theſalon c.6. ab omni ſpetie mali* (alias mala) *abſtinete vos. c. cum ab omni de vit & honeſt. Clerico D. Anton. p.2 tit.12.c.1.§ 11. Nau c.11. num.36. Azor. p.1 inſt. moral lib.9 c.26.q. vlt.*

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem pęnitentium ſortilegia, ſuperſtitiones, & Maleficia, cum
47 expreſſa, vel tacita dęmonum inuocatione perpetrantium, erit illa, quę dixi ſupra in explicatione primi caſus reſeruati in Tabella Anconitana, *nu.65 fol.60.* vide ibidem. Et hęc pro huius primi caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſecũdi Caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Piſaurenſis, qui talis eſt.

Abuſus Sacramẽtorum, vel ſacramentaliũ, ad alium finem, quam a Chriſto Domino, vel Eccleſia deſtinatum.

PRo declaratione huius ſecũdi caſus reſeruati, præter ea quæ dicũt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Abuſus Sacramentorum, & Sacramentalium, ad alium finem, quã a Chriſto domino, vel Eccleſia deſtinatum.*

2 *Quando abutẽtes Sacramentis, vel Sacramentalibus, ad alium finem, quam a Chriſto domino, vel Eccleſia deſtinatum, incidunt in hunc caſum reſeruatũ, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario, circa Confeſſionem, & abſolutionem, pęnitentium Sacramentis, vel Sacramentalibus, abutentium.*

CIrca primum; breuiter, cum Abuſus ſit malus rei cõtra naturam ſuã, vſus; vel propriè Abuſus dicatur, qñ quis abutitur hoc eſt malè vtitur re
48 contra naturam ſuam. *Abb. in c ex literis num.2. de Conuerſ. Infidel. Graff in Prax. lib.2. c.18 num.13 & 24. & conſi. 16. num.35. de ſenten excomm.* Et Sacramenta Eccleſię nihil valeant ad ſortile-

Digitized by Google

tilegia,& Maleficia conficienda; Ad nihil enim valent niſi ad id ad quod ſunt inſtituta,cum omnem vim,& energiam habeant ab inſtitutione, ſunt autem inſtituta ad planè cõtrarios effectus, nimirum ad remiſſionẽ peccatorum,ad perficiendum hominem in gratia,& per illam hominem Deo in hac, & in futura vita coniungendum. *Ioan Capeauill.c.21.q.1.diffic.*1.ſequitur, quod abuſus Sacramẽtorum, vel Sacramentalium, ad alium finem,quã a Chriſto domino, & Eccleſia inſtitutũ, nil aliud eſt, niſi malus vſus Sacramentorum, vel Sacramentalium, hoc eſt, cum quis malè vtitur,ideſt contra naturam, & finẽ, ideſt ad alium finem,quam a Chriſto domino, vel Eccleſia inſtitutum, & deſtinatum,Sacramentis, vel Sacramentalibus vtitur. *Floron loc.cit.verſ. maleficium.num.9.* Sacramentum autẽ
49 eſt ſignum ſenſibile gratiã Dei, vel eius effectum gratuitum, ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificans, ordinatum ad ſalutem hominis viatoris. *Scot.in 4.diſt.* Sacramentalia vero, quę nam ſint, vide ſupra in declaratione primi caſus reſeruati in Tabella Anconitana.*num.51.fol.57.*

Circa ſecũdum; ex hactenus dictis manifeſtè patet, qui nam incidunt in hunc caſum reſeruatum,& qui non incidunt.

Primò enim incidunt, qui Hoſtiã conſecratam in puluerem redigunt, aut minutim proſcindunt,& recita-
50 tis quibuſdam nefandis verbis, partim ſumit,& partim illi,puta Mulieri,vel Viro,a quo,vel a qua amari volunt,ſumẽdam in cibo,aut potu porrigunt. *Ioan.Capeauil.c.21.q.1.*& idem dicendum ſi ob eandem rationẽ ſanguinem Chriſti, vel aliquod oleũ ſacrum,in poculo Amatorio admiſcẽt *Graff in Prax.lib.2.c 18.num.52* prout etiam dictũ eſt ſupra in Tabella Anconitana in declaratione primi caſus reſeruati.*num.52.fol.57.*

Secundò incidunt, qui Sacramento pęnitentię ſeu Confeſſionis,abutũtur, vt ſi Presbiter ſęcularis in actu Confeſſionis, vel prope,aliquam fœ-
51 minam, vel puerum ad actus inhoneſtos prouocaret; vel ſi fœmina,vel adoleſcens, presbiterum ſęcularẽ, vel Sacerdotem Regularem ad huiuſmodi nefandos actus allicere,in actu Cõfeſſionis,ſiue ante,vel poſt immediatè,ſeu occaſione, vel prętextu Cõfeſſionis, etiam Confeſſione non ſecuta,ſiue extra occaſionem Confeſſionis in Cõfeſſionario,aut in loco quocunque vbi Confeſſiones Sacramentales audiãtur, ſeu ad Confeſſionem audiendam electo, ſimulantes ibidẽ Confeſſiones audire,ſollicitare, vel prouocare tentauerit. Ex Conſtitu. Greg.quintidecimi.incip.*Vniuerſi dominici gregis curam.* Vt ſi fœmina amo-
52 re capta Confeſſarij fingens ęgrotare,vocans Confeſſarium,& ſimulans velle confiteri,vi aut metu, ac minis ad actum inducat, minans velle ei infamiam obiectare, quod eam violenter opprimere volebat, niſi conſentiat.*Graff.conſil.7.num.1.de peniten. & remiſſ.& in Prax.lib.2 c.12.num.38.*

Tertiò & qui abutuntur Sacramẽto Euchariſtię etiam ad aliquem bonum finem,puta ſi ad recuperandam ſanitatem, vel ad ſui defenſionem,
53 vel ex deuotione illud appenſum ad collum deferant, nam abutũtur hoc Sacramento ad alium finem, ad quẽ fuit inſtitutum.*Graff loc.cit.num.33.*

Quartò,& infirmi permittentes ſe vngi rebus ſacris,pro liberatione ſuę infirmitatis, v.g.ſi patientes morbũ
54 in aliquo membro faciant, vel permittant ſe vngi oleo Sãcto,in illo loco,vt ſanẽtur, vel gutta Chriſmatis; vel ob ſanitatem tuendam bibunt oleum Sanctum, nam ſic eſt abuti Sacramẽto ad alium finem, ad quẽ fuit inſtitutum. Ex *Graff.loc.citat.nu.29.& conſi.16.num.41.de ſent.excomm.*

Quintò, & Sacerdotes vngentes ſcien-

ſcienter ſanum, vel Paruulum ratione carentem; ratio eſt, quia abutun-
55 tur Sacramento extremæ vnctionis, quod fuit inſtitutum in vltimum remedium, hinc nominatur Sacramentum exeuntium, quia fuit inſtitutum in vltimum remedium, vt dixi, & quia debet dari infirmis in periculo mortis conſtitutis adultis habentib. vſum rationis *Graff. in Trax. loc. citat. num.* 31. & idem dicendum eſt de ijs, qui abutuntur alijs Sacramentis; ad alium quemcunq; finem, quã a Chriſto domino, vel Eccleſia deſtinatum, vt dicit caſus reſeruatio.

Sextò, non ſolum, qui Sacramẽtis abutuntur, ſed etiam rebus Sacramẽtalibus, vt verbi gratia, qui res Sacramentales puta Agnus Dei, Reliquiæ
56 Sanctorum, Candelæ Benedictæ, Aqua Benedicta, Veſtes Sacræ, Corporalia, Oleum Sanctũ, Baptiſmi, Chriſmatis, vel extremæ Vnctionis, ſignũ Sanctę Crucis, Inuocatio Sanctiſſimi nominis Ieſu, & Beatæ Mariæ Virginis, pia ſcripta, Sacra Amuleta, Breuia, ad collum appenſa, vt Symbolũ Apoſtolorum, Initium Euangelij Sancti Ioannis, vel alia verba Pſalmorum, in Poculis amatorijs, Veneficijs, ſortilegijs, vel alijs ſuperſtitionibus quouis modo admiſcent; Caſus enim abſolutè loquitur dicens, abuſus Sacramentorum, vel Sacramẽtalium, ad alium finem, quam a Chriſto domino, vel Eccleſia deſtinatum, & ideo de abutentibus non ſolum Sacramentis, ſed etiam rebus Sacramentalibus intelligẽdus eſt; cum lex generaliter loquens generaliter etiam ſit intelligenda. *l. de pretio. ff. de publiciana in rem actio. Nau. conſi.* 5. *de ſtat. Monach.*

Nõ incidit autem; Primò, qui acceſſit ad Eccleſiam cauſã ſubtrahẽdi Sacram Euchariſtiam, vel Oleum Sanctum, animo malo abutẽdi ad finem ſortilegij, vel ad diuerſum finem, pp quem a Chriſto domino, vel Eccleſia
57 deſtinatum eſt, tamen repertus a Cuſtode Eccleſiæ non potuit potiri fine ſuo peſſimo, quia v.g. impeditus ab eodem Eccleſiæ Cuſtode, iterum in eodem loco, vbi furatus eſt, repoſuit, ratio eſt, quia cũ reſeruatio expreſsè dicat, Abuſus Sacramẽtorũ, vel Sacramentaliũ, & ſimus in pęnis pęnæ aũt ſint reſtringendæ, ideo nõ habet locũ, niſi effectu ſecuto; etenim communis traditio eſt, quod nullus comprehendatur ſub caſu reſeruato attẽtans aliquem actum, niſi ad conſummationem deueniat, iuxta doctrinã *Io. And. in c. perpetuo. num.* 1. *de elect. in* 6. vt ſupra in declaratione primi caſus reſeruati in Tabella Anconitana *num.* 58. *& ſeq.* dictum eſt, & ſi mortaliter peccet. *Graff. loc. cit. nu.* 38. *&* 45.

Secundò, nec qui daret Altaris Sacramẽtum, aut Chriſma, vel Oleum Sanctum, alicui minanti ſibi mortẽ,
58 niſi ſibi daret; ratio, quia non eſt veri ſimile velle Diæceſanum Piſaurenſem Virum alioqui vitæ integritate, doctrina conſpicuum, ac charitate ignitum, quemquam ſuorum ſubditorum obligare cum diſcrimine vitæ ad ſuorum caſuũ reſeruatorum obſeruationem; niſi hoc fieret in contemptum Cenſuræ Eccleſiaſticæ, vel in odium fidei. *Graff. loc. cita. num.* 43.

Tertiò, nec qui abutitur aliquo Sacramento, vel rebus Sacramentalib.
59 inaduertenter, & inconſideratè, neſciens quid faciat, etiam ſi eo abutatur ad alium finem, quam a Chriſto domino, vel Eccleſia deſtinatum; & ratio eſt, quia cũ iſte nec mortaliter peccet, conſequenter nec incidit ſub hac caſus reſeruatione.

Circa tertium; Praxis obſeruãda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem penitentium Sacramẽtis, vel Sacramẽtalibus abutentium, hæc erit.

Circa Cõfeſſionem, Primò Cõfeſſarius pęnitentem interroget, quo fine Sacramentis, vel Sacramentalib. abu-

abuſus eſt, vt ſcire valeat an Caſus ſit reſeruatus, vel ne.

Secũdò, inquirat de tempore quo in Sacramentis, vel Sacramentalibus abutendis inſorduerit; Quoties hoc delictum perpetrauit; & an ſocios ha
60 buerit; Vel alios ad abutẽdum induxerit, quia cum graue cõmiſerit peccatum, vt puta homicidium ſpirituale. *c. ſi cui. de pęniten. diſt.* 1. multum gemere debet ob ſuas admonitiones aliorum vitam corruptã, quapropter inducere debet ad efficaciter illis diſſuadendum, ne hoc amplius faciat, & confiteatur. *Graff. loc cita nu.* 58.

Tertiò, cum ferè ſemper abuti ſoleat Sacramento Euchariſtiæ, aut Oleo Sancto, vel alijs rebus ſacris, aut Sacramentalibus ad impurum amo-
61 rem Mulierum ſibi conciliandum, ideo animaduertat Confeſſarius, pęnitentem debere confiteri qualium Mulierum, amorem ſibi conciliare ſtuduerit, an Virginum, an Coniugatarum, an Deo conſecratarum, quia illi amores ſpecie diſtinguuntur, & ideo in Confeſſione Sacramentali hę circumſtantiæ omnino ſunt manifeſtandæ. *Io. Capeauill. c. 21. q. 3. in fin.* & idem dicendum de fœminis erga Viros, & ratio eſt, quia in Confeſſione aperienda eſt ſpecies ſuperſtitionis, vel ſortilegij, tum vt ſciatur, an ſit caſus reſeruatus, tũ etiam, quia in Confeſſione longè diuerſum iudicium de pacto expreſſo, quam de tacito cum dęmone inito, faciendum eſt. *Suarez. de Relig. lib* 2. *c.* 10. *num.* 1. *Reginal. lib.* 17. *c.* 17. *nu* 170 de quo pacto, vide ſupra in declaratione primi caſus huius Tabellæ Piſaurenſis, *num.* 2.

Quo ad abſolutionem; Primò obſeruandum eſt, an pœnitens, qui Sacramentis, vel Sacramentalibus abuſus eſt, habeat errorem in intelle-
62 ctu, credendo ſcilicet ipſa Sacramenta, puta Hoſtiam conſecratam, Chriſma, Oleum infirmorum; & alia Sacramenta Eccleſiæ non eſſe vera neque ſanctificare, & quod ſacramentalia, vt Aqua Benedicta, & alia huiuſmodi, habeant virtutem ad ſortilegia conficienda; nam ſi hoc credat, eſſet Hæreticus, & incidit in primum caput Bullæ Cœnæ Domini. *Graff. loc. cit n* 57. ac proinde ad Summum Põtificem pro abſolutione, vel ad Inquiſitorem mittendus eſt.

Secundò; perpendat, an in abuſione Sacramentorum, vel Sacramentalium, adfuit tacita, vel expreſſa dæ
63 monũ inuocatio, quia ſi hæc adfuit, & crediderit arte, & virtute dæmonis, Sacramenta, vel Sacramentalia vim aliquam habere ad Maleficiorũ operationem, dæmonem diuinitatẽ habere, futura & contingentia noſſe, liberum arbitrium cogere poſſe, abſque dubio hæreticus fuit, & excommunicatione Cęnę Domini cõtẽta innodatus, ac proinde ad Inquiſitorem remittendus eſt. Etenim qui dæmones inuocant honorem Latrię eis exhibendo, vt hæretici ſunt habẽdi, ſicut etiam hęretici exiſtimandi ſunt, qui cum honore, & cultu dulię, qui Sanctis debetur, ipſos dæmonis inuocãt. Qui autem illos quouis alio modo, expreſsè, vel tacitè inclamãt, etiam ſi illis nullũ cultum exhibeãt, quia illis ſe ſupponere videntur, hæretici etiam ſunt putandi, vel ſaltem valde de fide ſuſpecti, vt tradit *Pegna. p. 2. Comment.* 68.

64 Inuocare vero dæmones, nihil de eis credendo, vt ſępe Amantes ſtimulis libidinis agitati dæmones inuocant; Verbi gratia, vt flectant animũ illius quem amant, ad amorem turpem, ſi huiuſmodi inuocatio fit verbis imperatiuis, vt iubeo, præcipio, conſtringo, impero, & ſimilibus, tũc communis eſt ſententia, talem inuocationem non ſapere hæreſim manifeſtam, quia tunc dæmon proteſtatiuè inuocatur ad id quod ſibi competit, quod eſt tentare. *Oltrand. conſil.* 210. At ſi verbis deprecatiuis fiat, vt præ-

Digitized by Google

præcor, oro, obſecro, obteſtor & alijs huiuſmodi, tunc quia hæc verba adoratio non includunt, ſapiunt hęreſim manifeſtam. *Graff. conſi. 7. nu. 4. & ſeq. de pęnitent. & remiß. & conſi. 19 nu. 20. de ſentent. excommunic.* Item ſi fecerit pactum cum dæmone ſe negaturum fidem, & Sacramenta, & an in huiuſmodi pacto habuerit errorem in intellectu, exiſtimans Sacramenta non eſſe vera, neque fidē; vt ſic ex reſponſis pęnitentis Confeſſor animaduertere poſſit, ad quē ſpectat abſolutio, & ſi caſus eſt Papæ, vel Epiſcopo reſeruatus. *Graff. in Prax. loc. cita. nu. 59.*

Tertiò, curet omnem occaſionem peccandi omnino præſcindere, ſi fortè pœnitens haberet aliquam Sacramenti, vel rerum ſacramentaliū ma-
65 teriam, vel res ſacras domi, vel alibi abſconſam, cum ſatisfactio non ſit ſine exciſſione cauſarum. *cap. ſatisfactio. de pœniten. diſt. 3.* Accipiat ab eo Iuramentum, ne amplius hæc grauia delicta committat, quia in iſtis enormib. delictis hoc facere licet. *Graff p. 1. lib. 1. dec. aur cap. 32. num. 15. & 17. & loc. citat. num. 58.* prout etiā ſupra declarauimus in Tabella Anconitana *fol. 64.*

Quartò, & vltimo, procuret inducere illum ad maximum gemitū ſuorum peccatorum, oſtendendo ei gra-
66 uitatem huius criminis, his vel alijs ſimilibus verbis, quod ſi nō licet verba diuina ad collum ſuſpendere, niſi multa caueantur; nam ſi Breue eſſet ſuperſtitioſum ex verbis, vel ex charta, qua fiunt, vel modo portandi, aut tempore ſcribendi, vel in modo ponendi, pęnitentes non ſunt abſoluendi, niſi deſiſtant, & comburent illa. *D. Anton. ſummul. defec. in 2. præcept.* & ſi non licet bono zelo tenere ad collum Sanctiſſimum Sacramētum, nec Diacono Corpus Chriſti tangere, quia non habēt manus ſacratas, cum ob reuerentiam illius diuiniſſimi Sacramenti a nulla re tangatur niſi Sacrata, vnde Corporale, & Calix conſecrantur, ſimiliter & manus Sacerdotis conſecrantur, quanto magis peſſimum peccatum erit abuti Sanctiſſimo Sacramento ad finem peſſimum? *Graff loc. citat. nu. 59.* & hoc idē dicatur de omnibus alijs Sacramentis, & rebus ſacratis; Quamobrem niſi ab huiuſmodi abutionibus abſtine-
67 re proponant, vllo modo ſunt abſoluendi; & ſi abſoluantur, grauiſſimam iniungat eis pęnitentiam, etiam Pręſeruatiuam ſi opus fuerit, imponendo eis, vt quoties Sacramētis, vel Sacramentalibus ad alium finem quam a Chriſto domino, vel Eccleſia deſtinatū, abuſi fuerint, toties illo die in Pane, & Aqua ieiunent, vel Pſalmos Pęnitentiales nudis genib. tacta terra, pronuntient; vel talem eleemoſynam locis pijs largiantur, vel aliud ſimile, iuxta qualitatem perſonarū. Et hæc pro huius ſecundi caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN Nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio tertij, & quarti caſuum reſeruatorum eiuſdem Tabellæ Piſaurenſis, qui tales ſunt.

Procuratio Abortus, etiam non ſequuto effectu.

Inceſtus quò ad primum, vel ſecundum Conſanguinitatis, vel Affinitatis gradum.

PRo declaratione horum tertij, & quarti caſuum reſeruatorum; Circa tertium, cum eius optima declaratio habeatur ſupra in explicatione ſe-
98 primi caſus reſeruati in Tabella Maceratēſi. *fol. 311.* Et circa quartū eius ampliſſima declaratio etiā habeatur ſupra in explanatione ſecundi caſus reſeruati in Tabella Anconit. *f. 64.* ideo nunc nil aliud pro eorum declaratione dicere cenſeo, cū futilis om-

nino eſſet illorũ ſine cauſa repetitio; Verum cũ ibi reſeruatio fiat ſub hac forma; *Inceſtus vſque ad ſecundum gradum, quo ad Maſculos tantum*, hinc hoc vnum dumtaxat hic neceſſariò ſubnectendum cẽſeo, videlicet
69 quod in hunc caſum reſeruatum incidunt, non ſolum Mares, ſed etiam fœminæ, cum indiſtinctè littera dicat, *Inceſtus quo ad primum, vel ſecundum Cõſanguinitatis, vel Affinitatis gradum*. itaque quo ad hunc quartum caſum, comprehenduntur ſub eius reſeruatione, indiſtinctè omnes Mares, & fęminæ Inceſtum in primo, vel ſecundo gradu Conſanguinitatis, vel Affinitatis perpetrantes. Et hæc pauca pro illorum caſuum reſeruatorũ declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio quinti caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Piſaurenſis, qui talis eſt.

Vſus ciborum in Quadrageſima, alijſque tẽporibus ab Eccleſia prohibitus, abſque licentia, vel inſtanti neceſſitate.

PRo declaratione huius quinti caſus reſeruati, præter ea quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid intelligitur per vſum ciborum in Quadrageſima, ac alijs temporibus ab Eccleſia prohibitum.*

2 *Quando comedentes cibos in Quadrageſima, & alijs temporibus ab Eccleſia prohibitos, abſque licentia & inſtanti neceſſitate incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario, circa Confeſſionem, & abſolutionem pœnitentium cibis ab Eccleſia vetitis in prædictis diebus vtentium.*

CIrca primũ, vt breuiter me expediã; Per cibos in Quadrageſima, & alijs temporibus ab Eccleſia veſci prohi-
70 bitos, intelliguntur carnes, & ea quę habent a carne originem, vel carnẽ producũt, vt Oua (ouũ.n. nihil aliud eſt niſi caro liquida) Caſeũ, & Lac ratione inhærentię, quia ex eadem radice, lac.n. eſt ſãguis colore mutato, nã a colore nominatͅ, eo quod ſit albus liquor. Item Laridum, Adomen, Butyrum, Ius Carnium, olera, & alia cocta cum carnibus. Et notandum eſt ꝙ tẽpus huiuſmodi cibis veſci vetitis, ab Eccleſia prohibitũ, eſt tota Quadrageſima, Quatuor anni tempora, Dies Veneris & Sabbati totius anni, prout ĩ hac noſtra Prouincia Marchiæ conſuetudo viget; Vigilię Natiuitatis Dñi, Pentecoſten Aſſumptionis B. Mariæ Virginis, Natiuitatis S. Ioannis Baptiſtæ, S. Laurentij, & omnium Sanctorum; Omnium Apoſtolorum (exceptis Vigilijs Sanctorum Apoſtolorũ Philippi, & Iacobi, & S. Ioannis Euangeliſtæ) & tandem omnes Vigiliæ, quę ab Epiſcopis indicũtur in ſuis Diœceſibus ieiunandæ, quę tamen receptæ ſunt a Populo, vt cõmuniter tenent doctores. Quæ autẽ dixi de eſu carnium, & aliorum ciborum, intellige in Quadrageſima, quatuor temporib. & Vigilijs q̃ ieiunantur; in feria autem 6. & ſabbato pro nũ interdictus eſt tm̃ vſus carniũ, nõ autem caſei, ouorũ butyri, & aliorũ. *Azor. p. 1. inſt. moral. li. 7. c. 10. q. 1. et 2.*

Circa ſecundũ; ex hactenus dictis, clarè infertur, qui nã incidunt in hũc caſum reſeruatũ, & qui nõ incidunt.

Primò enim incidunt omnes, qui abſque licentia, vel inſtanti neceſſitate, in Quadrageſima, vel alijs diebus ab Eccleſia prohibitis, veſcuntur car-
71 nibus, & alijs cibis vetitis. Et in octauũ caſum reſeruatum in Tabella *Auximana*, incidunt omnes mares, & fęminę, vſum rõnis habentes, diebus ab

ab Eccleſia vetitis, abſque legitima
cauſa, carnem comedentes; Vnde pa
tet quod ſolum comedẽtes carnem,
ſub illa reſeruatione includuntur,
quod nota.

Secundò, & qui tranſacta media
nocte Carniſpriuij ob ingluiem car-
nibus, & alijs vetitis cibis veſcũtur,
72 & idem dicendũ ſi iiſdem cibis pro-
hibitis ab Eccleſia veſcãtur poſt me-
diam noctem Quatuor temporũ, Vi-
giliarum, & aliarum prohibiotrum
dierum, ratio eſt, quia omnes vnius
diei Eccleſiaſticæ obligationes a me
dia nocte vſque ad aliam mediam no
ctem protenduntur, ac terminantur
*l. more Romano. ff. de ferijs Beia p. 1. reſp.
caſ. conſc. caſu. 2.* Dies enim quo ad car
nes concedendas incipit a media no-
cte, & terminatur in aliam mediam
noctem, vt dicit lex. *gloſ. in c. pronuntiã
dum. de conſecrat. diſt. 3.* ideſt dies quo
ad eſum carnium incipit a termino
Cœnæ diei præcedentis, ita tamen
quod Cęna fiat ante mediam noctẽ,
& terminetur in media nocte ſequen
ti. *Abbas. in c. 2. de fer. Graff. in Prax. lib.
2. c 10. num. 2. & 25.*

Tertiò, & qui manducant olera co
cta cum carnibus, ita probatur *in c. fi.
diſt. 30.* ratio quia paria ſunt carnes
73 guſtare, vel olera cocta cum carni-
bus, vnde in die quo quis non poteſt
comedere carnes, etiam olera cocta
cum carnibus comedere nequit. *Ge-
miman. in d. c. fin. diſt. 30. Graff. loc citat.
num. 36.* dummodo tamen abſque li-
centia, & inſtanti neceſſitate illa mã-
ducent. Secus dicendum in Tabella
Auximana.

Quartò, & qui ſine licentia, & in-
ſtanti neceſſitate non ſolum carnem,
& alios cibos vetitos comedunt ſed
74 etiam, qui ius, ſeu liquorem cõfectũ
ex carnibus ſorbent, potant, vel bi-
bunt. *Doctores in d. c. fin. diſt. 30.* Secus
autem in d. Tabella Auximana, vbi
tantum carnes comedentes compre-
henduntur.

Non incidunt autem, Primò qui
veſcuntur carnibus ante mediam no
ctem Quatuor tẽporum, Vigiliarũ,
& aliorum dierum ab Eccleſia prohi
bitorum; ratio quia vt dicit *Abbas in
c. 2. nu. 4 de ferijs,* id quod fit ante me-
75 diam noctem, refertur, ſeu deputat
principio noctis, quod vero fit poſt
mediam noctẽ, deputatur alteri ex-
tremo ſcilicet diluculo, vt not. *Graff.
loc. citat. nu. 35. in fin.* Hæc enim reſer-
uatio loquitur de eſu carnium, quod
fit poſt mediam noctem, quando non
licet amplius carnes comedere, cum
iam dies Vigiliæ inchoatus ſit; ante
ergo mediam noctem, cum nondum
Vigilia ſit incepta, eſus carnium, &
aliorum ciborum ab Eccleſia mini-
mè eſt prohibitus.

Secundò, nec qui edunt carnes in
feria ſexta, vel ſabbato, qñ in ipſis,
76 incidit dies Natalis domini noſtri
Saluatoris Ieſu Chriſti, tunc enim li-
citè ab omnibus comeduntur; his ta-
men exceptis, qui vel voti vinculo,
vel Regulari obſeruãtia, vt ſunt Re-
ligioſi, ab eſu carnium abſtinere co-
guntur *c. vlt. de obſer. ieiunio Graff. loc.
cit. num. 28. & ſequent.* Io *Bapt. Corrad.
p. 1. reſpon caſu conſ quæſito 250. in Ad-
dit. prope fin. Clau. Reg. lib 6. cap. 8. num.
11. Sanchez. lib. 4 de præcept c. 11. num.
61. Ioan. Azor.* ratio, quia videtur Illu
ſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Anti-
ſtes Piſaurenſis ſe velle conformare
in reſeruatione huius caſus, diſpoſi-
tioni iuris. *d. c. fin de obſer. ieiunior.* Vbi
propter excellentiam tantę feſtiuita
tis ſeu ſolemnitatis, carnibus veſci
poſſunt ſecundum conſuetudinẽ Ec
cleſiæ generalis. In die enim feſto,
non ſolum ſpiritualiter homines gau
dere debent, ſed etiam corporaliter
cum honeſtate poſſunt in cibis, & ve
ſtibus aliquam delectationem ſume-
re. *Graff. & Corrad loc. ſupracitat.*

Tertiò, nec qui prędictis diebus ve
titis ab Eccleſia inaduertẽter carnes
vel alios cibos prohibitos comedũt;

Digitized by Google

77 ratio quia edẽs carnes in feria ſexta, non aduertens eſſe feriam ſextã, non peccat mortaliter, & conſequenter nec eſt caſus reſeruatus, iuxta notat, per *Caietan. & Armill. verb. inconſideratio. num.* 1. modo cum recordetur non obſtante eſu facto abſtineat, nã tunc perinde eſt, ac ſi non comediſſet, cũ fuerit Actus inuoluntarius ſecundũ *Palud in 4. ſent. diſt. 1. q. 4. art. 5. Silueſt. verb. Ieiunium nu. 21. Caietan. eod. verb. §. 1. Nauar. in Man. c. 21. num. 27. Graff. loc. citat num. 32.* idem dicendum cum quis ex ſubreptione, vel ob defectũ iudicij plenè deliberati, ſeu etiam ob materiæ paruitatem, arbitrio boni viri diffiniẽdam, carnes vel alios cibos vetitos, in prædictis diebus prohibitis, comederet.

Quartò; nec, vt expreſsè dicit littera huius reſeruationis, qui cum licentia, vel in caſu neceſſitatis, vt ob famis inediam, vel annonæ inopiam,
78 carnes, vel alios cibos vetitos comederent. Vnde habetur in *c. licet de pœniten. & remiſſ.* quod qui ex pęnitentia debet Ieiunare in pane, & aqua, poteſt ſi panem non habet, vti alijs cibarijs, cum legi non ſubiaceat neceſſitas. *c. conſilium noſtrum. de obſeruat. Ieiunior.* neceſſitas enim facit licitum, ꝙ eſt illicitum. *d. c. licet.* hinc ſi quis eſſet in Caſtro recluſus, liceret ei carnes comedere, quando aliud non haberet. *Graff. loc. cita. num. 33. & 52.* nec ẽt ob eãdem rationem incideret in hũc caſum, qui in aliquo vrgenti caſu (vt Puerperis aliquando accidit) interdictis cibis in Quadrageſima, vel alijs
79 temporibus ab Eccleſia prohibitis veſceretur, ſi Epiſcopum, vel eius Vicarium generalem, aut ab eis deputatos pro licentia, facilè adire non poſſet. *D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 4. Graff. p. 1. lib. 2. dec. aur c. 37. num. 15.*

Quintò, nec qui iuſto metu, cadente in conſtantem virum, prædictos cibos vetitos in dictis diebus prohibitis comederent, vt ſi ab aliquo impio
80 Chriſtiano minanter ſub metu cadẽte in conſtantem Virum, compellerẽtur mãducare carnes, & alios vetitos cibos in diebus ab Eccleſia prohibitis, & ratio eſt, quia cum talis abſtinẽtia ſit de iure poſitiuo, non obligat cum ſcandalo, modo id non pręcipiatur in contemptum Chriſtianę fidei, quia tunc potius mortem deberent eligere, quam huiuſmodi cibos edere. *Graff. in Prax. loc. citat. num.* 40.

Sextò, nec Pueri vſu rationis carẽtes, & doli haud capaces. *Caietan. 2. 2. q 147. art. 8.* ſecus autem ſi habent v-
81 ſum rationis, & ſunt doli capaces, ꝙ eſt in ſeptennio; nam licet ob incrementum ætatis non teneantur pueri etiam rationis vſum habentes, vſque ad vigeſimum primum annum Ieiunare, tenentur tamen ad conſuetudinem inter Chriſtianos receptam, de non edendis eſcis prohibitis tempore Ieiunij. Vnde Parentes, qui filijs ſuis vſum rationis habentibus, quod ſeptennio ferè ſemper contingit, dãt comedere cibos vetitos, vt ſunt carnes, tempore Quadrageſimæ, ac Ieiuniorum, peccant mortaliter; ratio qa & ſi Eccleſia non obligat ad Ieiunandum Iuuenes ante vigeſimum primũ annum, ne augmentum quantitatis debitæ, quod vt plurimum indiget trino ſeptennio, impediatur; obligat tamen omnes, qui vſum rationis habent, vt in diebus quib. alij Ieiunant, abſtineant ipſi a cibis prohibitis, cõſuetudo inter Chriſtianos recepta hoc ipſum interpretatur, ita *Ludouic. Beia par. 4. reſponſ. caſuum conſ. caſu.* 10. Pueris ergo nondum vſum rationis adeptis, ante videlicet ſeptimum annum, cum nulla lege diuina, vel naturali, vel humana obligari poſſint, licitè quibuſcunque diebus poſſunt porrigi carnes, & lacticinia *Caiet. loc. citat. Cordub. ſumma q. 60. dub 4. & 5. Eman. Sà. verb. Ieiunium. Azor. p. 1. lib. 7. cap. 28. quæſtio. 3. Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 12. num. 9.*

Circa

Digitized by Google

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem & abſolutionē cibos vetitos in diebus prohibitis comedentium, hæc erit.

Circa Confeſſionem, Primò interrogandus eſt pœnitens, An ex intellectus errore huiuſmodi Eccleſiæ Preceptum tranſgreſſus fuerit, an ex ſola
82 paſſione, & gulæ vitio, quia ſi primo modo deliquit, hæreticus fuit, & incidit in Bullam Cœnæ Domini; ſecūdo vero caſu, & ſi reuera hæreticus non fuit ſuſpectum tamen de hæreſi in foro externo ſe reddidit, & in hūc caſum incidit, vt ſupra dictum eſt.

Secundò, inquirat Cōfeſſarius, an alios ſeduxerit, vel alteri ſciens, & volens malum exemplum, & ſcandalū præbuerit, quia tenetur contrariā veritatem docere, & in rectam viam re-
83 uocare, & talem circunſtantiam in Confeſſione aperire. *Nau. in c. conſideret. §. animaduerteret. num. 5. de pœniten. diſt. 5. Zerula in Prax. pœn. c. 12. q. 6. Ludou. Carbo. de reſtit. q. 9.*

Tertiò, quoties hoc præceptū trāſgreſſus fuerit, tum quia conſuetudo magis aggrauat delictum, & hæreſis
84 ſuſpicionem auget; tum quia qui carnibus, vel alijs cibis vetitis in dictis diebus prohibitis veſcuntur, toties peccāt mortaliter, quoties comedūt. *Tolet. lib. 6. cap. 3. num. 6.* iuſta regulam tranſgreſſionis præceptorum negatiuorum; cadit namque ſub Eccleſiæ Præcepto, quod in toto illo die non comedantur carnes, ſicut ſub Præcepto Dei cadit in toto tempore præsētis vitæ non furandum; & ſicut qui committit bis, aut ter furtum in die diuerſis vicibus, triplex peccatū mortale cōmittit, ita qui iam ſemel, bis, aut tertio in die comedit carnes tempore prohibito, non excuſantur quin tertio mortaliter delinquat, ita *Caiet. 2.2. q. 147. art. 8. Azor. p. 1. inſtit. moral. lib. 7. c. 9. q. 2. Nauar. Man. c. 21. num. 15. Graff. in Prax. loc. ſuprac. num. 24. & p. 1. lib. 2. dec. aur. c. 37. nu. 49.* Id quod, quo ad alios cibos de iteratis comeſtionibus eodem die non contingit. *Azor. loc. citat. Leſſius lib. 4. de iuſt. & iur. c. 2. dub. 3.* ſi autem illa etiam die, quo comedit carnes, alicuius Vigilię præceptum occurrerit, cum illa Preceptorum multiplicatio maliciā trāſgreſſionis augeat, nonnulli Doctores aſſerunt, eam circumſtantiam tamq; notabiliter aggrauantem eſſe in Cōfeſſione explicādam, & ſi alijs verius videtur, illam non ita ponderare, vt neceſſariò ſit in Confeſſione detegēda, ſed cum vna ſit malitia, & turpitudo Preceptum illud violare, ſufficiat dicere, ſe vnum Quadrageſimæ diē ſoluiſſe, &c. *Vaſquez 1. 2. q. 72. art. 6. d. 98. Sanchez lib. 4. de Matrimo. d. 15. n. 6.*

Quartò, cum in hac reſeruatione dicatur, *abſque licentia, vel inſtanti neceſſitate*; obſeruandum eſt, quod
85 huiuſmodi licentia debet præcedere actum. Licentia autem eſt gratia cōceſſa alicui, per quam ſibi licet, quod prius non licebat. *Graff. p. 1. lib. 1. dec. aur. c. 13. num. 51.* quæ valida eſt abſq; ſcriptura; quando enim requiritur licentia, ſufficit vt ſit verbalis. *Felin. in rubric. de conſtitut. num. 5. & 6. Graff. in Prax. lib. 2. c. 5. num. 9. & conſi. 22. num. 38. de ſent. excom.* dūmodo tamen non conſtet contrarium de mente ſuperioris; Vbi enim precipitur, vt ſit ſcripta, prout circa ingreſſum intra Mo-
86 naſterium Monialium ſtatuit *Conci. Trid. ſeſſ. 25. c. 5. de Regularib.* tunc non ſufficit, quod ſit verbalis, ſed neceſſariò requirit, vt ſit ſpecialis, & inſcriptis obtenta; nam vbicunq; licentia regulariter requiritur, debet eſſe obtenta. *c. omnis de peniten. & remiſſ. cap. placuit. eod. tit. lib. 6. Graff. in Prax. li. 2. cap. 10. num. 17.*

Quo ad abſolutionem, Confeſſarius Primò animaduertat, an pœnitens incidit in aliquam excommunicationem, vt dixi, propter hæreſim, quia ab ea, prius, a quo poteſt, abſoluendus eſt.

Digitized by Google

Secundò, oſtendat pœnitenti grauitatem huius criminis, inducendo illum ad perfectam contritionem ſuo-
87 rum peccatorum. Nam qui contra Eccleſiæ prohibitionem carnes, & alios cibos vetitos comedere audet, graue proculdubio ſcelus admittit; & cum Eccleſiaſticas ordinationes, & ſpirituales Claues contemnere videatur, in foro exteriori, ſe de hæreſi ſuſpectum reddit; Quandoquidē vt ait *D.Gregorius* relatus in *c. ſi qui ſunt. d.8. Peccatum paganitatis incurrit, quiſquis dum Chriſtianum ſe aſſerit, Sedi Apoſtolicæ obedire contemnit.*

Tertiò, vt in eo puniatur in quo quis deliquit. *c. immunitatem. de immunit. Eccle.* ideo ſicut comedit carnes in Quadrageſima, ita illi in pęnitentia iniū-
88 gēdum eſt, vt a carnibus abſtineat in ſolemnitate Paſchę, vel etiam ne per totum anni circulum carnes comedat; prout præcipitur in *Concil. Tolet. 8. c. 9.* & refertur ab *Archid. in c. deniq. diſt. 4 & Clau. Reg. lib. 3. cap. 6. num. 12. Graff. loc. ſupracit. num. 22. & 52.* Et hęc pro huius quinti caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſexti Caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Piſaurenſis, qui talis eſt.

Falſa apud Iudices depoſitio, Scripturarumque falſificatio.

PRo declaratione huius ſexti caſus reſeruati, præter ea quæ dicūt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt falſa apud Iudices depoſitio, & ſcripturarum falſificatio.*

2 *Quando falſum apud Iudices deponentes, ac ſcripturas falſificantes incidūt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem falſum apud Iudices deponentiū, ac ſcripturas falſificantium.*

CIrca primum; antequā quid falſa apud Iudices depoſitio, ac ſcripturarum falſificatio ſit dicamus, in primis opere pretium eſt, vt ſingillatim omnia verba huius reſeruationis declaremus. Dum igitur littera dicit; *Falſa apud Iudices depoſitio, ſcripturarumq; falſificatio;* notādum quo ad primum
89 verbū, quod, *Falſum* appellatum eſt a fando aliud, quam verum; quod accipitur trib. modis; Primò largiſſimè, & hoc modo omne, quod non eſt verum, ſiue doloſè dicatur, ſiue ſine dolo, dicitur falsū, & hoc modo ſumūt Dialetici, & probatur *in l. ſi is, qui ducenta. §. verum. ff. de reb. dubijs.* Secundò dicitur falſum largè, ſcilicet omnis immutatio veritatis, quæ in ſe habet dolum, vt *in Auth. de inſtrum. caute, & fide. §. 1.* Tertiò falſum accipitur in propria, & ſtricta ſignificatione; & requiruntur tria ſecundum *Silu. verb. falſarius. num.* 1. nempè, immutatio veritatis, Dolus, & Præiudicium tertij. Quod adeò verum eſt, vt, cum caſus reſeruatus ſit ſtricti iuris, requirat propriam ſignificationem verborū, ſi vnum ex his, deficit, quis non incidit in illum; Verbi gratia ſi ſit immutatio veritatis, & non dolus, vel ſi vtrunq; eſſet, videlicet immutatio veritatis, & dolus, non tamen illud falſum alicui noceret, nullo modo incideret in pœnam falſi, & caſum reſeruatum. *Graff. in Prax. lib. 1. cap. 17. num.* 1. & nil refert quod Præſul Piſaurenſis nullum verbum facit in hac ſua reſeruatione, de dolo, & præiudicio tertij; quia, ſatis fuit dixiſſe, *falſa*, cū, vt ſupra dictum eſt, omne quod non eſt verum, ſiue doloſè dicatur, ſiue

ſine

ſine dolo, dicitur falſum; nam ſecundum *Hoſtien.* falſum eſt immutatio veritatis ex certa ſcientia, hoc eſt doloſè, quia nõ committitur falſitas ſine dolo. *Auth de Inſtrumentorum cautela, & fide, in princip. 23. q. 5. cap. homines, et c. is autem. Graff. d Prax. lib. 2. c. 19. n. 1.*

90 Et quo ad præiudicium tertij, licet nullam mentionem de eo hic fiat, nihilominus ſubintelligitur dicta clauſula; nam ſine dubitatione vlla, etiã ſi Ordinarij locorum ſimpliciter reſeruaſſent ſibi hunc caſum abſque tali clauſula, vt in hac Tabella, fit, vtique ſubintelligeretur cum illa clauſula, ex Regula illa, ſecundum quam Caſus omiſſus iuris communis diſpoſitioni relinquitur. *ff ſoluto matrimo. l. ſi cum dote. in princ. de liber. & poſth leg. commodiſſime. Graff Prax. d. lib. 1. c. 17. num. 12. & ſequen.*

Apud Iudices depoſitio. Notandum eſt, Iudicem eſſe multiplicem: Alius eſt enim Ordinarius, qui ex dignita-

91 te, vel officio ſuo habet iurisdictionem. Vnde quicunq; habet dignitatem, vel officium, cui ex iure, vel cõſuetudine, vel Præſcriptione conuenit iuriſdictio, dicitur Ordinarius Iudex. Et hic eſt duplex, alius eſt Sæcularis, alius Eccleſiaſticus; Sæculares Iudices conſtituuntur, vel ab Imperatore, vel a Rege, vel a Principe, Duce, Marchione, vel Comite, vel a Republica, ẽt ſuperiorem in temporalibus non agnoſcentibus. Itẽ ex Priuilegio, ab aliquo Collegio, vniuerſitate, vel cõmunitate hominũ, in vnum commune officium incumbentiũ. Eccleſiaſtici Iudices Ordinarij cõſtituũtur, vel a Papa, vel ab Epis, aut alijs, Epiſcopalẽ iuriſdictionẽ habẽtibus. Aut eliguntã Collegijs, Conuentib. Eccleſijs, ſiue Capitulis. Alius eſt Iu-

92 dex Delegatus, ſiue Commiſſarius, q̃ ex cõmiſſione alicuius ſuperioris Iudicis iuriſdictionẽ habet, et eã põt habere, vel generaliter ſibi cõmiſsã ad oẽs cãs, Lites, ſiue Negotia; aut ſpecialiter, ſolũ ad certã causã, & litẽ cognoſcẽdã, & dirimendã. Itẽ eſt alius Iudex, qui dr̃ Arbitrarius, & hic eſt ẽt duplex, vnus qui dr̃ Arbiter, nimirum is, qui ex conſenſu litigantiũ in Iudicem eligitur ad parendũ ſententiæ ipſius, ſub pęnę obligatione, & hic dr̃ ẽt Compromiſſarius: & ſentẽtiã ferre debet ſeruato iuris ordine, atq; ſententiæ eius latæ ſtare litigantes tenent. Alius dr̃ Arbitrator, nimirum is, qui ex litigantiũ conſenſu eligitur, & item, vt cauſam dirimat amicabiliter; & iſte non tenetur ferre ſẽtentiã, ſeruato iuris ordine, ſed ꝑ arbitrio, ſeruata æquitate iuris naturalis. Ita *Io Azor p. 3. inſt. moral lib. 13. c. 12.* Caſus ergo, & ſi ĩdiſtinctè loquẽs, dicit, *Apud Iudices*, ex quo vr̃ loqui de omnib. Iudicibus, tñ arbitror loq̃ tantum de Iudice Ordinario, & Delegato; tam ſęculari, q̃ Eccleſiaſtico; cum apud hos duntaxat falſum, vel verũ in Iudicio deponi cõtingat. Ordinarius aũt Iudex is eſt, q̃ ſuo iure, vel ſuperioris beneficio vniuerſalem iuriſdictionem exercere põt, vt Epiſcopus, Archiepiſcopus, Legatus, & ſimiles. Iudex vero delegatus eſt is, cui ab eo, qui demandare põt, cauſa committitur. *Nau. Commen. in Rubric. de iudicib. Io Paul. Lancellot. inſt. iur Canon lib. 3. tit. de iudicijs. §. eſt & alia. & §. extraordinarium.*

Depoſitio vero, quatenus facit ad

93 noſtrũ propoſitum, nil aliud eſt, niſi q̃dam, contra aliquẽ, apud Iudicẽ, teſtificatio. Falſa aũt apud Iudices depoſitio, eſt falſa & doloſa ac ꝓiudicialis ĩ iudicio, cõtra aliquẽ, teſtificatio.

Scripturarum falſificatio. Falſitas a qua quis falſarius, & crimẽ falſi cõmiſiſſe dr̃, eſt immutatio veritatis cũ dolo & iactura. *Sil. verb. Falſarius. n 1. Io. Ca*

94 *peaul. de caſib. reſerua. c. 17. q. 1. Graff in Prax. lib. 3. c. 5. n. 3. in fi.* Scripturarum falſificatio, eſt litterarũ ac ſcripturarũm adulteratio.

Scripturæ autem poſſunt eſſe in-

qua-

quadruplici differentia. Vel.n.sũt publicæ, vel propriæ Rei. Vel propriæ
95 actoris, vel cõmunes Reo, & Actori. Publicas appellamus illas, quæ continent acta cauſæ in Iudicio, nẽpe Cõfeſſiones, Interrogationes, Reſponſiones, & cæteras obligationes in iudicio factas. Acta enim dicuntur oẽs ſcripturæ in Iudicio factæ coram Iudice, & manu publica, ideſt Tabellionis ad hoc deputati conſcriptæ, vt declarat ex *Alexan. in l. acta & in leg. actorum. ff. de re iudic. Philipp. Maſſinius. in* C. *de eden num.* 42. Omnes enim ſcripturæ factæ in Iudicio, & ſcriptæ de manu officialis ſcilicet Tabellionis ad hoc deputati cum debitis ſolemnitatibus, dicuntur publicę. *Graff. in Trax. lib. 2. c. 19. num. 7.* Inſtrumenta autem, ſiue ſcripturas Rei vocamus, quę pertinent ad ius ipſius Rei, & numerantur in bonis ipſius, licet in illis aliqua dicantur, quæ faciant pro iure Actoris, & faueant illi. Proprias autẽ ſcripturas Actoris vocamus, quæ ſolum pertinẽt ad ius illius, & ſolũ numerantur in bonis illius. Scripturæ vero communes Reo, & Actori, dicuntur illæ, quę tam pertinent ad ius Rei, quam ad ius Actoris, & tam in bonis Actoris, quam in bonis Rei numerari poſſunt, tamen Reus eſt poſſeſſor earum, ita colligitur ex traditis per *Sayr. in Clau. Reg. lib. 12. c. 20. num. 30. & ex Menoch. de Arbit. iudic. caſ. 499. & Philipp. Maſſin. loc. citat. Petr. Anton. Lazar. p. 1. Canonic. quæſt. ſect. 3. q. 1. num. 2.* & de his ſcripturis tantũ, credo quod loquitur, hæc Reſeruatio. cum prout notatur in iure. *Verba intelligi debent ſecundum ſubiectam materiam. l. ſi vno. Locati.* An autem etiam de quibuſcunque alijs ſcripturis publicis, & priuatis intelligatur, intentio Epiſcopi neceſſario eſt exqrẽda.

Circa ſecundum; ex hactenus dictis deducitur manifeſtè, qui nam incidunt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

Primò enim, incidunt omnes, qui doloſè, in iudicio contra aliquem falſum deponunt; dummodo huiuſmo-
96 di Depoſitio aliquod nocumentum afferat Parti, verbi gratia Pars ob illam, amittat cauſam; ob rationem ſupradictam, videlicet quod ad incurrendum hunc caſum, oportet vt falſitas, ſeu Depoſitio falſa ſit cum immutatione veritatis, dolo, & præiudicio tertij.

Secundò incidit, qui deponit in iudicio aliquid, affirmans eſſe verum, quod ſcit vel dubitat eſſe falſum, ſi vergit in præiudicium tertij, quam-
97 uis ad hoc eum ducat probabilis timor damni magni ſpiritualis, vel tẽporalis, vel bonorum temporalium, honoris, aut vitæ, quia & ſi timor iuſtus excuſare poſſit a non teſtificando, vt fugiendo aſpectum iudicis, tamen interrogatus tenetur dicere veritatem, alias ſolemne Periuriũ committeret, deponendo falſum, & ſic in hunc caſum incidit. *Nauar. Man c. 25. num 40 Io. Capeauill c. 18. q. 2.*

Tertiò, incidit Teſtis, qui ſcienter & doloſè teſtimonium falſum dicit in Iudicio, etiam ſine quocunq; apud ſe non malo, ſed motus, v.g. ne Reus
98 eius Amicus moriatur; nã depoſuit falſum, doloſè, & in prȩiudicio (quãtum in ſe fuit) Iuſtitiȩ, ac proinde incidit in hunc caſum. Facit quæ dicit *Sotus lib 8. de iuſt. & iur. q. art. 7.* vbi habetur, quod nec Periurium ſine quocunque ſanctiſſimo factum, vt liberaret vniuerſam Ciuitatẽ ab incendio, & proditione, vt innoxium a morte liberaret, dici poteſt, abſque lethali peccato, quia non ſunt facienda mala, vt eueniãt bona *Apoſt. Rom. c. 5. c. denique 14 q. 5. Graff. in Trax. lib. 1. cap. 17. numm 22.*

Quartò, circa falſificationem ſcripturarum (cum falſitas multiplicitet poſſit committi, vt habetur per gloſam. *in c. in memoriam diſt. 19. & c. licet.*
99 *de crimine falſi.* nempè addendo, demen-

mendo, mutando, radendo, lacerando, comburendo, celãdo, nouas effigendo, ſigillum adulterando. *Io.Capeauill.loc.citat.q.1.*) incidit qui immutat ſcripturam, veritatem illius, quomodocunque ex prædictis modis, doloſè cum alterius iniuria vitiando. argum. *Io.Capeauill.loc citat.q.1.& 2.& Graff.in Prax.lib.2.c.19.num.9.& 13.*

Quintò, & qui aliquam ſcripturã in damnum alterius falſat. *Nau.Manual c.17.n.169.* verbi gratia, aliquod Inſtrumentum a Tabellione confe-
ctum in forma publica, vel alias ſcri-
100 pturas publicas, vel priuatas, ſigillũ
authenticum habentes malitioſè occultando, alterando, lacerãdo, immutando, radendo, comburendo, vel aliquid ex eis demendo, vel in illis addendo; Item inſcio capitulo litteras nomine capituli, ſcribendo, ratio q̃a ſic fabricat falſas litteras ſub nomine alterius, quod intellige modo falſitas ſit completa, & doloſa, *gloſ.in cap.tam litteris.de Teſtib* & quod hæc reſeruatio intelligatur de omnibus, & quibuſcunque ſcripturis; crimen enim falſitatis circa litteras, & ſcripturas dicitur committere, qui doloſè veritatem illarum immutat cum alterius iniuria. Hinc.

Sextò incidit, qui litteras Epiſcopi, aut Archidiaconi cõmendatitias, aut Dimiſſoriales, aut Prouiſionales Beneſitij, aut ſimiles vitiat, ſi cum dolo, & iactura tertij hoc faciat. Et dicũ-
101 tur litteræ cõmendatitiæ, quæ concedũtur Clericis Peregrinis, aut diæceſim mutantibus. Dimiſſoriales vero illæ vocantur, quæ dantur ab Epiſcopis, vt Clerici ad ordines promoueri poſſint ab alieno Epiſcopo. *Ioan. Capeauill.c.17 q.2. Graff.loc citat.n.40.*

Septimò, ſi littera loquitur de quibuſcunque ſcripturis publicis, vel priuatis, falſificatis; tunc incidunt om-
102 nes, quaſcunq; ſcripturas publicas, vel etiã priuatas (vt Singraphas, vel Apochas, quibus fatentur creditores de pecunia eſſe ſatisfactum, quæ vulgo nuncupantur *Quitanze, Chirographi*, vel *Schedulæ*) falſificantes; ratio, quia cum littera loquatur generaliter, & indiſtinctè, dicens, ſcripturarumque falſificatio, ſequitur quod ẽt generaliter, & indiſtinctè de quibuſcunque ſcripturis eſt intelligenda. *l. 1.§ generaliter.ff.de lega.præſtan. l.de pretio.ff.de public.in rem. act.*

Non incidit autem, Primò qui doloſè depoſuit falſum contra aliquẽ, apud Iudicem, ſi ſua depoſitio nullũ
103 Parti afferat nocumentũ, vt potè quia Pars ob illam non amiſit cauſã, nec vllum aliud damnum incurrit, peccabit tamen mortaliter, & tenebitur ad omne intereſſe partis; & ratio eſt, quia falſitas eſt doloſa mutatio veritatis cũ præiudicio alterius, vnde vno ex his deficiente non dicitur propriè falſus, vt ait *Silu. verb.falſarius.num. 1.* Teſtis enim, qui apud Iudicem deponit falſum, ſi eius dictum nemini nocet, Iudex non debet de hoc eum punire, vt not. *Bal.in l.fi. ff quod falſo tuto.aucto. Graff.Prax. lib. 1.c.17.num.29.*

Secundò, nec ſi depoſitio eius eſt inualida ex defectu formę; Verbi gratia Teſtis nõ depoſuit in Iudicio, ſed coram quodam Notario dixit, ſcri-
104 be, quod ego teſtificor ſic, nam tũc illud teſtimonium non eſt teſtimonium, & ideo non punitur pœna *leg. Corneliæ de falſis*, vt dixit *Bartol.in l ſi quis legatum num.3.ff.de falſis*, neque conſequenter comprehenditur ſub hac caſus reſeruatione; quia verba legis cum ſint ſtricti iuris, adinſtar pœnæ, ſunt intelligendæ cum effectu. *ff. de eo per quem factum eſt.l penul §.docere ff de verb.ſignifi.l.nomen.§.fin. Graff. loco citat.num.30.* & idem dicendũ eſt de eo, qui depoſuit falſum extra articulum, quia eius depoſitio etiam in re vera extra articulum non valet, & ideo non eſt nociua, ita *Bar.in l.ſi quis legatum.num. 1 ff de falſis. & Anton.*

de

Digitized by Google

de Butrin c.cum cauſam.num 27 *de Teſtib.* Idem ſi deponeret circa articulum, & iuratus, ſed coram incompetenti Iudice, vt ſi Clericus coram Iudice Laico abſque licentia ſui Ordinarij, quia tūc perinde eſſet, ac ſi extra Iudicium deponeret. *Graff loc cit. num.*31 .nam deponentes extra iudicium, etiam ſi depoſitio ſit falſa, & cum dolo, & præiudicio tertij, non tamen ligantur hac reſeruatione, ratio quia ad eam incurrendam, requiritur quod depoſitio ſit facta apud Iudicem; *Graff vbi ſupra num.*15.

105 Tertiò, nec qui, non doloſè, ſed compulſus in cauſa criminali, deponit falſum, quod non vergit in damnum alterius; ratio quia vt incidat quis in hunc caſum, vt ſæpe dictum eſt, oportet vt depoſitio ſit doloſa, falſa, & cum iactura alterius.

Quartò, nec (quo ad falſitatem ſcripturarum) qui falſauit de nouo fabricando ſcripturam, quæ non facit fi-
106 dem; ratio quia talis ſcriptura cum non probet, ſequitur quod non ſit p̄iudicialis, & ſcriptura quę non affert prędiudicium tertio, non dicitur propriè falſa per *gloſ.notabilem in l.damus. C.de falſis.* Falſitas enim non committitur in ſcriptura, quæ fidem non facit. *Silu verb.falſarius.num.*1.*Rodriq.in ſum p.*1.*c.*118.*num.*7.*Graff in Trax.lib.*2.*cap.*19.*num.*24.*& conſi.vnico.num.*2. *de Iniurijs.*

Quintò, nec qui litteras Regis, aut alias ſcripturas publicas fabricauit ſcribendo, & falſificando manus publicæ perſonę, ſi prædictę litterę, aut
107 ſcripturæ non fuerint ſigillatæ, q̄uis per eum nō ſteterit, cum tale delictum non fuerit conſummatum, nā in materia reſeruationis caſus, opus eſt, vt delictum ſit cōſummatum, vt per *Spec.Archid.Io.Andr.& Gemin.in c.perpetuo de elect, in* 6. Vnde cum robur litterarum Regis conſiſtat in ſigillo, fit, vt non dicatur delictum cōſummatum, niſi litteræ ſint ſigillatę.

*Graff.d conſi n.*4. *& Trax. loc.cit.n.*25.

Sextò, nec qui fregit ſigillum ab aliqua ſcriptura, modo per Notarium publicum cum cæteris ad fidem Inſtrumenti publici neceſſarijs fuerit
108 & ſubſcriptū, ratiò quia fractura ſigilli non tollit fidem Priuilegij, cū ſubſtentari poſſit ex fide Notarij; quod procedit etiam ſi ex toto illud deperditum eſſet. *Innoc.in c.inter dilectos de fid.Inſtrumen.* niſi ex ſigillo Inſtrumēti penderet fides, vt quia partes conueniuat, quod ſine ſigillo Inſtrumentum non valeat, nec probet. *Trapoſit. in c.in memoriam.diſt.*19.*Graff loc.citato.num.*28.

Septimò, nec Notarius, qui fecit Inſtrumentum nullum, ſi tamen ſit nullum ex alio capite, quā falſitatis; nam vt falſitas propriè committatur
109 ſecundum *Silu. & Rodriq. vbi ſupra*, tria requiruntur, Mutatio vocis, Dolus, & Præiudicium tertij. *gloſ.in l.damus.C.de falſis*, cum ergo hic deſit tertium, cum Inſtrumentum ſit nullum & nemini nociuum, profectò ſub hac reſeruatione nō includitur; ratio q̄a ſtatutum faciens mentionem de ſcriptura, intelligitur de valida, & non de inualida. *Bald.in l. D.Adrianus.ff. de teſtam.milita.* & vt incurratur hunc caſum, neceſſe eſt, quod ſcriptura ſit non tātum falſa, & doloſa, ſed etiam cū alterius iactura. *Graff.loc.cita n.*29.

110 Octauò, nec Notarius ſcribendo nomina abſentium in Inſtrumento, vt q̄a ſcribit in Monaſterio, omnes, vel maiorem partem fratrū, vel Monachorum fuiſſe præſentem, quæ nō fuit verè præſens. *c.quanto. de his quæ fiunt a Prælat.ſin.conſenſ.glo.in c.in memoriam.diſt.*19.*& in cap.licet.de crimin. fal.* nam licet tale Inſtrumentum ſit falſum, & conſequenter irritum, & faciens ſcribi poſſit puniri de falſo. *gloſ.in d.c.quanto.& in c.in memoriā.* dictus Notarius tñ non pōt dici incurriſſe in hunc caſum, quia nō falſauit ſcripturam. *Graff.loc.cit.nu* 12 *& ſeq.*

Nonò,

Digitized by Google

Nonò, nec qui ludo, vel etiam dedita opera, falſificat litteras Epiſcopi, vel etiam Papæ, quarum tamen vſus, & efficacia iam expirauit, vt q̃a
111 ſcriptura fuit facta ad tẽpus, quod elapſum fuit, litteram aliquam in ea, vel in eis reformaret, vel punctum faceret, aut aliquid in ea immutaret; ratio quia caſus reſeruatio debet intelligi de ſcripturis, quæ poſſunt eſſe vtiles alicui. *Silu. poſt alios verb. excom.* Vnde cum per talem falſificationem relinquat huiuſmodi litteras inutiles, ſequitur quod in hunc caſum minimè incidit. Verum ſi ex inutilibus per huiuſmodi raſuram, vel immutationem faceret ſibi, vel alteri vtiles, tũc dubio procul incideret in caſum reſeruatum, cum hic reperiantur oĩa quæ ad falſitatem requiri diximus, mutatio veritatis, dolus, & iactura tertij Epiſcopi videlicet, Papæ, vel alicuius alterius. *Graff. loc. citat. nu. 26. & Ioan. Capeauill. vbi ſupra q. 2.*

113 Decimò, nec qui immutat in litteris ea quæ prius erant in ſua ſupplicatione expreſſa, ſi per errorem Notarij, vel ſcriptoris fuerint vitiata v. g. porrexit aliquis ſupplicationẽ Epiſcopo, in qua poſtulat ſibi dari licentiam excipiendi Confeſſiones, & ſimul abſoluendi a reſeruatis, in foro conſcientiæ, vtrunque concedit Epiſcopus: non exprimitur autem in litteris eius niſi facultas excipiẽdi Cõfeſſiones, tunc non incurrit hunc caſum, ſi aſcribat, & abſoluendi a reſeruatis, prout continebat in ſua ſupplicatione ſignata. Quod proculdubio verũ eſt in foro conſcientiæ, ſed hoc leuiter faciendum non eſt, propter ſcandalum, & præſumptiones fori exterioris. *Io. Capeauill. loc. citat quæſt. 1. & 2.*

Vndecimò, nec qui ex ſcriptura publica raderet aliquam ſyllabam, vel dictionem, cum in Inſtrumento, vel in Bullis error in littera, vel in ſylla-
114 bis non vitiat. *l. Palatinus. ff. de auro, & argen. leg.* Quod intellige modo diminutio illius ſyllabæ, aut dictionis non faceret mutare intellectum litteræ, & alterare ſenſum diſpoſitiuum; nam cum hoc fiat ſcienter, & afferre poſſet prẹiudicium, tũc diceret propriè falſificare, & vitiaret quamcunque diſpoſitionem, quod ſecus eſſet ſi diminutio non faceret mutare intellectum litteræ. *arg. tex. in c. fi. de crimin. fal. Geminian. in d. c. in memoriam. diſt. 19.* probatur optimè *in l. ſi fundus. ff. de pign. Graff. loc. cit. num. 37.*

Duodecimò, nec qui incẹpit, ſed non perfecit; nam raſit aliquam dictionem, aut ſentẽtiam animo apponendi diuerſam, ſed pẹnitẽtia ductus eãdem reſtituit, quamuis mortaliter peccauerit; quia reſeruatio caſus in-
115 telligitur de actibus exterioribus. cõſummatis. *Graff. loc. citat. & num. 38.* Imò non incidit, etiam ſi non reſtituit, modo caueat ne cuiquam damnum inferatur, ratio quia non cenſetur committi falſitas niſi cum immutatione veritatis, & dolo, concurrat etiam præiudicium tertij; quod hic non fit. *Io Capeauill loc. citat. q. 2.*

Tertiodecimò, nec qui non falſificat litteras publicas, quas penes ſe habet, ſed illis vtitur; ratio eſt, q̃a aliud
116 eſt falſare, & aliud eſt vti, caſus. n. ſolum dicit, ſcripturarũ falſificatio, non enim falſat litteras propriè, qui vtitur litteris falſis, quia ſunt diuerſa falſare, & vti falſis. *Graff. loc. citat. nu. 16.* imò nõ peccat ſi habeat, aut vtat̃ illis ignoranter, niſi fortè ignorantia eſſet culpabilis, quod regulariter nõ eſt, quando ſi ſciuiſſet, non tenuiſſet, aut vſus illis non fuiſſet; ſecus autem ſi vtatur illis ſciẽter, aut dolosè apud ſe habeat, quia quamuis nõ incurrat hunc caſum, peccat tamen mortaliter cum obligatione reſtitutionis dãnorum inde ſequentium. *Io. Capeauill. vbi ſupra. q. 1 & 2 & Graff. loc. cit. num. 18. in fin.*

Circa tertium; Praxis obſeruãda a Con-

Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem pœnitentium falſum apud Iudices deponentium, & ſcripturarum falſificantium, hæc erit.

Circa Confeſſionem. Primò Confeſſarius animaduertat diligenter, vt pœnitens Confiteatur, quas litteras ſeu ſcripturas vitiauerit, & ſi ex ſua

117 depoſitione damnum aliquod alteri intulerit; non enim ſufficit dicere, Depoſui contra quēdam in Iudicio, ſed neceſſariò exprimere debet ſi talis depoſitio fuit falſa, & quo animo depoſuit, ſi cum odio, & intentione iniuriandi, vel propter inuidiam, ob vindictam vlciſcendam, vel alio malo fine. Item ſi alios induxit ad falsū deponendum; ſi ex tali falſa depoſitione quempiā in corpore fama, honore, vel rebus læſerit. Et ſi aliquid ab aliquo acceperit ad falſum, cū iactura alterius, deponendum; de quibus omnibus dic, vt ſupra in explicatione ſeptimi caſus reſeruati in Tabella Anconitana *in Praxi. a numero 349. vſque 361. folio* 103. *&* 105. dictum eſt. Sic pariter circa ſcripturas, non ſufficit dicere ſe vitiaſſe in genere ſeu falſaſſe litteras, vel ſcripturas, ſed neceſſariò in particulari explicare debet quas ſcripturas, vel litteras falſauit; An Papę, vel Epiſco

118 pi, vel Principis, aut alterius litteras falſificauerit, quia ſi Papæ, tunc incidit in excommunicationem Sedi Apoſtolicæ reſeruatam in Bulla Cœnæ Domini. *Rodriq. in ſumm. par.* 1. *cap.* 118. *num.* 4. *Graff. loc cita. num.* 43. *Nau. Man. c.* 17. *num.* 169 Si vero ſcripturas Epiſcopi, vel cuiuſcunque alterius, non eſt excommunicatus, ſed tātum reſeruatione hac irretitus, eo modo tamen, quo ſupra diximus.

Quoad abſolutionem. Primò pœnitens interrogandus eſt, an litteras Papales falſauerit, quia cum inciderit in excommunicationem Summo Pontifici in Bulla Cęnæ Domini reſeruatam, ad Sedem Apoſtolicā pro abſolutione mittendus eſt. In hāc tamen Cenſuram excommunicationis

119 non incurrunt. Primò falſarij litterarum Epiſcopi, vel Nuntij, pœnitentiariæ, Legati, Congregationis Cardinalium, & huiuſmodi, quia hę propriè non ſunt litteræ Papæ ſeu Apoſtolicæ. *Nauar. in Man. cap* 27. *num.* 62. *Horat. Gambar. in expoſi. Bullæ Cœnæ Domini c.* 6. *num.* 8. *Graff. p.* 1 *lib.* 4. *dec. aur. c.* 18. *num.* 96. Secundò nec qui falſificant litteras Papæ, quæ iam euanuerunt, & amplius non valent. *Richard. in* 4. *ſenter. diſt.* 18. *artic* 12. *quæſtio.* 13. *Nau. c.* 17. *num* 169 *in fin. Horat. Gambar. loc cita. & Graff. vbi ſupra num.* 97. Tertiò nec mutantes in Bulla, ea quæ prius erant in ſupplicationibus expreſſa, ſed per errorem Notarij, vel ſcribæ iam fuerunt variata: nam hi neque mortaliter peccant, exemplum, obtinuiſti diſpenſationis Breue a Summo Pontifice in tertio gradu Conſanguinitatis, & Papa ſic cōceſſit, Notarius autem errore ductus ſcripſit in Bulla, in quarto gradu, tūc ſi quis adaptaret illa verba iuxta mētem Papæ, vt ſi v.g. tu hoc mutaſti, & feciſti in Bulla, ſicut in ſupplicatione dicebatur, non cenſeris falſarius. *Horat. Gambar. loc. citat num.* 9 *& Graff. vbi ſupra nu.* 97. Quartò nec corrigentes litteram aliquam, aut punctum, quod non mutat ſubſtantiam aliquam. *Nau. d c.* 27. *nu.* 62. *in fin.* Vbi enim correctio non mutat ſenſum, non poteſt dici commiſſum eſſe falſum. *Horat. Gambar loc. citat. num.* 10.

120 Cæterum cum ſupra affirmauimus ſolos falſificantes litteras Apoſtolicas incidere in ſentētiam excommunicationis, notandum tamen quod q huiuſmodi litteras falſas apud ſe habuerint, ſi poſtquam ſciuerint eſſe falſas, non lacerauerint, aut reſſignauerint intra viginti dies, ſunt ab Ordinario loci excommunicandi, & taliter excommunicati, non poſſunt abſolui, niſi a Summo Pontifice, ita habetur

betur in *c. durà. de crim. falſi. Hor. Gam. loc. citat. num.* 11. *Graff. loc. ſupraci. num.* 99. *Caietan. verbo. excommunicatio. caſu.* 27. *Tolet. lib.* 1. *c.* 23. *num.* 6.

121 Secundò, ſi falſauit alias litteras, vel ſcripturas, videat an pęnitens eſt Perſona Religioſa, vel ſæcularis. Nã ſi Regularis falſificauit manum, aut ſigillum, ideſt ſcripturam, vel ſigillũ Officialium Monaſterij, vt Præfecti Generalis, Diffinitoris, Viſitatoris, vel Prouincialis, Pręlati domus localis, Vicarij, vel Cellerarij, ſeu etiam Cancellarij, & huiuſmodi, quacunq; ex cauſa, etiam ſi poſtea aliquod damnum, vel effectus quem ipſe intendebat, nõ ſequatur, incidit in caſum ex decreto *Clem.* VIII. ſuo Prælato reſeruatum, ac proinde ad illũ, vel ad ſuæ Religionis pęnitentiarium, pro abſolutione mittendus eſt. Si pœni-
122 tens eſt ſæcularis, interroget nũ huiuſmodi litteris falſificatis vſus eſt, & alteri damnum intulerit, an vero necdum illis vſus eſt. Quia in primo caſu, quando ſcilicet falſauit litteras Pręlatorum, vel Principum, vel Mercatorũ, aut cuiuſcunq. alterius Perſonę, vel illas occultauerit, lacerauerit, vel combuſerit, peccat mortaliter, & vltra pœnam falſarij tenetur ad totius intereſſe reſtitutionem *tex. eſt in l. Qui tabula. ff. de furtis. Silu. verb. falſarius num.* 4. *Petr. Nau. lib.* 3. *de reſtitu. c.* 1. *num.* 340. *Rodriq. in ſumm. p.* 1. *c.* 118. *num.* 8. vnde impoſita debita pęnitentia, oſtenſa grauitate peccati, & debita reſtitutione damnorum facta, & præſtito Iuramento ſe amplius, hoc delictum nullatenus commiſſurum, abſolui poteſt, & debet ſi ad hoc facultas Confeſſoris ſe extendit. In ſecundo vero caſu quando litteris falſificatis vſus nõ eſt, nec poteſt nec debet abſolui pęnitens, niſi dolo depoſito, & litteris laceratis, aut reſtitutis in integrum, aut nouis & veris procuratis, ſtudeat impedire ne cuiquã iniuria inferatur. *Io. Capeauill. loc. cita. q.* 3. *Graff in Prax. li.* 2. *c.* 19. *n.* 43. *& ſeq.*

Tertiò, obſeruandum eſt, An per falſas litteras ad aliquem ſacrum ordinem ſit promotus, eoque functus ſit, quia per Conſtitutionem Pij II. incip. *Cum ex ſacrorum*, ſuſpenſione,
123 & irregularitate innodatus eſt; ſup quam tamẽ Prælatus Regularis quo ad ſuos ſubditos diſpenſare poterit, vt per *Compend. Priuileg. Mendicant. in verb. Abſolutio quo ad fratres. & in ver. diſpenſatio.* & Epiſcopus etiã ſibi ſubditos diſpenſare poterit. Et ſi Regularis, falſis litteris, & inuito proprio ſuperiore facultatem audiendi Confeſſiones ſæcularium ab Epiſcopo loci obtinuerit, cum contra Religioſã obedientiam grauiter deliquerit, ab eodem ſuperiore puniri poterit. *Angles in Floribus in* 4. *quæſt. de Confeſſione. in Artic. de Miniſtro Sacram. Confeſſ. Verſi. Regularis. Graff p.* 1. *lib.* 1. *dec. aur. c.* 13. *nu.* 88. & ſi per litteras a ſuo Pręlato ab audientia Confeſſionis ſit ſuſpenſus, contraueniędo, peccat mortaliter, & efficitur Irregularis, prout dixi ſupra in Tabella Recanatenſi. *nu.* 34. *fol.* 293. Et idem dicendum eſt de Confeſſario Præsbytero ſæculari ſuſpenſo a ſuo Epiſcopo ab audiẽtia Confeſſionum, ſi ſic ſuſpenſus Sacramentum pęnitentiæ adminiſtret. *Diaard. in Bull. cœnæ Domini. lib.* 1. *cap.* 1 *q.* 3. *num.* 124.

Quartò, oſtendat pęnitenti, huius criminis grauitatem, inducendo illum ad perfectam contritionem ſuorum peccatorum; grauiſſimam, iuxta qualitatem Perſonarum, pœniten-
124 tiam ei iniungendo, pręſertim pręſeruatiuam, quando opus fuerit; qua acepta, ſi firmiter ſtatuat ſe nullatenus velle in poſterum hoc crimen commiſſurum, ſi facultate pollet, eũ abſoluat. Et hęc pro huius ſexti caſus declaratione dicta ſufficiant ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

In

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſeptimi Caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Piſaurenſis, qui talis eſt.

Participatio cum Iudæis in cibo, potu, lecto, vel copula; necnon interuentus, contra noſtrum præceptum, in eorum Sinagogis, Feſtis, vel Nuptijs.

PRo declaratione huius ſeptimi caſus reſeruati, præter ea quæ dicūt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Participatio cum Iudæis in cibo, potu, lecto, vel copula, & in eorum Sinagogis, feſtis, vel Nuptijs interuentio.*

2 *Quando participantes cum Iudæis in cibo, potu, lecto, vel copula; & interuenientes in eorum Sinagogis, feſtis, vel Nuptijs incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionē Chriſtianorum pęnitētium cum Iudæis in cibo, potu, lecto, vel copula participantium, nec non in eorum Sinagogis feſtis, vel Nuptijs interuenientium.*

CIrca primum; antequā quid Participatio cum Iudęis in cibo, potu, lecto, vel copula, necnon interuentio in eorum Sinagogis, feſtis, vel Nuptijs, ſit, dicamus, in primis opere pretium eſt, vt omnia verba in hac reſeruatione contenta, breuiter de verbo ad verbum, declaremus.

125 *Participatio* ergo idem eſt ac commertium, vel conſortium, cōmixtio, vel conuerſatio.

Cum Iudæis. Iudæi ſic dicti a Iuda filio Iacob Patriarcha, ſecundum *Archid. in c. dominus. diſt. 57. & Io. de Anania. & Mar. Soc. atque ſcribentes in rubri. eod. tit.* dicuntur, qui legem Moſaycā ad litteram tenent, & obſeruant, ſe circumcidendo, & alia legalia veteris teſtamenti faciendo, non conſiderantes, nec attendentes ad vim, mentem. & poteſtatem verborum. *Graff. in Prax. lib. 2. c. 7 num. 10. & p. 2. lib. 2. dec. aur cap. 23. num. 2.*

In cibo, potu, lecto, vel copula. Per cibum, & potum intelligo omne eſculentum, & poculentum, quicquid illa ſint. Per lectum autem, & copulam quæ idē ſunt, intelligitur omnis carnalis concubitus, opere conſummatus. Per copulam enim intelligitur, vt ipſum nomen ſonat, copulatio viri cum Muliere in Vaſe naturali, ſic enim ſonat copula carnalis, facit *tex. in c. ſi. de ſponſal.* quo probatur copulā minimè conſummari, niſi intra naturale vas ſemen effundatur. *Graff. cōſi. 26. num. 16. de ſent. excommu.* At ſecundum aliquos, lectus differt a copula, vt patet etiam per illam diſiunctiuā. Vel, & ideo per lectū intelligit̄ quęlibet cum Iudæis, etiam ſine copula, tactibus, oſculis, & alijs actibus inhoneſtis, ſimul in eodem lecto, cubatio, mens enim, ac intentio huius vigilan-
126 tiſſimi Præſulis, eſt (cum *proprium Epiſcoporum officium, ſit, futuris caſibus prudenter occurrere. c. in nomine domini. diſt. 23.*) velle omnem participationem ac cōmercium periculoſū prohibere cum eis; quia ſi Chriſtiani nullo modo debent cum Iudæis comedere, nec habitare, nec eos ad ſua conuiuia recipere, vt *c. nullus. & c. omnes. 28. q. 1.* quanto magis cum eis in eodē lecto cubare? Hęc enim omnib. Chriſtianis interdicuntur, ob periculum perfidiæ, quod imminet ex frequenti & aſſidua familiaritate cum Iudæis. *Azor. p. 1. inſt. moral. lib. 8. c. 22. q. 2. & 3.* familiaritas enim malorum vitāda eſt, ne boni corrumpantur ab eis. *glo. in c. ad hæc. de Iudæis.* Hæc enim nimia familiaritas cum Iudæis prohibetur ſub pęna excōmunicationis, vt patet *in d.*

In d.cap.nullus, & ideo Chriſtiani non debent cum eis manducare, habitare, nec in eodem lecto ſimul dormire, ne cum eis in huiuſmodi participando, ab illis decipiantur. Vnde Alexander Tertius in Conci. Lateran. *c. Iudæi de Iudæis. excommunicentur* inquit *qui cum eis præſumpſerit habitare*.

Nec non interuentus contra noſtrum Præceptum in eorum Sinagogis, feſtis vel Nuptijs. Interuentus, ideſt adeſſe pręſentialiter.

128 *Contra noſtrum Præceptum*. Præceptũ eſt iuſſio ſuperioris, aut legis imperatiua faciendi aliquid, vel non faciendi, ex *D.Thom. 1.2.q.100 art.9.& 2.2.q.44.art.1. Sil. verb. eod. n.1. Angel. Tabie. & alij in Verb. eod.* In eorũ Sinagogis. Sinagoga Græcè, latinè interpretatur aggregatio, & eſt locus vbi Iudæi ſe aggregant. *Ananias in c. Iudæi. el 1. de Iudæis. Graff. d.c.23. num 16.*

129 *Et Feſtis*, ideſt ſolemnitatibus Iudæorum, quæ ſunt decem, videlicet Sabbatum; Neomenia: Phaſe: Pentecoſte; Feſtum clangoris; Feſtum propitiationis: Scenophegia: Encenea: Iubilæus: & Furim. de quibus latè in *Catholicon. Verb. Phaſe*.

Vel Nuptijs, Nuptiæ dicuntur a Nubendo, eo quod Puellæ pudoris gratia caput obnubere, vel velare ſoleãt. *c nec illud. 30.q.5.* Hic autem accipitur pro die illo, quo cum ſolemnitate mundana traducitur ſponſa in domo Viri ſui, vbi per ſpatium duorum, trium, vel plurium dierum, tripudiatur, & chorizatur.

Participatio ergo cum Iudæis in cibo, potu, lecto, vel copula, ac interuẽtus in eorum Sinagogis, feſtis, vel Nuptijs, nil aliud eſſe cõſtat, niſi cõ-
130 mercium quoddam, quod Chriſtiani habent cum Iudæis, contra mandatum Epiſcopi, manducando, bibẽdo, coeundo, vel in eodem lecto quieſcẽdo cum eis; ac in Sinagogis ingrediendo, necnon in eorum ſolemnitatibus, vel Nuptialibus choris ſe animi gratia, ſeu alio quocunque fine, reperiendo.

Circa ſecũdum; ex hactenus dictis apertè collgitur, qui nam incidũt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

Primò enim, incidũt omnes Chriſtiani cuiuſcunq. ſtatus, ſexus, & conditionis, qui, extra caſum extremæ neceſſitatis, cum Iudæis, etiã recreationis gratia, manducant, vel bibũt,
131 non tantum in eorum domibus, ſed etiam in domibus Chriſtianorũ, imò etiam extra domum, vt in Viridario, & alijs quibuſcunque locis diœceſis. *arg. d.c. nullus. & c. omnes. 28.q.1. Graff. loc. cit. num. 9. Silue. verb. Iudæus. num 2. Angel. Verb eod. num. 1. Tabien. eod. nu. 1. Azor. loc. supracit. q.* nam in *d. c. nullus*. præcipitur ſub pęna depoſitionis Clericis, & ſub pęna excommunicationis Laicis ne quis eorum, Azyma, ſeu Panes Azymos Iudæorum comedat. *Nau. conſi. 1. de Iudæis. nu. 5.* excõmunicatio autem non incurritur niſi ob culpam mortalem. *c. nemo. 11.q.3.* & clarũ eſt Chriſtianos admonitos, lethali culpa ſe obſtringere, ſi ab eorũ nimia familiaritate noluerint abſtinere. *Tabien. & Ang. loc. citat. Nald. verb. Iudæus. nu. 4. Sanchez. in Decalog. lib. 2. cap. 31. num. 3. & ſeq.*

Secundò, incidũt Iudæorum fęminis, vel maribus quouis mõ naturaliter, vel cõtra naturam, actiuè, vel paſſiuè abutentes; vel cum eiſdem ẽt ſi-
132 ne copula in eodem lecto dormientes; Caſus. n. dicit, Participatio cum Iudæis in cibo, potu, lecto, vel copula, cum ergo dictio illa, Vel, ſit diſiunctiua, vt ſupra dictum eſt, ſequitur ꝙ ſub hac reſeruatione includũtur, non ſolũ copulã cũ Iudęis habẽtes, ſed ẽt cũ eiſdẽ ĩ eodemet lecto quieſcẽtes.

133 Tertiò, cũ caſus expreſſe dicit, *Interuentus contra noſtrum Præceptum in eorum Sinagogis, feſtis, vel Nuptijs*, incidũt qui ingrediunt, ẽt ſemel in eorũ Sinagoga, ẽt ob curioſitatẽ; rõ, q̃a in-

Digitized by Google

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſeptimi Caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Piſaurenſis, qui talis eſt.

Participatio cum Iudæis in cibo, potu, lecto, vel copula; necnon interuentus, contra noſtrum præceptum, in eorum Sinagogis, Feſtis, vel Nuptijs.

PRo declaratione huius ſeptimi caſus reſeruati, præter ea quæ dicũt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Participatio cum Iudæis in cibo, potu, lecto, vel copula, & in eorum Sinagogis, feſtis, vel Nuptijs interuentio.*

2 *Quando participantes cum Iudæis in cibo, potu, lecto, vel copula; & interuenientes in eorum Sinagogis, feſtis, vel Nuptijs incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionẽ Chriſtianorum penitẽtium cum Iudæis in cibo, potu, lecto, vel copula participantium, nec non in eorum Sinagogis feſtis, vel Nuptijs interuenientium.*

CIrca primum; antequã quid Participatio cum Iudęis in cibo, potu, lecto, vel copula, necnon interuentio in eorum Sinagogis, feſtis, vel Nuptijs, ſit, dicamus, in primis operepretium eſt, vt omnia verba in hac reſeruatione contenta, breuiter de verbo ad verbum, declaremus.

125 *Participatio* ergo idem eſt ac commertium, vel conſortium, cõmixtio, vel conuerſatio.

Cum Iudæis. Iudæi ſic dicti a Iuda filio Iacob Patriarcha, ſecundum *Archid. in c. dominus. diſt. 57. & Io. de Anania. & Mar. Soc. atque ſcribentes in rubri. eod. tit.* dicuntur, qui legem Moſaycã ad litteram tenent, & obſeruant, ſe circumcidendo, & alia legalia veteris teſtamenti faciendo, non conſiderantes, nec attendentes ad vim, mentem, & poteſtatem verborum. *Graff. in Prax. lib. 2. c. 7 num. 10. & p. 2. lib. 2. dec. aur cap. 23. num. 2.*

In cibo potu, lecto, vel copula. Per cibum, & potum intellige omne eſculentum, & poculentum, quicquid illa ſint. Per lectum autem, & copulam quæ idẽ ſunt, intelligitur omnis carnalis concubitus, opere conſummatus: Per copulam enim intelligitur, vt ipſum nomen ſonat, copulatio viri cum Muliere in Vaſe naturali, ſic enim ſonat copula carnalis, facit *tex. in c. ſi. de ſponſal.* quo probatur copulã minimè conſummari, niſi intra naturale vas ſemen effundatur. *Graff. cõſi. 26 num. 16. de ſent. excommu.* At ſecundum aliquos, lectus differt a copula, vt patet etiam per illam diſiunctiuã. Vel, & ideo per lectũ intelligitur quęlibet cum Iudæis, etiam ſine copula, tactibus, oſculis, & alijs actibus inhoneſtis, ſimul in eodem lecto, cubatio, mens enim, ac intentio huius vigilan-

126 tiſſimi Præſulis, eſt (cum *proprium Epiſcoporum officium, ſit, futuris caſibus prudenter occurrere. c. in nomine domini. diſt. 23.*) velle omnem participationem ac cõmercium periculoſũ prohibere cum eis; quia ſi Chriſtiani nullo modo debent cum Iudæis comedere, nec habitare, nec eos ad ſua conuiuia recipere, vt *c. nullus. & c. omnes. 28. q. 1.* quanto magis cum eis in eodẽ lecto cubare? Hęc enim omnib. Chriſtianis interdicuntur, ob periculum perfidiæ, quod imminet ex frequenti & aſſidua familiaritate cum Iudæis. *Azor. p. 1. inſt. moral. lib. 8. c. 22. q. 2. & 3.* familiaritas enim malorum vitãda eſt, ne boni corrumpantur ab eis. *glo. in c. ad hæc. de Iudæis.* Hæc enim nimia familiaritas cum Iudæis prohibetur ſub pęna excõmunicationis, vt patet

in d.

in d.cap.nullus, & ideo Chriſtiani non debent cum eis manducare, habitare, nec in eodem lecto ſimul dormire, ne cum eis in huiuſmodi participando, ab illis decipiantur. Vnde Alexander Tertius in Conci. Lateran. *c.Iudæi de Iudæis.excommunicentur* inquit *qui cum eis præſumpſerit habitare*.

Nec non interuentus contra noſtrum Præceptum in eorum Sinagogis, feſtis vel Nuptijs. Interuentus, ideſt adeſſe pręſentialiter.

128 *Contra noſtrum Præceptum*. Præceptū eſt iuſſio ſuperioris, aut legis imperatiua faciendi aliquid, vel non faciendi, ex *D.Thom.1.2.q.100.art.9.& 2.2.q.44.art.1.Sil.verb.eod.n.1..Angel.Tabie.& alij in Verb.eod.* In eorū *Sinagogis*. Sinagoga Græcè, latinè interpretatur aggregatio, & eſt locus vbi Iudæi ſe aggregant. *Ananias in c. Iudæi el 1.de Iudæis.Graff.d.c.23.num 16.*

129 *Et Feſtis*, ideſt ſolemnitatibus Iudæorum, quæ ſunt decem, videlicet Sabbatum; Neomenia: Phaſe: Pentecoſte; Feſtum clangoris; Feſtum propitiationis: Scenophegia: Encenea: Iubilæus: & Furim. de quibus latè in *Catholicon. Verb. Phaſe.*

Vel Nuptijs, Nuptiæ dicuntur a Nubendo, eo quod Puellæ pudoris gratia caput obnubere, vel velare ſoleāt. *c nec illud.30.q.5.* Hic autem accipitur pro die illo, quo cum ſolemnitate mundana traducitur ſponſa in domo Viri ſui, vbi per ſpatium duorum, trium, vel plurium dierum, tripudiatur, & chorizatur.

Participatio ergo cum Iudæis in cibo, potu, lecto, vel copula, ac interuētus in eorum Sinagogis, feſtis, vel Nuptijs, nil aliud eſſe cōſtat, niſi cō-
130 mercium quoddam, quod Chriſtiani habent cum Iudæis, contra mandatum Epiſcopi, manducando, bibēdo, coeundo, vel in eodem lecto quieſcēdo cum eis; ac in Sinagogis ingrediendo, necnon in eorum ſolemnitatibus, vel Nuptialibus choris ſe ani-

Petr Bellochius, de Caſib. Reſer.

mi gratia, ſeu alio quocunque fine, reperiendo.

Circa ſecūdum; ex hactenus dictis apertè collgitur, qui nam incidūt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

Primò enim, incidūt omnes Chriſtiani cuiuſcunq. ſtatus, ſexus, & conditionis, qui, extra caſum extremæ neceſſitatis, cum Iudæis, etiā recreationis gratia, manducant, vel bibūt,
131 non tantum in eorum domibus, ſed etiam in domibus Chriſtianorū, imò etiam extra domum, vt in Viridario, & alijs quibuſcunque locis diœceſis. *arg.d.c.nullus.& c.omnes.28.q.1.Graff. loc.cit.num.9.Silue.verb.Iudæus. num 2. Angel.Verb eod.num.1. Tabien.eod.nu.1.Azor.loc.ſupracit.q.* [illegible] *in d.c.nullus*. præcipitur ſub pęna depoſitionis Clericis, & ſub pęna excommunicationis Laicis ne quis eorum, Azyma, ſeu Panes Azymos Iudæorum comedat. *Nau.conſi.1.de Iudæis.nu.5.* excōmunicatio autem non incurritur niſi ob culpam mortalem. *c. nemo.11.q.3.* & clarū eſt Chriſtianos admonitos, lethali culpa ſe obſtringere, ſi ab eorū nimia familiaritate noluerint abſtinere. *Tabien.& Ang.loc.citat.Nald. verb.Iudæus.nu.4.Sanchez. in Decalog. lib.2.cap.31.num.3.& ſeq.*

Secundò, incidūt Iudæorum fęminis, vel maribus quouis mō naturaliter, vel cōtra naturam, actiuè, vel paſſiuè abutentes; vel cum eiſdem ēt ſi-
132 ne copula in eodem lecto dormientes; Caſus.n.dicit, Participatio cum Iudæis in cibo, potu, lecto, vel copula, cum ergo dictio illa, Vel, ſit diſiunctiua, vt ſupra dictum eſt, ſequitur ꝙ ſub hac reſeruatione includūtur, non ſolū copulā cū Iudęis habētes, ſed ēt cū eiſdē ī eodemet lecto quieſcētes.

133 Tertiò, cū caſus expreſſe dicit, *Interuentus contra noſtrum Præceptum in eorum Sinagogis, feſtis, vel Nuptijs*, incidūt qui ingrediunī, ēt ſemel in eorū Sinagoga, ēt ob curioſitatē; rō, q̃a in-

Aa tentio

tentio Epiſcopi eſt (vt patet ex verbis illis, *Interuentus contra noſtrũ Praeceptum)* vt nullo mõ in ſinagogis Iudęorum ingrediatur, ob rationem ſupradictam, videlicet ob periculum perfidiæ, & ne Chriſtiani a Iudęis decipiãtur. Et idem dicendum eſt, ſi tẽpore feſtiuitatum Iudęorum in eorũ domibus ingrediuntur *Bonac. to.2. diſput.3. q.2. punct.5. num.2.* Iudæi.n. ſunt nimici noſtri, & nobis ſemper inſidiantur, pro gratia.n. nobis Chriſtianis, et familiaritate, illam retributionẽ impendũt, (quam iuxta vulgare prouerbium) *Mus in pera, ſerpens in gremio, & ignis in ſinu, ſuis conſueuerunt Hoſpitibus exhibere. 13. q.1. c. Eccleſias. §. Item praecepit dominus c. & ſi Iudæos. de Iudæis. & Sarracen.* Iudęorum etenim mores & noſtri in nullo concordant, & ipſi de facili ob continuam conuerſationem, & aſſiduam familiaritatem, ad ſuam ſuperſtitionem, & perfidiã ſimplicium Chriſtianorum animos poſſent inclinare. *c. ad hæc, eod. tit.* & ideo Chriſtiani, ob periculum ſubuerſionis, ſedulò ab ingreſſu ſinagogæ, & interuentu feſtiuitatum ipſorum ſe debent abſtinere.

134 Quartò, incidunt qui tẽpore ſuarum Nuptiarũ, ſimul cũ fęminis eorũ, vel è contra, mulieres Chriſtianæ cum Iudæis marib. imò ẽt cũ fœminis, choreas ducunt, vel cum eis adinuicem colludunt, vel ẽt ibidẽ fœminas illorum oblectationis gr̃a, aſpiciunt; Et rõ eſt, quia non ſolum interdictum eſt Chriſtianis ſinagogas Iudæorũ frequẽtare, & ad eorũ epulas accedere, ſed ẽt ad illorum Nuptias, dies feſtos, ſinagogas, & cum eis ludere, & ꝙ deteſtabilius eſt cum eis Choreas agere. *Azor. loc. ſupracit. q.3. in fin. Bonac. to.2. diſp.3. q.2. punct.5. nu.2. Sanchez. Decalog lib.2 c.21. num.17.*

135 Non incidunt autem, Primò qui dum ſunt in itinere, cũ Iudæis, extra diæceſim Piſaurẽſem, puta in caupona, vel alibi manducant, & bibunt, & idem dicendum, ſi cum eorum fœminis, vel pueris extra diæceſim repertis, vel commorantib. turpiter ſe immiſcent; rõ quia ſubditi delinquẽtes extra territorium ſtatuentis, sm̃ Panor. *in c. a nobis. el 1. de ſent. excom.* non afficiuntur pęna ſtatuti; quia ſtatutũ eſt lex territorij, nec vltra vires extẽdere põt. *Armill. verb. excom. 1. nu 30.* ſtatutum.n. Epiſcopi non ligat delinquentes extra dięceſim. *c. vt Animarũ de Conſtit. in 6.* vbi habetur, quod *ſubditi Epiſcopi delictum extra diæceſim committentes, eius ſtatuto, minimè ligari noſcuntur.*

136 Secundò, cum Iudæi poſſint colonos habere Chriſtianos, *c. multorũ de Iudæis. Graff. loc. cita nu.53.* hinc non incidit Colonus, cui Iudæus locauit Vineam, vel Agrum, ſi dum ad ipſius domum accedere ei contingat, etiam in die feſto, puta deferendo fructus, cum eo ſemel tantum fruſtrum, vel etiam medietatem Panis manducet; bis, vel ter, aut ẽt quater bibens; rõ, quia hic excuſatur ob materię exiguitatẽ, quæ in omni caſu excuſat a peccato mortali, vt ait *Nau. in Man. c. 11. num.4. & cap.20. num.5. & Azor. p.2. inſt. moral. lib.1. c.28. q.5.*

137 Tertiò, nec qui ex inaduertẽtia, vel ob defectum Iudicij plenè deliberati, vel ignorantiam, v.g. quia neſcit eſſe prohibita huiuſmodi participatio cum Iudæis, cum eis manducat, vel bibit, exemplum de Agricola, q̃ Cepas vendens in emporio, Iudæus emptor facit eas ad domum ſuam ſuper humeros portare, vbi dat ei parum bibere, & manducare.

Quartò, nec qui tempore extremę neceſſitatis, vel ob famis inediam, cũ Iudæis comedit, vel bibit, rõ, q̃a neceſſitas non ſubiacet. *legi. c. conſiliũ. de*
138 *obſer. Ieiunio.* Neceſſitas.n. facit licitum, quod erat illicitum *c. licet. de pęn. & remiſſ. c. quod non eſt de regu. iur. Scarſella p.1. c.301. num.2.* Vnde Dauid cũ eſuriret, Panes ꝓpoſitionis ſuppreſ-

ſit,

Digitized by Google

ſit, & manducauit, & dedit illis, qui cum eo erant, quos tñ nõ licebat edere niſi Sacerdotibus, vt habet. 1. *Reg. c.21.* ſic licet Chriſtiani cum ſint infirmi non debeant Iudæos vocare, nec ab eis medicinam recipere, nec ſe cũ eis in eiſdẽ Balneis balneare. *d. c. nullus. 28. q. 1.* inſtante tñ neceſſitate, vt ſi Chriſtianus moreretur, niſi iuuaretũ a Medico Iudæo, cum alium medicũ inuenire non poſſet, quam Iudæum, tũc excuſaretur, cum neceſſitas nõ habeat legem, vt diximus. Hinc Chriſtianus poteſt a Iudęo medicinã emere, & emptam per ſe, vel alium Chriſtianum ſumere. *gl. in d. c nullus. Graff. loc. cit. 10. & ſeq & 14. Sanchez. in Decalog. lib. 2. c. 21. num* 8.

139 Quintò, nec qui ignorans hãc prohibitionem, bona fide aliquam ſinagogam ingreſſus eſt, ratio, quia *ea quę malo geſta non ſunt animo, pœnam non merentur. l. 1. §. fi. ff de oblig.*

140 Sextò, nec qui alijs diebus, quam feſtis, vt puta in diebus ferialibus, in eorum domibus ingrediũtur. Et idẽ dicendum de Nuptijs, ideſt quando Iudæi Nuptias non faciunt; Caſus. n. loquitur tantum de feſtis, hoc eſt ſolemnitatibus Iudęorũ, & de Nuptijs ideſt de Tripudijs, & Choreis Nuptialibus, ergo in alijs temporibus, licebit.

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem Chriſtianorum pœnitentium cum Iudæis in cibo, potu, lecto, vel copula participantium, necnõ in eorum ſinagogis, feſtis, vel Nuptijs interuenientium, hæc erit.

Circa Cõfeſſionem; Primò Cõfeſſarius interroget, an pęnitens participando cũ Iudæis in cibo, potu, lecto, vel copula, hoc fecerit ex contẽptu

141 Eccleſiæ, vel Epi, & cõtẽptus eſſet cum quis hãc inhibitionẽ perinde nihil faceret, ac ſi nõ eſſet res bona, ſed vana, quia cum contẽptus in quacũq. materia peccati, mortalẽ culpã inducat. *gl in c. 1. de ſen. excom. verbo contemnat. lib. 6. Graff p 1. lib. 4. dec. aur. c. 3 nu. 26.* & ex peccato veniale, rõne contẽ

142 ptus fit mortale. *gl in c. vnum orariũ. d. 25. in uerb. plus accipit. Graff. conſi. 2. de ſent. excom. n 26.* imo ex non peccato, contemptus facit peccatum mortale *Graff. p. 2. lib. 3. dec. aur c. 27 num 3.* tũc prædicta contemnens, lethali culpa proculdubio ſe obſtrinxit; nec obſtat, quod non ſit veriſimile Eccleſia voluiſſe tam grauem obligationẽ imponere fidelib. in materia adeo leui, & frequẽti, vt eſt prædicta participatio cum Iudæis, in cibo, & potu, quæ ſm̃ ſe eſt tm̃ culpa venialis, cum quęlibet lex, licet ex ſuo genere grauis ſit, in materia leui tm̃ obliget ſub veniale; quia reſpondetur, licet. n. huiuſmodi participatio in cibo, & potu cum Iudæis, videatur res leuis, & reuera leuis ſit, ſi tamẽ ex contemptu fiat, tũc eſt peccatum mortale, prout eruditè quidẽm, loquens de cõmunicatione Ciuili cum excommunicato, tradit *Franc. Suarez. tom. 5. diſp. 15 ſect. 2 a nu. 2 vſque. 11.* Quæ profectò circumſtantia contemptus, in ſacramẽtali Confeſſione neceſſariò aperienda eſt.

Secundò, inquirat an habuerit errorem in intellectu, credendo. ſ. rem habere carnalem cum Iudæis non eſ

143 ſe peccatum mortale, vel Eccleſia errare prohibẽdo huiuſmodi cõmercium in cibo, & potu cum eiſdem, cũ Eccleſia tale cõmerciũ reuera interdicat, ne fideles decipiãtur ab eis circa fidem, quia maior familiaritas cõtrahitur in conuiuio, quam in colloquio, & facilius quis decipitur inter epulas. *c. vnuſquiſq. 22 q 4. Graff. p. 2. li. 2. dec. aur. c. 23 nu. 13.* quia cum credere pertinaciter fornicationẽ non eſſe peccatũ mortale, ſit hęreticum. *Clem. ad noſtrum. de hæret. Nau. Man c. 16 nu. 1. Clau. Reg. lib 8. c. 2. n. 2.* conſequẽter incidit in excommunicationẽ Sũmo Pontifici reſeruatam in Cœna Domini; ratio quia in omnibus caſibus

in quibus error in intellectu concurrit, illorum abſolutio per litteras Bullæ Cœnæ Domini, Apoſtolicæ Sedi eſt reſeruata. *Lazar. de Blaſphemia. q. 11. num. 9.*

Tertiò, an pœnitens, qui ſe carnaliter cum Iudæis immiſcuit, ſit Religioſus, vel ſecularis. Quartò, an diu
144 in mala voluntate perpetrandi hoc ſcelus, cũ eiſdem, perſeuerauit. Quintò, An in loco ſacro. Sextò, An ſocios habuerit. Septimò, An adſit aliqua promiſſio inter eos Matrimonium contrahendi, de quibus omnibus, & ſingulis dic, vt ſupra in declaratione tertij caſus reſeruati in Tabella Anconitana. *num. 166 & ſequen. fol. 74. dictum eſt.*

Quo ad abſolutionem; Primò animaduertat Confeſſarius an pęnitens inciderit in aliquam excommunicationẽ, Vt verbi gratia ſi habuerit er-
145 rorem in intellectu; cum enim excommunicatione Sedi Apoſtolicæ reſeruata, vt ſupra dictum eſt, irretitus ſit; ideo ad Summum Pontificẽ, vel ad eius Summum Pœnitentiarium, pro abſolutione mittẽdus eſt.
146 Secundò, perpendat an ex concubitu cum Iudæis natæ ſint Proles. An procurauit aborſum; & ſi ad Hoſpitale tranſmittit, quæ omnia habẽtur ſupra in dicta declaratione tertij caſus in Tabella Anconitana, vide ibi, & dic vt ibidem, Verſ. *Quo ad abſolutionem, adnotaui.*

Tertiò, oſtendat ei huius criminis grauitatem, inducendo illum ad perfectam contritionem ſuorum peccatorum, & quo ad fieri poteſt, ad per-
147 petuam Iudæorum ſeparationem, ita vt ſi fieri põt, numq̃ cum eis conuerſetur, ſed fugiat eorum comerciũ ſicut Diabolus Crucem. Etenim ſemper Chriſtianos perſequunt̃, inuidẽt, ac inſidiantur Iudæi; ſunt enim noſtri inimici familiares, & ideo magnopere vitandi, quia vt ait Boetius, *Nulla peſtis efficacior eſt ad nocendum, quam familiaris inimicus. arg. C. de dolo. l. lata. gloſ. in cap. ſi inimicus. diſt. 93.* Siquidem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, eiuſque Matrem Beatiſſimam Virginem Mariam, ac Apoſtolos, & Sacroſancta Euãgelia, quamplurimis obſcænis cõtumelijs, & deteſtandis, iniurijs, & opprobrijs quotidie vilipendere, & vituperare non formidant. *In lib. Sabaocb. cap. qui ædificat.* Saluatorem noſtrum maleficum vocitant, & magum. *In lib. Horobin. c. facient tabulas. & in lib. Benedictionum. c. cuius mortuus.* Quendam Rabinum aiunt ſuis coniurationibus, Balaam, & Ieſum Nazarenum ex inferno exire feciſſe; qui interrogatus qua pœna in inferno puniretur, reſpõdiſſe aiũt quod in Caldaria ſtercoris feruentis coquebatur. *in lib. Abazadara.* per diffinitiuam ſententiam Thalmudiſtarum declaratum eſt, Iudæum grauiſſimè peccare, ſi gratiam aliquã, ſiue rem gratam alicui fecerit Idolorum cultori, aut eum aliqua bona, ſeu laudabili ſignificatione nominet. Per Idolorum autem cultorem, quoſcunque Chriſtianam fidem tenentes, & profitentes intelligẽdos eſſe volunt. Vnde fit, vt & Chriſtum Ieſum dñm noſtrũ, & Chriſtianos omnes, & noſtra omnia ſemper, quam turpius, inhoneſtius, & ſordius poſſunt, ac magis impudicè, & ineffrenatè ſuo nominent idiomate. In primis namque Saluatorem noſtrũ ſpurium vocitãt, & ſuſpenſum: hoc eſt, *Lo impicato,* vt materno ſermone loquar. Genetricem eius, publicam vocant meretricem. Apoſtolos Chriſti, & Martires, Lenones, Sanctas vero noſtras appellant meretrices. Sanctum Altaris Sacramentum, Corpus pollutum. Crucem Chriſti, abominationẽ. Eccleſiã Catholicã, errorẽ. Prædicationẽ, vlulationẽ, Sacerdotes Chriſtianos, Tõſos, & tonſuras, ſiue decaluationem. Diem veneris Sancti, diẽ profanum, & diem Sodomitatum. Diem feſtum

Chri-

Digitized by Google

Chriſtianorum, ruinam. Paruulos Chriſtianos, Reptilia. Sponsũ, & ſpõſam, morilegum, & morilegam. Orationem, defectum. Summum Pontificem Chriſtianorum, ſiue Romanum Imperatorem, Regnum nequam. *In lib. Sabach. c. vacca.* Thalmuditę declarant, quod ſacroſancta quatuor Euangelia, in quibus Saluatoris noſtri geſta narantur, merito ſunt comburenda. Et ibi Rabbi Ioſeph inquit, quod talis executio in die feſto fieri debet, hoc tamen excepto, quod nomina Dei, quæ in illis deſcripta ſunt, aſſumi debeant, & ſequeſtrari, cætera uero comburi. Rabi vero Rab ait, imò etiam cum eiſdem nominibus cõburi deberent. Doctrinam Sãctam Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Sãctorum ſuorum Apoſtolorum, Idolatriam reputant deteriorem. Nos Chriſtianos Idolorum cultores autumnãt; & primam feriam, hoc eſt, Dominicã, diẽ interitus vocant, & ideo omnib. prohibetur Iudæis ne in tali die cũ Chriſtianis conuerſentur. *In lib. Abadazara. c. non conſtituant.* ipſi Iudæi recitãt, & eſt ſententia Rabi Moyſis de Ægipto, in lib. Magda: quod illi qui Ieſu Nazareni ſequuntur doctrinam taliter ſunt tractandi, quod ſi quis eorũ morti proximus fuerit, præſente, vel ibi aſtante, Iudæo, quod Iudæus eum extinguere feſtinet: ſi autem eũ iuxta puteum repererit, in ipſum, ſi poteſt, impellat, ingentique lapide Puteum operiat, vel aliter claudat, ne inde poſſit exire; & vbi Chriſtianus in Puteo eſſet, ſi Iudæus ſuperuenerit, & ſcalam, qua ipſe exire poſſet, viderit in Puteo, auferat, ſiue extrahat inde ne poſſit exire. *In li. Magda Rabi* Moyſis Aegyptij. *c.* 10. ſic omnib. mandat Iudæis, non liceat vobis conuerſari cum Idolorum cultoribus, nec pacẽ cum eiſdem tractare, nec operam dare, vt a ſuis conuertantur, ſiue amoueantur, erroribus, non tamẽ eos interficiatis, ſed ſi quis veſtrum viderit aliquem Idolorum cultorem, aut in flumine demergi, & ſuffogari, aut in igne comburi, nullum ſibi præſtet auxilium, verumtamen non impellat eum manibus in Puteum, ex quo gẽs eorum fecit brigam nobis cum, ſed omnia, hæc de cæteris Idolorum cultoribus intelligantur; illos autem qui deſtruunt, & perdi faciunt Iſrael, & hæretici ſunt, & blaſphemi, meritum eſt perdere, & cum manibus vſque ad Putei profundum impellere, anguſtiant enim Iſrael, & prohibent a via Dei, & hi ſunt Ieſus Nazarenus, & Diſcipuli, ac cæteri eius ſequaces, quorum nomina confundentur. Item iubetur eis, quod quando tranſeunt iuxta Eccleſias, & oratoria Chriſtianorum, vt hæc dicant verba; Domum electorum dirimat dominus. Et quando tranſeũt iuxta ſepulchra Chriſtianorũ dicãt, Erubeſcat mater veſtra, repudiata eſt genitrix veſtra, quia finis Chriſtianorum erit vermis, & putredo. Vocant inſuper illos, qui ad Sanctam matrem Eccleſiam, & fidem Catholicam cõuertuntur, Deſtructores. Et qualibet die tribus vicibus, & orationibus, ſcilicet mane, & Veſpere, & Nocte, orãtes talia verba proferunt, Deſtructis nulla ſit ſpes, & omnes hæretici, & omnes, qui loquuntur contra Iſrael, ſubito abſcindantur, & Regnum ſuperbiæ cito frangatur, & diruatur: & inimici noſtri vniuerſi humilientur, & breuiter in diebus noſtris conturbentur. Hæc ergo, & multa alia ſunt ſcelera, maledicta, blaſphemiæ, turpia, & obſcena, quæ inqui & perfidi Iudæi contra nos pauperes Chriſtianos machinantur ac molliuntur. *Hæc Adrianus Finus Ferrarien. in Iudæos flagellum. lib. 9. cap. 6. & 7.* Alia plura his ſimilia recenſet, etiam Bernardinus de Buſtis. *Roſar. tom. 1 in conſilio contra Iudæos*, per totum. Iudæi etiam
149 faciunt quandoque mulieres Chriſtianas filiorum ſuorum Nutrices,

& quod non tantum dicere, ſed etiam nefandum eſt cogitare, cum in die Reſurrectionis dominicę illas recipere Corpus, & Sanguinem Ieſu Chriſti contingit, per triduum antequam eos lactent, lac effundere faciunt in Latrinam. *c. & ſi Iudæos. de Iudæis* Vnde contra Iudæos talia perpetrantes iure optimo procedere poſſunt Inquiſitores, prout clarè conſtat per Conſtit. Greg. XIII. quæ incipit. *Antiqua Iudæorum. Azor p. 1. inſt. moral. li. 8. c. 22. q 12.* Ex quibus ergo omnibus ſupradictis, patenter Iudæi demonſtrant, quanto erga Saluatorem noſtrum, & omnia ſua, ac contra nos Chriſtianos odio afficiant, & æſtuāt, ac proinde meritò non ſolum Piſaurenſes, ſed omnes Chriſtiani per totū mundum degentes, tamquam contagioſam Peſtem, eorum comercium, & conuerſationem fugere deberent, quandoquidem, vt ait *Plaut. de liber. educ.*

150 *Si iuxta claudum habitas, ſubclaudicare diſces*, & Poeta

Claudo vel vni ſi propinquus mãſeris,
Diſces, & ipſe claudicare protinus.

quia teſte Dauid *Pſalm. 17.*

Cum Sancto, Sanctus eris, & cum peruerſo peruerteris, vel peruerſus eris: Et hæc pro huius. 7. caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiāt, ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio octaui, & vltimi caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Piſaurenſis, qui talis eſt.

Ingreſſus intra Monialium ſepta Monaſterij, vel cum eiſdem etiam exemptis allocutio, a nobis prohibita, abſque licentia.

PRo declaratione huius vltimi caſus reſeruati, præter ea, quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid intelligitur per Ingreſſum intra ſepta Monaſterij Monialium; Quidvè eſt cum eiſdem allocutio.*

2 *Quando ingredientes intra Monialium ſepta Monaſterij, & cum eis abſque licentia alloquentes, incidūt in caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionē pœnitentium intra ſepta Monaſterij ingredientium, ac cum Monialibus abſq; licentia alloquentium.*

CIrca primum; vt clarius, q d intelligitur per ingreſſum itra ſepta Monaſterij Monialium, ſcire valeamus, primo breuiter, quid nomine Monaſterij, quidvè appellatione Monialiū veniat, neceſſe eſt, vt explicemꝰ. Mo-
151 nialium igitur appellatione cōprehenduntur Moniales etiam non cōſecratæ, & omnes illæ, quę in Monaſterio ſunt in perpetua Clauſura iuxta *text. in c. periculoſo. de ſtat. Regul.* & emiſerint profeſſionem, vt habetur in *c. vnico. de Voto. in 6.* ſiue ſint Choro addictæ, ſiue Conuerſæ, ſiue Tertiarię, ſiue quocunque nomine nuncupentur, dummodo ſint Profeſſæ. iuxta Bullam Pij V. incip. *Circa Paſtoralis.* nam omnes iſtæ ſub perpetua Clauſura ſunt de qua loquitur Greg. XIII. in Conſtit. quę incipit. *Deo ſacratis Virginibus Horat. Gambar. de caſibus reſeruat. caſu. 2. num. 3. fol. 190. Graff. in Prax. lib. 1. c. 5. num. 8. & lib. 2. c. 5. nu. 8.* Monaſterij vero ſeu Monaſteriorum nomine in quæ prohibetur ingreſſus quorumcunque Virorum, & Mulierum, intelliguntur dormitoria, Clauſtra, domus, omneſque interiores officinæ, & omnia interiora habitacula, & receptacula Monialium, etiam Horti, & quæcunque alia loca intra Clauſuram, iuxta declarationes *Greg.*

IX. Inn.

Digitized by Google

IX. *Inn. III. Nicol. III. ſuper Regulā* Fratrum Minorum. *Sorb. in Compen. Priui. verb. Ingredi Monaſteria. fol.* 328. Pij V. in Bulla. *Regularium Perſonarum*, & Greg. XIII. Motu proprio incip. *Vbi gratiæ. Graff. in d. Prax. lib. 1. c. 5. nu. 2. et 51. Rodriq. Quæſt. Regul. tom. 1. q. 46. a. 1. Ludou. Mirand. in tract. de Monialibus. q. 2. in princip.* Quæ quidem loca enumerata, littera huius reſeruationis,
152 vnico verbo comprehendit, dum dicit, *intra ſepta Monaſterij*, ſepta enim generali vocabulo, dicuntur omnia loca munita, & quodam ſepimento vallata ait *Calepinus*, vt eſt Clauſura Monaſteriorum Monialium, videlicet Chorus, Sacriſtia, Refectorium, dormitorium, clauſtra, & omnia interiora habitacula, & receptacula, Horti & omnia quæcunque alia loca Monaſterio contigua, quęcunq; illa ſint, vt declarauit Greg. XIII. in ſupradicta Cōſt. *Vbi gratiæ.* & tradit *Capuccin. in Annotat. ad Compen. Priuileg. Mendic. Verb ingredi fol.* 362. Per ingreſſum er
153 go intra Monialium ſepta Monaſterij, vt patet ex dictis, intelligitur quælibet, in pdictis locis, vel aliquo illorum, abſque licentia, quocunque fine, ingreſſio. Licentia autem eſt q̄dam gratia conceſſa alicui, per quam ſibi licet, quod prius nō licebat. *Graff. p. 1. lib. 1. dec. aur. cap. 13. num. 51.* quæ neceſſariò debet pręcedere actum, & non ſufficit verbalis, ſed debet eſſe in ſcriptis obtenta, prout ſtatuit *Concil. Triden. ſeſſ. 25. c. 5 de Regul. ingredi autē* inquit *intra ſepta Monaſterij nemini liceat, quibuſcunque generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerint ſine Epiſcopi, vel ſuperioris licentia, inſcriptis obtenta ſub excommunicationis pęna, ipſo facto incurrenda.*
154 Allocutio vero cum Monialibus, eſt cum eiſdem, vel aliqua earum, ſermocinatio, vel locutio, quę profectò, ſicut nec intra ſepta Monaſterij īgreſſio, abſque licentia, minimè fieri poteſt, prout ſapienter cauit Bonifacius VIII. *in c. 1. de ſtat. Regul. lib. 6.* ita dicendo, *Nulli inhoneſtæ Perſonæ, nec etiā honeſtæ (niſi rationabilis & manifeſta cauſa exiſtat, ac de illius ad quem pertinuerit ſpeciali licentia) ingreſſus, vel acceſſus pateat ad Moniales: vt ſic a publicis, & mundanis conſpectibus ſeparatæ, omninò ſeruire Deo valeant liberius, & laſciuendi opportunitate ſublata, eidem corda ſua, & corpora in omni ſanctimonia diligentius cuſtodire. Azor. p. 1. inſti. moral lib. 13. cap. 8. quæſt. 3.*
155 Verum circa huiuſmodi licentiā in Monaſterijs ingrediendi, & cum Monialibus alloquendi, notandum quod ad Epiſcopum pertinet in Monialiū Monaſterijs ſibi ſubditis hanc licentiā propria auctoritate, & in alijs Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectis auctoritate eiuſdem ſedis indulgere; *Bonacin. tra. de Clauſura. quæſt. 4. punct. 2. num. 2.* Ad ingrediendum autem Monaſteria Monialium Regularib. ſubiecta, nec ſufficit nec requiritur licentia Epiſcopi, ſed ſat eſt licentia ſuperioris ordinarij eiuſdem Monaſterij, data cum legitima cauſa; In Monaſterijs enim ab ordinario exemptis, & Prælato Regulari ſubditis, huiuſmodi licentia ingrediendi non pertinet ad Epiſcopum, ſed ad Monialium ſuperiores, ita *Nauar. in c. ſtatuimus. 19. q. 3. n. 60. Miranda Man. Prælat in tract. de Monialibus. q. 2 art. 2. concl. 1. Rodriq. loc. ſupracit. a. 2 Sanchez. lib. 6. c. 16. num. 13. Azor. p. 1. lib. 13. c. 8. quæſit. 7. Aguſt. Barboſa. 3. par. alleg. 102. num. 4. Bonacin. loc. ſupracitat. nu. 3.* Licet ſecus ſit quo ad licentiam accedendi ad Monaſteria exempta, & cū Monialibus exemptis alloquendi: Exemptus dicitur, qui non ſubeſt iurisdictioni ordinarij, ſed immediatè ſubeſt Papæ. 16 *q. 1. cap. frater noſter. de ſupplend. negl. Prælat. Angel. & Silueſt. verb. eod. num. 1. Graff Prax. lib. 2. cap. 5. num. 22.* quandoquidem huiuſmodi
156 licentia accedendi ad Monaſteria Monialium etiam exempta, & cum

Digitized by Google

eis alloquendi concedi poteſt ab Epiſcopo; cum enim ad ordinarium ſpectet prouidere circa acceſſum ad Monialium Monaſteria. *c.monaſteria. de vit & honeſt. Clerico.* vbi non fit diſtinctio, an ſint exempta, vel non, & proprium Epiſcoporum ſit officium futuris caſibus prudenter occurrere. *c.in nomin. domini.diſt.*23.merito prohibere poteſt acceſſum ad prædicta monaſteria etiam exempta,cum hoc tendat ad ſuorum ſubditorum bonū ex cauſa legitima, nempe ad vtilitatem animarum,& ad euitandum peccatum, & in odium illarum monialium, quæ ſua irreligioſitate huic rei præbent cauſam. *Silueſt.verb.excommunicatio.*2.*num.*13.*in fin. Graff.par.*1.*lib* 4.*dec.aur.cap* 8.*num.* 40 *Lazar.p.*2.*quæſt.*10 *num.*28.*Graff.in Prax.loc.cit.num* 51 *& conſi.*22.*num.* 27.*de ſentent. excomm.* ratio, quia hoc poſſunt face-
157 re ordinarij auctoritate Apoſtolica, nam vt eadem auctoritate præcipitur Epiſcopis prouidere monaſterijs non tantum ſibi ſubiectis ſed etiā exemptis de Clauſura monialium, vt habetur in *Concil. Trid loc.ſupracitat.* ita videtur etiam poſſe illam conſeruare,& ita prouidere quoad acceſsū ad loquendum tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegati; patet quia ex quo Epiſcopus ponit pœnā eunti ad monaſteria etiam exēpta,dum vult omnes accedentes ad alloquēdum cum monialibus ſine ſua licentia, incidere in caſum reſeruatum, & iſtud ire ſit delinquere, quia vadit ad illa,hoc eſt ad prędicta monaſteria, per ſuam diæceſim, & ſic eſt delictum factum in loco non exempto,in quo ipſe habet iuriſdictionem, licet ſit conſummatum in loco exempto,ſit, quod iure optimo huiuſmodi acceſſum,& allocutionem cum monialibus exemptis prohibere poſſit *Graff.d.conſi.*22. *n.*28.*de ſent.excom.* Edictum.n. Epiſco-
158 pi contra accedētes ad monaſteria monialium ſine eius licētia, ligat ſibi ſubditos ad monaſteria exempta accedentes abſq.tali licentia,prout nouiſſimè de communi opinione teſtat *Marc.Anton.Genuenſ.in Praxi. Archiepiſcop.Neapol.c.*33.*nu.*1. *Lazar.vbi ſupra.nu.*28.& ratio eſt, quia licet locus exemptus ſit a poteſtate Epiſcopi, vt ſuppono, & conſequenter patrantes delicta in eo loco non ſubijciantur pęnis ab Epiſcopo latis, nihilominus excommunicatio lata contra accedētes ad monaſteria monialiū licet exēpta,incurritur ab accedentib.ad prędicta monaſteria exempta, quia materia iſtius excōmunicationis eſt acceſſus ad monaſteria,hic autem conſummatur in loco non exempto, & ſubdito poteſtati Epiſcopi,quia fit in territorio Epiſcopi, ſecus vero dicēdum eſt de locutione habita in loco exempto, nemo enim incurrit cenſuram latam per modum ſententiæ cōtra loquentes cum monialibus, nam allocutio fit in loco exempto, ita *Roland.a Valle to* 3 *conſi.*33.*num.*32 *Stephanus Gratianus diſputat. forenſ.c.*393. *num.*23 *& ſeq. Campanil. in diuer rub.* 12 *cap.*12.*c.*16 *num.*45.*Barboſa de offic. & poteſt. Epiſcop.*3.*p.allegat.*102.*num.* 73.*Angel.verb.Statutum. num.*3.*Vgol. tab.*1.*de cenſur.c.*9.*§.*3.*num.*3.*Aula.p.* 2 *cap.*3.*d.*2.*dub.*5.*ita Bonac.to.*1.*de Cenſur.diſp.*1.*q.*1.*punct.*11.*n.*9 *& de Clauſura q.*3.*punct.*4.*nu.*1. Cum igitur Epiſcopi poſſint prohibere acceſſum ad monaſteria monialium, & allocutionem cum eis,etiam exemptis, vt dictum eſt,abſque ſua licentia, hinc mirum non eſt, ſi vigilantiſſimus Piſaurenſis Antiſtes hanc etiam ipſe fecerit prohibitionē, cum eam vtiq. ſine cōtrouerſia vlla, tamq̄ Sedis Apoſtolicę Delegatus facere pōt. Et quamq̄ licentiā ingrediendi in monaſterijs exēptis minimè dare queat, vt ſupra declaratū eſt, cū Regularis ſuperior cui ſubduntur, illā pbēdi ius habeat. *Azor.loc.citat.q* 7. nihilominus hanc quoq.dare poteſt, vt liquidò patet ex litte-

Digitized by Google

litteris Illuſtriſſimorum Cardinaliũ ſacræ Congregationis, Epiſcoporũ, & Regularium, quib. prohibetur acceſſus ad monaſteria monialiũ cuiuſcunq; ordinis, & Regularib. ſubiecta rum, vel eorũ ingreſſus abſq. Epi, vel ab eo deputati licentia; Quarum litterarum tenorem retulimus in *tract. de Monialibus sect 4 q 3 Lazar. d.q.* 10. *nu.*28. Et ita nunc in Ciuitate Piſauri ab illo Illuſtriſſimo (ſicut per litteras Adm. Reu. Patris Fratris Ludouici a Monte madio, Concionatoris, caſuũ conſcientiæ Lectoris, ac Monialium Corporis Chriſti digniſſimi Cõfeſſoris, accepimus) in omnib. monaſterijs exemptis obſeruatur, quod videlicet tam ad Monaſteria S. Mariæ Magdalenę, & Purificationis ſibi ſubiecta, q̃ ad Monaſteria Corporis Chriſti, & S. Catharinæ exempta, nullus accedere poſſit, nec cum monialib. dictorũ monaſteriorum alloqui queat, nec in eiſdem ingredi, ſine Epiſcopi licentia.

159 Notandũ tamen quod Confeſſarij Regulares prædictorum monaſteriorum tam præſentes, quam qui erunt pro tempore, poſſunt impedire ne ſeculares, ẽt cũ licentia Epi, in ſuis monaſterijs ingrediantur, ſine eorum ẽt licentia, imo optimè facerẽt, ſi neminem ingredi ſinerẽt, ſine huiuſmodi eorum licentia in ſcriptis tradita, & mea ſententia tenẽtur neminẽ ingredi in ſuis monaſterijs pmittere abſq; illorum ẽt licẽtia in ſcriptis cõceſſa, cum hoc illis Ius Conc. Tri. *ſeſſ.*25.*c.* 5 *de Regularib* cõcedat. Ibi *Ingredi intra ſepta Monaſterij nemini liceat, &c ſine Epiſcopi vel ſuperioris licẽtia in ſcriptis obtenta.* Dictio illa, *Vel*, eſt diſiunctiua, ita vt ſit ſenſus, ingredi in monaſterijs nemini liceat, ſine licẽtia Epi, vel ſuperioris in ſcriptis obtẽta, idest nemo ingredi poſſit itra ſepta monaſterij, niſi habeat liceantiam Epi, vel ſuperioris, idest ꝙ ẽt licentiã ſuperioris Regularis obtineat; & dato quod Concilium hoc nõ concedat, ſufficit ꝙ ſupradictũ Decretum ſacræ Cõgregationis hoc non prohibet, vt clarè patet ex verbis illius; Prohibet.n. ibi tm̃ acceſſus ad monaſteria monialiũ cuiuſcunq. ordinis Regularib. ſubiectarũ, vel eorum ingreſſus, abſque Epi licentia; non tñ prohibet quin ẽt ſuperiores Regulares, vel Confeſſarij ipſarum monialium, huiuſmodi licentiã ingrediendi indulgere queãt; imò vr̃ illis facultatem concedere, vt hoc facere poſſint, iuxta id quod notatur in iure. *c. nuper. de ſent. excom.* vbi

160 habetur, quod, *Quæ ſpecialiter non reſeruantur, cenſentur conceſſa, & conceſſa intelliguntur, quæ prohibita non ſunt. gloſ. in d. c. nuper. & in cap. conſuluiſti.* 2.*q.*5. Confeſſores ergo Regulares in prædictis monaſterijs exemptis, facultatem ingrediẽdi, nullis permittãt, niſi cum ipſorum licentia, eis in ſcriptis conceſſa; & vbi hoc Decretũ non eſt vſu receptum, conſuetudo loci omnino eſt obſeruanda, videlicet, vbi licẽtiam ingrediendi in monaſterijs exẽptis concedit ſolus Epiſcopus, licentia Prælati Regularis non deſideratur; Vbi Epiſcopus, & ſuperior Regularis ſimul huiuſmodi licentiã tribuunt, ſeruetur conſuetudo; Vbi vero ſolus Regularis Prælatus, vt ferè vbiq. fit, ipſe tm̃ abſque Epiſcopi facultate, huiuſmodi licentiam iuxta Conc. Trid. Decretum, in prædictis monaſterijs ingrediẽdi ſibi ſubiectis, indulgeat, ratio, quia conſuetudo approbata in loco ſuo, pro lege habenda eſt. *c. dilecti. de Arbitr.* Et notandũ,

161 quod talis licentia a quocunq conceſſa, ſiue ad colloquendũ cũ monialibus, ſiue ad ingrediendum in eorũ monaſterijs, ſi abſq. termini præfixione data ſit, pro prima tm̃ vice intelligitur, vt quo ad primã partem tenet. *Nau. Cõm. 4 de Regu. n.* 59 *et* 60. *Azor. loc ſuprací q.*7 *Graſſ in Prax. loc cit. nu.* 43 *Miranda. tract. de Monial. q* 2 *a.*2 & ſecundã aſſertionẽ probat *Iacob. Sbroſius. de offi. Vicar. li.*2 *q.*210. *Vgo de offi. Episcop.*

Epiſcop p 1.cap.21.§ 3.num.3.in fin. & vtranq; partem videlicet quod talis licentia ſiue ad loquendum, ſiue ad ingrediendum facta abſq; temporis præfixione, intelligitur pro prima vice, tenet *Graff.in ſuprad.conſil. 22.num. 40.de ſenten.excomm.* Vbi etiam dicit quod licentia ingrediendi Monaſterium Monialium, intelligitur p vnũ tantum actum, etiam ſi ille ingrediatur eo die, quo licet omnibus ex Priuilegio ingredi. *Felin.in c.2.de treg. & pace.Graff.d.num.40.in fi.* Quæ omnia Confeſſores diligenter conſiderare debent, & ne circa hanc materiam allucinentur ideo vltra prædicta, animaduertant etiam, quod licentia cũ Monialibus alloquendi, licet in foro conſcientiæ ſufficiat, vt verbotenus conceſſa ſit, quò tamen ad forum externum, vt deprehenſus in collocutorio temporalem pęnam euitet, vt ſcripto tradita ſit, requiritur. *Sanchez.li. 8.d.29.num.2.Maſchar.de Probat.concl. 145.num.20.Graff.Prax.loc.citat.num. 9.& 4.d.conſil.22.num.38.de ſenten.excomm.* Idemque dicendum eſt de facultate data ad ingrediendum ſepta

162 Monaſterij, vt ſcilicet, & ſi per decretum *Concil Trid.ſeſſ.25. de Regul.c. 5.* in ſcriptis obtẽta requiratur, illud quò ad forum exterius intelligatur; nam in interiori animi foro in quo veritas attenditur, ſufficit vt conſenſus iure naturali requiſitus interueniat; per celebre dictum *Innocen. in c. quod ſicut. de elect.* quod ſingulare eſſe dicit *Abb in c quia plerique in fi.quæſt. nonæ.de immunit.Eccleſ. & Felin.in c.1. num.39.de Conſtit.* quod tamen nõ admittit *Bonacin.vbi ſupra.d.q.4.punct.3. num.2.* vbi dicit in foro conſcientiæ non ſufficere licentiam oretenus cõceſſam, ſed requiritur quod detur in ſcriptis, iuxta *Conci. Trid. loc.citat.* non ſolum in caſibus extraordinarijs; verum etiam in ordinarijs, qualis eſt ingreſſus Medicorum, Chirurgorũ, & ſimilium, quod verum eſſe arbitror non ſolum in foro externo, verum & in foro conſcientiæ, quia Concil.abſolutè licentiam petit.

Circa ſecundum; ex hactenus dictis manifeſtè colligitur, qui nam incidunt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

Primò enim, incidunt omnes cuiuſcunque ſtatus, ſexus, vel conditionis, qui intra ſepta Monaſteriorum

163 Monialium Sanctæ Mariæ Magdalenæ, vel Purificationis abſque licentia Epiſcopi, & intra ſepta aliorum exemptorum, nempe Corporis Chriſti, vel Sanctæ Catherinæ, ſine licentia obtenta Epiſcopi *in ſcriptis*, & Prælatorum Regularium, vel Confeſſariorum, ingrediuntur; & idem dicendum ſi cum licentia obreptitia, ſubreptitia, vel falſa (hæc enim nomina ſynomina ſunt, & idẽ ſignificant) etiam bono fine in prędictis Monaſterijs ingrediantur. Imò monialiũ Clauſuram abſque neceſſitate ingrediẽs, etiam cum licentia ſuperiorum, ad quos ſpectat illam concedere, incurrit excommunicationem reſeruatam per Greg.XIII. extraua. *Decori Nal. Verb.Monialis.num.10.*

Secundò, incidunt qui abſque licẽtia a prædictis in ſcriptis obtenta, cũ monialibus Profeſſis eorumdẽ Monaſteriorum, alloquuntur; imò etiam ſi cum vna tantum alloquatur, nam

164 licet littera reſeruationis dicat, in plurali, allocutio cum monialibus; tamen hæc verba etiam alloquẽtem cum vna comprehendunt, quia cum ſit eadem ratio, idem ius erit ſtatuendum. *l.illud.ff.ad leg.Aquil.* & hanc eſſe intẽtionem Epiſcopi omnino credendum eſt; patet quia & ſi Conſtitutio pęnalis ſit ſtrictè intelligenda. *c. odia.de regul.iur.* tamen limitatur quãdo Conſtitutio loquitur in plurali, quia tunc extenditur ad caſum ſingularem. *gl.in c.ſi compromiſſarius.de elec. in 6.* ſic in propoſito, & ſi caſus pluraliter loquens dicit, *Allocutio cum Moniali-*

Digitized by Google

cialibus, extenditur tamen etiam ad caſum ſingularem; Pluralis enim locutio, reſoluitur etiam in ſingulari, ideſt in vno.*cap.vt priuilegia.iuncta gl. de Priuileg. Graff.conſil.22.num. 37.de ſenten.excommun.*

Tertiò, non tantum extranei, ſed etiam Conſanguinei, vel affines hoc caſu ligantur, ſi abſque licentia, vt ſu
165 pra in ſcriptis obtenta, Coniūctas ſibi ſanguine Moniales Profeſſas, vel earum aliquam, in prædictis Monaſterijs degentes, alloquantur, nam ēt ſub nomine Cognati poteſt culpa cōtegi, & turpitudo perpetrari. *Io. And. in c.monaſteria. de vita & honeſt. Clericorum.* Graff.*in Prax. lib.2.c.5.num.*47. Caſus enim loquitur generaliter, & ita comprehendit quaſcunque ſubditos tam maſculos, quam fęminas, maſculos inquam ſiue extraneos, ſiue Conſanguineos, & fęminas tam extraneas, quam Conſanguineas. *arg. Graff.loc.cita.num.*14.*& ſeq.&* 55.

Quartò, incidunt etiam Aduenæ, qui in loco vbi caſus reſeruatur, vt hic, ad monaſteria etiam exempta, ad alloquendum, ſine prædicta licentia
166 in ſcriptis obtenta, accedunt, ſi cū monialibus alloquantur. Cum ratione delicti ibi delinquens forum ſortiatur.*c.fin.de foro compet.Sayr.lib.*1.*de Cenſur.c.6.num.*34. nam licet caſus reſeruatio generalis non liget niſi ſubditos, tamen non ſubditus in diœceſi alterius efficiť ipſius ſubditus ratione delicti; nam vbi quis deliquit, ſortitur forum.*l.3.ff.de offic. Præſidis.glo. in d.c.fin.de foro compet. & in c. a nobis. el 1.de ſenten.excomm.Sot lib 5 de iuſt. & iur.q.4 art.1.concl.vltim.* Graff. *loc. ſupracit.num.*54 *& conſi.*22.*num.*10.*de ſenten.excommun.* quod eo magis locū habet vbi ab Epiſcopo hoc interdicitur ſub pœna excommunicationis, vt locis citatis allati tradunt auctores. Hinc Rolandus a Valle *volum.3. Conſil.33 & Marc. Anton. Genuenſ.in Praxi curiæ Archiep. Neapol.c.33.* tra-
167 dūt, valere ſtatutum Epiſcopi, quò in accedentes ad monaſteria monialium exempta, & Regularibus ſubiecta excōmunicationis pena animaduertere ſolet, & contrafacientes illa vinciri, quando ſpecialis mentio de monaſterijs exēptis facta eſt.*arg.Conci. Trid.d.ſeſs.25.de Regul. cap.5.* vbi habetur, moniales exemptas quò ad Clauſuram Epiſcopo Apoſtolica auctoritate ſubijci.

168 Quintò, & qui obtenta licentia loquendi cum aliqua moniali, v.g. cū conſanguinea, animo tamen doloſo accedit ad monaſterium, vt ſi alia ſuperueniat, velle loqui cum ea, per ſe, vel per interpoſitam perſonam, incidit enim in caſum ſi cum illa alia loquatur.*Graff.Prax.loc.cit.nu.*32.*&* 58.

Sextò, & qui, non tantum per ſe, ſed etiam per interpoſitam perſonā, vel etiam per nutus, aut ſigna cū moniali loquuntur, quia nihil refert qualitercunque, quis ſuam, ſigno, verbo,
169 vel nutu exprimat, voluntatem.*cap. cum apud.de ſponſa.* Graff.*conſi.cit.num.* 17.*&* 31.*de ſent.excomm.*

Septimò, cum ſimpliciter dicat littera, allocutio cum monialibus ſine licentia, nullam prorſus faciens mentionem de loco, vbi talis locutio fieri debet, hinc incidit in caſum, qui è do
170 mo, quæ propinqua eſt monaſterio monialium loquitur cum aliqua moniali profeſſa, intra ſepta ſui monaſterij exiſtente, & illa intelligendo verba, reſpōdit, puta inclinando caput, vel eleuādo manus, licet ſonitus verborum non audiatur. Cum enim caſus ſimpliciter loquatur dicens, *Allocutio cum Monialibus ſine licentia*, & vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*l. de precio.ff. de publician.* ideo debet intelligi ſiue loquatur in collocutorio, ſiue in monaſterio, ſiue extra in quouis loco ſit, nihil enim refert in quo loco allocutio fiat, dummodo cum aliqua moniali profeſſa loquatur. *arg.Graff.Prax. loc ſupracit. num.*

Digitized by Google

*num.*44. Secus autem dicendum eſſet vbi Reſeruatio diceret. Acceſſus ad monaſteriũ,&c.nam qui domum monaſterio contiguam habet, & è feneſtra domus ſuæ monialē alloquitur, non dicitur ad monaſterium accedere;& ideo imunis a caſu reſeruato cēſebitur. *Graff.p.1.lib.1.dec aur c 13 n. 23.quem ſequitur Homob par.2.fol 395. Bonacin loc.citat.q.3 punct.1.num.1.*

Octauò, & illi incidunt, quicunq; ſint,qui cum licentia obreptitia,ſub-
171 reptitia, vel falſa(vt ſupra circa ingreſſum intra ſepta monaſterij dictũ eſt) monaſteria monialium ſupradictarum adeunt,alloquendo cum eis, vel aliqua earũ,ratio, quia huiuſmodi licentia falſa vtens, ſe habet,ac ſi abſque licentia cum moniali alloquetur,talis enim non eſt propriè licētia,cum viribus careat,vt notat *Bonacin loc citat q.3 punct.5.num 6.* Vbi vero acceſſus ad monaſteria monialiũ, ac cum eis allocutio prohibetur ſub pœna excommunicationis,vt fit in Tabella Aſculana caſu.17.an prædicta Cenſura innodantur Religioſi cũ monialibus alloquentes, patet in declaratione vltimi caſus eiuſdem Tabellæ *num.*535.

Non incidunt autem, Primò Pueri,& Puellæ, qui rationis vſu carent, quod regulariter eſt in ſeptimo anno,illa.n. ætas quidquid videt igno-
172 rat.*l.1.C.de falſ.moneta.* ſi cum monialibus alloquãtur. Quinimo etiam ſi monaſterij ſepta ingrediantur, in excommunicationem minimè incidunt. *Sayr.lib.5.de Cenſur.c 4 num. 21. Emanuel Sà.Aphoriſ.verb.Pueri.Azor. p.1.inſti.moral.lib 13.c.8.q.5.& Duard. in Bull cęnæ domini.lib.1.c.1.q.3.n.109.* Licet enim *Conc.Trid.loc ſupracit.* vniuerſim definiat nulli cuiuslibet ſexus aut ætatis licere ingredi ad moniales,tamen affirmat *Nau. in Comment. 4.de Regular num 59.* huiuſmodi pueros ingredi poſſe, quia non videtur Concilium eos etiam comprehendere, qui ratione carent,in his enim meritum,aut culpa eſſe non poteſt *Graff. conſi.22 num.8.de ſent.excommu. & in Prax loc.citat.num 16.* Vnde etiam ex quadam neceſſaria ſequela dicendũ
173 videtur, moniales quæ ipſos infantes introducunt minimè excommunicatione ligari. *Nau l. c.cita Euſebus. lib.2.de Viſit.Eccleſ c.18 num.25.Cord. in quæſt Caſuum conſcientiæ q 60. Azor. p 1.inſt.moral lib.3 c.8.q.5. Henriq. lib. 13 cap.42 num.3 in Commentar. litt.S, Auguſt. Barboſa in remiſſ. circa Conci.ſeſſ. 25.cap 5.num.15.Martin. Bonac. tom.2. diſp.1 q.1.punct 6 nu 7. & de clauſura, q.4.punct 1.num.5.vbi citat Sanchez.Reginald. Barboſam.a Mirandam.Rodericũ, Riccium.Nauarrum, & alios.* Aliquib. tamen viſum eſt moniales excommunicationem non effugere,quæ Infantem etiam, lac ſugentem, ſeu trimos quadrimosvè pueros intra ſepta monaſterij exciperent,vt per *Comitulum in reſp.caſuum conſcient lib.6.q.19.nu.6. & q 22. num.3.* Vbi refert Illuſtriſſimum Cardinalem Sanctæ Seuerinæ ſummum pęnitentiarium ſic conſultum olim reſpondiſſe, Napolioni comitulo Epiſcopo Peruſino. Proinde in praxi fauore Animæ,hęc tutior pars eligenda eſſet. *Abb.in cap.ex tenore Qui filii ſint legit.* Quandoquidem li-
174 cet huiuſmodi Infantes & Puellæ peccare nequeunt,poſſunt tamē peccandi ipſis monialibus occaſionem præbere,ad peccatum incitare,turpiter iocari,ludere,fabulari,vana,& alia noxia in monaſterium importare, & ſic Sacratas Deo Virgines perturbare,ob id ergo minimè intra ſepta monaſterij ingredi pmittanť. *Azor. loc.ſupracit.d q.5.* alioquin ingredi pdictos pueros,nondum doli capaces, clauſuram, moniales permittentes, excõmunicatione lata a Greg. XIII. in extrauag.*Decori.*innodantur. *Vgol. de offic.Epiſcop p.1 fol 190.Anton.Nal. Verb.Clauſura num.3.*

Secũdò, nec qui animo deliberato

acce-

Digitized by Google

accedit ad Monaſterium cum intentione alloquendi cum monialib. ab-
175 ſque vlla licentia, tamen penituit, vel alijs occupatus repentinis negotijs, vel dubitans ne ab aliquo videretur, minimè alloquitur; ratio, quia caſus non loquitur de acceſſu, ſed tantum de allocutione cum monialibus, vnde cum iſte, cũ nemine loquatur, minimè in hunc caſum incidiſſe cenſendus eſt.

Tertiò, nec qui non doloſè, ſed bona fide, vel vrbanitatis cauſa, vel ob incogitantiam, aut obliuionem, aut ad modicum tempus, modicis & cō-
176 pendioſis verbis, alloqueretur cum alia moniali, quam cum ea, cum qua obtinuit licentiam alloquendi, vt ſi loquendo diceret vnum, aut duo verba tantum, modicum enim excuſat a peccato mortali. *c. & ſi quæſtiones. de ſimonia*. Exemplum primi, ſocius alicuius boni Viri non vult a ſocio recedere, qui cum licentia loquitur cum moniali, ſi aliquod verbum illi diceret ab ea prouocatus non crederem ſub hac reſeruatione comprehendi, cum non doloſe, ſed cauſa vrbanitatis, hoc faciat; exemplum ſecũdi, qñ habita licentia loquendi cum vna ſuperuenit alia ſanctimonialis, & cum ea alloqueretur, ſed per incogitantiã aut obliuionem, nempe loquendo cũ alia, vel bono fine credens poſſe loq. vel interrogatus reſpōderet; vt ſi eo loquente, accederet alia monialis, & illum prouocaret ad loquendum, vnde ipſe timens cenſuram, loquitur cũ ea per interpoſitam perſonã, hoc eſt per monialem, cum qua licitè loquebatur, tunc in his caſibus crederem non comprehendi ſub reſeruatione;
177 quia propoſitum, & voluntas diſtinguunt maleficia, & Deus ad cor, & ad ſpontaneas voluntates potius reſpicit, quam ad actus. 11. *q.* 6. *c.* 1. 14. *q.* 5. *c ſi quid inueniſti. c. cum voluntate. iuncta gloſ. de ſen. ex comm. Graff. d. conſi.* 22. *num.* 14. *& ſeq. de ſenten. excommu. & in Prax. loc. citat. num.* 31. imò nec incideret ſi monialem tãtum ſalutaret, vel ab ea de ſuo ſtatu interrogatus, reſpõdeat. *Graff. lib.* 4. *decis. aur. c.* 8. *num.* 5. *Finell. c.* 5. *num.* 10. modo id non faceret in contemptum, quia tunc peccaret mortaliter, & caſum incurreret. *Floron. p.* 1. *cap.* 1 *num.* 19. *& §.* 1. *num.* 5. *fol.* 27. vt dixi ſupra in Tabella Aſculana *num.* 521.

Quartò, nec famuli, vel famulæ, quę nomine Dominorum licentiam non habentium aliqua munera mo-
178 nialibus deferunt, & ob id aliquod licitum, & honeſtum verbum, ſeu nũtium referunt, nam vt habetur in *leg. non videtur. §. qui iuſſu. ff. de Regul. iur.* Qui iuſſu iudicis aliquid facit, non vĩdetur dolo malo facere, quia parere neceſſe habet. *Graff. d. conſil.* 22. *nu.* 35. *Homob. p.* 2. *c.* 5. *fol.* 395. dũmodo prędicti famuli aliquod graue incommodum paterentur, non obediendo, ſeu accedendo. *Graff. loc. cita. & Bonac. vbi ſupra. d. q.* 3. *punct.* 1. *num.* 2.

Quintò, nec qui ignorantes hunc eſſe caſum reſeruatũ, bona fide, abſq; dolo, & ad bonum finem, accedũt ad monaſterium loquendo cum moniali, vel Abbatiſſa; vel quia Cõfeſſarius
179 monaſterij, ſiue Abbatiſſa ſeu Præfecta aſſereret ſe huiuſmodi licẽtiam poſſe concedere, vel diceret non eſſe neceſſariam in monaſterijs exẽptis, & Epiſcopo non ſubiectis, vel quia vocatur per internuntium ab Abbatiſſa, vel per litteras fatetur ſe habere licentiam; Vbi. n. non adeſt contumacia, vel inobedientia, non eſt peccatũ mortale, & per conſequens nec caſus reſeruatus, nec cenſura incurritur. *c.* 2. *de Conſtitut. in* 6. *Graff. loc. citat. num.* 52. *Sanchez lib.* 9 *de Matrimo. d.* 32. *q.* 3.

Sextò, nec qui loqueretur cum moniali egreſſa de monaſterio de nocte, conſulendo ei vt ad ſuum monaſte-
180 rium reuertatur; Vel in extrema neceſſitate comitaretur eã, ne iacturam pateretur famæ, honoris, aut vitæ.

Digitized by Google

tæ. *Nau. conſil. 4. de Regul. nu. 31. Graff. loc. citat. num. 45. & d. conſi. 22. num. 22.*

Septimò, nec qui accedens ad monaſterium ſine licentia, loquitur cum Nouitia; nam cum caſus reſeruatio dicat, allocutio cum monialibus, & moniales propriè dicantur per profeſſionem. *12 q. 2. c. vlt. in fine.* fit quod
181 qui cum Nouitia loquitur non alligetur caſibus reſeruatis, quia non eſt admiſſa ad Religionis ordinē. *Azor. p. 1. inſt. moral. lib. 12. c. 2. q. 10. Graff. loc. citat. in Prax. num. 35.* Vnde infertur, quod ſi aliquis acceſſit ad monaſteria monialium cum licentia loquendi cũ tali moniali, ſi ex induſtria, dũ loquit cum illa, ad ſe vocari facit Nouitiã, & cum ea loquatur etiam per horã, non incidit in caſum reſeruatum; rō quia littera loquitur de allocutione, vt dixi cum monialibus, ſed appellatione monialiũ propriè veniunt profeſſæ, quæ degunt ſub aliqua Regula *c. periculoſo. de ſtat. Regul. in 6.* ergo excluduntur Nouitiæ, cum ſimus in pęnis, in quibus facienda eſt ſtricta interpretatio. Imò etiam ſi acceſſit ad monaſterium abſq; licentia, & in allocutorio inuenit caſu Nouitiã, vel dedita opera, & cum ea ſola locutus eſt, non incidit, ratio quia, vt quis in hunc caſum incurrat, copulatiuè requiruntur, allocutio, abſque licentia, & quod talis allocutio ſit cum monialibus; cum igitur deficit, hoc ſecun-
182 dum, quia Nouitia nã eſt verè monialis, ergo loquens cum ea non alligatur hac reſeruatione. *Graff. d. conſil. 22. num. 25. & ſeq.* & idem dicendum eſt, ſi cũ aliqua Puella loquatur, quæ in monaſterio educationis gratia, cõmoratur. *Graff in Prax. loc. citat. num. 7. & 40. in fin.* Vbi enim eſt eadem ratio, ibi idem ius ſtatui debet *l. illud ff. ad leg. Aquil. glo. in c. maiores de Baptiſmo.* Verum ne delicta remaneant impunita. *l. ſi quis ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. c. Vt famæ. de ſenten. excom.* ideo delinquens poterit puniri ab Ordinario ad pœnam iuris communis. *c. 1. de Raptor. Graff. d. conſi. 22. num. 26.*

Octauò, cum ſimus in materia reſeruationis caſuum, quæ eſt ſtricti iuris, non incidit in illum, qui ſine licētia epiſtolam ſcriberet moniali, dum
183 modo non ſit de rebus turpia continentibus, quia peccaret mortaliter, licet minimè in caſum incideret, & ratio eſt, quia ſumus in pęnis, quæ ſunt odioſę, vnde odia ſunt reſtringenda, & fauores conuenit ampliari. *c. odia. de regul. iur. in 6.* quare verba accipienda ſunt in potiori ſignificatu, nam propriè loqui quis dicitur, quando perſonaliter cũ aliquo loquitur, id eſt quãdo quis coram aliquo, verbo, vel nutu, aut ſignis ſuam exprimit volũtatem, ſcribere autem moniali non dicitur verè loqui, ergo nec ſub hac reſeruatione comprehenditur. *Graff. Prax. loc. citat. num. 34. & 60. d. conſil. 22. num. 29.*

184 Religioſus tamē Regularis, qui ſcriberet litteras ad aliquam ſui ordinis monialem, & litteræ ad manus dictæ monialis peruenerint, vel aliqua interpoſita perſona illi eas legerit, incideret in excommunicationem, ſecus autem ſi huiuſmodi litteræ ad notitiam monialis minimè peruenerint, vt quia eas non legantur, nec ei tradantur; vel ipſas perdidit, vel eum penituit, licet mortaliter deliquerit. *Nauar. conſi. 60. de ſent. excom. Rodriq. tom. 1. q. 45. art. 3. Miranda tract. de monialib. q. 4. art. 5. Graff d. conſi. 22. nu. 34. de ſen. excomm.* tradunt enim *Floron. p. 1. c. 1. num. 32. & ſeq. Sãchez in opere morali. lib 6. cap. 15. num. 117. & Bona loc. citat q. 3 punct. 2. num. 6.* Scribentē monialibus litteras, ſi ad ipſas non peruenerint, nec caſum reſeruatum incidere, nec alijs pœnis affici, etiam ſi aliquis eiſdem monialibus ore detulerit, quæ in dictis litteris continebantur.

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſo-

Digitized by Google

abſolutionem pęnitentium intra ſepta monaſterij ingredientium, & cũ monialibus abſque licentia alloquentium; hæc erit.

Circa Confeſſionem; Primò Confeſſarius interroget quo fine pęnitẽs ingreſſus eſt ſepta monaſterij, an videlicet ad malum finem, quia quando circumſtantia eſt talis, vt ratione ipſius adeò augeatur peccatum, vt il-
185 lud fiat reſeruatum, omnino confitenda eſt; cum igitur ingreſſus malo fine adeò aggrauet peccatum, vt illius abſolutio ſolũ pertineat ad Summum Pontificem, vt mox dicemus, fit, vt talis circumſtantia neceſſariò ſit confitenda. *Graff. in Prax. lib. 2. cap. 5. num. 14.*

Secundò, An intra ſepta monaſterij ingreſſus, ibidem aliquam monialem, vel puellam, quæ ibi inſtructionis gratia commoratur, violauerit,
186 vel quid aliud turpe cum eis, vel alijs mulieribus Nuptis, vel Viduis, q̃ ibi ob iuſtas, & honeſtas cauſas includũtur, perpetrauerit; vel etiam extra monaſterium abduxerit, vt eis cõmodius abuti queat. An monialis, vel aliæ ſupradictæ fęminæ aliquo gradu cognationis, illi coniunctæ ſint; & ſi illis, vel illarũ aliqua potitus eſt, quomodo, an naturaliter, vel contra naturam, an intra, vel extra ſepta monaſterij; & denique an aliqua promiſſio ducendi dictam monialem, vel puellam, vel Viduam in Vxorem, ante, vel poſt copulam, adfuit; nam omnes iſtæ circumſtantiæ neceſſario in Sacramentali Confeſſione ſunt manifeſtandæ. Vnde non ſufficit quod pęnitens dicat ſe cum muliere peccaſſe, Voto caſtitatis adſtricta, ſed in ſpecie debet exprimere, quod eſt monialis, vel Nouitia, vel alia puella, ſeu mulier in clauſura degẽs; & idem dicẽdum de omnibus alijs ſupradictis circumſtantijs. Quod ſi pęnitens Religioſus ſit, vel in maioribus ordinibus conſtitutus, & cũ Sanctimoniali rem habuerit in Confeſſione tenetur huiuſmodi circumſtantiam ſic explicare, profeſſam monialẽ turpiter cognoui, cum & ipſe ſolemni caſtitatis Voto ligatus ſim. ex *Azor. p. 1. inſt. moral. lib. 12. c. 12. q. nona. Graff. conſil. 2. de pęnit. & remiß. num. 8.*

Tertiò, circa acceſſum ad monaſteria ad alloquendum, inquirat, an pęnitens huiuſmodi Epiſcopi prohibitionem ſciuerit, qua intentione, qua
187 de cauſa, bona, an mala fide acceſſerit; An detulit ad monialem, aliquã, ſui amatoris, epiſtolam, pecunias, dona, vel turpem ambaſciatam, prout facere ſolent aliquæ mulieres, quæ cum Lenocinij morbo laborent, huiuſmodi ambaſciatas, vel litteras turpia, & inhoneſta continentes, ad monaſterium deferentes, maximum impedimentum, & damnum ipſarũ monialium paci, quieti, & honeſtati inferri poterit. An loquendo cum moniali verba oſcęna ei dixerit, vel ipſe dum talia verba locutus eſt, aliqua turpi, & moroſa delectatione affectꝰ fuerit, vt dignoſcatur an ſacrilegè aliquid perpetrauerit. Moniales etiã ab omni vana allocutione ſummopere deberent, ſe abſtinere, cũ hoc multum officere poſſe earum noſcitur honeſtati; Vnde partes erunt Confeſſarij, qui earum excipit Confeſſiones, ipſas aſperis verbis obiurgare, & omnino prouidere, vt deinceps omnis negotiatio, omniſque tractatus, & commercia cum ſæcularibus arceantur; Quum iuxta ſententiam *Apoſto-*
188 *li. 1. Corin. c. 15. Corrumpunt bonos mores, colloquia mala.* Monialis enim quę in terra vitabit commercia, & colloquia Virorum, in Cœlo habebit ſocietatem Angelorum, & ſi contrariũ faciet, inquieta ſemper viuet, & qđ peius eſt, magna morietur cum meſtitia; Quandoquidem

Quella è vera Religioſa
Di Gieſù diletta ſpoſa,
Laqual ſempre ſta naſcoſa.

Quella

Quella poi, che in amicitia
Se ritroua, in gran letitia,
Morirà con gran meſtitia.

Et ideo

Laſſa ogni van'amicitia ò Religioſa
Se tecò voi hauere in compagnia
Gieſù, e Maria ſuà madre glorioſa.

Quo ad abſolutionem; multa a Confeſſario ſunt obſeruanda; Primò circa ingreſſum animaduertat, An pœnitens ingreſſus ſit ſepta monaſterij ſine licentia ad malum finem; qa incidit in excommunicationem Pa-
189 palem, a qua niſi in mortis articulo, a nullo, niſi a Summo Pontifice, poteſt abſolui; Qui enim ingreſſus eſt etiam prætextu licentię, ſepta monaſterij monialium tali animo, hoc eſt cum voluntate, & intentione impudica attentandi, licet nõ perficiat opus, excõmunicationem incurrit, a qua excepto mortis articulo, niſi a Romano Põtifice abſolui poteſt, cũ malo fine violauerit Clauſurã, iuxta decretum promulgatum a ſacra Cõgregatione Cardinalium anno 1602. *Steph. Quarant. Verb. Caſus reſeruati. fol. 163. & Verb. Monaſteria Monialium. fol. 345. & Bonacin. loc. citat. d. q. 4 punct. 5. num. 2.* Non incidere tamẽ in dictam excommunicationem cenſerem, qui cum licẽtia, & ex cauſa legitima ingreſſus eſſet, & deinde impudicos haberet actus cum aliqua moniali, quia tunc non dicitur violaſſe clauſuram, cum ingreſſus fuerit legitimus, & licitus, quamuis forſan malam habuerit intentionem; & ſic declarã *Graff. in Prax. lib. 1. c. 5 num. 54. Lazar. p. 2. q. 10. num. 31.* Secus autem ſi huiuſmodi malam intentionem habuiſſet ante ingreſſum; nam nõ pręſumitur, ꝙ ſuperior facultatem pro tali caſu cõceſſiſſet, quia tacitũ fuit id, quod expreſſo, licentiam minimè cõceſſiſſet, vel concedere potuiſſet, & ideo violator clauſuræ cenſendus eſt, ita Auguſt. Barboſa. *de offic. & poteſt. Epiſco. 3. p. alleg. 102. nu. 58.* aſſerens non incidere in cẽſuram ſi detineatur, & demoretur abſq; corrupta, & praua intentione. *Bonac. loc. cita d. q. 4. punct. 4. num. 18. in fin.* Verum ſi ibi aliquã mo-
190 nialem violaſſet, & ſi a cenſura excommunicationis immunis ſit, peccaret tamẽ mortaliter grauiſſimè, & in foro externo pœna vltimi ſupplicij plectendus eſt, cum bonorũ adiudicatione, monaſterio, vbi morabatur talis monialis, & hoc procedit tã de iure Ciuili, quam Canonico, vt eſt *tex. in §. penult. in Authentic. de Sanctiſſ. Epiſcop. & in cap. ſi quis rapuerit. 27. q. 1. Graff. in Prax. lib. 2. cap. 14. num. 10.* An autem, qui licentiam ingrediendi cęnobia monialium obtinuit ex cauſa, quæ ſuberat tempore conceſſionis licentiæ, ſed tempore ingreſſus ceſſauit, tutus ſit in conſcientia ingrediẽdo; Reſp. negatiuè, tũ quia ceſſante cauſa diſpenſationis, ceſſat diſpenſatio; tum quia ex Conſt. Grego. XIII. quæ incipit. *Vbi gratiæ* apertè conſtat, excommunicatione affici, ingredientes ſine iuſta cauſa; etiam ſi ex licentia ingrediantur. Idem patet ex. *c. periculoſo. de ſtat. Regul. ibi.* Niſi rõnabilis, & manifeſta cauſa exiſtat, & hic textus in Concil. Trid. *ſeſſ. 25. c. 5. innouatur.* An vero idem dicẽdum ſit de illo, qui licentiam obtinuit ex cã, quam falſo narrauit ſuperiori, poſſit videlicet ingredi monaſterium monialium ſi tempore ingreſſus iuſta cã ſuperueniat. Reſp. negatiuè, ratio qa huiuſmodi licentia irrita eſt, & inualida, cum ratione erroris ſit inuoluntaria: Iura autem ad licitum ingreſſum requirunt licentia. *ita Bonaci. vbi ſupra. num. 19. & 20.* Et notandum, ꝙ Greg. XIII. in quadam Conſtit. quæ
191 incipit. *Dubijs quæ emergunt.* declarauit Prelatos quoſcunque Regulares, aut Epiſcopos, quibus cura, & regimen monaſteriorum quouis mõ incũbit, quibus tributa eſt poteſtas ex officio ingrediendi monaſteria monialium, ea vti non poſſe, niſi in caſibus neceſ-

neceſſarijs,& a paucis,iiſque ſeniori-bus, ac Religioſis perſonis comitatos, & contrafacientibus pro prima vice ingreſſus Eccleſiæ interdicitur; Pro ſecunda a munere Pontificali,& a diuinis ſuſpenſi ſunt, ac deinceps ipſo facto,abſque alia declaratione excommunicantur. *Graff.in Prax.lib.* 1.*cap.*5.*num.*34.*& ſeq.& conſil.* 21.*nu.* 21.*de ſen.excomm.Steph.Quarant.verb. Monaſteria Monialium.& Bonacina vbi ſupra.d.q* 4.*punct.*5.*num.*11. Et quidē
192 quo ad Epiſcopos,clarum eſt,quod Epiſcopi non poſſunt intrare in Monialium Monaſteria exempta non ſibi ſubiecta, etiam prætextu,an violata ibidem fuerit clauſura,ideſt ad videndum quomodo Clauſura ibi ſe habeat,neque in hiſce rebus vllo modo poſſunt,aut debent ſe intromittere,niſi ſolummodo in caſu,quo viderint in aliquo monaſterio,quod dicta clauſura publicè fuerit violata; & in tali caſu debent prædicti Epiſcopi, eiuſmodi Monaſterij Prælatum Regularem admonere, vt ipſius curam gerat,& clauſuram reparetur, & inſtauretur, quod ſi facere contempſerit,aut neglexerit,in eo caſu,tamquā Sedis Apoſtolicæ Delegati, ob ipſorum defectum,auctoritate Apoſtolica idipſum Epiſcopi poterunt efficere,ipſorumque negligentiam ſupplere; & hoc eſt quod in *Concil Trid.ſeſſ.* 25 *de Regul.c.*5.præſcribitur. *Miranda.tract.de Monialib.q.* 2.*ar.*14.*concl.*3. *in fi.*ꝙ profectò eſt notādū. At oppoſitum ex ſacra Cōgregatione fatetur *Nal uerb.Clauſura.n.*1.dicens.Clauſuram ſeruari curet Epiſcopus in Monaſterijs monialium,Regularib.ſubditarum,nec a Regularibus impediri poterit,quo minus ea viſitet,quoties id expedire iudicauerit,ita cenſuit ſacra Congregatio. Et *Verb.Monialis n.* 3. Moniales inquit exemptæ,poſſunt toties viſitari ab Epō quò ad obſeruantiam clauſuræ,quoties ei videbit expedire,ead.ſacra Congregatio.qđ maximè ē notādū,atq. memorię cō-
193 mendandum. Pręlati Regulares vero,qui pro libito ſuæ volūtatis huiuſmodi ſepta monaſterij ſine cā neceſſaria,ingrediuntur, omni officio, ac miniſterio priuati,excommunicationi ſimiliter ſubiacent; ꝙ intellige,ſi hoc faciāt poſt tertiam vicem; Eo.n. ipſo quod Epiſcopus, vel Prælatus Regularis tertia vice abſq. cā ſepta monaſterij ingrediatur, quamuis occultiſſimè,eſt excōmunicatus. *Graff. in Prax.loc.citat.num.*35.*& ſeq.* Lamas in methodo curationis *in append.§.*7. *& Bonac.loc.citat.d.num.*11.vbi inquit Prelatos Regulares prima vice īterdictos eſſe ab ingreſſu Eccleſiæ. Secūda vice ſuſpenſos eſſe a diuinis. Tertia vice,& deinceps affici excommunicatione,& priuatione oīs officij.
194 Qui tamen habent licentiam a ſuperioribus ingrediendi Monaſteria monialium in caſibus neceſſarijs, & vtūtur ea extra caſus neceſſarios, ingrediendo, incurrunt excommunicationem latæ ſententiæ Summo Pontifici reſeruatam cum priuatione, & inhabitatione,& extēditur ēt ad moniales admittentes per alterā Conſtitutionem Grego.XIII.incip.*Vbi gratiæ.Stephan.Quar.loc.cit.fol.*344. Quod magnopere conſiderare debent,Sartores,Carpentarij,Medici, Chirurgicis, & alij, qui habent licentiam ingrediendi, ne videlicet pro libito ſuę voluntatis, ſed in caſibus dumtaxat neceſſarijs, ingrediantur, & ſtatim expediti, debent quam primum exire;nam quādo aliquid propter neceſſitatem cōceditur, eatenus durat cōceſſio,quatenus durat neceſſitas, & non vltra, alias inciderent in caſum, & cenſuram,prout notat *Graff. loc citat.num.*29.& ideo monialium clauſuram cum debita ſuperioris licentia ingreſſus,ſi ibidem, opere iam explecto,ad quod fuerat admiſſus,notabiliter cōmoretur, nō videtur immunis ab excommunicatione violatæ clau-

ſuræ *Nald. verb. Monialis n. 15.* ſecus ſi breui ſpacio immoretur, ſi aũt ad malum finem immoretur tunc, excõmunicatione reſeruata Summo Põtifici innodat̃; rõ, quia hic dr̃ violare clauſurã ad malũ fine *Bon. vbi ſupra c. n 22.*

195 An aũt, qui ob aliquam iuſtã cauſã ad ingrediendũ facultatẽ habẽt, poſſint abſq. culpa, & cenſura monaſterium peracto negocio perluſtrare, & circumſpicere, quicquid dicãt *Graff. loc. citat. num. 30. & Rodriq. tom. 1 q. 47. ar. 11 & Mirand tract. de Monialibus. q. 2. ar. 20.* Hodie per Decretum ſacræ Cõgregationis, præcipitur ꝙ, Ingreſſurus ad adminiſtrãda ſanctiſſima Sacramenta recta, & abſq. diuerticula eat, redeatque nec in aliam monaſterij partem diuagetur, ẽt occaſione viſitandi alias moniales infirmas quib. Sacramentorum adminiſtratio minimè ſit neceſſaria. Ex quib. verbis infertur, ꝙ ſi non licet Confeſſario ordinario, vel extraordinario, finito negotio, pro quo ingreſſus eſt, in aliam partem diuagari, ergo a fortiori, nec alijs quibuſcũq. licebit. Sacra Cõgregatio Cardinalium multa alia cẽſuit
196 in dicto Decreto; circa huiuſmodi ingreſſum intra ſepta monialiũ monaſterij, videlicet, Quod non poſſint Confeſſarij, nec alius monialiũ clauſuram ingredi ad aſpergẽdum cellas monialium, aut alia loca aqua benedicta in die Sabbathi Sãcti, aut quolibet alio tempore.

197 Quod Confeſſarij, aut alij Regulares nullatenus ingrediantur monaſterij ſepta prætextu comitandi operarios, Medicos, Chirurgicos, vel alios. Sacramentum pęnitẽtiæ in caſu neceſſitatis adminiſtraturus Confeſſarius ingrediatur clauſuram ſine ſocio; Idem in adminiſtratione ſanctiſſimæ Euchariſtiæ, & extremę vnctionis obſeruetur. Item

198 Sciens infirmã ad Cõfeſſionalẽ Eccleſię accedere poſſe, nullo modo audeat monaſteriũ igredi, vt pęnitẽtiæ Sacramẽtũ ei miniſtretur. Nõ liceat ei, nec alijs Regularib. ingredi monaſterium ſub prętextu ſepulturę tradẽdi Cadauer alicuius monialis, aut officia funeralia peragendi, ſed hoc officium ſi intra clauſuram ſepelliẽda eſt ab alijs monialib. vel duob. operarijs ab Ordinario approbãdis peragatur: vel ſi in Eccleſia exteriori humanda, Cadauer ad portam clauſurę deferat̃ receptũq. a Regularib. ibi, ſepelliat̃. Nõ ingrediant̃ monaſterij ſepta Cõ-
199 feſſarius, aut alius ſuperior, nec ẽtiã Eps, aut ordinis Generalis, prætextu concedendi habitũ Nouitijs, vel recipiendi profeſſionẽ; multo minus ad intereſſendũ electioni ſuperiorũ, aut officialiũ monaſterij, cũ hæc functio ad Crates fieri debeat iuxta diſpoſitionẽ ſacri Conc. Trid. Neq; ẽt occa-
200 ſione benedicendi, vel conſecrandi Abbatiſſas, ac ſolẽniter velum concedendi, vbi ſolitũ eſt eas benedici, vel cõſecrari. Nemo Regulariũ quacũq; de cã comedat, aut refectionẽ corporalẽ ſumat ĩ locis, vbi ſint Crates, vel Rotę in Monaſteriũ correſpondentes, vel in locis ad eas vicinis, vt videri poſſint a monialib. neq; ante portã clauſuræ eadẽ refectio corporalis ꝑmittat̃, multo minus intra clauſuram ẽt ſi ſuperiores ordinũ eſſent. Hęc ex dicto Decreto ſacræ Cõgregationis. Et notãdum ꝙ ſupradictã cenſuram
201 excommunicationis non incurrunt trãſgrediẽtes clauſurã ꝑ duos pedes, vel paulo plus, & poſtea retrogrediũtur; quia modicũ ſẽper excuſat a mortali. Nec ignorãtes ignorãtia iuſta, vel quaſi iuſta excõmunicationẽ eſſe, neq; qui ingrediunt̃ ſciẽtes, ſed ꝑuaſi iuſtam eſſe cauſam, ob quam ingrediunt̃. *Nau. Man. c. 27. n. 109 Graff. p. 1. lib. 4. dec. aur. c. 23. num. 15. & Rodriq tc. 1. quæſt. 47. artic. 2. in fin.*

Secundò, An pęnitens, qui ſepta monaſterij ingreſſus eſt, rem habuit cũ aliqua moniali, quia q̃uis caſus ſit occultus, a nullo tamen Confeſſario

quan-

Digitized by Google

202 quantumcunq. priuilegiato poterit abſolui; imò nec ab Epiſcopo, virtute. *c.6. Concil Tri. ſeſſ.24. de reſor.* prout notat *Graff. in Prax. loc. cit nu.17.* cum eius abſolutio pertineat ad Sūmum Pontificem, ꝑ Conſti. Greg. XIII. vt dixi ſupra, in declaratione ſecūdi caſus reſeruati in Tabella Anconita. *n.* 129. & ſi nata ſit Proles, & clam miſ-
203 ſa ſit ad Hoſpitale, ipſe ſacrilegus, omne damnū eidē illatum, reſarcire tenebitur, vt ſupra in explicatione eiuſdem ſecundi caſus reſeruati in d. Tabella Anconitana *num.* 135. & in explicatione tertij caſus *nu.* 173. dictū eſt. Et ſi quomodocunq; procurauit Aborſum, licet ipſa monialis procurando Abortum in ſe non incidat in excōmunicationem. *Canon. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.* vt dictum eſt ſupra in Tabella Maceratēſi, in declaratione ſeptimi caſus reſeruati, *num.* 108. Attamen procurās Abortum, ſi fętus erat animatus, ſequuto effectu in foro exteriori, incidit in excommunicationem Summo Pōtifici reſeruatam, & in pęna a Sixto V. in ſua Conſtit. decretas; ac etiā irregularitatē ſi maſculus eſt, incurrit; In foro vero cōſcientiæ, etiā ſi fętus eſt animatus, incidit in Irregularitatem, & in excommunicationem Epiſcopo reſeruatā, a qua, Confeſſarius ab eodem Epiſcopo ſpecialiter deputatus, poterit illū abſoluere, ſicut cauetur Conſtit. Greg. XIII. vt dictum eſt ſupra in dicta Tabella Maceratenſi. *num.* 112.

Tertiò, an ad pręducta committenda, ſocios habuerit.

Quartò, an aliquid a monialibus, abſq. licentia ſuorum ſuperiorum, acceperit, quod ſit alicuius momēti, &
204 valoris, quia niſi cū effectu illa, Pręlato dictarum monialium, vel Abbatiſſæ, reſtituerit, minimèa Confeſſario poterit abſolui, prout mandauit Clem. VIII. in Conſti. de largit munerum incip. *Religioſæ congregationis. Steph. Quarant. verb. munerum largitio.*

Quintò, an monialis intra clauſurā, dū, v.g. in lectulo iacebat infirma vel ēt ſana, a ſuo Confeſſario Ordinario, vel extraordinario in actu Confeſſionis, ad turpia fuit ſollicitata, vel cum
205 ea aliquos ihoneſtos habuit ſermones, ad cratem, vel Allocutoriū, ſimulando ibidem Confeſſarius Cōfeſſionem audire; Quia huiuſmodi monialis tenetur prædictum Sacerdotē ad loci ordinarium, vel ad Inquiſitorē denuntiare, prout cauetur Conſtitutionibus Pij IV. incip. *Venerabili fratri.* & Greg. XV. incip. *Vniuerſi dominici gregis.* Etiam ipſa Confeſſione non ſecuta. Papæ. n. mandatum adimplēdum eſt, etiā ſi præcipiat aliquid vix ferendum. *c. in memoriam. diſt. 19.* Nā ſtatutum Papæ ſic debet reputari, ac ſi dè ore Dei, vel Beati Petri eſſet ꝓlatum. *d. diſt 19 cap ſic omnes.* Et ideo quicquid Sācta Romana Eccleſia ſtatuit, quidquid ordinat, perpetuò, & irrefragabiliter ab omnibus eſt obſeruandū. *diſt. ead. c. enim vero.* Vnde oēs
206 fideles tam Religioſi, quam ſeculares, vt habetur in extrauag. *Vnam Sanctam Eccleſiam. de maiori. & obed & gl. in Clem. ad noſtrum de Hæret.* tenentur de neceſſitate ſalutis Papæ ac eius ꝑceptis obedire, adeo ꝙ nolentes ſunt excōmunicati, vt habetur *in c. ſi quis. 25 q. 2.* Vbi dr̄; Si quis Dogmata, mādata, ſanctiones, vel Decreta pro catholica fide, vel Eccleſiaſtica diſciplinā: pro correctione imminentiū, vel futurorū malorū a Sedis Apoſtolicæ Præſule ſalubriter promulgata cōtēpſerit, Anathema ſit. Cum igitur hoc ſit pręceptū Papale, ſequitur ꝙ dicta monialis omnino tenetur de neceſſitate ſalutis obedire; rō quia vt inquit
207 *gl. in c. cognoſcentes. de Conſtit.* Conſtitutio ex quo publicè promulgata eſt, & publicata, oēs tenenī ad ipſius obſeruātiā, & oēs ligat poſt duos mēſes a publicationis tēpore elapſos. *in Auth. vt factæ noua conſt. circa princ coll. 5. c. nouerit. de ſen. excom. c. non magnopere.*

Bb 2 &c.

& c.ſuper ſpecula. Ne Cleric.vel Monac. cum ergo illa Conſtitutio *Greg. XV.* ſit iã diu publicata,nullus habet excu ſationẽ.*glo.in d c.ſuper ſpecula.* Et ideo cogenda eſt a ſuo Cõfeſſario,vt illum Sacerdotẽ omnino denuntiet; Quod ſi fortè, a diabulo decepta, mandatis Apoſtolicis obedire neglexerit, nullo mõ a peccatis eſt abſoluenda, cum Cõfeſſarius vllo modo eã abſoluere
208 queat; Qñquidẽ filiæ ſpirituales a ſuis Confeſſerijs in actu, vel prope actũ Cõfeſſionis, ante,vel poſt,ẽt Cõfeſſione nõ ſecuta,ad turpia, vel act⁹ inhoneſtos ſollicitatæ,nõ poſsũt abſolui a Confeſſarijs quãtũcunq. priuilegiatis,donec dominis inquiſitorib. hoc delictũ patefaciãt,prout cauẽt ſu prad.Conſt. Pij IV. & Greg. XV.ita *Rodri.Quaeſt.Regu.to.1.q.27.a.1.in prin. & Nald verb.Cõfeſſarius n 26.& Bon. to.2.tra de matri q.4 pun.16.n.8.* Et Cõfeſſarius ſi eã abſoluat, lethali culpa ſe obſtringit,vt elicit ex verbis dictæ Conſt.Greg.XV.Ibi, *Mãdãtes omnib. Confeſſarijs:&c.* rõ,quia peccat mortaliter,qui venit, ſeu facit cõtra mãdatũ pceptiuũ Papæ *gl.in extra. Quorundam.lo.22.de ver.ſigni §. Quocirca.ver. Mãdantes.*obediat ergo dicta Religioſa abſq. vlla altercatione, mãdatis Apoſtolicis libenter obtẽperãdo. Et ſi
209 q̃ratur qũo Sanctimonialis,cum ſit intra ſeptã monaſterij incluſa, & inde vllo modo exire poſſit,huiuſmodi denũtiationẽ facere poterit? dicẽdũ ꝙ monialis incluſa,dẽt ſuo Chirographo ſi ſcribere ſciat,denũciare,& atteſtari de ſupradicto eius ſollicitatore, p certum hominẽ ad Inquiſitorẽ miſſum; Vel per Confeſſariũ eidẽ Inquiſitori pdictũ ſollicitatorẽ indicare. Aduertat tñ Confeſſarius, ꝙ conſultius eſt,vt hoc mandatũ a moniali extra confeſſionẽ accipiat, q̃uis neceſse non ſit, vt tale mandatũ extra cõfeſſionẽ dẽt,vt de probabiliori ſententia tradit *Marti. Del Rio.to.3.diſquiſ. magic.lib.6.c.1.ſect.2.Petr. Anton.* Lazar *p.1.ſect.2.q.17.in fin.& p.2. de Blaſphemia.q 12 nu 65. & ſeq.* vbi idẽ obſeruandũ fatẽt quoq. eſse circa puellas ſeculares Hodie tñ,ex ſupradicto Decreto Vrbani VIII.& ſacrę Congregationis.*p.2.q.7 n 29.*nec monialis,nec q̃uis alia fęmina ſolicitata poteſt abſolui (prout oretenus mihi dixit Adm.Reuerendiſs. Pater Inquiſitor Anconæ) niſi prius in effectu per ſe ipſam denuntiet,vel per confeſſariũ;qui ab illa,extra confeſſionẽ, ſeu cõpleta cõfeſſione, medio iuramẽto, iuridicè recipiat talẽ denunciationẽ, q̃,nomine monialis, vel alterius mulieris, poſtea ſecretò mittat,ad Inſiq ſitorem,exprimendo nomẽ dictę monialis,vel mulieris ſolicitatæ, & confeſsarij ſolicitantis. Et ſi anteq̃ poſſit
210 facere talẽ denunciationẽ,occurreret aliqđ magnũ feſtũ,in quo oporteret cũ alijs monialib.Communicare, ita vt ſi nõ communicet valde eius fama periclitatur, vel magnum ſcãdalum dubitatur euenturũ;tunc confeſſarius tuta conſcientia, audita prius eius integra cõfeſſione, & pmiſſa debita ſuorũ peccatorũ contritione,dare ei licẽtiã,vt cũ alijs cõmunicet,poterit, & ſic de licẽtia Sacerdotis poterit accedere ad altare, & cum alijs ſacrã Cõmunionẽ percipere abſq. abſolutione.*arg.Sot.in 4 d.11.q.1. art. 4.& d.18.q.2.ar.5.Graff p.1.lib.2 dec.aur c. 63.n.36.* Eſt.n.cõmunis aſsertio Doctorum,monialem, q̃ incidit occultè in aliquã cenſurã Bullæ Cęnæ Dñi,licitè poſse Communicare tẽpore cõſueto, & aſſiſtere Choro, & alijs officijs, a quib.ſi abſtineret periclitaretur eius fama,vel Monaſterii,aut magnum eſset ſcandalũ, ita *Henriq.li 13. de excom.c.7. §.2.in Annota.Nau.Man. c.27.nu.239.Graff.p. 1.lib.2 dec. aur.c. 105.nu.15.Io.Capeaull.de caſib.reſerua. p.1.c 9.q.vnica.diffic.vlt.& Lazar.p 1. ſect.4.q.18.n.9.*& ratio eſt,q̃a quotieſcunque concurrunt duo pręcepta incõpatibilia, ſeruandũ eſt illud quod maius

maius eſt, vnde cum in hoc caſu concurrant ſimul præceptum de nō Cōmunicando, cum adſit impedimentum; & præceptum negatiuum non ſcandalizandi, aut ſe non infamandi, quod maius eſt, ergo iſtud potius eſt ſeruandum. Poterit ergo ſupradicta
211 monialis, p̄uia Confeſſione, & Cōtrione (quamuis a Confeſſario non abſoluatur, quia obſtat impedimentum denuntiandi prædictum Sacerdotem ad Inquiſitorem, ob quod incapax eſt abſolutionis) ſine culpa, dūmodo abſit fraus, & dolus, & non ſit in mora faciendæ dictæ Denuntiationis, per ſe vel Confeſſariū in prædicta feſtiuitate ad euitandum ſcandalum, cum alijs monialib. Communicare. *ex Io. Bapt. Corrad. p. 2. reſp. caſuū conſ. q. 163. prope finem. & Lazar. loc. citat num. 14.* Quamuis ſi alia via infamiam, & ſcandalum vitare poſſet, puta aliquam excuſationem ſine mēdacio, inueniendo, melius eſſet nō Cōmunicare; Verbi gratia excuſādo dicere non ſe bene habere, intelligēdo intra ſe de infirmitate ſpirituali animæ, & ſic ſe non poſſe Communicare, vt rectè docet. *Graff. p. 1. lib. 1. dec. aur. c. 12. num. 16. in fin.* nam quando id fieri poſſet, tunc a ſacra Communione omnino abſtinendum eſſet. ex *Lazar. loc. citat. num. 14 & Duard. in Bull. cœnæ Domini lib 1. c. 2. quæſt. 4 num. 7. vſque* 10.

Sextò, circa acceſſum ad prædicta monaſteria monialium ad colloquendum cum eis, obſeruandum, quod de iure cōmuni contra Laicos, ſine manifeſta, & notabili cauſa frequentantes monaſteria monialium, fertur excommunicatio comminatoria, quā ſolo frequenti acceſſu non incurrūt, niſi ab Epiſcopo moniti, vt deſiſtāt,
212 nolint ab acceſſu deſiſtere. *c. monaſteria. de vit. & honeſta. Clericor. ibi.* Si Laici, excommunicationi ſubdātur, & a cętu fidelium fiant penitus alieni, ideſt, ſi poſt monitionem accedāt, excommunicatio contra illos ferat̄, & excommunicati declarētur, iuxta Panormita. & Ancharan. & alios ibidem. Contra Clericum vero frequentantem huiuſmodi monaſteria monialium, ſi ab Epiſcopo monitus corrigi noluerit, ferenda eſt pęna ſuſpenſionis. *d. c. monaſteria.* & poteſt excommunicari, & deponi, ſi corrigi nolit. *c. vt clericorum de vit. & honeſt. clerico. Bonaci. vbi ſupra q. 3 punct. 3. num. 1. & ſeq* & tam Clerici, quam Laici, cuiuſcunque gradus & conditionis, accedentes ad monaſteria monialium, & cū eis, abſq. licentia, alloquentes, in hac Diæceſi, caſum reſeruatum incurrunt. At pro Religioſis Regularibus adeſt quędam Conſtit. Clement. VIII. incip. *Ex debito paſtoralis officij.* & Decretum Sacræ Cōgregationis; Vbi prohibetur omnibus Regularibus acceſſus ad monaſteria moniali \ ū ſeu domus quarumcūq; monialium, vel ſororum, ſiue ſui, ſiue alterius cuiuſuis ordinis, ad colloquendum, ſiue tractandum cum eis, abſque expreſſa licentia eiuſdem ſacræ Congregationis, ſub pęnis priuationis officiorum, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto incurrendis. Imò vltra prædictas pęnas, hodie Religioſi loquentes cum monialibus abſque licentia Romani Pontificis, vel ſacrę Congregationis, citra omnem controuerſiam, peccāt mortaliter. Barchius in Speculo Monialium. *c. 9. Homob. p. 2. de caſib. reſeruat. fol. 394 Clau. Reg. li. 3. c. 9. num. 34. ad finem. Graff. in Prax. lib. 2. cap. 5. num. 25.* & alij quos refert *Bonac. vbi ſupra. punct. 4. nu. 4.* & omnibus alijs clarius *Duard. in Bulla cęnæ domini. lib. 3. in §. 8. quæſt. 2. num. 47. & Coriolanus. de caſib. reſeruat. p. 2. caſu. 3. nu. 29.* vbi referunt Decretum ſacræ Congregat. ſub die 1. Iulij 1606. tenoris ſequentis. Sacra Cōgregatio Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, negotijs Regularium prępoſita cenſuit, & declarauit; Regulares accedētes ad monaſteria monia-

lium contra formam decreti, quo huiuſmodi acceſſus per ſacram Congregat. prohibetur, vltra pęnas priuationis officiorum, & vocis actiuæ, & paſſiuæ, incurrere etiam pęnam peccati
213 mortalis. Hæc ſacra Congregatio. Eſt autem priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ, pęna priuatiua, vnde ipſo facto incurritur, vt dicit *Bartol Medin.* 1.2.*q.96.art.4.dub.2. & Arragon.*2.2.*q.62.art 3.* Verum licet Regulares ex delicto occulto perpetrato incurrãt iſtas pęnas, ipſo facto, nullus tamen eorũ erit obligatus ſtatim relinquere, & renunciare officium, quod habet, nec vocem actiuam, & paſſiuam a ſe abdicare, quando per huiuſmodi renunciationem, & abdicationem ſuum delictum manifeſtari poſſet, ac fama, & honor periclitari. *Alphonſ. de Caſtro lib.2.de poteſt.leg pęnal. cap* 11.*in argum.*1.*per totum. & cap* 15.*circa me-*
214 *dium.* Verum in hoc caſu tenentur ipſi Religioſi omni diligentia, & ſolicitudine vti, & omnibus medijs poſſibilibus procurare ſecretò diſpenſationem per ſe, vel per ſuum Confeſſarium *Graff. loc. cit.* quam haud dubiũ, quin Generalis, & Prouincialis concedere poſſit. *Rodriq tom.*1.*q.*20.*a.*20. alioquin a peccato minimè excuſantur. *Capuccin. in adnota. ad Priuileg. mẽd. verb. ingredi. Clau. Reg. vbi ſupra nu.*35. Quamuis autem Regulares ſupradictis pęnis afficiantur, ſi accedant ad monaſteria monialium abſq. licẽtia; tamen ſi cum licentia accedant, nullã pęnam incurrunt; quam licentiã non ſolum Summus Pontifex, vel ſacra Congregatio. concedere poteſt, ſed id facere valet etiam Epiſcopus; Vnde hodie a ſacra Congregatione Cardinalium. 12. Kalen. Decemb. 1623. de mandato D. N. Vrbani VIII. cõ-
215 ceſſum fuit Epiſcopis, vt licentiam dare valeant Religioſis alloquendi moniales, ſeruatis certis regulis, & conditionibus, vt patet ex ipſo ſacræ Congrega. decreto ibi. Vt quatenus ſibi viſum fuerit ĩ domino expedire, licentiam concedere poſſint per quatuor vices ad ſummum quolibet anno cuicunque Regulari, vt Moniales ſibi in primo, & ſecundo tantum conſanguinitatis gradu coniunctas conuenire, & alloqui poſſe; Id vero non aliter, q̃ ſeruata ad unquẽ forma infraſcripta. Vt id nullo modo liceat dieb. feſtis, aut in Aduentu, Quadrageſima, feria ſexta, ſabbato, & Vigilijs; prædictaque licentia obtenta ab Ordinario, & ab alio, ad quẽ ſpectat eam concedere, conſignetur Confeſſario ordinario *Monaſterij*, q penes ſe retinere debeat, iſque aſſociet, & præſens ſit, & Auſcultatrices de more: non autem aliæ aſſiſtãt; prædictaque licentia pro die, & hora certa, & in ſcriptis concedatur, in libris cancellariæ eiuſdem Ordinarij annotetur; Quod ſi prædicti locorum Ordinarij per plures vices, vel in vlteriori gradu coniũctis, aut aliter, quam ſeruata forma ſupradicta licentias conceſserint, vel permiſerint, ſciant ſe intentionis Sanctiſs. D. N. & ſacræ Congregationis tranſgreſſores, iudiciumque reformident; Regulares autem pęnis in ſupradicto decreto cõtentis, ac ſi nullam licẽtiam obtinuiſſẽt, eo ipſo ſe nouerint eſſe addictos, & arbitrio ſacrę Congregationis, ſeuerius puniendos. Romæ 12. kalẽdas Decemb. 1623. ita *Bonacin. loc. citat. d. q.3. punct.4. num.*4. Et licet Regulares adeuntes monaſteria monialium abſque licentia incidant in pęnam excommunicationis, quam Epiſcopus ſuo edicto propoſuit, niſi Regulares illi haberent ex priuilegio, non poſſe
216 ab Epiſcopis excõmunicari (prout habẽt Fratres Minores, ne videlicet ab aliquo Legato, niſi de latere Sedis Apoſtolicæ poſſint excommunicari, ſuſpẽdi, vel interdici, niſi litteræ ipſę plenè, & expreſsè de prędicto ordine, & indulto huiuſmodi faciant mẽtionem) quia deberent puniri alia pęna

a ſuis

Digitized by Google

a ſuis ſuperioribus, qui Regulares ſic
excommunicati non poſſunt abſolui
a ſuis ſuperioribus, ſed ab Epiſcopo,
qui ſibi hanc abſolutionem reſerua-
uit, prout reſpondit ſacra Congrega.
die 9. Aprilis. 1587. vt refert *Capuccin.*
in Compend. Mendicantium Rodriq. tom.
1. q. 45. art. 2. in fin. Hodie tamen oẽs
Regulares, etiam exempti alloquen-
217 tes monialem abſque licentia, etiã
ſi alloquantur in Monaſterio Regu-
laribus ſubiecto, puniri poſſunt ab E-
piſcopo, ex Conſti. Greg. XV. in Bul
la de exemptorum priuilegijs; ibi,
Ad hæc tam Regulares, quam ſecula
res huiuſmodi nullis priuilegijs, aut
exemptionibus tueri ſe poſſint, quo-
minus ſi deliquerint circa perſonas
intra ſepta degentes, aut circa clauſu
ram, vel circa bonorum adminiſtra-
tionem Monaſteriorum, etiam Re-
gularibus ſubiectorum, ab Epiſcopo
loci, ſimiliter tamquam ad hoc Sedis
Apoſtolicæ delegato, quoties, & qñ
opus fuerit punire, & corrigi valeât.
Idem ſacra Congregat. Cardinalium
cenſuit, & Summus Pontif. Vrbanus
VIII. anno 1624. approbauit. *Bonaci.*
vbi ſupra. num. 8. quæ quidem omnia
ſupradicta a Confeſſarijs ſummope-
re veniunt notanda.

Septimò, & vltimo, Confeſſarius
conetur inducere pęnitentem ad ve-
ram, & perfectam contritionem ſuo-
218 rum peccatorũ, auferat cauſas pec-
catorum, quia vera pęnitẽtia eſt pec-
catorum cauſas excidere, & earũ ſug
geſtionibus aditum non indulgere. *c.*
ſatisfactio. de pœniten. diſt. 3 Quare niſi
occaſiones propinquas niſi proponat
relinquere, non abſoluat, oſtendat ei
grauitatẽ huius criminis; præſertim
ſi ingreſſus ſit ſepta Monaſterij ad
malum finem, & ibi vitiauerit aliquã
Monialem; Quandoquidem talis ſa-
crilegus ſecundum *gloſam in c. Virgini*
bus. 27 *q.* 1. qui cum Moniali carnalẽ
219 copulam habet tribus grauiſſimis
criminibus illaqueatur; Primò enim
committit inceſtum, quia peccat cũ
illa, quæ ante immortali Deo ſe con-
iunxerat. *c. quæ Chriſto.* 27. *q.* 1. Secun-
do Adulterium, quia ſponſam Chri-
ſti corrumpit. Tertiò ſacrilegium,
quia perſonam ſacram, Deo dicatam
violat, & profanat, quia quælibet
Monialis ex quo eſt Deo ſpetialiter
didicata per Votum, eſt res diuina,
& rei diuinę iniurioſus vſus, eſt ſacri-
legium. Affert etiam hoc crimen gra
uiſſimum oporobriũ Religioni. *Frãc.*
in cap. vnico. de ſtat. Regul. in 6. Graff. in
Prax. lib. 2. c. 14. num. 8. Vnde dirè a
Deo ſacrarum Virginum violatores
puniuntur, nam ob huius facti imma-
nitatem ſolet Deus præter æternæ
mortis barathrum, maximis calami-
tatibus, ac grauiſſimis plagis animad
uertere, de qua re memorabilia exẽ-
pla referunt *Hieronymus Limaz in 3. p.*
ſummæ. c. 8. §. 14. & Marc. Anto. Genuẽſ.
in Man. Paſto. c. 27. Vnde ſicut, ſi quis
Dei templum violauerit, diſperdet il
lum Deus, vt ait Apoſtolus. 1. *Corint.*
c. 3. ſic qui Monialem profanat, durè
220 aſpereque a Deo punietur, nam vt
ait *D. Bernardinus Senenſis. tom. 2. de*
Laudibus Virginitatis. ſermon 48. *cap.* 2.
in fine.

Moritur arreptus, Monacha quicunque
potitur.

Et omnia illa dira, & horrẽda exitia,
quæ dum Epiſcopus Virgines Deo
conſecrat, earum violatoribus im-
præcatur, haud dubium, quin a Deo
exaudiantur. *Georg. Polachius. lib. 2. de*
tribus Votis Relig. c. 8. Deniq. imponat
ei grauiſſimam pęnitentiam, præſer-
tim præſeruatiuam, vt quoties acceſ
ſerit ad alloquendum cum monialib.
ſine licentia, talem eleemoſynam lar
giatur, vel quid aliud faciat, ſecundũ
quod ei ſalubriter in domino videbi
tur expedire. Et hęc pro huius vtimi
caſus reſeruati, ac ſimul totius illius
Tabellæ Piſaurenſis declaratione di
cta ſufficiãt, ad laudem & gloriã Do-
mini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

QVÆSTIO X.

De Caſibus Reſeruatis Epiſcopo Fanenſi.

Circa hanc quæſtionem decimam quæritur quot, & quales ſunt Caſus reſeruati Epiſcopo Fanenſi, ad quod breuiter reſpondeo dicendo. Caſus, quorum abſolutionem nunc in ſua Diœceſi ſibi reſeruat Ordinarius Fanenſis, ſunt hi qui in præſenti Tabella continentur.

Tabella Fanenſis.

1 *Blaſphemi publici.*
2 *Incantationibus, Diuinationibus, Veneficijs, Inuocationibuſque dæmonum operam dantes.*
3 *Homicidium committentes, & Abortum procurantes.*
4 *Inceſtum committentes vſq. ad ſecundum gradum Conſanguinitatis, & Affinitatis.*
5 *Sodomiæ & Beſtialitatis crimen committentes.*
6 *Concubinarij publici.*
7 *Falſum in iudicio deponentes.*
8 *Libellos famoſos edentes, ſeu edentibus auxilium, & conſilium præſtantes.*
9 *Vſurari, & Notarij rogati de Contractibus Vſurarijs.*
10 *Legata Pia ſine iuſta cauſa non ſoluentes.*
11 *Carnibus temporibus ab Eccleſia vetitis ſine iuſta cauſa, veſci præſumentes.*

Declaratio huius Tabellæ.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio primi caſus reſeruati eiuſdem Tabellę Fanenſis, qui talis eſt.

Blaſphemi publici.

PRo declaratione huius primi caſus reſeruati, præter ea, quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Blaſphemia publica.*
2 *Quando Blaſphemi publici incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem publici Blaſphemi.*

CIrca primũ, pariter & ſecũdum, ac tertium, Confeſſarius videat, quæ dixi in explicatione primi caſus reſeruati in Tabella Senogallienſi.
1 Vbi cum caſus iſte ſub eadem et forma ab illo Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Epiſcopo reſeruatur; ideo nunc pro eius declaratione hæc pauca dicta ſufficiant ad laudem, & gloriam Domini noſtri, Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſecundi, tertij, quarti, & quinti caſuum reſeruatorum eiuſdem Tabellæ Fanenſis, qui tales ſunt.

Incantationibus, Diuinationibus, Veneficijs, Inuocationibuſque dæmonum operam dantes.

Homicidium committentes, & Abortum procurantes.

Inceſtum committentes vſque ad ſecundum gradum Conſanguinitatis, & Affinitatis.

Sodomię, & Beſtialitatis crimen cōmittētes.

PRo declaratione horum ſecundi, tertij, quarti, & quinti caſuum re-
2 ſeruatorū, breuiter hic nil aliud dicē dum cenſeo, cum eorum declarationes in alijs Tabellis habeātur; Nam ſecundus caſus quo ad Incātationes, diuinationes, & Veneficia, declaratur ſupra in Tabella Anconitana, *fol.* 48. & quo ad inuocationes dęmonū, in primo caſu Tabellæ Piſaurenſis. Tertius caſus quo ad Homicidium, in Tabella Auximana, in explicatione primi caſus; & quo ad abortum in ſeptimo caſu in Tabella Maceratēſi. Quartus in Tabella Anconitana caſu ſecundo. *num.* 89. & in Tabella Firmana. *fol.* 119. & Quintus quo ad Sodomiam caſu quarto in Tabella Anconitana, & quo ad Beſtialitatem, *folio* 123. in Tabella Firmana, ideo modo pro illorum declaratione hæc dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſexti Caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Fanēſis, qui talis eſt.

Concubinarij publici.

PRo declaratione huius ſexti caſus reſeruati, præter ea quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Concubinarius publicus.*
2 *Quando Concubinarij publici incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & Abſolutionem publicorum Concubinariorum.*

CIrca primum; breuiter, Cōcubinarius dicitur a con, ideſt ſimul, & cubo, qui ſimul cum alia cubit, quamuis per translationem accipiatur pro
3 eo, qui rem veneream exercet; Concubinarius ergo eſt ille, qui retinet Concubinam in eadem domo ſecum cohabitantem, & indubitatam, ſicut Vxorem tractatam affectu (Concubina enim eſt Mulier domi retenta quaſi quædam Vxor. *Nauar. conſi.* 12. *num.* 5. *de conſang. & affinit.*) Vel ſecundum Bernardum Diaz in ſua Praxi Canonica. Concubinarius eſt, qui ſolutam Mulierem, vel corruptam nulloque ſibi ſpiritualis, vel carnalis cognationis vinculo coniunctam domi retinet, cum qua conſueuit carnaliter commiſceri; & ſecundum ius Canonicum Concubinarius dicitur nō ſolum qui domi, ſed etiam, qui eā habet in aliena domo, & ſoleat cum ea carnaliter commiſceri. *Azor. p. 3 inſt.*
4 *moral. lib. 3. c. 5.* Publicus autem Concubinarius dicitur cum crimen conſtat ſcilicet per euidentiam iuris, per propriam confeſſionem factam in iudicio, & cōuictionem ſaltem ꝑ duos teſtes omni exceptione maiores; vel per euidentiam facti, quæ nulla poſſit tergiuerſione celari, vt quādo nec ipſe poſſet negare, quia ita retinet Concubinam publicè, ac Vxorem, & filios publicè nutrit; vel quia ſcientibus, & videntibus amicis domum publicè intrat, conuerſatur, & alit, vel publicè in propria, vel aliena domo Concubinam (de qua teſtis eſt populus, hoc eſt maior pars populi; ita vt diſſimulationi non ſit locus) retinet. *Graff. in Prax. lib. 1. c. 18. num. 1. vſque. 5. & p. 1. lib. 2. dec aur. c. 76. nu.* 11. Quæ autem requirūtur ad hoc, vt quis, ſecundum ius Ciuile dicatur Concubinarius,

narius,

Digitized by Google

narius, vide *Graſſ. in Prax. loc. citat. nu.* 18. *& Horat. Gambar. de caſibus reſerua. fol.* 257. *& Bermondum. in tit. de Concubinarijs publicis. verſ.* Concubinam dimit *tat. num* 5. *fol.* 409.

Circa ſecundum; ex hactenus dictis liquidò patet, qui nam incidunt in hũc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

Primò enim incidũt omnes cuiuſcunque gradus, & conditionis, ſiue ſeculares, ſiue Clerici, qui fęminis ſolutis, vel Nuptijs ſe illicita copula
5 coniungunt, ſiue in eadem domo, ſiue in diuerſis habitent, dũmodo publicè ſimul peccent cõſuetudinariè, ſiue id accidat ſæpe in menſe, ſiue raro, modo adſit conſenſus in peccatũ quoties alter ex ipſis, Vir, vel Mulier voluerit. *Graff. in Prax. loc. ſupracit. nu.* 5. *Horat. Gambar. de caſibus reſeruat. fol.* 260. ſecundum enim ius Canonicũ, vt dicatur, quis Concubinarius non requiritur, vt Concubina domi retineatur, ſed ſatis eſt, vt eam habeat in aliena domo, dummodo ſoleat cum ea carnaliter comiſceri; ſi de conſuetudine conſtat, & diffamatus eſt in ſua, vel ipſius Concubinæ Vicinia. *Azor. loc. citat.*

Secundò, & qui publicè, eo modo quo dictum eſt, copulam carnalẽ habuit cum ſua ancilla, ſeu Pediſſequa, in propria, vel aliena domo commorante; nam nil refert ſubeat ne nomẽ
6 Ancillæ, Pediſſequæ, vel Cõcubinæ, quia attenditur effectus; Vnde Dñs qui Ancilla abutitur bis, ter, quater ĩ menſe, perſeuerans aliquo temporis ſpatio, iudicio prudentis Confeſſarij ad conſuetudinem peccãdi, & in peccato manendi ſufficienti; dicitur eſſe ſub hac reſeruatione, cum verè Concubinarius ſit, vel fuerit. *Horat. Gamb. loc. citat.* Quandoquidem huiuſmodi Ancillæ ſunt concubinæ, cum idem periculum ſit in talibus ancillis, ſicut in concubinis. *Graff. p.* 1. *lib.* 1. *dec. aur. c.* 28. *nu.* 11. & idem dicendũ de q̃buſcunq. alijs feminis ſuſpectis, ſeu diffamatis, quia ſola cohabitatio viri, & mulieris ſuſpectæ ſeu diffamatæ, de iure Canonico inducit publicũ Concubinatum. *Bermond. loc. ſupracit. Verſ. ſed etiam qui Mulierem. n.* 1. *fol.* 591. Vnde ſecundum largam ſeu largiſſimã ſignificationem, & ſecundum cõmunem, & vulgarem vſum loquẽdi, cõcubinarij appellari poſſunt Sacerdotes, & alij conſtituti in ſacris, Vxorati, & ſoluti, q̃ vltra Vxores, alias Mulieres carnaliter cognoſcunt. Idem *Bermond. loc. citat. Verſ. Publicis Concubinarijs. nu.* 5. *fol.* 281. & publici cenſendi ſunt, ſi eo modo quo ſupra dictum eſt, prædictis fœminis potiuntur.

Tertiò incidũt etiam Concubinę, ſi cum ſupradictis, eo modo quo dictum eſt, carnaliter ſe immiſcent, tũ quia agentes, & conſentientes, pari
pęna puniri debent. *cap. quia quæſitum eſt de offic. iud. delega.* Vnde ſi ligantur 7
viri, vt videtur velle hæc reſeruatio, ergo & Mulieres Concubinæ ligari cenſendæ ſunt, ne videantur de ſua malitia commodum reportare. *c. intelleximus. de iudic.* & eſſe melioris cõditionis quam Viri, tum quia ſub ſexu maſculino, fęmininum ſemper intelligitur. *Graff. Prax. lib.* 2. *c.* 38. *nu.* 2. maximè ĩ ſtatutis factis ꝑ Prælatos, q̃ maſculis, & fęminis congruũt, vt hic *Graff conſi.* 12 *num.* 2. *&* 4 *de ſent. excõ.* tum etiam, quia maſculinum cõcipit fœmininum, & hominis appellatione venit etiam fęmina, vt *in c ſi quis, & ibi Doct.* 17. *q.* 4. *Duard. in Bull. cœnæ domini. lib.* 1. *c.* 1. *q.* 3 *num.* 82. Vnde ſub maſculino fęmininum comprehendi ẽt in materia pęnali, & odioſa, docẽt *Menoch. de adipiſcend poſſeſ. remed. n.* 61. *& ſeq. Tiraquel. et alij apud Sanchez. lib.* 6. *c.* 16. *num.* 89. *Bonaci. de Clauſura. q.* 4. *punct.* 6. *num.* 19. Mulieres enim ita ligantur ſtatutis generaliter, & indiffinitè, ſicut maſculi, niſi ſpecialiter inueniantur expreſſæ. *Bal. in l. ne paſſim. C. de iur. & fact. ignorant. Marcus Antonius*

Digitized by Google

tonius Blancus, in Practic. crimin fol. 78.

Non incidunt autem, Primò qui paucis ſcientibus, ſecretò domi, vel alibi concubinam retinent; Caſus. n. loquitur de concubinarijs publicis, & non ſecretis. Vnde non comprehẽduntur concubinarij illi ſi eorum crimen ſciatur a quinque perſonis tan-
8 tum, cum talis concubinatus non ſit publicus, ſed occultus. Licet ſecus eſſet vbi reſeruatio fieret etiam de cõcubinarijs ſecretis. *Graff. in Prax. loc. citat. num.* 25. Vnde in Tabella Camerinen. *caſu* 10. eſſet caſus reſeruatus. Similiter in Tabella Aſculana *caſu*. 15. *num.* 507. ſi conuerſatio ſit vltra ſex menſes continuata, & ſaltem ter a Confeſſario abſoluti, poſtea ad vomitum redierunt.

Secundò, nec qui tantum ſemel, vel bis, cũ aliqua muliere concubuit; plures enim vices cum animo perſeuerandi in concubinatu videntur requiri, vt concubinatus iudicetur. Vn
9 de *Bernad. Diaz. in Prax. c. 8. verb. Concubinarij*, dicit quod ſaltem requiruntur tres, aut quatuor vices iuxta *gloſ. in cap. mos. diſt.* 1. nõ eodem contextu continuatæ; nec eodem die, quia ea, quæ de proximo fiunt, pro eodẽ contextu habentur. Dixi animo perſeuerandi, quia concubinatus animi deſtinatione conſtituitur. *l. penul. ff. de concub. vbi etiam gloſ.* Quare vt quis cogi poſſit ad dimittendam concubinam per pęnas iuxta Concilium, crederẽ plures vices eſſe neceſſarias. Vnde fit, quod ſi aliquis cõfiteatur ſe ſemel concubuiſſe cum muliere cum animi deſtinatione, hoc eſt eo animo, vt inter ſe viuant concubinario more, nõ propterea dicitur concubinarius, qa præter animum requiruntur plures vices, & è contra ſi pluries conſueuiſſet ex fragilitate aliquam carnaliter cognoſcere, non eo propoſito, vt illa ſit concubina, non conſtitueret concubina, & conſequenter non incideret in caſum reſeruatum; & in foro conſcientiæ, an habuerit, vel non habuerit hunc animum, ſtatur ſuæ Cõfeſſioni, tam pro ſe, quam contra ſe. *gloſ. in c. placuit de pæni. diſt.* 6. *Graff. loc. cit. n.* 18 *& ſeq.* concordat *Hora. Gamb. loc. ſupracit. fol.* 260. dicens, non incidere in hunc caſum cẽſerem, illum, qui quandoque, & raro cum aliqua peccauit, nec propinquam occaſionẽ habet, vt puta in domo, vel alibi ad nutum, concubinam tenendo; & ſi quoties deliquit, toties culpa lethali ſe illaqueat.

Tertiò, nec qui extra diœceſim, vbi caſus non eſt reſeruatus, cum concubina deliquit, v. g. aliquis tenet cõcubinam in diœceſi Piſaurenſi, vel Seno
10 gallienſi, vbi hic caſus minimè reſeruatur, ad quam, quotieſcunq. eius amore potiri deſiderat, accedit; rõ qa cum executio cõcubinatus fiat extra diœceſim ſubditus legibus illius diœceſis, cui applicuit, ſeu vbi reperitur, ibi caſus iſte nõ eſt reſeruatus, ergo eius reſeruatione nec illic nec hic ligatur; ligaretur ſi factum eſſet principiatũ in territorio Fanenſi, & completum in diœceſi Piſaurenſi, vel Senogalliẽſi, vt notant. *Angel. Verb. excom.* 1. *nu.* 10. *& Sil. Verb. eod.* 2. *num.* 8. At cũ delictum extra territorium perpetratum ſit, ſub reſeruatione nullo modo comprehenditur; Quod probatur, quia
11 ſubditi delinquẽtes extra territoriũ ſtatuentis ſecundum *Panormita. in c. a nobis. el* 1. *de ſent. excomm.* non afficiuntur pęna ſtatuti; quia ſtatutum eſt lex territorij, vnde non poteſt vires ſuas exercere extra territorium puniẽdo commiſſa, nam vltra territorium vires extendere non poteſt. *Armil. ver. excomm.* 1. *num.* 3. ſtatutum. n. Epiſcopi non ligat delinquẽtes extra diœceſim. *c. vt animarum. de Conſtitu. in* 6. vbi habetur, quod ſubditi Epiſcopi delictum extra diœceſim committentes, eius ſtatuto minimè ligari noſcuntur *Graff. p.* 1. *lib.* 4. *dec. aur. c.* 2. *num.* 18. *& c.* 6. *num.* 5. *& c.* 8. *nu.* 39. *& Sil. loc. ſupraci.*

num.

Digitized by Google

nu.9. vbi clarius omnib. alijs loquẽs, dicit. Quod ſtatuto non ligantur extra territorium delinquentis, qñ delinquens, & res, circa quas delinquit, & ipſum delictũ ſunt totaliter extra Prouinciam, ſeu territorium ſtatuentis; Vt in caſu noſtro. Verum eſt tñ, quod quoties ad illam accedit, toties mortaliter grauiſſimè peccat, nec a
12 Confeſſario eſt abſoluendus, niſi omnino illam dimittat, & promittat abſtinere a peccato, cum nullus poſſit abſolui ab aliquo peccato, niſi dimittat illud. *c. legatur. 24. q. 2.* præſertim, vbi eſt periculum recidiui, vt hic *Tabien. verb. Concubinatus. num. 1.*

Quartò, neque Meretrices, & ad illas accedentes; ratio, quia caſus loquitur de concubinis, & non de meretri
13 cibus. Vnde mulier, quæ patet non ſolum libidini vnius, ſed multorum etiam explet voluntates, non concubina, ſed meretrix eſt; *c. Vidua. diſt. 34.* vbi habetur, quod meretrix eſt, quæ multorum libidini patet, quãuis magis vni, quam alteri adhereat. *Graff in Prax. loc citat. num. 17.* Differt. n. meretrix a concubina; Meretrix dicitur illa, quæ palam ſui corporis quęſtum facit, licet in lupanari non ſit proſtituta: quia meretrix dicitur publicè ſe proſtituere, etiam ſi non reſideat in Lupanari, ſed in aliqua Taberna, vel domo, vel caupona, ſeu in alio loco, in quo ſuo pudori non parcit, ſed vnumquemq; petẽtem cauſa quæſtus, admittit. *l. palam quaſtum facre. in princip ff. de ritu nupt. Bermond. loc ſupracit. verſ. Concubinam dimittat. nume. 10. fol. 418.* Meretrix enim dicitur illa, quæ indifferenter omnib. ſe exponit. Cõcubina vero, quæ vni ſoli ſe exhibet. *Clau. Reg. lib. 8. cap. 2. num. 9.* quæ domi quaſi vxor eſt retenta ad vſum ve
14 nereum cum ea exercendum; a diuerſis ergo cum non fiat illatio. *l. Papinianus. ff. de minori.* ſequitur, quod accedẽtes ad meretrices, ſicut & ipſe meretrices, quamuis quoties mutuò ſe carnaliter cognoſcũt ſemper culpa mortifera ſe commaculant, minimè tamen ſub hac reſeruatione includunt.

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem publicorum concubinariorum hæc erit.

Circa Confeſſionem; Primò Confeſſarius perpendat an pęnitens ſit perſona Religioſa, vel ſæcularis. Si
15 eſt Religioſus, animaduertat ꝙ quo ad Clericos, & alias perſonas Eccleſiaſticas hoc vitio infectos, multa a Concilio Tridentino cõtra huiuſmodi perſonas *ſeſſ. 25. c. 14. de Reformat.* eſſe ſancita. Eo etenim in loco, *Prohibet Sancta Synodus;* Primò quibuſcunque Clericis, ne Concubinas, aut alias mulieres de quibus poſſit eſſe ſuſpitio, in domo, vel extra detinere, aut cum ijs vllam conſuetudinẽ habere audeant, alioquin pęnis a ſacris canonibus, vel ſtatutis Eccleſiarum impoſitis, puniantur.

Secundò, Quod ſi a ſuperiorib. moniti, ab ijs ſe non abſtinuerint, tertia parte fructuum, obuentionũ, ac prouentuum, Beneficiorum ſuorum quorumcunque, & Pẽſionum ipſo facto ſint priuati, quę fabricę Eccleſiæ, aut alteri pio loco arbitrio Epiſcopi applicetur.

Tertiò, ſi in eodem delicto cũ eadem, vel alia fęmina, perſeuerantes ſecundæ monitioni non paruerint, non tantum fructus omnes, ac prouẽtus ſuorum Beneficiorum, & penſiones eo ipſo amittant, qui prædictis locis applicẽtur, ſed etiam a beneficiorum ipſorum adminiſtratione, quo ad Ordinarius, etiam vti Sedis Apoſtolicæ Delegatus arbitrabitur ſuſpendantur.

Quartò, & ſi ita ſuſpenſi, nihilominus eas non expellant, aut cum eis ẽt verſentur, tunc Beneficijs, portionibus, ac officijs, & pẽſionibus quibuſcunq. Eccleſiaſticis perpetuo priuentur, atq. inhabiles, ac indigni quibuſcunque

cunque

Digitized by Google

cunque honoribus, dignitatibus, Beneficijs, ac officijs, in poſterum reddantur, donec poſt manifeſtam vitæ emendationem ab eorum ſuperioribus cum ijs ex cauſa viſum fuerit diſpenſandum.

Quintò, ſi poſtquam eas, ſemel dimiſſerint, intermiſſum conſortium repetere, aut alias huiuſmodi ſcandoloſas ſibi adiungere au ſi fuerint mulieres, præter prædictas pęnas, excõmunicationis gladio plectantur.

16 Sextò, At ſi Clerici huius criminis rei, Beneficia Eccleſiaſtica, aut penſiones nõ habuerint, iuxta delicti, & contumaciæ perſeuerantiam, & qualitatẽ, ab ipſo Epiſcopo Carceris pœna, ſuſpenſione ab Ordine, ac inhabilitate ad Beneficia obtinenda, alijſvè modis iuxta ſacros Canones puniantur.

17 Septimò, Epiſcopi quoque (quod abſit) ſi ab huiuſmodi crimine nõ abſtinuerint, & a Synodo Prouinciali admoniti, ſe non emendauerint; ipſo facto ſint ſuſpenſi: &, ſi perſeuerent, etiam ad Sanctiſſimum Romanum Pontificem ab eadem Synodo deferantur, qui pro qualitate culpæ, etiã per priuationem, ſi opus erit, in eos animaduertat. Hæc Concil.

Et notandum, quod vltra has Cõcit. Triden. pœnas Præsbiter Cõcubinarius notorius, etiam ante nullã admonitionem, ſuſpenſus eſt ipſo iure. *c. Præsbyter. diſt. 32. & c. Sacerdotes. diſt. 50.* & tandiu eſt ſuſpenſus, quandiu durat in vitio, quod ſi interim celebrat, fit Irregularis, & indiget diſpenſatione Papæ. Et idem dicendũ de Diacono, & Subdiacono, & quocunque Clerico in minoribus conſtituto Concubinario publico, ſiue notorio, quia ſi dum perſeuerat in vitio exequatur aliquem actum proprium ſui ordinis, fit Irregularis, indigens diſpenſatione Papę. Si tamen ſuſpenſus, ſiue in vitio perſeuerans, non eſt executus officium ſuum, indiget abſolutione a ſuſpenſione, quam poteſt Epiſcopus impendere. *Azor. qui* alios citat. *p. 3. lib. 3. cap. 6.*

18 Circa ſupradictum vero Cõc. Tridentinum notandum, quod ad hoc, vt Clerici Cõcubinarij incurrãt prędictas pœnas, neceſſe eſt quod a ſuis ſuperioribus admoniti ſint prędictas mulieres relinquere, prout patet in illis verbis. Quod ſi a ſuperiorib. moniti; Id quod intelligendum eſt, ſpecialiter, non autem generaliter, puta p edictum, vt docet ſacra *Congregatio Cardinalum*; & vt notat *Thom. Zerula. in tom. 1 Prax. Epiſcopal. in verb. Concubinarij*, ſufficit ad dictam pœnam priuationis fructuum incurrendam, vnica monitio, quia Concil. ſimpliciter loquitur dicens, quod ſi a ſuperioribus moniti. Item notãdum, quod ea quæ Concil. in hoc loco contra Clericos Concubinarios ſtatuit, etiam ad ſimplicem incontinentiam extendũtur; & nõ ſolum binas, aut plures acceſſiones ſine actu fornicandi, ſed et vnam cum reali fornicatione, priuatione tertiæ partis fructuum, priuare intendit: maximè cum Conciliũ non minus huiuſmodi peccata Clericorũ prohibere, & punire voluit, quam iura antiqua: vnde cum propter vnam ſolam fornicationem etiam ſimpliciter iura antiqua Clericum deponendum eſſe ſtatuerint. *c. ſacerdos c ſi quis Clericus. c. Præsbyter diſt.* 81. dummodo de crimine conſtaret, vel per ſententiam, vel per Confeſſionem propriam, vel per rei euidentiam. *arg c. vlt. de cohab. Cleric. & notat gloſ. in d. c. Præsbyter. in verb. captus eſt* a fortiori Concilium vnam realem fornicationem (dummodo prædictis modis de crimine conſtat) priuatione tertiæ partis fructuum punire, vnamq; acceſſionem, & conuerſationem ſuſpectam. & illicitam prohibere, & punire intendit, quod intelligendum eſt, poſtquam eam commiſerit admonitione præmiſſa, vt ſupra dictum eſt.

Quæ

Digitized by Google

19 Quæ quidem pœna Concilij ita infligitur, vt Clerico Concubinario, q. ob crimē fructibus Beneficiorū ſuorum omnibus priuatur iuxta decretum Concilij, nec fructus aliqui relinquendi ſunt ex quibus alimenta ſuſcipiat, tum quia malè meriti ægeſtate laborare debent. *l. bona fides ff. depoſiti.* tum quia ſibi imputet, quod in delicto tam enormi perſeuerare velit; Hoc tamen ita limitandum eſſe cenſeo cum *Ignatio Lopez. in addi. ad* Pract. *Crimen c.* 78. vt non procedat, quando Clericus egenus eſſet, ita vt ſumma laboraret paupertate; nec haberet aliunde bona, ex quibus poſſet alimenta percipere; tunc enim iuſtitiæ, & æquitati congruit, vt ei ex dictis fructibus ſubueniatur, ſicut etiam Clerico ſuſpenſo a benefitio alimenta ex eo miniſtrāda ſunt ad vitæ ſubſidiū; ac etiam Clerico depoſito prouidet de neceſſarijs ad vitam. *c. ſtudeat. diſt.* 50. tum quia ſemper habenda eſt ratio ne egeat, & cogatur mendicare in ignominiam, & opprobrium ordinis Sacerdotalis. *c diaconi. d* 93. *Felin. in c. ex parte. num.* 1. *de Accuſat. & in c. Apoſtolica. num* 9. *de except. gloſa in c. Paſtoralis. officij. §. uerum. in verb ſubtrahuntur. de Appellat. Clau. Reg. lib.* 8. *cap.* 2 *num.* 12.

20 Si vero eſt perſona ſecularis, videat, An Concubinarius ſit ſolutus, vel Coniugatus, & idem de Concubina an ſit ſoluta, Coniugata, aut ſanguine coniuncta, vel Deo ſacrata per votum, vel Religionem; Concubinarij enim eſſe poſſunt, & Viri ſoluti, & Coniugati, & Clerici; & Concubina poteſt eſſe fœmina ſoluta, & coniugata, & ſacrata Deo per Votum, vel Religionem; & ita Concubinatus grauitas augetur ex circumſtantijs. *Azor. loc. citat. cap.* 5. *in princip.* quæ circumſtantiæ neceſſariò in ſacramentali Confeſſione ſunt explicandæ, quia tunc, vel tranſeunt in adulteriū, vel in ſacrilegium; idem dicendū ſi concubinarius ſit in aliqua dignitate cōſtitutus, ſiquidem reatu maiori delinquit, qui potiori honore perfruitur, & grauiora facit vitia peccatorū ſublimitas peccantium. *cap nulli fas eſt.* 25. *q.* 1. *Graff. in Prax. d. lib.* 1. *cap* 18. *nu.* 32. *& ſequen.*

Secundò, animaduertat circa circumſtantiam temporis, An videlicet diu in Concubinatu perſeuerauit, & ſi quando Confeſſus eſt, animum ha-
21 buerit non relinquere concubinam, quia cum non habuerit verum propoſitum relinquendi peccatum, confeſſio fuit inualida, & ideo iteranda; & ſi etiam per breue tempus eam detinuerit, an diuerſas, & interpollatas ad eam accedendi habuerit voluntates, quia cum multa ſint peccata, imò tot peccata, quot voluntates interruptas, in Cōfeſſione eſſent recensēda.

Tertiò, circa locum, An videlicet
22 in aliquo loco ſacro Concubina abuſus ſit, quia tunc eſſet ſacrilegium in Confeſſione explicandum.

Quo ad abſolutionem. Confeſſarius conſideret; Primò grauitatē huius criminis, præſertim grauiſſimas pœnas, quas *Concil. Trid ſeſſ.* 24. *c.* 8 *de Reformat. Matrim.* contra concubina-
23 rios infligit, vbi dicit, Graue peccatum eſt, homines ſolutos concubinas habere, grauiſſimum vero, Vxoratos quoque in hoc damnationis ſtatu viuere, ac audere eas quandoq; domi, etiam cum Vxoribus alere, & retinere; Quare vt huic tanto malo Sācta Synodus opportunis remedijs prouideat, ſtatuit huiuſmodi cōcubinarios tam ſolutos, quam vxoratos, cuiuſcūque ſtatus, dignitatis, & conditionis exiſtant, ſi poſtquam ab Ordinario ēt ex officio, ter admoniti ea de re fuerint; concubinas non eiecerint, ſeq; ab earum conſuetudine non ſeiunxerint, excommunicatione feriendos eſſe, a qua non abſoluātur, donec reipſa admonitioni factæ paruerint. Quod ſi ī concubinatu ꝑ annum, cē-

ſuris

ſuris neglectis permanſerint; contra eos ab Ordinario ſeuerè pro qualitate criminis procedat. Mulieres, ſiue coniugatæ, ſiue ſolutæ, quæ cũ adulteris, ſeu cõcubinarijs publicè viuũt, ſi ter admonitę non paruerint, ab Ordinarijs locorum, nullo etiam requirente, ex officio grauiter pro modo culpæ puniantur, & extra oppidum, del diæceſim, ſi id eiſdem Ordinarijs videbitur, inuocato, ſi opus fuerit, Brachio ſeculari, eijciantur, alijs pœnis contra adulteros, & concubinarios inflictis, in ſuo robore permanẽtibus. Hæc Concil. ſi ergo Concubinarius ter admonitus ab Epiſcopo relinquere concubinam, nõ reliquerit, cum incidat in excommunicationẽ, eidem Epiſcopo reſeruatam (dũmodo ab eo ſit excommunicatus) ideo ad Epiſcopum pro abſolutione mittendus eſt.

Secundò, circa Clericos concubinarios, inquirat, an cum Concubinis,
24 Ancillis, vel quibuſcunque alijs fœminis de incontinentia ſuſpectis cohabitent, quia non debent a Confeſſarijs abſolui, niſi expellant, nedum Concubinas ſuas, ſed etiam alias quaſcunque mulieres de incontinentia ſuſpectas. *Graff. par. 1. lib. 1. dec. aur. cap.* 28. *num.* 6. & circa ſeculares inquirat, an ĩ propria domo, vel extra, concubinam retineant, quia ſi impropria domo retineant, cum hoc ſi peccatum grauiſſimum, & periculoſſiſimum cum homo ſemper maneat in ſtatu, & propoſito peccandi, vnde nullo modo ſunt abſoluendi niſi cõcubinam cum effectu è domo eijciãt, cum propoſito amplius ad eas nullatenus redeundi, etiam ſi vrgeat periculum mortis, quia manent in ſtatu peccati, & quia ſic cohabitando exhibetur occaſio ſaltem proxima peccãdi, ac proinde indigni, & incapaces ſe reddunt abſolutionis. *Clau. Reg. lib.* 8. *c.* 2. *num.* 9. *Tolet lib.* 5. *c.* 10. *num.* 10. Non enim dicendi ſunt pęnitere verè, qui nõ abſcindunt talem occaſionem propinquam, ſicuti eſt hæc cohabitatio. *D. Thom. in* 4 *diſt.* 15. *q.* 1. *art.* 1. *Nauar. c.* 16 *nu.* 20. *Graff. p.* 1. *lib.* 1. *dec. aur. cap.* 28. *num.* 11. Et quamuis concubinarius promittat Confeſſario ſe nullatenus cum illa deinceps peccaturum, non acquieſcat, niſi eſſent illæ quatuor circumſtantiæ, quę poſuimus ſupra in declaratione ſecundi caſus reſeruatati in Tabella Anconitana, *num.* 138. *fol.* 69. quia ſemel malus
25 ſemper præſumitur malus in eodem genere mali, durante priori cauſa mali, hoc eſt cohabitationis commoditate; vt in Regula, *Malus. de Regul. iur. in* 6. *Graff. in Prax. d. lib.* 1. *c.* 18 *num.* 36. & quamuis in articulo mortis ſufficeret propoſitum expellendi cõcubinam, quando alias deeſſet opportunitas illam reijciendi, extra tamen illũ articulum nullo modo eſt abſoluendus,
26 niſi prius eijciat. Vnde refert *D. Anton p.* 2. *tit.* 5. *c.* 2. *§.* 3. de quodam concubinario, quod cum eſſet infirmus, & confeſſor viſitans eum, nollet illũ abſoluere niſi de domo concubinam eijceret; ille aſſenſit, ſicque ſumptis cum lacrimis Sacramentis deceſſit; cumque poſtea Confeſſarius, qui vir ſanctus fuit, pro eo oraret, exiſtimans ad Purgatorium tranſiſſe propter pęnitentiam; apparuit quadam vice ei, aſſerens ſe damnatum eſſe, eo quod ſictè penituit, intendens cõcubinam reaſumere, ſi euaſiſſet; Quod ſanè exemplum tum pœnitentibus, tum Confeſſoribus diligenter cauendũ, & notandum venit. *Clau. Reg. loc. cita.*
27 Si autem concubinarij domi concubinã non habeant, ſed alibi retineãt, non tamen propterea ſtatim abſoluẽdi ſunt, ſed aliqua prius de eorũ continentia experientia facienda erit, p̃ſertim ſi ſæpe propoſuerunt ſe contẽturos, & non continuerunt, nec tam perfecta cõtritio in eis appareat. *Tolet. loc. ſupracit. num.* 10. *Clau. Reg. vbi ſupra. d. num.* 9. & maximè ſi factum eſt noto-

notorium, vel adſit ſcandalum; Vnde aduertendum, quod in Iuuenibus tenentibus concubinas, non ſolum requiritur, quod ceſſet periculum recidiui, quod ſacerdotis arbitrio penſabitur, vt poſſint abſolui, ſed etiã, vt tollatur ſcãdalum: hinc ſi factum eſt notorium, abſolui non poſſunt, niſi abijciat eam, ad tollendum ſcandalũ populi: Imò etiam ſi non eſſet notorium, ſed occultum, vt quia ſciretur ab aliquibus, puta vno, vel duobus, abſolui non poſſent. *Silu. verb. Concubinarius q. 2. Graff. p. 1. lib. 1. dec. aur. c. 28. num. 10.* Etenim quandiu adeſt periculum recidiui abſolui non poſſunt; quia non ſunt contriti. *c. legatur. 24 q. 2.* vera enim penitentia non eſt ſine excisſione cauſarum peccandi. *c ſatiſfactio. de pęniten. diſt. 3. Silueſt. loc. citat. Rodriq. in ſumm. p. 1. c. 203 num. 7.* & idẽ
28 dicendum eſt de tenentibus concubinam extra domum; Hinc infertur non eſſe abſoluendum adoleſcentem illum, qui inſcijs ſuis ex concubina genuit filios, qui cum tenerę adhuc ſint ætatis, perſiſtit adhuc in eadem inuiſenda Muliere: tum vt illa maiori ſtudio filios nutriat, tum ne eadem cum alijs ſe immiſcendo ſit dedecori filijs, & Patri; ſibique det occaſionẽ illam fortè, & alios occidendi: quamuis iam multi ſint menſes, a quib. cũ dicta Muliere non peccauit, & modo conſtanti eſt animo cum eadem rem non habere; & ratio eſt, tum ratione ſcandali, quod dat ſuo ingreſſu Viciniis hoc ſcientibus, atque etiam iudi-
29 cij temerarij, vt colligitur, ex *D. Th. 2. 2 q. 43.* tum etiam quia & ſi ille non habeat animum accedẽdi denuo ad dictam concubinam, prębet tamen eidem concubinæ anſam ſua frequẽti viſitatione, vt verbis, volũtate, aut delectatione peccet; raro enim inter quos extit diuturna illicitæ concupiſcentiæ familiaritas, diſſolui adeo poteſt, vt non remaneant quędam effrenatæ libidinis ſcintillæ, quæ cõſpectu mutuo facilè reuiuiſcant, & non obſtat, quod ſit opus charitatis reſpectu fœminæ, & iuſtitię reſpectu filiorum iuxta *text. in cap cum haberet. de eo qui dux. in matrim quam pol. per adul.* ſubuenire filijs, & Matri, quia illud occultè, & per alios fieri rectè poteſt, quare nullo modo iſte eſt abſoluendus, ſi omnino non deſiſtit a voluntate eundi *Graff. loc ſupracit. num. 8.* & quę de concubinarijs, idem etiam de Cõcubinis dicendum eſt, quia vbi eſt eadem ratio, ibi erit, & idem ius *l illud. ff. ad leg. Aquil. gloſ. in c. maiores de Baptiſmo.* Vnde abſolui non poteſt concubina nolens omittere occaſionem, & voluntatem viſitandi ſuum concu
30 binum ægrotantem, & tenendi, aut porrigendi illi candelam in agone mortis, ſi ſciebatur eius eſſe concubina: quia eſt occaſio, quæ in ſe eſt peccatum mortale, ob ſcandalum quod datur; imò neque ſi neſciebatur, niſi concurrent quatuor ſupradictæ circumſtantiæ; quem concurſum equidem non crederem interuenire, niſi illa conciperet propoſitum adhortãdi eum, ſaltem generatim, & ſincerè ad pœnitentiam peccatorum præteritorum, vt eorum memoria per pręſentiam renouata ſit potius Theriaca, quam Aconitum; nam tunc, quia ceſſaret ratio prohibitionis, ceſſaret quoque prohibitio. *c. cum ceſſante. de Appellat. Nau. in Man c. 3. nu. 19. Graff. loc. citat. num. 15. Rodriq. vbi ſupra num. 9.* & multo minus eſt abſoluenda, ſi
31 etiam extra periculum infirmitatis, nempe dum concubinarius ſanus eſt, eius vult domum frequentare, vel voluntatem habet illum viſitandi, non iniquam eſt abſoluenda abſq; propoſito deliberato numquam cũ eo conuerſandi, opere, animo, aut voluntate; Quia Confeſſarius, vel pœnitens debet credere, quod numquam, aut raro, ſi ſimul viuãt, & cohabitent, omittent peccare mortaliter voluntate, verbis, vel opere. *Nau. c. 16. nu. 21. & d.*

Digitized by Google

& d.c.3.num.19. Et notandum, quod
32 Concilium Tridentinum *loc ſupracitato*, non ſolum intelligit de concubinarijs publicis, ſed etiam de his, quos populus credit eſſe tales, licet non ſint, donec veritas publicetur. Vnde ea omnia, quæ ſupra dicta ſunt de concubinarijs, dicendum eſt etiam de his quos populus credit eſſe tales, licet reuera non ſint, creditur tamen in populo, vel vicinia probabiliter eſſe tales, vt quia domi habent fœminam publicè putatam concubinam, licet reuera non ſit, *Nau.d.c.16.num.20.Graff.p.1.lib.2.dec.aur.c.76.num.4.* etiam ſi alioquin, neque cogitatione cum ea peccent. *Nauar.in c.inter verba.11.q.3.concl.5.* hæ enim fœminæ, ac etiam Viri, non ſunt abſoluendi, niſi aut eas eijciant, ſi in domo ſunt, aut a conſuetudine abſtineant, ſi extra domum illas habent. *Horat.Gamb. de caſibus reſeruat.fol.260 in fin* Ratio,
33 quia abſtinere debemus non ſolum a periculo, & occaſione peccandi, ſed etiam ab omni ſcandalo, & ab omni ſpecie mali, ſeu ſuſpitione cauẽdum eſt. *Apoſt.1.Theſalon.c.5 c cum ab omni.de vit & honeſt. Cleric. Nau.d.c.16. num.20 Graff.loc.citat.Azor.p.3.inſtit. moral.lib 3.c.6 q.2.in fin.*

Tertiò perpendat, an ex huiuſmodi concubinatu, natæ ſint Proles, qa
34 parẽtes, & ſi illegitimæ ſint, eas tamen alere tenentur. *capit.cum haberet. de eo qui dux. in matrimo. quam pol.per adult. Silueſt. verb.alimenta.num.2.* ac etiam concubinarius omne damnũ reſarcire aſtringetur, quod Xenodoxio, apud quod infans fuit expoſitus, illatum eſt. *Caietan. Verb. Adulterium. Azor.par.2.Inſtitu.moral. lib.2. capitu.5.quæſt.7 Clau.Reg.lib.8.capitu.3.num.21.* prout etiam dictum eſt ſupra in explicatione ſecundi caſus reſeruati in Tabella Anconitana. *numero 135. folio 69*

Quartò, laboret vt pœnitens ad contritionem tanti grauis delicti deueniat deflendo animam Concubinæ, quam Deo æripuit, & ereptã in malo per tantum tempus confir-
35 mauit; & quod exemplum dedit mali in operatione ſui criminis, vt dicit text. *in cap.conſideret.§.animaduertere. de pœnitent.diſtin.5.Graff.in Prax. loc.ſupracitat.num.35.* adeo enim graue eſt hoc peccatum, quod Vxor poteſt licitè a Viro ſuo diſcedere, ſi Concubinam teneat, & Maritus debet eam alimentare extra domum ſecundum Doctores *in leg.quod Vxorem.C.de nego.geſto.vbi Cynus.* & non debet ei reſtitui, donec non præſtet cautionẽ de Concubina expellenda, & non reaſſumenda, etiam per appoſitionem pœnæ per text. *in leg. ex ea parte.§.mulier ff de verborum obligatione.* exaſperantur enim Mulieres quantumcunque caſtiſſimæ per retentionem Concubinæ a Maritis. *leg.conſenſu.C.de repud.* Non enim be-
36 ne conueniunt, nec in vno lecto morantur Vxor, & Concubina, quia ſolent inſidiari vitæ Vxoris: Immo excõmunicatione feriendus eſt Vir, ſi ter monitus, nollet ab illa abſtinere. *cap.intelleximus.de Adult.& Concil. Trident.loc.citat. Graff.par.1.lib.2.dec. aur.capitu.84.num.4.* Vnde cum adeo grauiſſimum ſit piaculum, ideo grauiſſima etiam iniungenda eſt pœnitentia, præſertim præſeruatiua, vt verbi gratia, quoties ad Vomitum redierit, toties certam quantitatem pecuniæ tali loco pio perſoluat, vel quod tali, vel ſequenti die in pane, & aqua ieiunet, interdicendo ei omnino tranſitum per illum locum vbi moratur Concubina, item receptionem litterarum, & ſi aliquam habet, ſtatim ſine apertione comburat, iuxta illud. *Ouid.libro ſecundo de remed. amoris.*

37 *Scripta caue relegas blandæ ſeruata Puellæ,*
Conſtantes animos ſcripta relecta mouent.

Digitized by Google

Omnia pone feros, quamuis inuitus in ignes,
Et dic ardoris ſit Rogus iſte mei.

Et ſi fieri poteſt ſine ſcandalo per aliquod tempus interdicat ei ſumptionem Sacratiſſimæ Euchariſtiæ, præcipiendo ei, vt ſaltem bis in Menſe, vel ſemel in qualibet hebdomada confiteatur, vt ſic ad ſe reuerſus, toto corde ad Deum redeat, relinquendo peccata, in ſua diuina gratia vſq; ad finem perſeuerando, & hæc pro huius ſexti caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſeptimi caſus reſeruati eiuſdem Tabellę Fanenſis, qui talis eſt.

Falſum in iudicio deponentes.

PRo declaratione huius ſeptimi caſus reſeruati, hic paucis verbis, breuiter me expediam, quia eius optima declaratio habetur ſupra in ex-
38 plicatione ſeptimi caſus reſeruati in Tabella Anconitana, & in explicatione ſexti caſus reſeruati in Tabella Piſaurenſi, hæc ergo pauca pro huius caſus declaratione dicta ſufficiāt, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio octaui caſus reſeruati eiuſdem Tabellę Fanenſis, qui talis eſt.

Libellos famoſos edentes, ſeu edentibus auxilium, & conſilium præſtantes.

PRo declaratione huius octaui caſus reſeruati, præter ea, quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt libellus famoſus?*
2 *Quando libellos famoſos edentes, ſeu edentibus auxilium, & conſilium præſtantes incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem pænitentium libellos famoſos edentium, ſeu edentibus auxilium, & conſilium præſtantium.*

CIrca primum; breuiter, Libellus famoſus prout colligitur ex *Angel. Armill. Silueſt. Tabien. & alijs Sum-*
39 *miſtis in verb. eod.* eſt compoſitio, ſeu ſcriptura, vel ſchedula ſcripta, continens crimen, vel infamiam, aut iniuriam alicuius perſonæ, proiecta, vel appenſa in aliquo loco publico, vt inueniatur, & ſic infametur.

Circa ſecundum; ex hac diffinitione clarè infertur, qui nam incidunt in hūc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

40 Primò enim incidunt, qui edunt, componunt, vel ſcribunt aliquam Cantilenam, carmen, Hiſtoram, ſchedulam, ſonettum, vel ſcripturam, quæ dicitur Libellus famoſus, in infamiam alicuius, crimen eius falſum, vel etiam verum, etiam ſecretum, manifeſtando, ponendo verbi gratia dictam ſcripturam in aliquo loco publico, vel illam ante fures Eccleſiæ configendo, vel dimittendo ex induſtria cadere illam in Platea, vel aliqua via publica, vt inuenta legatur, & ſic per talem notitiam dictum crimen diuulgetur, ex *Nauar. in Manual capitul. 18. num. 35 & in capi inter verba 11. quæſtio. 3. concluſio 6. numero 14. Graff. in Prax. libro 1. capitul 19 numero 7. & par. 1. libro 2 dec. aur. c. 138. num. 18. & D. Antonino. par. 2 titul 8. capit. 4. §. 1.*

Secūdò, & qui libellum famoſum compoſuit, ſed illum non publicauit, nec publicandum curauit, ſed caſu fuit

Digitized by Google

41 ſu fuit ab aliquo alio repertus, & publicatus; ratio quia primam infamiæ cauſam dedit, & eius culpa præceſſit, vt prædictus libellus ſic diuulgetur, & publicetur; *Qui enim cauſam damni dat, damnum ipſum dediſſe videtur. leg. qui occiderit §. in hac. ad leg. Aquil leg. nihil eſt. ad leg. Cornel. de Sicar.* iſte enim edit, ac compoſuit, eius ergo culpa fuit illum componere, & non ſtatim lacerare, vel diligenter, ne ad manus alterius deueniret, cuſtodire. *arg. Horat. Gambar. de caſibus reſeruatis folio* 181. Caſus enim dicit, *Libellos famoſos edentes, &c.* iſte edit, ergo licet non publicauit, in illum incidit.

Tertiò, incidunt non ſolum edentes, ſed etiam omnes cuiuſcunque ſtatus, ſexus, & conditionis huiuſ-
42 modi libellum famoſum, Cantilenã, Rhythmum, carmẽ, ſonettum, ſchedulam, Hiſtoriam, vel ſcripturam, in infamiam alterius edentibus, quouis modo ad id faciẽdum, auxilium, & conſilium præſtantes.

Non incidit autem; Primò, qui ſcripſit ſeu compoſuit quidem libellum quendam famoſum, vel Cantilenam, Sonettum, carmen, vel ſchedulam, etiam infamatoriam, contra aliquem, ſed ſtatim antequam ad al-
43 terius notitiam deueniret, prædictũ libellum, cantilenam, carmen, ſonettum, vel ſcripturam, lacerauit, vel combuſſit; peccauit tamen mortaliter ob deliberationem, quam habuit detrahendi de re mortali proximo. *arg Horat. Gambar. loc citat fol.* 180 *& Bonacin tom. 2. tract. de Reſtit. diſpu. 2. q. 4 punct. 9 num. 9.*

Secundò, nec qui poſtquam libellum famoſum, contra famam alterius compoſuit, facti pęnitet; caſu tamen inopinato illum amittit, quem alius, inueniens, publicauit; ratio
44 quia & ſi ibi iam fuerit culpa mortalis, tamen pęnitentia eſt deleta, ideo ſi poſtea ſine eius culpa doloſa publicetur, ſub hac reſeruatione non cadit; quia cum facti pęnituerit, veriſimiliter credendum eſt illum omnino ſtatim laceraſſe, ſeu cremaſſe. *ex Horat Gamb. loc. cit fol.* 181.

Tertiò, nec qui tantum audit legentem libellum famoſum, cantilenam, vel ſcripturam; vel tãtum repe-
45 rijt, & legit, & vbi inuenit, reliquit vel apud ſe retinuit, vel lacerauit, vel animum habuit quam primum lacerandi, vel comburendi; cum enim prædictum libellum famoſum, cantilenam, vel ſcripturam non ſcripſerit, ediderit, vel euulgauerit, minimè ſub hac reſeruatione incidiſſe cenſendus eſt; Caſus enim reſeruatio dicit, libellos famoſos edentes, &c. cũ ergo non conueniant ei verba reſeruationis, ergo nec Reſeruatio. ex *Horat. Gambar. loc. citat. & Bonacina loco ſupracitato.*

Quartò, nec qui edit quidem libellum, ſed tantum continentem aliqua leuia, & ludrica, quæ nullo modo ſunt peccata mortalia, vt ſunt
46 nonnulla, quæ æduntur tẽpore Carnispriuij ſeu verius Bachanalium, etiam manifeſtantia deffectus particularium perſonarum veniales tamen, & ratio eſt, quia peccata venialia nõ cadunt ſub reſeruatione, vt dixi ſupra *in par.* 1 *numer.* 25 *folio* 5. *Horatio. Gambar. loco citato, & Bonacina loco citato.*

Quintò, neque meo iudicio, qui ſcripſit libellum famoſum, Cantilenam, vel carmen, etiam in infamiam alicuius, in lingua tamen in his par-
47 tibus omnino cunctis ignota, vt in lingua theutonica, Gallica, Arrabica, Græca, vel Hæbraica, licet lethali culpa ſe obſtringat; ob prauam infamandi intentionem, quam habuit; & ratio quare non incidit in hunc caſum eſt, quia ſcriptura omnino cunctis ignota, perinde eſt, ac

Digitized by Google

ſi non eſſet ſcripta, cenſenda eſt.

Sextò, nec qui parietem, vel portam domus alicuius verbi gratia Vicini, vel alterius, ſignat cum aliqua
48 ignominia, vel ſtercorauit, vel poſuit Cornua in Ianua, vel intra domum aliquid proiecit iniuriæ facien dæ cauſa; & ſi mortiferè grauiter delinquat, cum onere famam ablatam reſtituendi; ratio quia hæc reſeruatio loquitur de iniuria facta litteris, & non factis, vt de libellis famoſis, & alijs ſcripturis ad infamiam alterius conſcriptis. *ex Bonacina loco citato.*

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem pęnitentium famoſos libellos edentium, ſeu edentibus auxilium, & conſilium præſtantium, hæc erit.

Circa Confeſſionem; Primò Confeſſarius interroget pęnitentem, qui libellum famoſum edidit, cōtra quā perſonam compoſuit illum, An contra perſonam ſæcularem, vel contra Religioſum; vel Prælatum; Item ſi contra aliquam Religionem, Mona-
49 ſterium, vel contra aliquem Religioſum particularem; contra Summum Pontificem, vel contra Cardinales; quia ſi contra ſæcularem, vel etiam Religioſum particularem, peccauit tantum mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem famæ; at ſi contra Summum Pōtificem, vel Cardinales, vel Religionem quorumcunque Mendicantium incidit in excommunicationem ex quibuſdam extrauagan. maximè Pij V. *Ioan. Bapt. Corrad p. 1. reſp. caſuum conſcient. quæſt. 79. Solon. 2. 2. q. 72. artic. 2. concluſ. 2. & Bonacin. vbi ſupra d. num. 9. 3 propoſit.* Item quo animo, an videlicet animo Proximum infamandi, vt ſi in libello famoſo dicat, aliquam Mulierem, alioqui honeſtiſſimam, & bonæ famæ, feciſſe hoc, vel illud malum cum tali Viro, vel eſſe Meretricem; idem de Viro, peccaret enim mortaliter, & teneretur ad reſtitutionem famæ, vt infra dicam; omnes ergo prædictæ circunſtantiæ in Confeſſione ſunt explicandæ, vt Confeſſarius ſcire valeat, an caſus ſit reſeruatus, nec ne, an tantum ſit mortale peccatum, & quando teneatur ad famæ reſtitutionem.

Secundò, quærat an alios docuerit, vel induxerit ad huiuſmodi libellum famoſum edendum, auxilium,
50 vel conſilium præſtandò.

Quo ad abſolutionē; Primò Confeſſarius animaduertat, an pęnitens ediderit huiuſcemodi libellum famoſum contra Religionē fratrum Præ-
51 dicatorum, vel Minorum; Quia qui præſumunt proferre in lucem libellos famoſos, lingua vulgari, vel alia, aut componunt, aut habēt, vel apud ſe retinent, aut publicant verſus, Cantilenas, aut carmen in infamiā, & detractionem Ordinis Prædicatorum, vel Minorum, ſunt excommunicati excommunicatione Papali, a qua non poſſunt abſolui, niſi perſonaliter Sedi Apoſtolicæ ſe repræſentent; vt conſtat ex Priuilegio quodam Alexandri Quarti, quod incipit. *Ex alto.* & ex alio quod incipit. *Non ſine multa. D. Antonin par. 3. titul. 24. cap. 70. Tolet. lib. 5. cap. 64. numero 5. Silueſt. verb. excommunicatio. 7. num. 84. Clau. Reg lib. 11. cap. 6 num. 20.* Quod priuilegium extendi poteſt etiam ad alios Religioſos, quibus communicata ſunt illorum Priuilegia, vt ait *Sayr. loc. citat. num. 29. & lib. 2 capit. 4. num. 10. Solon. 2. 2. quæſt. 72. articulo 2. Molin tract. 4. diſputa. 35. num. 5. Graff. libro primo de caſibus reſerua. cap. 19. nu. 26.* Hoc enim eſt Priuilegium Relionis. *ita Bonac. loc. citat.*

Hanc tamen excommunicationem non incurrunt cōponentes prędictos libellos famoſos in ignominiam aliquorum Religioſorum ipſorum, &

non

nõn eorum ſtatus. *Tolet. loc. cita. Hora. Gambar. de caſibus reſeruat. de excomm. reſeruat. Papæ. c. 7. nu. 42. fol.* 150. *Nau. in Mau. c. 27. num.* 109. *& in c. inter verba. 11. q. 3. concl. 2. num. 16 Caietan. verb. excommunicatio. c. 81. Graff. in Prax. lib. 1. c. 19. num. 20. & p. 1. lib. 2. dec. aur. ca.* 138 *num.* 15. Quamuis ſi prædicti libelli continerent peccata prædictorum Religioſorum, falſa, aut vera occulta, componentes peccarent mortaliter, ſcribentes, vel in publicũ projicientes, vt legãtur; aut inueniẽtes, & non lacerantes *cap.* 1 *&* 2. 5. *q.* 1. & poſſent excommunicari. *c. quidam maligni.* 5. *q.* 1. *Horat.* Gamb. *loc. ſupracitat. fol.* 151. Et notãdum quod qui detra-
52 hit de ſtatu Religionis in communi, non ſolum peccat mortaliter ſic detrahendo, ſed etiam qui Religionem aliquam particularem a Sede Apoſtolica approbatam infamat, grauem hæreſis ſuſpicionem incurrit, quaſi malè ſentiens, & loquens de ſtatu Religionis. Peccat etiam mortaliter, q̃ totam aliquam Religionem Monaſterium, aut Domum infamat, verbi gratia dicendo, in tali Religione, vel Monaſterio non eſſe obſeruationem vel quod malè viuitur, vel Simoniam exerceri, &c. niſi id alias eſſet notorium, vt rectè *Sot. lib. 4. de iuſt. & iur q. 6. ar. 3. ad 4. in fin. & Petr. Nauar. lib. 2. de reſtit. c. 4. p. 2. dub. 16. num.* 355. animaduerterunt; qui etiam docent, q̃ neque in hoc caſu ſufficit ſuperioris, vel Rectoris Collegij remiſſio, ſed facienda eſt reſtitutio toti Communitati, & Monaſterio. Et qui peccatum alicuius priuati de Collegio, vel Monaſterio, ſeu Religione detegit, ſi p̃ſonam nominet, peccat mortaliter, cum non ſolum infamia, hæc in ipsũ delinquentem, ſed etiam in totam Religionem, & Monaſterium redundare ſolet, ſicut & honor vnius, in totius ordinis, & Monaſterij decus, & honorem redundat; Adeo vt honor, & ignominia Religionis in manu cuiuſque priuati conſiſtere videatur, vt proinde magnopere curare debent Religioſi quomodo viuant, cum ſaltem ſplendorem, & decorem Religio tota, & vnius priuati culpa plerũque amittat, ſecundum illud *D. Auguſtini epiſt.* 137. ad plebem Hipponenſem, dicens, cum de aliquibus, qui sãctum nomen profitentur aliquid criminis, vel falſi ſonuerit, vel veri patuerit, inſtant, ſatagunt, ambiunt, vt de omnibus, hoc credatur; quem locum refert *D. Thom. 2. 2. q. 33. art. 7. in corpore quæſt. in fine.* Imò vt *Petr. Nau. vbi ſupra docet,* qui tacita perſona, ex-
53 plicato tamen Monaſterio, vel Religione peccatum ſecretũ detegeret, peccaret mortaliter, vt verbi gratia Religioſum deprehendiſti cum muliere, & poſtea dicas, monachũ quendam talis ordinis, vel monaſterij hoc feciſſe, peccas mortaliter, ob rationes allatas, & ad reſtitutionem ratione Religionis, & Monaſterij infamati tenetur. Secus tamen ſi de alijs Cõmunitatib. aut Collegijs id diceret, vbi non tantam perfectionem profitentur, ac Religioſi, vt ſi dicas, talis Eccleſiæ etiã cathedrali Canonicus, vel collega talis collegij ſimoniam, aut fornicationem commiſſit. Ratio diſparitatis eſt, tum quia iſti non tantum perfectionem profitẽtur, ac Religioſi: tum quia nõ ita nouum eſt in iſtis, ac in Religioſis, quod hæc vitia fiant: tum quia audientes non ita ſcãdalizantur, aut peccandi occaſionem ſumunt ex cognitione delictorum, q̃ a Clericis ſecularibus fiunt, ac q̃ Religioſis fiũt; quod enim exemplo fit, & maximè Religioſorum hominũ, iure fieri putant cæteri. Quæ omnia intelliguntur quando peccatum detectum ſecretum eſt, & non facto, aut ſententia publicum, & notorium, ita *Clau. Reg. lib. 11. c. 6. num. 20. & ſeq.*

Secũdò, ſi libellum famoſum, edidit contra aliquam perſonam ſæcu-
54 larem, tunc præter peccatum mor-

Cc 3 tale,

tale, nullo modo eſt abſoluendus, niſi famam, & honorem, cui detractum eſt, reſtituat. *Horat. Gamb. loc. citat. fol.* 180 contrarias ſcripturas ſeu alium libellum famoſum in contrarium faciendo, in eo proprium nomen, ſi factum eſt notorium, ſubſcribendo; illum in loco proprio vbi proiecit primum libellum famoſum, vel in locis in quibus intelligit illum, contra quã hæc acta ſunt, eſſe infamatum occaſione ſui, ſi res eſt ſecreta, affigendo; & præter hæc tenetur de omni damno ſatisfacere. *Silueſt. verb.* Libellus in fine. Si tamen hoc fieri poteſt abſque periculo vitæ, quia quando ſine tali periculo nequeat, nõ tenẽt quocunque extante præcepto, quia regulariter ea, quæ ſunt ſuperioris ordinis, pro his, quæ ſunt inferioris ordinis exponere non tenemur. *Ioã Bapt. Corrad. loc. citat. q.* 79. In foro vero pœnitentiali tenetur iniungere pœnitẽti, vt imponat contrarias ſcripturas, vel ſi eſſet res nota, vt ſubſcribat ſe eſſe mentitum, ſalua tamẽ perſona ſua. *Silueſt. loc. ſupracit. Angel. Tabien. verb. libellus famoſus*, & vltra hoc tenetur de omni damno ſatisfacere. *Graff. in Prax. loc. citat num.* 30. *& p.* 1. *lib.* 2 *dec. aur. c.* 138 *num.* 17. *& conſil.* 1. *num.* 9. *de iniurijs.* Dixi vt ſubſcribat ſe eſſe mẽtitum, nam qui famam alicuius læſit, ſi nullũ aliud dari poſſit remedium, ſeipſum prodat, & publico actu declaret ſe iniuſtè, vel falsò famam proximi abſtuliſſe, iniuſtum, vel falſum dicendo, prout tenetur, iuxta ea, quæ ipſe poſuit in libello famoſo, ſi falſa, aut vera, tamẽ occulta crimina prodidit. *Nauar. in c. Quis aliquando §. non dico tibi. num.* 28. *de peniten. diſt.* 1. vbi expreſsè dicit, quod qui læſit famam
55 alterius, & non poteſt reſarcire illam niſi infamando ſeipſum, & teſtando ſe malè illum infamaſſe, tenetur id facere ſecundum. *Scot. in* 4 *diſt.* 15 *q.* 94. *art.* 1. *& Caietan.* 2. 2 *q.* 72. *art.* 6. *ad* 3. & alios quos ibi citat. Verum tamen eſt, quod in hac reſtitutione famę facienda, ſi immineret aliquod vitæ periculum detractori, vt puta, qa infamati ſolent ſibi ius dicere ſtricto gladio, & infamans non eſſet aptus ad eis reſiſtendum, non conſulerem, quod proderetur infamans, cum non teneatur, quis reſtituere bona inferioris ordinis, cum iactura bonorum altioris ordinis, prout ſatis patet vitam eſſe ordinis eminentioris fama ipſa, vt iam ſupra dictũ eſt, & docet *Nau. in Man. cap.* 18. *num.* 47. *Hora. Gamb. vbi*
56 *ſupra. fol.* 182. fama enim licet non ſit reſtituenda cum periculo vitæ, eſt tñ reſtituẽda cũ periculo proprię famæ *Io. Bapt. Corra. d. q.* 79 *in Addi.* Ad quid aũt teneatur, qui ob libellũ famoſum editum contra quandam perſonam, alius innocens accuſatus eſt, & per falſa indicia ad tormenta damnatus, quæ minimè ſuſtinere valens, confeſſus eſt ſe dictum libellum falſum cõpoſuiſſe, ob quod vltimo ſupplicio damnatus eſt, vide *Graff. in d. conſil.* 1. *de iniurijs. per totum.*

Tertiò, procuret inducere pęnitẽtem ad veram, & perfectam cõtritionem ſuorum peccatorum, oſtendẽdo ei grauitatem huius delicti; Quãdoquidem iſti componentes ſiue ſcribẽ
57 tes, edentes, vel diuulgãtes huiuſmodi libellos famoſos, quos vulgus Paſquinos, ſeu Paſquinatas appellat; graui morbo maledicendi anguntur, cũ ſic detrahendo, quatuor bonorũ genera periculo ſe exponunt. Primò, Animam, nam ipſo iure, vt patet lethali culpa ſunt adſtricti. Et ſic remanent in poteſtate diaboli. Secundò, Vitam, Nam pœna capitalis decreta eſt, aduerſus huiuſmodi libellorum famoſorum compoſitores. *l. vnica. C. de famo. libel.* quod procedit etiam ſi quis dictum libellum ignarus inuenerit, & non ſtatim lacerauerit, vel occultauerit, ſed dolo manifeſtauerit, tunc enim quaſi author huius delicti capitali ſentẽtia ſubiugatur. *d l. vnica.*

Digitized by Google

ca. vt refertur *in c. ſi qui in venti. 5. q. 1. D. Anton. p. 2. tit. 8. c. 4. §. 1. Graff. p. 1. li. 2. dec. aur. cap. 138. num. 16.* Tertiò, fa-
58 mam, nam tales efficiuntur infames, & inteſtabiles. *l. ob carmen. ff. de teſtib.* Quartò omnes fortunas ſuas ꝑpter locorum ſtatuta imponentia bonorũ confiſcationem. *Horat. Gambar. loc. ſupracit. fol.* 180. & notandum quod quadruplex pęna etiam tales puniuntur, vt patet per *Silueſt. Angel. Tabien. & alias ſummiſtas in verb. libellus famoſus.* quos vide. Imò tales quandoque poſſunt priuari Sacramentis, præſertim Sacramento Euchariſtiæ, ac etiam excommunicari, vt patet. *c. quidã maligni. & c. ſeq. 5. q. 1.* & has ſupradictas pœnas, ac omnes alias inflictas tam lege Ciuili, quam lege Canonica, cõtra componentes libellos famoſos, innouat Pius V. in Conſtit. quæ incipit. *Romani Pontificis, prouidentia.* teſte *Laertio Cherubino in* Bullario. *tom. 2. fol.* 359. demum verbis blandis, conetur inducere pęnitẽtem, vt omnino proponat, nullatenus ſe in poſterum tale ſcelus commiſſurum, iniungendo, ei pœnitentiam ſalutarem, & ſi facultatem habet abſoluat, & hęc pro huius 8. caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio noni Caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Fanẽſis, qui talis eſt.

Vſurarij, & Notarij rogati de Contractibus Vſurarijs.

PRo declaratione huius noni caſus reſeruati, præter ea quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Vſurarius, quid Notarius, quotvè modis fieri contingunt Contractus Vſurarij.*

2 *Quando Vſurarij, & Notarij rogati de Contractibus Vſurarijs incidunt in hũc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem prædictorum Vſurariorum, & Notariorum.*

CIrca primum; breuiter, Vſurarius, vel eſt ſecretus ſeu occultus, vel publicus, & manifeſtus, Vſurarius occultus eſt, qui aliquid vltra id, quod mutuo dat, quicquid illud ſit, ſperat,
59 vel expetit. *Nauar. Comment. de Vſur. num. 1.* Vſurarius autem manifeſtus eſt, qui palam, & publicè Vſurariam artem exercet, aut ſuas res ob dilatã ſolutionem carius iuſto pretio rigido manifeſtè vendit. *Nauar. Man. c. 17. n. 279.* ita vt ipſa operis euidentia, nullam poſſit habere excuſationem. *c eui dentia de Accuſa.* Vel qui crimen ipſũ Vſurarium confeſſus eſt in iudicio. *gloſ in cap. 1. de Vſuris. verb. manifeſtos. in 6.* Vel qui crimen ipſum confeſſus eſt extraiudicialiter, ita palam, & publicè coram teſtibus, quod ad pluriũ aures, ſcientiamque deuenerit. *Couarruia. Variar. reſolu. lib. 3. c. 3 num. 4.* Vel qui ob hoc crimen a iudice per ſentẽtiam damnatus eſt. *Couarru. loc. citat. Horat. Gamb. de caſibus reſerua. fol. 171.* Vel qui coram Sacerdote, & teſtibus confeſſus eſt in Articulo mortis ſe eſſe Vſurarium, & mandauit reſtitui Vſuras, & libros reſignauit. Vel denique, qui publicè in conſpectu populi ita Vſuras exercet, vt teneat altare paratum, vel mutuat in camera omnibus volentibus. *Angel. Verb. Vſura. 2. num. 19. Sil. Verb eod. q. num. 1. Azor. p. 3. inſt. moral. lib. 5. c. 18.* & de ambob. ideſt tam de Vſurario occulto, quam manifeſto, loquitur hæc reſeruatio.
60 Notarius vero, eſt quædam perſona, habens publicum officium ſcribẽdi inſtrumenta ad faciendam fidem.

Digitized by Google

Silueſt. Angel. Tabien. verb. Tabellio. Circa contractus Vſurarios, dico qꝫ fiũt multis modis. Secundum Doctores.

Primo, contractus Vſurarius eſt, quando Nobiles tradunt pecuniam Mercatori, vel Campſori, ne ipſa deficiat eis, paulatim conſumendo: intendentes principaliter recipere annuatim ad diſcretionem eorum, ſaluo tamen capitali, quod vt patet Vſura eſt. Similiter vſura eſt, quando aliquis dat Mercatoribus, aut Artificibus pecuniam, vt cum ea negotietur, cum hac intentione principali, quia ſperat ab eis aliquod lucrum, aliter non deponeret; & quamuis ſine pacto hoc faciat, tamen Vſuram committit. *c. Vſura. 14. q. 3.* Verbi gratia, deponit, quis quandam ſummã pecuniæ apud Mercatorem, vel Numularium cum intentione principali, vt aliquod lucrum menſtruum, vel annuum ei ſoluatur ſalua ſorte; Vſurã enim committit, ſi Mercator illud daret tamquam ad id ob pretium, & vſum illius pecuniæ obligatus, & deponens ob hanc etiam rationem acciperet, aut ſperaret, & etiam ſi principaliter ob hæc deponeret. *Nau. Man. cap. 17. num. 242.*

61 Secundus cõtractus Vſurarius eſt, quando aliquis mutuat pecunias diuerſis perſonis accipiẽtes in Pignus, vel Hypothecam, domos, vel Agros aut alias res ſub nomine ſecuritatis, ſeu fructum, ſeu vſum dicti Pignoris, interim volunt habere, quouſque reſtituatur eis pecunia, non computando in ſortem ipſum fructum, ſeu vſũ, vt patet *in c. 1. de Vſur.* Vnde ſi datur in Pignus res fructifera, vt Ager, Vinea, Domus, ſi fructus non computãtur in ſortem, contractus Vſurarius eſt; quia pro re infructuoſa id eſt pecunia, quæ non parit pecuniam, detinetur res fructuoſa, id eſt Vinea. *Graff. p. 1. lib. 2. dec. aur. c. 109. num. 16.*

62 Tertius contractus Vſurarius eſt, quando Mercatores, & Artifices vẽdunt ad credentiam vſque ad certũ terminum: & propter hanc dilationẽ ſolutionis, appreciant rem plus, quã valeat; hoc enim fit in fraudem Vſurarum. *c. in ciuitate. & c. fin. de Vſur.* omnis enim contractus in quo aliquid plus accipitur, quam datur, ſiue in re, ſiue in ſpe, & hoc tantum propter tempus, quod vulgo vocatur emere, vel vendere ad credentiam, dicitur Vſurarius. *D. Thom. opuſ. 73. c. 8. Graff. p. 1. lib. 2. dec. aur. c. 115. num. 3.* Vt autẽ contractus iſte emptionis, & vẽditionis ad credẽtiam cognoſci poſſit quã ſit licitus, vel illicitus, eſt conſtituenda hæc Regula, ſcilicet, quod valor rei verus attenditur ſecundum tempus emptionis, & venditionis. *c. cum dilecti. de empt. & uendi. l. 2. C. de reſcind. vend.* Vnde qui vendendo rem illam venderet, non habita ratione ad precium, quo valebat tempore contractus, ſed tempore ſolutionis, quo pluris probabiliter res valere ſolet, Vſurarius eſſet; exemplum, Vendens frumentum menſe Octobris cum pacto, vt ſoluatur tanti, quanti menſe Maij valebit, quo menſe ſperatur pluris valiturum. Vſurarius eſt. *c. in Ciuitate. c. nauiganti. de Vſur.* Poteſt tamen Contractus iſte iuſtificari his conditionibus ſeruatis. Prima, vt Merces, quę venduntur credita pecunia, poſſint ſeruari, & non ſint corruptioni proximæ. Secunda, vt adueniente tempore ſolutionis accipiatur non pretium rigidum, vel infimum, ſed mediocre. *Alex. in l. quod te ſi cert. pet. Sil. vſura. 2. quæſt. 2.*

(63 in margin beside "ris probabiliter")

64 Tertia, conditio, vt deducatur arbitrio boni viri ad iuſti pretij taxationem quicquid in hijs mercibus ſeruandis, atque cuſtodiendis eſſet venditor expenſurus, alias ſi non deduceret venditor labores, pericula, & expenſas ex rei natura requiſitas neceſſariò faciendas, eſſet vſurarius. *Silue. loc. citat.* Quarta, vt dubium ſit tempore ſolutionis pretij ſit minoris, vel plu-

Digitized by Google

pluris res valitura. *text. in c. in ciuitate de vſur.*

Quinta, vt vendens ad tempus certum credita pecunia non eſſet alias venditurus tempore Cõtractus, ita *text. in cap. nauiganti. vbi gloſ. & doctor. de Vſur. Silue. verb. Vſura. 2. Sot. lib. 6. de iuſt. & iur q. 4. art. 2. Couarru. lib. 2. var. reſol. c. 3. num. 6. Ita Graff. vbi ſupra num. 1. & ſequen.*

65 Quartus contractus vſurarius, eſt circa venditionem, ſi vendens actualiter poſſeſſionem, paciſcatur ſic, accipiam interim fructus, dum non ſoluis pretium, non computando eos in ſortem; hic enim contractus vſurarius eſt: niſi fortè principaliter feciſſet ad ſeruiendum amico, & ad inſtãtiam amici, alias volens vendere, qa eam poſſeſſionem non eſſet venditurus, quia tũc ratione intereſſe poſſet illos fructus accipere, maximè dum apud ſe ſuſciperet periculum, vel ſi maneret domus, aut poſſeſſionis periculum apud amicum ementẽ aliquid æqualiter de fructibus ei refunderet, in hoc caſu pro periculo, donec pretium ſolueret, atque in hoc caſu, ſoluta pretij parte pro rata emptori remittenda eſſet pars fructus. *Sil. verb. vſura. 2. q. 11. Lopez. p. 2. c. 60. Ioan. Bapt. Corrad. p. 2. reſp. caſuum conſ. q. 498.*

Quintus contractus Vſurarius eſt, 66 quando aliquis indiget pecunia, vadit ad diuitem, rogans vt mutuet ſibi, offerens pro ſecuritate Hypothecam bonorum ſuorum; cui ille reſpõdet, nolo mutuare, ſed paratus ſum emere pro eodem pretio, & vſque ad certum tempus retrouẽdere tibi pro eodem pretio, ſecundum enim *Hoſt. in cap. ad noſtram de empt. & vendi.* hic contractus præſumitur fieri in fraudem vſurarum, maximè quando eſt inæqualitas in pretio, vt qa ille vult emere multo minori pretio, quam valeat res. Exempli gratia Titius petit a Meuio centum, & Meuius non habens in pecunia, vendidit ei pannum eiuſdem valoris, cum pacto, aut volũtate principali, vt ſtatim ſibi minoris iuſto pretio videlicet octuaginta reuendat, vſuram committit palliatam: nam eſt, ac ſi mutuo dediſſet octuaginta, & pro lucro haberet viginti. Secus autem, ſi ſimpliciter pretio iuſto vendidit ad credẽtiam, ſiue futuram pecuniam quamuis ſummo, & poſtea quia emptor vult illud reuẽdere, & non inuenit alium, qui emat, idem venditor iterum precio iuſto, & pio accipit. *Silue. verb. Vſura. 2. q. 4. Nau. c. 17. num. 241. Angel. verb. vſura. num. 60.* vbi etiam dicit quod dictus 67 contractus vocatus *Stochus*, vel *Biſtochus. Graff. p. 1. lib. 2. dec. aur c. 109. n. 4.*

Sextus contractus Vſurarius eſt; Quando quidam emunt poſſeſſionẽ, vel domum valentem mille, & quinquecentum, vel ſexcentum, aut circa, deinde locant eam, ſiue dant ad Ephyteoſim ipſi Venditori, habita conſideratione pretij in emptione 68 ſoluti, recipientes pro fructu annuo quinque pro centenario ſoluto; iſte enim contractus eſt illicitus, & præſumitur factus in fraudem vſurarum, ſecundum communiter *Doctores in c. ad noſtram. de empt & vendit. & in c. illo vos. de Pigno. & ſecundum Hoſtien. in ſumma.*

Septimus cõtractus vſurarius eſt, quando aliquis ponit pecuniã in ſocietate, vt lucrum faceret ex ea, ita quod vnus ponat pecuniam, & alius operam perſonalem: hic contractus eſt licitus; dummodo ſit negotiatio licita, alios non. *c. per veſtras. de donat.* 69 *inter vir. & vxor.* vide *Sot. lib. 6. de iuſt. & iur q 6. art. 2. Graff. loc. cit. num. 14.* Quando enim aliquis dat pecuniam ad ſocietatem, aut pecora cum hoc pacto, quod capitale ſit ſaluum, iſte contractus in foro conſcientiæ fieri non poteſt. *14. q. 3. c. plerique. in gloſa.*

Octauus contractus vſurarius eſt, Quando aliquis dat alicui Mercatori centum ducatos, vel centum oues

alicui

70 alicui Ruſtico tenendas ad ſocietatem,& ipſe vult habere commodum de toto, & nõ vult ſentire damnum, niſi de dimidia parte capitalis, & tamen alius tantum ponit in ſocietate, ſicut ipſe ratione operę,& induſtrię, vel alio modo; talis enim contractus eſt iniquus,ſecund. *Raymun.& ſumm. Confeſſor.lib.2.tit.7.*

Nonus contractus vſurarius eſt, quãdo aliquis dat ad ſocietatem certa capita ouium æſtimata certo pretio,hoc pacto, quod Ruſticus nõ ac-
71 cipiat aliquam vtilitatem,donec qui dederit recipiat prius totam ſortem ex fętibus: Vel ſi quis paciſcatur,qđ antequam Ruſticus accipiat aliquid, reſtaurabit de fœtib. omnia mortua, hic enim pactus eſt quaſi velle facere oues immortales, & ideo eſt illicitus ille contractus, vt habetur in *Summ. Confeſſor.lib.2.tit.7.*

Decimus contractus vſurarius eſt, circa contractnm,qui vulgò dicitur, *a godere*, Verbi gratia mutuo tibi du-
72 centos ſolidos ſuper hac domo, vt poſſim ea vti donec mihi reſtituas pecuniam, quæ domus valet mille; hic enim contractus cum ſit pignoratitius,illicitus eſt,& vſurarius cum creditor vtatur re pignorata, & ideo furtum etiam committit.*l.qui Pignore.ff. de furt.* Et idem dicendum eſt circa pactum legis commiſſorię,& in additione in diem,pactum legis commiſſoriæ eſt pactum conuentionale pęnale,v.g. Mutuo tibi mille,& loco pignoris retineo tuum fundum valentem.1200.cum pacto,vt ſi in bienniũ non reſtitueris mihi pecuniam, incidas in commiſſum, ideſt fundus ſit meus; Contractus iſte Vſurarius eſt. *c.ſignificante.de Pigno. Abb.et Doctores in d.c ſignificante. Graff.loc.ſupracitat.a num.20.vſque 24.*

Sunt etiam plures alij contractus vſurarij, qui fiunt a diuerſis hominibus, maximè a Campſoribus in Cambijs ſuis,& ab alijs vſurarijs, quos cã breuitatis prætermitto; cum Confeſſarius facilè eos videre poterit apud Summiſtas,& alios Doctores. De ijs ergo prænarratis, & alijs ſimilib.cõtractibus vſurarijs,loquitur hæc Reſeruatio; Quum dicit,*Vſurarij,& Notarij rogati de contractibus vſurarijs.*

Circa ſecũdum; ex hactenus dictis liquidò patere poterit,qui nam incidunt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

Primò enim incidunt omnes vſurarij,ſiue occulti,ſiue manifeſti,Clerici,& Laici,cuiuſcunque gradus,ſexus, & conditionis, qui vſuram quouis modo exercent, vel contractus vſurarios prænarratos, aut alios ſimiles,etiam ſemel tantum, quocunque
73 fine,conficiunt. Caſus enim abſolutè,& indiſtinctè loquitur,nullam mẽtionem faciens de vſurarijs publicis, vel ſecretis,ergo indiſtinctè etiam,& abſolutè de omnibus vſurarijs, tam Viris quã fęminis,Laicis,quam Clericis,publicis,vel occultis,intelligendus eſt; Quia vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. *l.de precio.ff de publiciana.* Verba enim generalia ſecundum ſui naturam, generaliter intelligi debent. *l.1.§.generaliter.de lega præſtan.l.ſi finita.§ de cateris.de dam infect.*

Secundò, incidunt omnes Notarij, qui conficiunt, vel conſcribunt
74 quoſcunque contractus, quouis modo, vſurarios, in eis proprium nomẽ ſubſignando. Et facientes pacta, aut contractus qualitercunq; vſurarios, & Notarij, qui ſcienter faciunt de ipſis inſtrumenta, aut alias quaſcunque ſcripturas, incidunt in vndecimum caſum reſeruatum in Tabella Aſculana.

Non incidit autem,in hunc casũ, Primò qui facit contractum communiter ęſtimatum licitum,cum tamen reuera ſit vſurarius. Non enim eſt di-
75 cẽdus vſurarius ille, qui facit aliquẽ contractum, qui æſtimatur communiter

niter licitus, ſed tamē in veritate eſt contrarium, quia illicitus, ita *Bar. per text. in l. quis ſit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de edil. edicto.* vbi habetur non cenſeri male facere eum, qui facit aliquid, quod publicè putatur licitum. Tum etiam, quia ſi auctoritas Pij Viri, & eruditi excuſat a peccato transgreſſionis legis *c. Capellanus. iuncta gl. de ferijs. Abbas, & Imola ibidem*, multo magis excuſabit conſuetudo, quæ eſt maioris auctoritatis, quam vnus, vel alter doctor. *arg. text. in leg. 2. C. quæ ſit longa conſuet.* tenetur tamen reſcindere contractum, & de præteritis retento eo lucro, quantum potuiſſet acquirere per alios contractus licitos, tenetur reſiduum reſtituere. *Nauar. conſil. 2. num. 12. de Vſuris; in antiquis. Graff. in Prax. lib 2. c. 44. num. 28. Rodriq. in ſum. p. 2. c. 108. num. 10.*

76 Secundò, ob eandem rationem, nec incidit Notarius, qui contractū communiter æſtimatum licitum, cū tamen vſurarius ſit, bona fide, & abſque dolo, conſcribit, ratio quia *ea, quæ malo geſta non ſunt animo, pœnam non merentur. l. 1. §. fin ff. de oblig.*

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario, circa Confeſſionem, & abſolutionem prædictorum vſurariorum, & Notariorum, hæc erit.

Circa Confeſſionem; Primò Confeſſarius animaduertat, an pœnitens excogitauerit vſuram non eſſe peccatum; Quia aſſerere pertinaciter vſuras non eſſe peccatum mortale, vel

77 vſurarium non eſſe obligatum reſtitutioni, vel ea facta, non teneri aliter ad pœnitentiam agendam, velut Hæreticus cenſendus eſt. *Clement. ex graui. § ſanè. iuncta gloſ. de vſur. Nau. Man. cap 17 num. 207. & Comenta. de vſuris. num. 7. Graff. p. 2. lib. 2. dec. aur. capit. 24. num. 44. Angles in Floribus in 4. quæſt. de mutuo. art. 1.*

Secundò, animaduertat Vſurario non ſufficere, vt confiteatur, quoties ad vſuram dederit, oportet enim, vt

78 dicat in Confeſſione, ſi ſcit, quoties ſecum animo deliberato dare conſtituit; & ſi diſtinctè, ignoret numerum verum, dicat veriſimilē, plus minuſvè: vt fieri debet in omnibus peccatis mortalibus, quorum numerus certus ignoratur, vt in ſpecie tradit *Ioā. maior. in 4. ſent. diſt. 15. q. 29. Nau. Man. c. 17. num. 214.* idem dicendum eſt, circa numerum contractuum vſurariorū, quos ipſe vſurarius fecit, vel Notarius conſcripſit.

Quo ad abſolutionem; circa Notarios cōficientes cōtractus vſurarios, Confeſſarius Primò animaduertat; Quod ſi Notarius conficiat Inſtrumentum continens manifeſtè cōtractum vſurarium, in illo loco, vbi in

80 iudicio homines coguntur ſoluere vſuras, & quod ſoluentes vſuras, non poſſint illas in iudicio repetere, mortaliter peccat, & excommunicationem incurrit, a qua loci Ordinarius abſoluere poteſt, vt habetur in *Clem. 1. de Vſur.* & talis contractus, vt pote manifeſtus vſurarius, ē ipſo iure nullus, non tamen in hoc caſu tenet ad reſtitutionem, quia inſtrumentū hoc nullam dat vim vſurario recuperādi vſuras, vnde eſt, ac ſi confectum non eſſet. Hoc tamen verū eſt tm̄, quādo non fieret in locis in quibus eſſet iniqua conſuetudo, vel iniuſtum ſtatutum, quibus per talia inſtrumenta cogerentur ſoluere vſuras: ſi enim in ijs locis tale faceret inſtrumentum, teneretur etiam ad reſtitutionē. Sin autem conficeret inſtrumentum cōtinens vſuram palliatam, ponendo ſcilicet in inſtrumento contractum verè vſurarium ſub forma liciti contractus; Vt quia ſcitur eſſe Pignoratio, & dicitur eſſe venditio; Aut quia dantur v.g. nonaginta Petro a Ioanne, & dicitur, quod ſint centum, & ſic efficit inſtrumentum nomine mutui, ita vt Petrus poſt annū, v.g. det centum Ioanni, cum tamen verè Ioānes non dedit illi niſi nonaginta, tūc pal-

palliata eſt vſura, & notarius tale in-
ſtrumentum conficiens non eſt excō
municatus, peccat tamen mortaliter
& tenetur reſtituere vſuram Petro,
quia cooperatur iniuſtitiæ illi vſura-
riæ, & ita eſt damni particeps, cum
tamen Ioannes dedit illi ſolum nona
ginta; Si tamen in hoc caſu pars læ-
ſa, v.g. Petrus contentus ſit, & rogat
Notarium, vt tale inſtrumentū con-
ficiat, puta, quia indiget, & alius ali-
ter non vult ei mutuare, tunc quãuis
Notarius tale inſtrumentum confi-
ciens peccat mortaliter, ad reſtitutio
nem tamen non tenetur, ſic *Felin. in*
c. ſi aduerſus. de Hæreti. Silueſt. verb. vſu
ra. 7. q. 7. Nauar. c. 17 num. 276 Ioſeph.
Angles in Florib. 4. ſent. q. de iniuſtitia in
iudicio commiſſa. diffic. 5. conclu. 3. Tolet.
lib. 5. c. 61. num 7. Clau. Reg lib. 12. capi.
25. num. 13.

Secundò, circa vſurarios, interro-
get pęnitētem an ſit vſurarius occul-
tus, vel manifeſtus, ſi eſt manifeſtus,
tunc nullo modo eum abſoluat, do-
81 nec vſuras reſtituat; ratio quia nul-
lus Cōfeſſarius nec ſecularis, nec Re-
gularis debet eum a peccatis abſolue
re, nec ſacramenta impendere, nec
Communionem, donec reſtituat vſu
ras; Quod ſi non poſſit, præſtet cau-
tionem ſufficientem de reſtitutione
facienda; Cum Pignoribus, vel fide-
iuſſoribus, ijs a quibus eas extorſit, ſi
preſentes ſunt, alioqui ijs, qui illis ac-
quirere poſſunt; v.g. Procuratori, vel
ſi mortuus ſit, hæredi, vel ſimilibus.
Et ſi nō ſint tales, Epiſcopo, vel eius
Vicario, aut ipſius proprio Parocho,
corā perſonis fidedignis, aut aliquo
Notario ex Ordinarij mandato, ita
vt in cautione exprimat veram ſum-
mam debiti, ſi ſcitur, ſin autem arbi-
trio recipientis; qui ſi ſcienter obliga
tionem minorem debito receperit,
ad reſtituendum reſiduum tenebit.
Et vſurario nolēti hoc facere, nemo
debet eſſe Teſtis in Teſtamento, nec
Sacerdos debet eius Confeſſionē au-
dire nec a peccatis abſoluere; alias
peccaret mortaliter, quamuis vſura-
rius dicat ſe in Teſtamento relinque
re, vt vſuræ ſoluantur, imò Teſtamē-
tum eſt irritum, nec debet ſepeliri in
loco ſacro, & q ſepelit, ipſo facto eſt
excommunicatus. *c quamquam. de vſu*
ris. in 6. Quæ excommunicatio reſer-
uatur Epiſcopo, qui non debet abſol
uere, donec ſatisfaciat læſę parti. Si
vero ipſe vſurarius Pignora, vel fide-
iuſſores dare non poteſt, tūc iuret ſe
dare non poſſe, & cum primum poſ-
ſit, reſtituturum. Quod ſi vſurarius
82 in periculo mortis eſt, & vult prædi-
cta præſtare, ſed non poteſt, habet. n.
propoſitum faciendi ſi poſſet, tunc a
quolibet Sacerdote eius Confeſſio
audiri poteſt, & abſolui, Cōfeſſarius
tamen debet ab illo petere promiſſio
nem ſoluendi vſuras, & facultatē di-
cendi, & reuelandi Epiſcopo talem
promiſſionem, vt poſtea Epiſcopus
eum ſi vixerit, & cōualuerit, & ſi mo
riatur eius Hæredes ad reſtitutionē
compellat. *Nauar. in Man. c. 17. n. 279.*
Rodriq. in ſum. p. 2. c. 110. num. 1. Tolet.
lib. 5. cap. 36 num. 4. Azor. p. 3. inſtit. mo
ral. lib. 5. cap. 18.

Si vero vſurarius non eſt manife-
ſtus, ſed occultus, tunc Confeſſarius
non ſic ſe gerere debet, ſed poteſt ab-
83 ſoluere dictum vſurarium ſecretum
ſi promittit, & habet propoſitum re-
ſtituendi, dummodo tamē non com-
periatur in alijs Confeſſionibus pro-
poſuiſſe, & non ſeruaſſe; tunc enim
expectanda eſſet reſtitutio. Quod ſi
vſurarius iſte eſt in mortis Articulo,
quamuis melius eſſet non abſoluere,
niſi reſtituat, cum poſſit id facere, tū
non tenetur Confeſſarius id facere,
& ſi ei eſt probabile, Hæredes Teſta-
menti reſtituturos, poteſt abſoluere;
Cum vero non poteſt vſurarius talis,
morte vrgente, aliquid facere, nō eſt
neceſſarium petere illam promiſſio-
nem cum licentia manifeſtandi, nam
peccatum huius eſt occultū, nec cre-
detur

Digitized by Google

detur Confeſſario illum fuiſſe Vſurarium, ſicut credebatur, cũ notorius, & manifeſtus erat. *Tolet. loc. cit. nu.* 11.

Tertiò, aduertat Confeſſarius circa huiuſmodi reſtitutionem faciendam, quod Vſurarius non ſolum tenetur reſtituere Vſuras, nẽpe ea om-
84 nia, quæ vltra ſortem accepit, ſed ẽt damna illata, & lucra ceſſantia, quæ ex Vſurarum ſolutione obuenerũt, ſoluentibus Vſuras ex earum ſolutione; Verbi gratia ſi quis, vt ſolueret vſuras, coactus eſt domum, vel agrum minoris vendere, quam valebat, vſurarius tenetur ei non ſolum de vſura accepta, ſed de damno dato facere reſtitutionem, vt habet *D. Thom.* 2. 2. *q.* 78. *art.* 3. Rurſus, ſi ſoluens negotiabatur illa pecunia, & dum eam vſurario ſoluit, lucrum perdidit, tenetur ei vſurarius de lucro ceſſante, reſtituere omne damnum illatum, ita *Sot. lib.* 6. *q.* 1. *art* 4 *Tolet. lib.* 5. *c.* 35. *num.* 2. *Azor. loc. ſupra citat. c.* 15.

85 Vltra iſta tenetur etiam vſurarius aliquando reſtituere ſimul fructus, quos apud eũ res per vſuras acceptæ fecerunt. *Tolet. loc. citat.* Imò non ſolũ fructus in totum perceptos, ſed etiã quos percipere potuiſſet, ſi ſua incuria non percipit. *Ioan. Bapt. Corrad. p.* 1. *reſp. caſuum conſcient. q.* 232. *in Addit.* ratio, quia per hanc negligentiam ſuã læſit, eum a quo rem fructiferam per vſuram accepit: & ſibi imputare debet, quod fructus non perceperit: eos enim dominus rei percipere potuiſſet. Tenetur etiam reſtituere fructus quos percepit, quos dominus rei non fuiſſet alioqui percepturus, ob negligentiam ſuam, vel ob caſum fortuitum, quia ſatis eſt, quod ſint fructus rei, & percepti ab vſurario, ita *Azor. loc. citat. cap.* 15. Pro maiori tamen intelligentia, notandum, quod res per vſuras acceptæ ſunt in duplici differentia. Quædam enim ſunt, quæ ex
86 ſe non fructificant, niſi ex induſtria habentis, vt pecunia, frumẽtũ, oleũ, & alia, quæ vſu conſumuntur. Quædam vero, quæ ex ſe fructificant, vt Domus, Ager, vinea, oliuetũ, equus, ſeruus, & aliæ, quę vſu non conſumũtur. Vſurarius igitur non tenetur reſtituere eos fructus, quos ex reb. vſu conſumptibilibus ſua induſtria conquiſiuit, v. g. ſi pecunijs vſurarijs negotiatus, lucratus eſt multa, nihil horum tenetur reddere, niſi vt diximus lucrum ceſſans, vel damnum emergens, ſi quod euenit alteri, cauſa vſuræ, & idem dicendum eſt de Agro, domo, vel re, vſu non conſumptibili, quæ empta eſt ab vſurario pecunijs vſurarijs, non tenetur horum fructus reddere, quia ex ipſius induſtria ſũt, vt dicit *D. Thom. loc. citat. Tolet. vbi ſupra num.* 3. *Io Bapt.* Corrad. *loc. ſupra cit.* Vnde ſi Titius vſurarius vendat poſſeſſionem ſuam patrimonialem, quã habet, vel quam ex pecunia vſuraria emit, valida eſt venditio, quia per eã recipiendo pretium tãtum accreſcit in bonis ſuis, quãtum habebat prius; dummodo iuſto precio vendat poſſeſſionẽ, & ſi pecunia vſuraria emat poſſeſſionem, valida eſt emptio, & validè transfertur pecunia in alium, quia accepta per emptionem poſſeſſione, tantum adhuc retinet in bonis ſuis, quantum habebat. *Azor. d. lib.* 5. *c* 16. De rebus autem, quæ vſu conſumuntur, tenetur facere reſtitutionẽ, vt tradit *Bannes ſuper D. Thom.* 2. 2. *q.* 78. *art.* 3. *Corrad. loc. citat. in Addit.* Lo-
87 quendo vero de rebus vſurarijs, quæ ex ſe fructificant, quas ob vſuras ſoluentibus, quis accepit, tũc vſurarius tenetur res cum fructibus reſtituere, deductis expẽſis prius, & laboribus; Quæ quidem reſtitutio facienda eſt ijs a quibus vſuras accepit, quod ſi mortui ſunt, eorum Hæredibus, vel his, qui nomine ipſorum poſſint acquirere, quod ſi nullus eorum extãt, nec apparent, tunc pauperibus reſtitutio facienda eſt. *Tolet. loc. citat. nu* 4. *Azor. vbi ſupra c.* 15. *in fi. Rodriq.* 2. *p. ſumm. c.*

109.

Digitized by Google

109.*num.*14. Vt autem omnia clariora fiant,& manifeſtè ſciatur ex quib. bonis vſurariorum huiuſmodi reſtitutio ſit facienda, notandum, quod bona vſurariorum ſunt in quadrupli
88 ci differentia. Quædam ſunt, quæ ꝑ vſuras accipiuntur, ſed vſu conſumũtur, vt pecuniæ frumentum, & alia. Quædam talibus empta, ſed quæ vſu non conſumuntur, vt Domus, Agri, Vinæe pecunijs per vſuram acceptis emptæ. Quædam per eaſdem accepta immediatè, & vſu non conſumptibilia, vt Domus, Agri &c. Vltimo bona propria, nõ per vſuras accepta. Quantum ad præſens, eadem eſt ratio de ſecundis,& primis, vt tamen reſolutio habeatur, ideo de ſingulis dicendum eſt. Primo ergo dicendũ, quod omnia huiuſmodi bona, dum ſunt in poteſtate vſurari, ſunt obnoxia reſtitutioni vſurarum, vt ex eis tantum auferatur, quantum ſufficit pro reſtitutione vſurarum, ad modũ prædictum. Explico, ſi quis mille Aureos accepit per vſuras, tenetur reſtituere ex quibuſcunque bonis ſuis, adeò, vt ſi conſumpſit illos. debeant abſtrahi a proprijs bonis ſuis; & ſi ex illis fundum emit, nec aliud habet, vnde ſoluat, debet fundus vendi, & ex precio vſura reſtitui. *Tolet loc.citat. num 6.*

Secundò, idem dicendum eſt de Hæredibus vſurarij, acceptantib. hæreditatem; omnia enim bona hære-
89 ditate accepta manent obnoxia reſtitutioni, tamen notandum eſt, cũ multi ſunt hęredes, non ſunt obnoxij niſi pro rata: ſi enim tertiã partẽ vnus accepit, tertiam vſurarum partes tenetur reſtituere. *Tolet loc citat.nũm.*7. & ſi quæratur an ſinguli hæredum in ſolidum teneantur, dicẽdum ſi ſinguli æquali portione hæreditatẽ ingreſſi ſunt, ſinguli ad æqualem portionem tenentur: ſi verò æqualiter hæreditas non ſit partita, tunc vnuſquiſque eorum prout hæreditatis eſt particeps, ita pro ſua portione teneť. Sed quicunque eorum rem poſſideret, quę pretium fuerit vſurarium, vt eſſet veſtis, Annulus, equus, domus, & ſimilia, eandem rem numero, Domino reddere tenetur. Et tunc cæteri Coheredes tenẽtur illi refundere, pro ratione ſuæ portionis. Et valde notandum eſt, quod licet, poſt eius obitum, nemo aliquid petat, nec ipſe ante obitum ſuum quicquã reſtituendum indicauerit, ſiue mandauerit, verumtamen ſi hæredes aliquatenus hęſitauerint, & poſſent inuenire eius contractus vſuræ labefactos, vel ab alijs fide dignis certò ſcire *huiuſmodi* lucra eum feciſſe, in conſcientia tenentur exactè quærere, atq; ita inuenta reddere cui debentur. Et ſi ambigentes de poſſeſſis, an alteri debeãtur quærere, & reperire noluerint in ſtatu decedunt damnationis, vt ait *Sotus.lib.*4 *q.*7.*artic.*4 ſimiliter dicendum eſt ſi talis vſurarius donauerit pecuniam, vel Dotem dederit, ſi omnia, quæ reliquerant, erant vſuraria bona omnes iſti reſtituere tenentur creditoribus, qui ab illo per vſuras ſpoliati ſunt. *Ioan.Bapt.Corrad vbi ſupra quaſt.*233.

Tertiò, cum res vſu non conſumptibilis per vſuras accepta eſt, manet reſtitutioni obnoxia, in cuiuſcunque
90 ſit poteſtate, ſiue ſit apud vſurariũ, ſiue apud hęredem, ſiue apud eum, ꝗ ab vſurario emit, ſiue donum accepit, denique a quocunque habeatur Domino debet reddi, quia ſemper eſt ipſius Domini primi ſicut res furto ablata. *Tolet. loco citato numero octauo.*

Quartò; ex alijs bonis ꝑ vſurã acceptis, ſiue vſu conſumptibilib. ſiue vſu nõ cõſumptibilib. emptis ab vſurario, ſi vſurarius habeat alia propria bona, vnde vſuras reſtituat, poteſt ea
91 alienare, donando, vendendo, emendo, vel quouis modo. Imò etiã ſi vſurarius alia bona non habeat ad reſtitutio-

tutionem vſurarum emptiones validæ ſunt, ſi ſint factæ pro rebus emendis ſimpliciter neceſſarijs ad ſuſtentationem ſuæ vitæ,& familiæ; ſecus autem ſi factæ ſint pro rebus emēdis ad luxum,voluptatem,vel alios illicitos,ſuperfluuos,& vanos vſus. *Azor. d.lib.5.cap* 14.nec qui ea recipit, reſtituere tenetur, v.g. vſurarius habet multa propria bona, quib.poteſt reſtituere ea,quæ per vſuras accepit,ſiue ſint bona priori, ſiue poſteriori modo, quamuis hæc vſuraria bona quis nō a ſe alienet, qui accipit, non peccat,nec reſtituere tenetur,quamuis poſtea vſurarius ad inopiam veniat,nec habeat, vnde ſoluat,dūmodo habuerit cum alienauit. Vnde multi caſus per hoc ſoluuntur; Vt de accipiente Dotem ab vſurario ex pecunijs vſurarijs,vel ex partis per eas; De acccipiente dona,vel modo alio, nullus horum tenetur,ſi cum accepit propria bona habebat vſurarius, ex quibus ſolueret, quia non tenebatur reſtituere ex illis eiſdem acceptis,niſi ex quibus vellet. *Tolet.loc cita.num.* 10.*& ſequen.*

Quintò, cum tamen vſurarius nō habet alia bona ꝓpria, vnde ſoluat, præter ea, quæ ex vſuris acquiſiuit;
92 ſunt multi, qui dicunt, generaliter omnes, qui accipiunt ab eo, quouis modo teneri ad reſtitutionem accepti. At *Sot.lib.6.q.1.art.4.* optimè cū diſtinctione procedit, inquit enim dupliciter aliquem alienare ſua. Vno modo,cum rei propriȩ diminutione, vt cum dat, & non recipit,puta cum donat alteri, cum dat Dotem filiæ, cum dat mercedem famulis,qui rem domino ſuo labore, vel negotio non augent. Altero modo,abſque rei ſuæ diminutione,vt qui emit;dat.n.vnū, & recipit æquiualens, & qui dat mercedem laborātibus in re ſua: hi enim augent rem ipſam. Iuxta hoc dico,ꝙ talis vſurarius,qui alienat modo priori, facit rem alienatā reſtitutioni obnoxiam; Vnde Gener non poteſt Dotem accipere a ſocero vſurario, & ſi accipiat,tenetur reſtituere, quamuis cum bona vſurarij reſtituēda ſint incerta, poſſit ab Epiſcopo petere, vt ſibi applicentur,vt dicit *Nauar.Man. c.17.num* 272. prædicta bona Dotalia, quæ pauperibus eſſent reſtituenda,vt eis tamquam pauper ſe ſuſtentet. *Rodriq.in ſum p.2.c.*109.*num.*8. *&*
93 *ſeq.* Vel dicendum,quod ſi ſocer alia bona habeat, ex quibus vſuras reſtitueret, tūc prædictus Gener tuta cōſcientia poteſt retinere Dotem;licet ſocer deinde fact⁹ fuerit pauper; Qđ ſi non habeat,tūc Gener non poteſt, vt dixi dotem retinere; ſi tamen bona fide acceperit, poterit ratione tm̄ ex Dote, quantūm erit neceſſariū ad vxorem alendam: quia huiuſmodi alimenta ſunt vxori debita. Item quæ accipit vxor ab vſurario Marito, poteſt tuta conſcientia retinere, ſi accipiat ad congruam ſuam ſuſtentationem,quoniam prędicta alimenta sūt debita vxori; Item ſi ſua induſtria, & opera lucrifaciat, ita vt augeat vtiliter Mariti bona,pōt retinere, ſi quid accipit ex bonis Mariti, etiam ſi maritus non habeat alia bona,ex quibus vſuras reſtituat; poteſt enim vxor ſibi retinere lucra,quȩ ipſa fecit,& idē de filijs eſt perinde philoſophādum, atque de vxore; nam ex bonis Patris vſurarij poſſunt ali, ſi Pater alia bona habeat,ex quibus vſuras reſtituat; quod ſi non habeat, & aliquid acceperint ad congruam vitȩ ſuſtentationem, nihil tenentur reſtituere, quoniam ſunt debita illis alimenta. Item ſi ſua induſtria, & opera rem Patris vtiliter auxerint, poſſunt recipere quantum ſua induſtria, & opera meretur; quod ſi acceperint ad luxum, vel alios vſus illicitos, aut vanos, tenentur reſtituere, ſi Pater nō habeat vnde reſtituere poſſit vſuras. *Azor. vbi ſupra d.c.*14. Nec etiam poteſt donare,nec alere famulos, qui rem domini

mini non augent, & hi tenentur reſti tuere, niſi ignorantia excuſentur. *Tolet. vbi ſupra num.* 14. At vero, ſi poſteriori modo alienat, non obligantur, nec ſunt obnoxia reſtitutioni, cum accipit vſurarius æquiualens, vnde poſſet reſtituere, dummodo, vt diximus, non ſit res vſu non conſumptibilis ex ipſa vſura accepta. Ab his exci-
94 pit *Nauar. loco allegato.* Vxorem vſurarij, quæ licet habeat propriam Dotem, poteſt ſuſtentari ex bonis Mariti, etiam per vſuram acceptis, dũmodo viuat moderatè, ſecundum ſtatũ: nam prior eſt obligatio ſuſtentandi vxorem, quam alia debita ſatisfaciendi. Excipiuntur etiam filij, qui aliundæ viuere non poſſunt, & ſerui rem domini augentes, & qui coacti ſunt ſeruire ei. *Tolet. loc. ſupracitat. num.* 15. Quę omnia ſummoperè quidẽ Confeſſarij conſiderare debent, vt ſcire queant, quomodo, & quando vſurarij ad reſtitutionem tenẽtur, & quando eis beneficiũ abſolutionis impendere valeant.

Quartò, & vltimo, procuret Confeſſarius inducere vſurarium pœnitẽtem ad veram, & perfectam contritionem ſuorum peccatorum, cum firmo propoſito, quod nec ipſe, nec No-
95 tarius amplius contractus illos vſurarios exercet, vel conficiet, ſub promiſſione pœnę erogandæ alicui loco pio. *arg. text. in l. ex ea. §. mulier. ff. de verb. oblig.* Graff. *in Prax. lib. 2. c. 44 nu.* 34. Ante abſolutionẽ inſinuet ei grauitatem huius criminis, adeo enim graue peccatum eſt vſura, vt nec pro redimenda anima captiui poſſit exerceri. *c. quia, & c. quoniam, & c. ſuper eo. de vſur.* non enim prætextu pietatis, eſt impietas exercenda, & committẽda. *c. non eſt putanda. 1. q. 1. c. 1. de Conuerſ. infid. 14. q. 5. c. 2. & c. ne quis.* Hinc
96 infertur, quod nõ ſit licitum mutuare cum pacto, vt det aliquid pauperibus. *d. c. non eſt putanda.* Verbi gratia mutuo tibi centum cum pacto, vt nihil mihi ſoluas, ſed vt ſoluas decem pro centenario pro eleemoſyna pauperibus eroganda, cum vſura ſit omni iure prohibita. *Graff. p. 2. lib 2. dec. aur. c. 24. num. 4.*

Vſura. n. eſt prohibita non ſolũ iure humano, ſed etiã naturali, & diuino, veteris, & noui teſtamenti. *c. quia. & c. ſuper eo de vſur.* Nam prohibetur ſeptimo præcepto Decalogi. *Non furtum facies. Exod. c. 20.* quo omnis rei illicita vſurpatio, qualis eſt vſura ꝓhibetur. *c. pœnale. 14 q.* 1. quod eſt pręceptum vtriuſque teſtamenti, & ſpecialiter prohibetur in nouo per illud *Lucæ. c. 6. Mutuum date nihil inde ſperantes. Nauar. Man. c. 17 num.* 207. *& Comment. de vſuris. num. 7.*

97 Prohibita eſt etiam in iure Canonico. 14. *q. 3. per totum. & c. ſuper eo. de vſur.* Item in quatuor Cõcilijs, vt habetur. *in cap quantum multi. 14. quaeſt. 4. & diſt. 48. cap 2.*

Item Imperator iure nouo Authẽticorum prohibet vſuras. per *Auth. de Eccleſ. titul. §. 1.* Et cum omni iure ſit prohibita, ideo ſacri Canones multas pęnas ſtatuerunt contra manifeſtos vſurarios.

Primò enim vſurarius manifeſtus, qui non præſtiterit ſufficientem cautionem de reſtituendo cum Pignoribus, vel fideiuſſoribus, quando realẽ
98 reſtitutionem facere non poterit, ijs a quibus eas extorſit, ſi præſẽtes ſint, alioquin eis, qui acquirere poſſunt, iuxta. *d. cap quamquam. de vſur. in 6.* vel Pauperibus, in ſacramentali Confeſſione non eſt abſoluendus. *d. c. quamquam, & c. quia in omnibus. de vſur. Silu. verb. vſura. q. §. 4 Graff. par. 1. lib. 2. dec. aur. c. 103. num.* 10. imo excluſus eſt a ſanctiſſima Communione. *d. c. quamquam. & cap. in omnibus. Graff. & Silue. loc. citatis.*

Secundò, ipſo iure eſt excommunicatus. *c. 1. & 2. de vſur. in 6. & c. qui in omnibus. de vſuris.*

Tertiò; caret Eccleſiaſtica ſepultura.

tura.*d c.quamquam.* & *Clement.eos.de ſepult.*

Quartò, ipſo iure tales Vſurarij
99 ſunt infames.*c infames.16.q.1.* nō poſſunt teſtari, nec donare cauſa mortis *d. c. quamquam.* & Teſtamentum ſeu legatum ad pias cauſas, non valet, ſcilicet ſi vſurarius decedat impenitēs. *Silu.verb.vſura.9.§.7.*

Quintò, non poſſunt habitare inter fideles, & non debet eis locari domus in Ciuitate.*d.cap.1. de vſur.in 6. Graff.loc.citat.num.15.& Siluest.vbi ſupra § 4.* alias pœnas contra vſurarios, vide apud .*Angel.verb. vſura.2.num.3.& Silu.eod.q.num.4.*

Deniq; abſoluat eum, modo quo ſupra dictum eſt, imponendo ei grauiſſimam penitentiā, præſertim pręſeruatiuam, ſi ei videbitur, vt, verbi gratia, quoties in poſterum vſuram
100 quomodocunq; exercuerit, etiā in minimis, vel contractus vſurarios fecerit, vel Notarius ſubſcripſerit, toties quandam pecuniæ ſummam tali pio loco ſoluat, *Vt quos diuinus timor a malo non reuocat temporalis ſaltem pœna cohibeat a peccato.c vt* Clericorum. *de vit.& honeſt clerico.* Et hæc pro huius noni caſus reſeruati declaratione, dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio decimi caſus reſeruati eiuſdem Tabellę Fanenſis, qui talis eſt.

Legata Pia ſine iuſta cauſa non ſoluentes.

PRo declaratione huius decimi caſus reſeruati, præter ea quæ dicūt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt legatum Pium.*
2 *Quando legata Pia ſine iuſta cauſa nō ſoluentes incidūt in caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionē prædicta legata pia ſine iuſta cauſa non ſoluentium.*

CIrca primum; breuiter, legatum Pium, prout colligitur. *Inſtit. de legatar. §.legatum.& ff.de donat.l.1.& ff. de legat.2 l legatum.* eſt donatio quæ-
101 dam a Teſtatore pro anima ſua, Eccleſijs, vel alijs locis Pijs relicta, ab hærede poſt eius mortem pręſtanda. *Silu.Angel.Armill & Tabien. verb legatum.Graff.in Prax.lib 2.c.26. num.7.* vt etiam dixi ſupra in declaratione, ſexti caſus reſeruati in Tabella Anconitana.*num.307 fol.96.* Quid autem ſit pia cauſa, & quot modis ſit legatū ad pias cauſas, vide ſupra in dicta Tabella Anconitana *loc.citat.nu.289.& ſeq fol.94 & ſequent.*

Circa ſecundum; Qui autem incidunt, vel non incidūt in hunc caſum reſeruatum clarè patet.

Primò enim incidunt omnes cuiuſcunque ſtatus, ſexus, & conditionis, qui legata pia ſine iuſta cauſa, ijs, quibus relicta fuere, nō ſoluunt. Quę
102 autem ſit, hæc iuſta cauſa iudicio viri prudentis, ideſt Confeſſarij arbitrabitur. Et ſi huiuſmodi legata pia poſt ſex menſes non ſoluerint, incidunt in quartum caſum reſeruatum in Tabella Sancti Seuerini.

Secundò, incidunt, qui in vltima Confeſſione promiſſerunt Confeſſario, infra certum tempus, verbi gratia in ſpatio duorum menſium, ſoluere legata pia, qua conditione fuerunt
103 abſoluti, & potuiſſent, ſi voluiſſent infra dictum tempus facere huiuſmodi ſolutionem, ſed ob negligentiam, pigritiam, & inertiam, neglexerunt, incidunt inquam ſi poſtea impotentes effecti, eam minimè facere queūt. Et notandum, quod circa huiuſmodi ſolutionem, quotieſcunque pœ-

Digitized by Google

nites commodè poteſt ſoluere poſt vltimam Confeſſionem, & non ſoluit, incidit in caſum reſeruatum; patet, quia cum Fanenſis Epiſcopus nō limitauerit tempus, quando talis ſolutio ſit facienda, ſed abſolutè dicit, *Legata Pia, ſine cauſa non ſoluentes*, ſequitur quod intelligi debet ab vltima, vſque ad proximam futuram Confeſſionem.

Non incidit autem; Primò qui cū debet conſequi certam quantitatem pecuniæ ab aliquo loco pio ei legatū
104 nō ſoluit, inſtans pro ſua ſatisfactione, quia legata non debentur, niſi deducto ære alieno *l. irritum. C. ad leg. fal cid. l. qui fundum. ff. eod. tit. & inſtit. eod. tit §. cum autem. arg. Graff. in Prax. lib. 2. c. 21 num. 25.*

Secūdò, nec qui penes ſe relictum ad pias cauſas, retinet, nec ſoluerit poſt vltimam Confeſſionem, ſi ea bona retineat, animo ſibi recompenſan
105 di, ratio quia ex quo tale quid licitè poſſit in recompenſationem retinere, iam effectum eſt ſuum, & nec alterius eſt amplius. *argum. Graff. loc. citat. numero 26.*

Tertiò, cum compenſatio, quæ eſt debiti, & crediti inuicem contributio. *l. 1 ff. de compenſat.* ſit ſolutio. *leg. ſi*
106 *debitor. ff. qui poti. in pign. hab. leg. amplius ff rem rat. haberi.* fit, quod qui legatum pium, quod debetur per Petrum tali Eccleſiæ, compenſat debito legali, & vero cum Eccleſia, quæ ei debitrix eſt, dicat ſoluiſſe, & ideo in caſum non incidit. *Graff. in d. Prax. lib. 2. c. 26. num. 28.*

Quartò, nec qui aliquid reſtituere debet Eccleſiæ ex cauſa donationis
107 inter viuos, vel cauſa mortis, cū legatum ſit quid diuerſum ab iſtis. *Inſt. de legat. ff. legatum.* & ex diuerſis, non fit illatio. *leg. Papinianus. ff. de minori. Graff. loc. citat. num. 27.*

Quintò, nec qui non ſoluit legatū pium, eo quod cum eo cui tale legatum debetur, ſuper hoc cautionem fecerit, & ſoluere promiſerit, ſolutio
108 enim, & promiſſio paria ſunt, & promittere eſt dare. *l. fin. C. ad leg. falcid.* ſicut eſt remittere, *l. ſi mulier. ff. de condit. cauſa data leg. 1 ff de calumniat. Ancharan. in c. nulli. num 2 de conceſſ. Præben. Graff. loc. citat. num 29.*

Sextò, nec q huiuſmodi legata pia non ſoluit ex ignorantia, cum enim ſtatutum non ligat ignorantes, *Abb.*
109 *in cap. nos quidem. num 12. de teſtam.* in caſum reſeruatum minimè incidere cenſendus eſt. *argum. Graff. loc. cita. num. 30.*

Septimò, nec incidunt Religioſi quorumcunque ordinum, legata pia non ſoluentes, ratio quia cum ſint
110 exempti ab ordinariorum iuriſdictione, ideo minimè includuntur ſub eorum caſuum reſeruatione; tamen cum Epiſcopi non ſolum de iure cōmuni iuxta tex *in c. nos quidem & cap. tua nobis de Teſtam.* ſed etiam tanquā Sedis Apoſtolicæ Delegati in caſib. a iure conceſſis omnium piarum diſpoſitionum, tam in vltima voluntate, quam inter viuos ſint executores, vt habetur per *Concil. Triden. ſeſſ. 22. c. 8. de reformat.* credo quod prædictos Religioſos ad ſoluēdum præfata pia legata, compellere poſſint; & ſi neglexerint, mortiferè peccare cenſendi ſunt.

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem pœnitentiū legata pia ſine iuſta cauſa non ſoluentium, ea
111 profectò per omnia (mutatis tamē mutandis) eſſe poterit, quæ poſita eſt ſupra in declaratione octaui caſus reſeruati ī Tabella Anconitana *fol. 109.* & hæc pro huius decimi caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudē, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio vndecimi & vltimi caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Fanenſis, qui talis eſt.

Car-

Carnibus temporibus ab Eccleſia vetitis ſine iuſta cauſa, veſci præſumentes.

PRo declaratione huius vndecimi caſus reſeruati; præter ea, quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, quamquã
112 multa eſſent dicenda, quia tamen ea, quæ dixi ſupra in declaratione quinti caſus reſeruati in Tabella Piſaurenſi huic caſui optimè etiã aptari poſsũt, ideo modo hic miſſa facio. Et hęc pro huius vndecimi, & vltimi caſus reſeruati, ac ſimul totius iſtius Tabellæ Fanenſis declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

QVÆSTIO XI.

De Caſibus Reſeruatis Epiſcopo Æſino.

Circa hanc vndecimam Quæſtionem quæritur quot, & quales ſunt caſus Reſeruati Epiſcopo Aeſino, ad quod breuiter reſpondeo dicendo. Caſus, quorum abſolutionem nunc in ſua Diæceſi ſibi reſeruat Ordinarius Aeſinus, ſunt hi qui in præſenti Tabella continentur.

Tabella Aeſina.

1 *Abuſus Sacramentorum, ad finem, ad quem non ſunt inſtituta.*
2 *Abortus, aut ſterilitatis, in quauis fœmina procuratio, etiam non ſecuto effectu.*
3 *Blaſphemia contra Deum, Beatam Virginem, & Sanctos, ex nefaria conſuetudine.*
4 *Sodomia, & Beſtialitas, ſupra tres vices, per totum Annum.*
5 *Matrimonij conſummatio ante diſpenſationem obtentam ab ijs, qui contraxerunt in gradibus prohibitis.*
6 *Homicidium voluntarium conſilium, aut mandatum ad illud committendum, ſecuto effectu.*
7 *Periurium Teſtis, iuridicè interrogati.*
8 *Artis Magicæ exercitium, aut ſortilegium ſcienter cum expreſſa, vel tacita dæmonis inuocatione.*
9 *Inceſtus in primo, & ſecundo gradu conſanguinitatis, aut affinitatis incluſiuè.*
10 *Carnalis copula inter Compatrem, & Commatrem.*
11 *Qui manent in adulterio, aut concubinatu publico, etiam ſi non morentur in eadem domo.*

Declaratio huius Tabellæ.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio primi caſus reſeruati eiuſdem Tabellę Æſinæ, qui talis eſt.

Abuſus Sacramentorum ad finem, ad quem non fuerunt inſtituta.

PRo declaratione huius primi caſus reſeruati, præter ea, quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt abuſus Sacramentorum ad finem, ad quem non fuerunt inſtituta.*
2 *Quando Abutentes Sacramentis ad fi-*

nem ad quem non ſunt inſtituta, incidūt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem pœnitentiū Sacramentis abutentiū.*

Circa primum; breuiter, quid ſit abuſus Sacramētorum ad finem, ad quem nō ſunt inſtituta, cum habeatur ſupra in declaratione ſecundi caſus reſeruati in Tabella Piſaurenſi. Et ibidem etiam reperiantur, quando abutentes Sacramentis ad finem, ad quē non fuerunt inſtituta, incidunt, vel non incidunt in hunc caſum reſeruatum; Atque Praxim etiam a Confeſſario obſeruandam circa Confeſſionem, & abſolutionem Sacramentis abutentium, ideo ne inutiliter membranas occupem, illuc Confeſſarium remitto. Et hæc pauca pro huius primi caſus reſeruati declaratione, modo dicta ſufficiant ad laudem, & gloriam Dñi noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſecundi caſus reſeruati eiuſdē Tabellæ Aeſinæ, qui talis eſt.

Abortus, & ſterilitatis in quauis fœmina procuratio, etiam non ſecuto effectu.

PRo declaratione huius ſecūdi caſus reſeruati, præter ea quæ dicūt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt abortus, & ſterilitatis procuratio.*

2 *Quando abortum, aut ſterilitatem procurantes incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionē pœnitentium abortum, aut ſterilitatem procurantium.*

Circa primum; Quid ſit abortus procuratio iā diximus ſupra in declaratione ſeptimi caſus reſeruati in Tabella Maceratenſi in principio, nunc videndum eſt, quid ſit ſterilitatis procuratio. Et dicendum eſt, quod, ſterilitatis procuratio eſt cum Mulier per ſeipſam ſumit, vel alius ei propinat ſeu porrigit aliquod comeſtibile, vel potabile, quo minus concipere, vel generare poſſit, vt vel ſic ſterilis omnino fiat. 1

Circa ſecundum; Quinam incidunt, vel non incidunt in hunc caſū reſeruatum, vide ſupra in declaratione dicti ſeptimi caſus reſeruati in Tabella Maceratenſi. Et circa tertium; nempe qualis Praxis obſeruanda ſit a Confeſſario circa Confeſſionem, et abſolutionem, abortum, aut ſterilitatem procurantium, patebit ibidem. hæc ergo pro huius ſecundi caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiāt ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen. 2

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio tertij caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Aeſinæ, qui talis eſt.

Blaſphemia contra Deum, Beatam Virginem, & Sanctos, ex nefaria conſuetudine.

PRo declaratione huius tertij caſus reſeruati, præter ea quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Blaſphemia contra Deum, Beatam Virginem, & Sanctos, ex nefaria conſuetudine.*

2 *Quando huiuſmodi Blaſphematores incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

Qualis

Digitized by Google

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem ex nefaria conſuetudine blaſphemantium.*

Circa primum; Blaſphemia contra Deum, Beatam Virginem, & Sanctos, ex nefaria conſuetudine, eſt, dice-
3 re tacitè, vel expreſsè, verbo, vel ſcripto, contra Deum, Beatam Virginē, aut Sanctos quidpiam cōtumelioſū. *Nauar. in Man. c. 12. num. 81. ex D. Ambroſio lib. de Paradiſo. Alexand. de Ales p. 2. q. 148. Sanct. Thom. 2. 2. q. 13. art. 1. Horat. Gamba de caſib reſeruat. fol. 251.* Candelab. *Aureum. 3. p. c. 19. Graff. p. 1. lib. 1. dec. aur. cap. 19. num. 2.* Quod qui-
4 dem fit, cum tribuitur Deo, quod ei non cōuenit, vel remouetur, quod ei congruit; vel tribuitur Creaturæ, qđ ſolius Dei eſt proprium. *Nau. loc. cita. Petr. Anton. Lazar. de Blaſphemia q. 1. nu. 3.* vbi citat multos Authores. Itaque iuxta communem ſacrorū Theologorum, ac Canoniſtarum, & Legiſtarum opinionem, de qua teſtatᷣ *Ioā. Bapt. Piotus, tract. de Blaſphemia. num. 2.* Blaſphemia propriè loquendo cō-
5 mittitur, & eſt, dicere contra Deum, vel Sacratiſſimam Virginem Matrē Mariam, aut Sanctum, vel Sanctam, vel res ſacras, verbum perperam dictum, aut cōtumelioſum, opprobrioſum, iniurioſum, turpe, obſcęnū, maledicum, ſeu maledictum, ſceleratum inhoneſtum, vel vituperoſum, indignum, vel falſum, pudibundum, vel in contemptum, in deſpectum, in vilipendium, aut paruipendium, deriſionem, conuitium, vel iniuriam. *Lazar. loc. ſupracit. q. 2. nu. 26.* Quod pro-
6 fecto verbum contumelioſum, ſi cōtra Deum, eius Sacratiſſimam Matrem, vel Sanctos, ſaltem quinquies ex quodam deprauato habitu, diuerſis temporibus (iuxta notata ſupra in declaratione quinti caſus reſeruati in Tabella Anconitana *fol. 87.*) euometur, dubio procul Blaſphemia ex praua, inueterata, iniqua, peruerſa, vel nefaria conſuetudine (hæc enim ſunt Synonima, & idem ſignificant, & ponuntur ab ordinarijs ad maiorē rei expreſſionē) appellatur. Blaſphemia ergo contra Deum, Beatā Virginem, & Sanctos ex nefaria conſuetudine, eſt verbum contumelioſum maledictionis contra Deum, Beatiſſimā Virginem Mariam, & Sanctos, ex quodam habitu deprauato ſaltē quinquies diuerſis temporibus, tacitè vel expreſsè, lingua, vel ſcripto, prolatū, ita ex ſupra allatis Doctoribus, & ex *c. ſtatuimus. iuncta gloſa de Maledic. Tolet. lib. 4. cap. 13. num. 5. Suarez de Relig. tract. 3. lib. 1. cap. 4. num. 1. Clau. Reg. lib. 6. cap. 13. num. 1.*

Circa ſecūdum; ex hactenus dictis clarè colligitur, qui nam incidunt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

7 Primò enim incidunt, qui interpellatis temporibus, quinas protulerint Blaſphemias, ſiue Hæreticales, ſiue Atroces, ſeu enormes, ſimplices, aut leues, vel cuiuſcunq. generis illę ſint, poſt vltimam Confeſſionem Sacramentalem; vbi alias hac de cauſa abſolutionem a pęnitentiario, vel alio abſoluendi a caſibus reſeruatis facultatem habente, obtinuerint; reincidendo enim habitum quendam contraxiſſe peruerſum, in eoque perſeuerare videntur; maximè ſi paruum tēporis interſtitium fuerit elapſum ab ultima Confeſſione, ut ſi poſt octo, uel decem dies a Confeſſione ad Blaſphemandum reuertantur. *ex Lazar. q. 8. num. 7.* Blaſphemiæ Hæreticales, quæ ſint, uide ſupra in declaratione quinti caſus reſeruati in Tabella Anconitana, *fol. 86.* Blaſphemia ſimplex
8 ea eſt ſeu dicitur, quæ non repugnat ijs, quæ tenemur credere. *Lazar. q. 1. num. 7.* Leuis dicitur illa, quæ parum diuinæ bonitati, uel Beatæ Virgini, uel etiam Sāctorum honori derogat,

vt verbi gratia quando attribuitur Deo, vel Sanctis aliquid verum, & honeſtum, ſed tamen irreuerenter, iurando ſcilicet per corpus, caput, vel Sanguinem Dei, vel Sanctorum, ex ira, indignatione, conſuetudine &c.
9 *Clar. Reg. lib. 6. c. 13. num. 3.* Attrox vero erit illa, quę per modum optandi, imperandi, aut imprecãdi profertur, vt cum quis malum Deo, vel Sacratiſſimæ Virgini, aut Sanctis imprecatur, vel eis maledicit, vel impiè verenda ipſorum nominat, vel cum terrã, vel ignem, vel aliud elementum, vt Dei creaturam execratur; Vel dicendo *Deum tædeat, per vitam Dei*, vel *diſpliceat Deo. Lazar. q. 7. nu. 13.* ſic etiam enormis Blaſphemia eſt iurare per
10 Chriſti domini noſtri, & Beatæ Mariæ ſemper Virginis verenda; paria enim ſunt maledicere Deum, vel de eo verba pudibunda proferre; itẽ ſub attroci Blaſphemia comprehẽdi debet illa, *Nec Deus ſi deſcenderet de Cęlo, amoueret frumentum de Area iſta*, prout dixit quidam cum alio altercãdo. *Lazar. loc citat num. 31. 33.* Denique li
11 cet de iure tribus modis dicatur Attrox Blaſphemia. Primò ex perſona, vnde omnis Blaſphemia, quæ directè contra Deum, aut Beatam Virginem, vel Sãctos euomitur, attrox nũcupatur, vt ſi aliquid opprobrioſum, & valde iniurioſum proferatur contra Deum, vel Sanctos eius, vt ſi dicatur, vt quidam dixit, *ſe Dio il diceſſe, io diria, che il mentiſſe per la gola*; Item *Puttana di Chriſto*; Vel *Ad ſanguinem Scorti Sancti Pauli*; Item *Ne tu ne quel becho, &c. Lazar. loc. citat. num. 14 & 27. & ſequent.* Secundo ex loco, vt cum Blaſphemia prolata eſt in Eccleſia dum diuina celebrãtur, maximè multis audientibus; Vel in foro, & Palatio, Prætorio, coram Pretore, vel ꝓpe eum; Vel in Theatro coram multis, dum fiunt ſpectacula; Vel in Platea corã multitudine populi *Lazar. q. 5. num. 61. & d. q. 7. num. 14.* Tertiò ex facto, vt cum magnum ſcandalum ex ea ortum eſt; Attamẽ iudicis, vel prudentis Confeſſarij, ſeu Pij Viri iudicio, inſpectis circumſtantijs loci, temporis, perſonæ, ac gradibus Blaſphemiarum remittendum hoc eſſe graues doctores tradunt. *Ioan. Bapt. Plot. tract. de Blaſphem. num. 27. Lazar. loc. ſupracitat. num. 15.* Vbi etiam concludit quod enormis, immanis, & Attrox Blaſphemia eſt regulariter, cum Sanctum Dei nomen, virtus Dei, ſalutaris Chriſti Paſſio, Adoranda vulnera, ſanguis eius, & quicquid ad noſtram ſalutem efficax fuit, ad execrationes, & maledictiones aſſumuntur, ſecundum *Ioannem Holthulſium Kempenſem in ſuo Catechiſmo.*

Secundò, incidit etiam, qui extra Ciuitatem pluries blaſphemauit, & reuerſus in Ciuitatem iterum in illas reinciderit, paucis etiam vicibus; nã
12 ſi alias de blaſphemiæ peccato abſolutus ſit, & blaſphemiæ vnitæ cũ primis ſint ſufficientes ad inducendam conſuetudinem; cum teneatur, quis confiteri omnia peccata, quę in quacunq; orbis terrarum parte commiſſit. *Sil. verb. Confeſſo. 1. §. 13.* & blaſphemiæ ibi commiſſæ comitatiuè aggrauent blaſphemias hic commiſſas ex *Ancharan in Clement. 1. not. 17. de pęnis.* in caſu reſeruato includi tamquam conſuetum probabiliter dicendũ eſt, ita in terminis *Graff in Prax. li. 1. c. 10. num. 70. Lazar. q. 8. num. 14.*

Tertiò, incidit qui pluries clã, aut occultè, vel coram paucis blaſphema
13 uit, ſed bis, aut ter poſtea publicè, iterum eandem blaſphemiam protulit; nam ſatis eſt, quod vices illæ vnitæ cum primis ſint ſufficientes ad inducendam peruerſam, & nefariã cõſuetudinem. *Graff. loc cita. num. 71. Lazar. vbi ſupra. num. 14.*

Quartò; incideret, ſi tantũ ter blaſphemauerit, vbi in Reſeruationis Tabella talis exprimatur numerus,
14 prout in Vercellenſ. *ar. 3.* Vbi *Deum,*

ac

ac Deiparam Virginem, ſeu Sanctos ter Blaſphemantes, poſt vltimam Confeſſionẽ reſeruantur. Lazar. loc. ſupracita. num. 15. hunc tamẽ caſum reſeruatum huius Tabellæ Æſinæ nemo incurrit, niſi quinquies, ex quodam deprauato habitu diuerſis temporibus, blaſphemauerit, vt ſupra concluſum eſt.

Quintò, incidunt etiam pueri, & Impuberes, qui quinquies, vt ſupra blaſphemauerit, dummodo tamen
15 ſint doli capaces, quos ætas minimè excuſat. *c.* 1. *de delict. Pueror.* doli autẽ capax regulariter dicitur, qui ſeptimum annum excedit. *gloſ. in d. c.* 1. *de delict. Puero. in verbo grandiuſculis. Menoch. de Arbitr. Iudic. caſu.* 57. *num* 41. in qua quoque ætate, ſi verè eſt doli capax, occidendo, fit irregularis, non ante. *Clem.* 1. *de Homicid.* Impuberes er
16 go doli capaces blaſphemare ſoliti, niſi ab Ordinarijs eximantur, abſque dubio ſub reſeruatione comprehenduntur. *Lazar q.* 7. *vbi ſupra num.* 57. *et q.* 8. *num.* 41. *vſque* 46. idem dicendum de Mulieribus blaſphemare ſolitis, vbi generaliter ſit facta reſeruatio, vt in præſenti Tabella fit, vbi abſolutè, & generaliter dicitur. *Blaſphemia contra Deum, Beatam Virginem, & Sanctos ex nefaria conſuetudine*; ratio quia lex generalis, generaliter ẽ interpretanda. *Lazar. d. q.* 7. *num.* 58. *& q.* 8. *nu.* 46. prout etiam dixi ſupra in Tabella Anconitana. *num.* 253 *fol.* 88.

Sextò, incidunt perſonæ ſupradictæ, quinquies blaſphemando, etiam ſi in blaſphemando ignorẽt vim ver
17 borum, modo ex vulgari ſenſu ſaltẽ cognitum ſit vnicuique, talia verba ſonare in blaſphemiam; quia tũc nõ excuſantur ignorantes ſenſum hæreticum, vel blaſphemiam eſſe hæreticalem, attrocem, enormem, vel leuẽ; nam ſibi imputare debent, talia reuoluentes verba damnata iuxta notat per *gloſ. in c. a nobis. de ſent excomm. & in Clement.* 1. *de conſan. & affinit.* q lanè procedere præſertim debet qñ blaſphemiæ ſunt hæreticales, quæ eſſent contra ius decalogi, vel legem Euangelicam, aut Apoſtolicã. *Graff. loc. citat. num.* 44. & ſic ſtultus in culpa fiet ſapiens in pęna. *c. quia ea. diſt.* 39. & confirmatur ex doctrina *D. Thom.* 2. 2. *q.* 13. *art.* 2. *ad* 3. *& Greg. a Valen. to.* 3. *diſp.* 1. *q.* 13. *p.* 1. *Ludouic. Carbo. in ſum. to.* 3. *lib.* 1. *c.* 58. dicentium, qñ aliquis animaduertit verba aliqua pertinere ad blaſphemiam, nec tamen abſtinet ab illis, quoties illa vſurpat, toties eũ blaſphemare, & grauiter peccare. *Lazar. d q.* 7. *num.* 60.

Septimò, incidunt etiam illi, q repentina iracundia, vel furore in hæreticales quinquies ſaltem prorum
18 punt blaſphemias, quas tamen aduertunt eſſe tales, licet pęnitentia ducti, ſtatim ſe retractent, vel reuocent, & contritionis ſigna oſtẽdunt; tum qa non excuſatur, quis a peccato mortali, ſiue iuſtè ſiue iniuſtè cõmotus fuerit, ſiue ſtatim pęnituerit, ſiue ex interuallo. *Io. Capeauill. de caſib. reſeruat. p.* 2. *c* 19. *q.* 1. *in fi. Zech. in princ. tract. de caſibus reſeruat. ex D. Tho.* 2. 2 *q.* 13. *ar.* 2. tum quia iracundia non excuſat, vt probatur *Leuit. c.* 24. Vbi blaſphe
19 mus Iſraelita iuſſus fuit a Deo lapidari, ex eo, quod blaſphemaſſet, dum iurgaretur cum alio viro Iſraelita, & ſic dum ira excandeſceret, ſi enim iracundiæ calor excuſaret, ferè omnes deberent excuſari, quia rari ſunt, qui quieto animo, & non excandeſcenti blaſphement, vt probatur in *c. vlt. de Maledic.* & ſi in foro iudiciali taliter blaſphemantes ex lubricitate linguę, & ſtatim ſe retractantes, ſint excuſandi, ac mitius puniendi. *Lazar. vbi ſupra. num.* 61.

Non incidunt autem in hunc caſum, omnes illi, quos recenſuimus ſupra in primo, ſecundo, tertio, &c. & octauo caſib. in declaratione ſupradicti quinti caſus reſeruati in Tabella
20 Anconitana. *fol.* 89. Verſ. *Non incidũt autem.* Et animaduertendum hic cẽ

 ſeo,

Digitized by Google

ſeo, omnia prædicta in caſu blaſphemiæ hæreticalis ibi expoſita, procedere etiam reſpectiuè loquẽdo in caſu attocis, vel enormis, aut horrendæ, ſiue execrabilis, prout nonnulli ſcribunt Epiſcopi in ſuis caſuum reſeruatorum Tabellis, quæ quidẽ voces videntur inter ſe exequari. Item notandum quod attrocis ſiue enormis blaſphemiæ appellatione, Hære
21 ticalis etiam continetur; ridiculum quippe eſſet, dicere Epiſcopos ſibi reſeruãtes blaſphemias enormes, excludere hæreticales. *Lazar. loc. ſupraci tat. num. 74.* Hinc licet quando ex Tabella requiritur blaſphemiam eſſe ex conſuetudine, tunc blaſphemans ẽt hæreticè, niſi habeat hoc ex cõſuetudine, non comprehendatur, ſecus tamen dicendum eſt, ſi cum hæreticali quinarium expleuerit numerum, & ſic declarandę ſunt Tabellæ, vbi in reſeruatione, exprimitur. *Qui nefaria conſuetudine Blaſphemauit. Lazar. quæſt. 10. num 23.*

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem pœnitentium, ex nefaria conſuetudine blaſphemantium;
22 ea eſſe poterit, quę poſita eſt ſupra in prædicta Tabella Anconitana *fol. 91.* & hæc pro huius tertij caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudẽ, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio quarti Caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Æſinæ, qui talis eſt.

Sodomia, & Beſtialitas, ſupra tres vices, per totum Annum.

PRo declaratione huius quarti caſus reſeruati; circa Sodomiam videat Cõfeſſarius, declarationẽ quarti caſus reſeruati in Tabella Anconitana, *fol. 76.* & quo ad Beſtialitatem,
23 declarationem quinti caſus reſeruati in Tabella Firmana, *fol. 123.* quib. in locis habetᷓ, quid ſint Sodomia, & Beſtialitas, & quando pęnitentes Sodomiam, vel Beſtialitatem perpetrãtes, incidunt, vel non incidũt in hũc caſum reſeruatum, ſicuti etiam Praxis a Confeſſario obſeruanda; hic tamẽ pro eius completa declaratione, vnum dumtaxat addendum cenſeo neceſſarium, videlicet quod ad hoc, vt pœnitens incidat in hunc caſum, oportet, vt ſaltem ſupra tres vices p totum annum Sodomiam, vel Beſtialitatem committat, adeo quod ſi ſemel, vel bis tantum in huiuſmodi nefandis vitijs ſe fędauerit, minimè in hunc caſum reſeruatum incidit; ratio eſt, quia nõ incurritur caſus reſeruatus, niſi ob aſſignatas, & ſpeciales actiones, quæ ſtrictim ſunt intelligẽdæ: reſeruatio enim habet propemodum rationem pęnæ, quæ vbi Textus ſilet, reſtringenda venit, & propterea non excedit terminos, prout notat. *Lazar. p. 2. q. 10 num. 17.* Incideret autem in ſecundum caſum reſeruatum in Tabella Callienſi, qui pluſquã ſemel ab vltima Confeſſione, vitium nefandum commiſerint. Et in ſextũ in Tabella Aſculana, qui poſtquam alias abſoluti fuerint, peccatum Sodomiæ iterum committunt, hæc ergo pauca pro huius quarti caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio quinti caſus reſeruati eiuſdem Tabellę Æſinæ, qui talis eſt.

Matrimonij conſummatio ante diſpenſationem obtentam ab ijs qui contraxerunt in gradibus prohibitis.

PRo declaratione huius quinti caſus reſeruati, præterea, quæ dicuntur

ſunt Summiſtæ,& alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quot ſunt gradus quib. Matrimonium contrahi prohibetur.*

2 *Quando conſummantes Matrimonium ante diſpenſationem, contrahendo in gradibus prohibitis incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem pœnitentium, Matrimonium antè diſpenſationem conſummantium, & in gradibus prohibitis contrahentium.*

Circa primum; Notandum ſecundum Ioannē Capeauillam *tract. de caſib. reſeruatis p.2.c.13.q.4. diffic. vnica.* inter impedimenta, quæ Matrimonium non ſolum impediunt, ſed etiā
24 contractum dirimunt, eſſe duo, cognationem,& affinitatem, quę habēt lineas,& gradus, illa quæ impedire, & dirimere Matrimonium, non pro omni ſua latitudine, ſed tantum in certis gradibus. Pro pleniori igitͬ reſolutione huius caſus reſeruati, breuiter hoc loco dicendum; Primò de cognatione, eaque triplici, carnali, ſpirituali, legali. Secundò de lineis, & gradibus illarū; Poſtremò in quot gradibus Matrimoniū prohibetur.

Cognatio eſt triplex, carnalis, quæ etiam vocatur conſanguinitas, ſpiritualis, & legalis.

Cognatio carnalis, ſiue conſanguinitas eſt vinculum ſeu propinquitas perſonarum ab vno ſtipite deſcendētium, per carnalem propagationem contracta *D. Bona p.3. Centiloq. ſect. 57. D. Thom. in 4. diſt 4. q. 1 art. 1. Clau. Reg. lib. 8. c. 4. num. 2. Sil. uerb. Matrimonium. 8. q 6. Ioā. Paul Lancellot. inſtit. iur. canonic. lib. 2. tit. 13. § naturalis cognatio. Sot. in 4 diſt 40 q 1 art. 2.*

25 Stipes hoc loco eſt perſona a qua conſanguinei deſcendūt, ideſt a qua reliqui ducunt originem generationis, puta Pater a quo filij,& alij ab eis deſcendunt. *Clau. Reg. loc. cit.* reliquarum partium explicationem habes apud præfatos auctores, maximè *Sotum. ex Clau. Reg.* Linea conſanguinitatis, eſt ordinata collectio perſonarum conſanguinitate cōiunctarum, ab eodem ſtipite deſcendentium, diuerſos continens gradus. *Sot. vbi ſup.*

Conſanguinitas diſtinguitur ꝑ tres lineas. Prima eſt aſcendentiū, in qua ſunt Pater, Mater, Auus, Auia, Proauus, Proauia, Abauus, Abauia, Atauus, Atauia, Tritauus, Tritauia.

Secunda eſt deſcendētium, in qua ſūt filius,& filia, Nepos, Neptis, Pronepos, Proneptis, Abnepos, Abneptis. Hæ duę lineæ, conſtituunt vnā, quæ vocatur recta, neque enim re differunt, ſed ratione, quatenus nimirū per eam ab vna perſona deſcenditur ad aliam, vel ab vna aſcenditur ad aliam.

Tertia eſt Collateralium, in qua vna perſona non deſcēdit ab alia, vt fratres, ſorores, horū filij, Nepotes, Pronepotes, Abnepotes,& cōſequēter reliqui; Hæc linea vocatur etiam Tranſuerſalis.

26 Gradus eſt habitudo diſtantium Perſonarum, qua cognoſcitur quāta diſtantia perſonæ inter ſe differant, vt habitudo filij ad Patrem; Vel vt vulgo loquūtur, filius eſt primus gradus, quia inter filium, & Patrem, nulla eſt perſona media. Vide ſupra in declaratione ſecundi caſus reſeruati in Tabella Anconitana. Gradus conſanguinitatis aliter computantur in iure Ciuili, aliter in iure Canonico, vt habetur. *c. 2. 35. q 5.* Nam in linea trāſuerſali, ius Ciuile dempto ſtipite tot ponit gradus quot sūt ꝑſonæ; Ius vero Canonicum ex duabus perſonis facit vnum gradum, v. g. duo fratres, vel ſorores, ſecundum ius Canonicū ſunt in primo gradu lineæ tranſuerſæ, ſecundum ius Ciuile ſunt in ſecū-

do;

do: Duo Patrueles, hoc eſt, filij duorum fratrum, vel conſobrini, hoc eſt, filij duarum ſororum ſecundum ius Canonicum ſunt in ſecundo gradu, ſecundum ius Ciuile, ſunt in quarto, & ſic deinceps. Ratio illius diuerſitatis eſt, quia ius Ciuile non conſiderat gradus in ordine ad Sacramentum Matrimonij, ſed ſolum ad ſucceſſionem hæreditatum, quę non niſi vni dari pŏt, ideo tot ponit gradus, quot ſunt perſonæ; ſed ius Canonicū conſiderat gradus ĩ ordine ad Matrimonium, in quo ſunt duæ perſonæ, & ideo quilibet gradus Canonicus cum linea tranſuerſa continet duas perſonas.

Omiſſa igitur ratione computandi gradus iuris Ciuilis, q̃ noſtro propoſito non ſeruit, conſideranda eſt ſolum illa, quæ a iure Canonico traditur. Pro qua cognoſcenda tradũt Canoniſtæ, quos ſequũtur omnes Theologi, tres Regulas.

27 Prima Regula. Si perſonę, de quarum diſtantia in gradibus conſanguinitatis quæritur, ſint in eadem linea recta, & inter illos nulla ſit perſona media, erunt conſanguinei in primo gradu, vt Pater & Filius: Si vero interſit perſona media, vel plures perſonæ, tunc connumeratis omnib. ꝑſonis medijs, & extremis, diſtant tot gradibus quot ſunt perſonæ vna dẽpta verbi gratia Pater, filius, Nepos, ſunt tres perſonæ, Nepos diſtat a Patre ſecundo gradu. Dixi vna perſona dempta, quia ſola prima non facit gradũ, vt ex ſuprapoſita diffinitione gradus patet.

Secunda Regula. Si perſonæ de quibus quæritur ſint in linea trãſuer-
28 ſa, & æqualiter a ſtipite diſtent, quoto gradu diſtant a ſtipite, eodem gradu diſtant inter ſe, vt duo fratres diſtant ęqualiter a Patre primo gradu, & ideo primo gradu ſimiliter inter ſe diſtant.

Tertia Regula. Si perſonæ de quib. quæritur ſint in linea tranſuerſa, & inequaliter a ſtipite diſtent, tũc quoto gradu remotiori diſtat a ſtipite, eodem ſimiliter diſtant inter ſe; habetur hæc Regula. *c. fin. de Conſangui. & Affinit.* v. g. duo Nepotes ſunt in ſecundo gradu, & Nepos & Pronepos ſunt in tertio gradu, quia Pronepos eſt in tertio: Filius, & Nepos ſunt in ſecundo, quia Nepos eſt in ſecundo. Ratio cur potius a remotiori quam a propinquiori computari debeat, habetur. *c. iam allegato.* Quia perſonæ in linea tranſuerſa non coniungunĩ niſi ratione ſtipitis, ergo quoto gradu ab illo diſtant, eodem inter ſe diſtare debebunt. Quia cum non niſi per ſtipitem coniunguntur, fieri non pŏt, vt vllus ſit propinquior conſanguineo ſuo quam ſtipiti. Matrimonium
29 ergo in gradibus conſanguinitatis prohibetur vſque ad quartum gradũ incluſiue. *c. non debet. de Conſanguin. & Affinit.* Vnde qui in his gradib. prohibitis Matrimonium conſummant, contrahendo ante diſpenſationem, incidunt in hunc caſum reſeruatum. Quod intellige de linea tranſuerſali, quia in linea recta prohibetur vſque in infinitum, ſecundum pleroſq. omnes Doctores, *Richard. Durand. Silueſt. loc. ſupracit. q. 6. §. 5.* Quibus quidem contradicit. *Bellarminus lib. 1. de Sacram. Matrimon c. 24.* dicit parum referre, quod quis dicat in hac quęſtione. Ratio eius eſt, quia vix contingere poteſt, vt aliquis ineat Matrimonium in quinto gradu, aut vlteriori in linea recta; Aut enim non inueniũtur homines, qui tamdiu viuant, aut ita erunt inæquales quo ad ætatem, vt abſurdiſſimum ſit eos inter ſe Matrimonium velle contrahere; Nam vt demus in aliqua linea ſingulos gignere, cum per ætatem licet, hoc eſt, cum ad annum decimum quintũ ꝑuenerint, quod tamen rarò, aut numquam accidit; ſi deberent in quarto gradu coniungi, haberet vnus annos

nona-

Digitized by Google

nonaginta, & alter quindecim, & ſi in octauo gradu, haberet vnus annos 135. & alter quindecim. Imò ipſe Adam qui vixit 930. annos, non ſuperuixit tamen niſi ad octauam generationem, quo tempore, ſi extra conſanguinitatem ſuam vxorem ducere voluiſſet, debuiſſet vir decrepitus annorum ferè nongentorum puellam annorum quindecim in vxorem accipere, quę omnia ſunt abſurda. Et hęc ſufficiant de conſanguinitate, lineis, & gradibus illius, & in quibus gradibus quo ad illam Matrimonium prohibeatur. Sequitur vt eadem de Cognatione ſpirituali dicamus.

50 Cognatio ſpiritualis eſt propinquitas quædam perſonarum, ex hoc proueniens, quod quis Sacramentũ Baptiſmi, vel confirmationis cõfert, vel ſuſcipit, aut eum tenet, cui talia Sacramenta conferuntur. *gloſ. in c. 1. in verbo ſpiritualem. de Cogna. ſpirit. in 6. Lancellot. loc. ſupracit. §. multo magis. Sotus in 4. diſt. 42. q. 1. art. 3. Graff. p. 2. lib. 1. dec. aur. c. 6. num. 52. & conſil. 1 de Cognat. ſpiritu num. 1.* vt etiam dixi ſupra in declaratione quinti caſus reſeruati ĩ Tabella Recanatẽſi *fol* 288. Quæ quidem cognatio non ſecus dirimit Matrimoniũ, quàm prior, niſi fortè ſuperueniat Matrimonio iam contracto, quod dirimat patet *ex cap. veniens. de cognat. ſpiritual. & cap. 1. 30. q. 1.* Hinc ſi Adoleſcens teneat puellã in Baptiſmo, non poterit poſtea cum ea contrahere, & ſi de facto contrahat, nullum eſt Matrimonium; ſicuti enim ex propagatione carnis oritur vinculum naturale dirimens Matrimonium, ita ex ſuſceptione Sacramẽtorum oritur vinculum ſupernaturale, quia per Sacramenta, naſcuntur, filij ſupernaturales. Dixi, ſi ſuperueniat Matrimonio iam contracto, quia tunc non dirimet, ſed ſolum impediet petitionẽ debiti cõiugalis, ꝑ *c. ſi vir. de Cognatio. ſpiritual.* Verbi gratia ſi Pater filium de fonte Baptiſmatis ſuſcipiat, vel in confirmatione teneat, contrahit ipſe cum Vxore ſua Cognationem ſpiritualem, quæ tamen non dirimit eorum Matrimonium, quia Regula eſt generalis, qđ Matrimonium ſemel legitimè contractum nũquam dirimatur, quo ad vinculũ, niſi per ingreſſum Religionis ante conſummationem, vel legitimam diſpenſationem; Impedit tñ talis cognatio petitionem debiti Cõiugalis, ſi extra caſũ neceſſitatis, vel ex ignorantia culpabili contracta fuerit.

31 Cognatio ſpiritualis olim ſecundum antiqua iura erat triplex, paternitas, compaternitas, fraternitas; hodie tamẽ ceſſat fraternitas, & aliqua ex parte compaternitas. Nam per *Concil. Tridentin ſeſſ. 24. c. 2. de reforma. Matrim.* tota cognatio ſpiritualis in Baptiſmo redacta eſt ſolum ad eam, quæ eſt inter Patrinum, & Baptizatum, Patrem, & Matrem Baptizati, & inter Baptizantem, & Baptizatũ, & Patrem, & Matrem Baptizati, vt etiam ſupra dictum eſt in dicta Tabella Recanatenſi. *loc. citat.* Ita vt hodie nulla ſit fraternitas, vel confraternitas, nulla item compaternitas inter Baptizantem, & patrinos, nulla item inter Baptizatum, & coniuges & cõcubinas prædictorum, & minus inter ipſoſmet Patrinos. Quæ eadem locũ habent in confirmatione, vt patet in ſupradicta Tabella. Hæc quoque ſufficiant de cognatione ſpirituali, & gradibus eius, & in quibus gradibus Matrimonium prohibeatur quo ad illam. Sequitur eadem dicere de cognatione legali.

32 Cognatio legalis, eſt propinquitas quædam ex adoptione alicuius in filium proueniens, *gl. ſ in c 1 de Cognat. legal. Nau Man c. 22 num 54.*

Adoptio, eſt extraneæ perſonæ in filium, vel Nepotem vel deinceps legitima aſſumptio.

Extranea ꝑſona dicitur hoc loco, quæ

quæ ante in adoptantis poteſtate nõ erat, ſiue illa ſit conſanguinea, ſiue non; Non poteſt tamen eſſe frater, vel ſoror ſecundum *Silueſt. verb. Adoptio. num. 1. & Sot. in 4. diſt. 40. q. 1. a. 2.* Dixi in diffinitione, legitima aſſumptio, quia vt valeat ſecundum leges multa requiruntur, tũ ex parte ipſius adoptantis, tum adoptati, quę gratia breuitatis ommitto, cum illorum nõ ſit magnus vſus hodie; ſi quis tamen ea videre deſiderat, videat *Io. Capeauill. loc. ſupracit. Silu. & alios ſummiſtas in verb. Adoptio.*

33 Adoptio eſt duplex, perfecta, & Imperfecta; Perfecta dicitur arrogatio, imperfecta, dicitur ſimplex in filium adoptio.

Sotus dubitat, An adoptio imperfecta ſit impedimentum dirimens, ſicut perfecta; ſed non eſt dubitãdum, quia alij Doctores non diſtinguunt, ſed docent generaliter cognationẽ legalem oriri ex adoptione, & eſſe impedimentũ dirimens. Arrogatio, & ſimplex adoptio in hoc differunt, quod per arrogationem arrogatus conſtituitur in poteſtate arrogantis, vt iã ſit quaſi filius naturalis nec poſſit eum Pater adoptans priuare ſua legitima, hoc eſt parte hæreditatis, ſed filius adoptatus non tranſit in poteſtatem adoptantis, niſi fuerit Auus eius, vel Proauus, & poteſt ſi velit eũ priuare hæreditate: In eo tamẽ conueniunt, quod tam adoptatus quam arrogatus ſuccedant ab inteſtato, colliguntur, hæc ex *Soto in 4. loc citat. & Summiſtis.*

34 Tres ſunt ſpecies huius cognationis, quæ etiam a quibuſdam lineæ vocantur, in quibus quidam gradus impediunt, & dirimunt Matrimonium.

Prima, eſt paternitas legalis, quæ eſt quaſi recta linea aſcendentium, & deſcendentium: Nam non poteſt eſſe Matrimonium inter adoptantem, & adoptatum vſque ad quartum gradum, hoc eſt filium, vel filiam, Nepotem, vel Neptem, pronepotem, vel proneptem, Abnepotem, vel Abneptem adoptari: & hæc adoptio eſt ꝑpetuò dirimens etiam poſt ſolutam adoptionem per mortem adoptantis. *Nau. loc. cit num. 44. & alij ſupra citati poſt. c. ita diligere. 30. q. 3.*

Secunda, eſt fraternitas, & eſt quaſi linea collateralis, ſeu tranſuerſalis, nimirum inter adoptatum, & filios, vel filias naturales adoptantis; Quia filius adoptatus non poteſt contrahere cum filia naturali adoptantis; ſed hæc non eſt perpetua ſicut precedẽs, quia non durat poſt mortem Patris nec poſt ſolutionem adoptionis, aut emancipationis prolis naturalis. *c. per adoptionem. 30. q. 3.*

Tertia eſt quædã legalis affinitas, ſcilicet inter adoptãtem, & vxorem adoptati; Quare inter hos non poteſt contrahi Matrimonium, ne quidem alterutro mortuo, quia hæc ꝑpetuò durat ſicut prima. *l. adoptiuus. ff. de ritu Nuptiarum.* Poteſt tamen adoptans contrahere cum Matre filij adoptiui adhuc viuentis. Et vir ac Mulier ab eodem Patre legali adoptati poſſunt inter ſe contrahere, quia non reperitũ id, ab vlla lege prohibitum *Armill. verb. Matrimon. num. 19. poſt D. Thom. & Antonin. ab ea citatos. Nauar. loc. ſupracitat. num. 44.* Hæc de cognatione legali, lineis, & gradib. eius, & in q̃bus gradibus Matrimonium prohibeatur quo ad illam, plus ſatis ſufficiant; quia illius hodie rarus eſt vſus. Reliquum eſt eadem quoque de affinitate oſtendere.

35 Affinitas eſt propinquitas duarum perſonarum, quarum vna cum conſãguinea alterius copulam carnalẽ habuit. *Nauar. d c. 22. num. 43. Clau. Reg. lib 8 cap 4. num. 4.*

Oritur Affinitas, vt etiam ſupra in declaratione ſecundi caſus reſeruati in Tabella Anconitana, *nu. 95.* dictũ eſt, ex quauis copula carnali ſiue licita, ſiue illicita, immo etiam per vim extor-

Digitized by Google

extorta, vel cum dormiente habita, modò tamē in vaſe debito Mulieris fiat, & ſequatur ſeminum cōmixtio.

36 Olim fuerunt tria genera affinitatis, vt patet. *36. q. 3. per totū.* Pro quorum cognitione, & diſtinctione tradunt Doctores tres regulas, quas refert. *Silu. verb. Matrimonium. 8. nu. 19.*

Prima Regula. Perſona adiuncta ſanguini alterius per copulam carnalem facit primum genus. Verbi gratia, ſi Maria fratri meo eſſet vxor, eſſet mihi affinis in primo genere.

Secunda Regula. Perſona ſecunda per copulam addita dictæ primæ perſonæ ſeu facienti primum genus, facit ſecundum, verbi gratia ſi fratre meo defuncto, relicta fratris mei. Nuberet Petro, Petrus eſſet mihi affinis in ſecundo genere.

Tertia Regula, perſona tertia addita ſecundæ, ſeu illi quæ faciebat ſecundum genus, per copulam carnalē facit tertium genus, v. g. ſi Maria defuncta, Petrus duceret Annam, illa eſſe mihi affinis in tertio genere.

Olim ad iſta tria genera extendebatur impedimentum Matrimonij, ita vt conſanguinea primi Mariti nō poſſet contrahere cum ſecundo Marito Vxore mortua; neque conſanguinea ſecūdi Mariti cum tertio Marito; hodie tamen primum tantū genus, relicto ſecundo, & tertio, obſeruatur per. *c. non debet. de conſan. & Affinit.* exempli gratia, vt *D. Thom. ait*, ſi Maria fratri meo eſſet Matrimonio coniuncta, erat mihi, & ſorori meæ Affinis in primo genere affinitatis, ſi autem fratre meo defuncto, eadem Maria nuberet Petro, ille fiebat mihi, & ſorori meæ affinis in ſecūdo genere; & ſi Maria defuncta, ille poſtea Petrus duceret Annam, illa efficiebatur mihi affinis in tertio gradu. *Io. Bapt. Corrad. p. 1 reſp caſuum conſcient. quæſt 151.*

37 Affinitas igitur primi generis diſtinguitur per lineas tres, Aſcendentium, Deſcendentium, & Collateralium; In linea recta Aſcendentium, & deſcendentium affinitas impedit Matrimonium in infinitum ſecundū communem opinionem, quāuis non deſint, qui dicant impedire vſque ad quartum gradum; ſed hæc quæſtio magis ſubtilis eſt quā vtilis propter rationem quam in ſimili quæſtione de conſanguinitate paulò ante ex *Bellarminio attulimus.*

In linea tranſuerſali Collateraliū affinitas ſecundum ius antiquum impedit, & dirimit Matrimonium vſq; ad quartum gradum, tam ea quæ oritur ex copula licita, quam illicita, ita perſona ab aliquo conſanguineo cognita non poſſit contrahere cum aliqua illius conſanguinitatis, niſi ab illo diſtet vltra quartum gradum, verum hodie ſecundum ius nouum *Concil. Trident ſeſſ. 24. c. 4. de reformat. Matrimo.* hoc ſolum verum eſt in affinitate, quæ oritur ex copula illicita ſolū impedit vſque ad primum, & ſecundum gradum, ita vt non ſolum non impediat, aut dirimat ſi contrahitur in tertio, vel quarto gradu, ſed etiam non peccetur; Quod declarauit Pius V. in ſua Conſtit. quæ incipit. *Sanctiſſimus in Chriſto Pater.* vt refert *Nauar. d. c 22. num. 43.*

38 Ad dignoſcendum, & numerandum gradus affinitatis, aſſignari ſolet a Doctoribus vnica Regula; q̄ talis ē.

Quoto gradu, quis eſt Conſanguineus Vxori alicuius, eodē gradu eſt affinis Marito eius, & quo gradu, qs eſt conſanguineus Marito alicuius, eodem gradu eſt affinis Vxori illius. Quod hæc ſola Regula ſufficiat, patet, quia affinitas non habet gradus, niſi ratione eiuſdem ſanguinis, cui Maritus per Vxorem cōiungitur, & vxor per Maritum, v. g. frater, & ſoror ſunt in primo gradu conſanguinitatis, ergo Maritus ſororis attingit fratri in primo gradu affinitatis, & eadem ratione Vxor fratris attingit

ſorori

ſorori ſimiliter in primo gradu. Rurſus, filia ſororis, & filia fratris attingunt ſe in ſecundo gradu conſanguinitatis; ergo Maritus filiæ ſororis attingit filiam fratris in ſecundo gradu affinitatis, & ſic conſequenter in reliquis.

Ex præmiſſis patet euidēter, quod conſanguinei Mariti, & conſanguinei Vxoris non ſint ſibi affines ſaltē primi generis, quia ſolum diximus, quod conſanguinei mariti ſint affines vxori, non autem conſanguineis Vxoris: ſimiliter conſanguinei vxoris ſunt affines marito, non conſanguineis mariti, quod diligentiſſimè annotandum eſt.

39 Hinc ſequitur conſequenter, duos fratres poſſe matrimonium contrahere cum duabus ſororibus, & Patrē & Filium, cum matre, & filia, & filiū vxoris ex alio marito, cum filia mariti ex alia vxore; & virū mortua vxore cum relicta fratris vxoris ſuæ; & diuerſis temporibus poſſe aliquem duas, vel plures fœminas vxores ſibi accipere, quæ cum duobus, vel pluribus fratribus contraxerint. Quæ vtiliſſimè annotarunt *Silu. uerb. Matrimonium. 8 num. 15 notabili 3. Couarru. p. 2. de Matrim. c. 6. & aly. hæc omnia ex Io. Capeauill. loc. ſupracitat. q. 4 diffic. vnica.*

Circa ſecūdum; ex hactenus dictis euidenter apparet, qui nam incidunt in hūc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

40 Primò enim, incidunt omnes viri, matrimonium in ſupradictis gradib. prohibitis, vel in aliquo illorū, quomodocunque contrahentes, illud ante diſpenſationem conſummando.

Secundò, incidunt ſimiliter mulieres quæcunque, matrimonium in dictis gradibus prohibitis contrahen-
41 tes, ſi illud ante diſpenſationem obtentam conſummauerint. Et matrimonium cōſummatum dicitur poſtquam conſummatio eſt ſubſecuta, per carnis commixtionem. *Sot. in 4. d. 27. q. 1. art. 4. Graff. par. 1. lib. 2. dec. aur. cap. 82. num. 9.*

Non incidit autem; Primò frater ille, qui ante diſpenſationem ducit in vxorem, ſuam abneptem, quia frater & abneptis attinent ſibi ſolū in quin-
42 to gradu cōſanguinitatis lineæ trāſuerſalis, per Regulam tertiam ſuperius allegatam. Nam licet frater ſit in primo gradu, abneptis tamen eſt in quinto; frater enim, & ſoror conſtituunt primum gradum lineæ trāſuerſalis; illorum nepos, & neptis, ſecundum; Pronepos & Proneptis, tertium; Abnepos & Abneptis, quartū; Adnepos, & Adneptis, quintum; Iā vero ſecundum illam Regulā, quoto gradu diſtat remotior perſona in linea tranſuerſalis a ſtipite, eodem diſtant inter ſe, ergo attinēt ſibi ſolum in quinto gradu, in quo matrimoniū non prohibetur. *Ioan. Capeauill loco ſupracitato quæſt. 5.*

Secundo, nec ille, qui Denuntiationibus ſiue Proclamationib. continuis tribus Dominicis diebus in Eccleſia ſub Miſſæ ſolemnijs publicè fa-
43 ctis, ducit in vxorem abneptem ſuā, quam hactenus putauerat ſe non attingere; quia non contrahit in gradu prohibito ſcienter, ignorauit enim ſuam eſſe conſanguineam; maximè cum ſolemnes denunciationes in Eccleſia publicè factæ ſint iuxta decret. *Concil. Triden. ſeſſ. 24. cap. 1. de reformat. matrimo.* nec vllus aſſiſtentium impedimentum deprehenderit. *Io. Capeauill. loc. citat.*

Tertiò, nec mulier illa, quæ nubit filio Patrini ſui, quia omnis fraternitas ſpiritualis, quæ olim contrahi ſo-
44 lebat tam in Baptiſmo, quam in cōfirmatione, per *Concil. Trident.* eſt ſublata, vt ſupra dictum eſt; Imò neque incurrit, ſi mortuo Patrino, quis nubat cum relicta ipſius, per *Conci. Trid. Ioan Capeauill. loc citat.*

Quartò, nec ille frater, qui accipit in vxorem ſororē vxoris fratris ſui, quia,

quia, ſicut ante dictũ eſt, & ſi omnes
cõſanguinei fratris inter quos eſt fra
45 tertuus, ſint affines vxori illius, non
ſunt tamen affines cõſanguineis vxo
ris, inter quos eſt ſoror vxoris, loquẽ
do ſemper de affinitate primi gene-
ris, quæ hodie ſolum impedit matri-
monium; imò neque incurret filius
ſi accipiat in vxorem filiã vxoris Pa-
tris ſui ex altero marito genitam, pp
eandem rationem, quia & ſi omnes
conſanguinei Patris, ſint facti affines
vxori Patris, non ſunt tamẽ facti affi-
nes conſanguineis vxoris, inter quos
eſt filia ex alio marito genita. *Ioan. Ca
peauill loc. citat.*

Quintò, nec ille, qui mortua vxo-
re accipit in vxorem mulierem, quæ
fuerat vxor alicuius de conſanguini-
tate prioris vxoris, quia licet omnes
46 conſanguinei prioris vxoris fuerint
effecti illi marito affines, non tamen
affines illius vxoris effecti fuerunt illi
marito affines, per illa, quæ ſuperiore
quæſtione ex *Silu.* vtiliſſimè annota-
uimus. *Io. Capeauill ſupra d. q. 5.*

Circa tertium; Praxis obſeruanda
a Confeſſario circa Confeſſionem, &
abſolutionem pœnitẽtium, matrimo-
nium ante diſpenſationem conſum-
mantium, & in gradibus prohibitis
contrahentium, hæc erit.

Circa Confeſſionem; Primò Con-
feſſarius diligenter inquirat circa cir
cumſtãtiam gradus prohibiti in quo
pœnitens matrimonium contraxit,
An videlicet ſit Primus, Secundus,
47 Tertius, Quartus gradus conſan-
guinitatis, vel affinitatis; non enim
ſufficit dicere in Confeſſione, cõtra-
xi ſcienter cum illa, quę me continge
bat in gradu prohibito, ſed oportet
ſpecificare gradũ; quia licet ſit vtro-
bique Inceſtus, & peccatum eiuſdem
ſpeciei, non eſt tamẽ eiuſdem ſpeciei
ſpecialiſſimæ (vt loquuntur Dialecti
ci) quæ neceſſario confitenda venit,
ſed diuerſæ, nam ſub ſpecie ſubalter-
na inceſtus continentur inceſtus co-
gnatorum, & affinium diuerſorũ gra
duum, quæ ſunt diuerſæ ſpecies ſpe-
cialiſſimæ. Et ita non ſufficit confite
ri habuiſſe rem cum Cognata, ſi ha-
buit cum Cognata primi, ſecũdi, vel
tertij gradus: ſed oportet exprimere
gradum, quia circumſtãtia illa, licet
non mutet ſpeciem generalem, ſiue
genus inceſtus, mutat tamẽ ſpeciem
ſpecialiſſimam; Nam circumſtantia
48 talis inceſtus aggrauat peccatũ mu-
tando ſpeciem, quia alia ſpecies ince
ſtus eſt habere copulam cum cogna-
ta in primo gradu; alia cum cognata
in ſecundo; alia cum cognata in ter-
tio; & alia cum cognata in quarto, &
circumſtantia, quæ mutat ſpeciem p
Concil. Tri. ſeſſ. 14 c. 5 & Canon. 7 neceſ
ſario eſt confitenda *Nau. Man. c. 7 nu.
4 & c. 16 num. 3 ſub fin. Ioan. Capeauill.
d. cap. 13 quæſt. 6.*

Secundò, perpendat An matrimo-
nium ſcienter, vel ignoranter in gra
du prohibito cõtraxit; Et ſi auſus ſit
conſummare illud ante diſpenſatio-
49 nem; quia in Confeſſione eſſet mani
feſtandum; hoc enim prohibetur per
ſacrum *Concil. Trid. ſeſſ. 24 c. 5 de refor-
mat. Matrim.* vbi ſtatuit in hæc verba.
Si quis intra gradus prohibitos ſcien
ter matrimonium contrahere præſũ
pſerit, ſeparetur, & ſpe diſpẽſationis
conſequendę careat; idque in eo mul
to magis locum habeat, qui non tan-
tum matrimonium contrahere, ſed
etiam conſummare auſus fuerit; ꝙ ſi
ignoranter id fecerit, ſiquidem ſolẽ-
nitates requiſitas in cõtrahendo ma-
trimonio neglexerit, eiſdem ſubijcia
tur pęnis; nõ enim dignus eſt, qui Ec
cleſiæ benignitatem facile experiatũ,
cuius ſalubria præcepta temerè con-
tempſit; ſi vero ſolemnitatibus adhi-
bitis, impedimentum aliquod poſtea
ſubeſſe cognoſcatur, cuius ille proba-
bilem ignorantiam habuit, tunc faci-
lius cum eo, & gratis diſpenſari pote
rit. Ex qua Concilij deciſione colligi-
tur, quantum diſtet matrimonium
con-

Digitized by Google

contractum in gradu prohibito ſciẽter, ſiue mala fide, aut ignoranter, nõ adhibitis ſolemnitatibus requiſitis, ab eo, qui bona fide, & ſolemnitatib. adhibitis contractum fuit; ſiquidem primis duobus caſibus, aut ſaltem in primo tollit ſpem diſpenſationis, & in ſecundo nõ facilem eſſe; in tertio vero caſu, & diſpenſationem faciliorem, & gratis poſſe cõcedi, decernit. Duobus autem caſib. primis ommiſſis, circa tertium de eo videlicet, qui bona fide, & ſolemnitatibus adhibitis contraxit, notandum, quod cum quis bona fide debitis ſolemnitatib. adhibitis contraxit, & poſtea detegitur aliquod impedimẽtum, tunc aut huiuſmodi impedimentum eſt publicum, aut eſt occultum, ſi impedimentum eſt publicum, tunc debet obtineri diſpenſatio in foro exteriori, & iterum coram Parocho, & teſtib. contrahere; ſeruabunt autem hoc præcipuè, vt ſtatim detecto impedimento, coniuges ſeparent ſe inuicem, nec copula vtantur, donec iterum contrahant, vt dixi in facie Eccleſiæ coram Parocho, & Teſtibus, ac ſeruatis reliquis ſeruandis, ſi vero impedimen-

50 tum eſt occultum tunc ſtatim habita notitia dicti impedimenti, ſeparẽt ſe ſaltem, quo ad thorum, nec copula vtantur. Habita vero diſpenſatione in foro conſcientiæ, hoc eſt in ſacra pęnitentiaria, poſſunt clam iterum inter ſe contrahere ſine Parocho, & Teſtibus, & omiſſis alijs ſolẽnitatib. ſolus enim conſenſus inter ipſos cõiuges renouatus ſufficit. *Nauar. Man. c. 22. num. 70.* ſed quãdo dubitaretur, quod ſi alter ex coniugibus fortè ſciret impedimentum in ſpecie, non facilè conſentiret nouo matrimonio, poſſet Confeſſarius ſuadere doctrinam eiuſdem *Nau. eod. c 22 num. 47.* coniugi ſcienti, & cui aliquod periculum, vel incommodum ex ſeparatione immineret; videlicet ſatis eſſe, quod cõiux gratioſè dicat, ſuſpicor te non eſſe maritum meum, aut vxorem meã aliqua de cauſa, ideo rogo te plurimũ cauſa tranquillitatis meæ conſciẽtię, & conſolationis, vt, ſi, & quatenus opus fuerit denuo nos pro coniugib. habeamus, ſecundum mentem *Caiet. 2 tom. opuſculo tract 12 de Matrim. q. 1. & in Sum verb. Matrimonium. fol. 9. Horat. Gamb de caſibus reſeruat. caſ. 22. nu. 1. & ſeq. fol. 243.*

51 Hic autem obiter annotandum duxi graue dubiũ, & difficilè circa matrimonium, quid videlicet facere debeat Confeſſarius, ſi mulier antequã nuberet rem habuerit cum fratre illius, quem poſtea in matrimonium accepit, ex quo plures filios habuit, nec vnquam confitendo hoc peccatum, explicauit perſonam, cum qua rem habuerat, neſciens ob id impedimentum oriri in matrimonio, tamdẽ explicauit in Confeſſione; quæritur, an Confeſſarius detegere debeat matrimonium huiuſmodi nullum eſſe, eum quem habet ſuum non eſſe virũ propter impedimẽtum affinitatis in primo gradu, & quomodo ĩ ſtatu fornicationis maneat, & omnes actus venereos, quos cum illo habet, eſſe mortale peccatum. Huic dubio negatiuè reſpondetur, niſi mulier ſcrupulo tacta Cõfeſſarium interroget, an ipſe, quem habet, ſit ſuus legitimus maritus, tunc Confeſſarius veritatem reſpondere tenetur, ſi autem bona fide credit eum ſuum legitimum maritũ eſſe, nihil dubitans, Confeſſarius nullo modo reuelare debet, ita *Sot. in 4. diſt. 18. q. 2. art. 4. Ioan. Bapt. Corrad p. 1. reſp caſ conſ. q. 141.* vbi refert hunc caſum accidiſſe anno Iubilæi Pij V. & ſic fuiſſe concluſum. *Lazar. de monito. ſect. 2 q. 17. num. 9.*

Quo ad abſolutionẽ; Primò Confeſſarius animaduertat; An ſubit aliqua excommunicatio, quia ab illa ſtatim ante omnia impendi debet abſo-

52 lutio. Annexa eſt excommunicatio contrahentibus matrimoniũ in gradibus

dibus conſanguinitatis prohibitis, & affinitatis ſcienter ſine diſpenſatione. *Clement. 1. de Conſang. & affinit. Tol. lib. 1. cap. 40. num. 10. Nauar. Man. cap. 27. nu. 141. Graff. p. 1. lib. 4. dec. aur. cap. 24. num. 14.* in eandem quoque excõmunicationem incidunt contrahentes ſcienter cum Monialibus profeſſis, Religioſi profeſſi, Moniales profeſſæ, & Clerici in ſacris conſtituti pariter Matrimonium contrahentes *Tolet. loc. citat.* a qua tamen excommunicatione cum nemini ſit reſeruata, vt patet ex *text. d. Clemen. & Nau.* illã, loco ſupracitato, explicante, quilibet Confeſſarius abſoluere poteſt. *Catalo. excommunic. c. 2. num. 12. Ioan. Capeauil. d. cap. 13. quæſt. 6. gloſa in d. Clement. in verbo obtinere. Horat. Gambar. vbi ſupra fol. 243. in fin.* In qua tamen excommunicatione non incidunt contrahentes in gradibus prohibitis cognationis legalis, vel ſpiritualis, vel cum Iudæa, vel Pagana, vel cum qua eſt impedimentum publicæ honeſtatis. *Nau. & Graff. loc. ſupracitat.* quod benè adnotare debent Confeſſarij.

53 Secundò; animaduertat, pœnitentem minimè abſolui poſſe, niſi ſatisfecerit, vel paratus ſit ſatisfacere; ſi enim non poteſt impetrari diſpẽſatio, & ſeparatio facienda eſt, debet ſatiſfacere pro omni dãno, quod illa paſſura eſt ex coniugio ſic malè contracto. Quod verum eſt, ſi illa ignorauit ſe illi coniunctam in gradu prohibito, ille vero ſciuit, & importunis precibus, & alijs ſimilibus modis ad Matrimonium allexit, per illa quę tradit *Nau. c. 16. num. 16. Io. Capeauil. loc. cita.*

54 An autem nulliter coniugati, qui in gradibus prohibitis Cognationis, vel affinitatis ſcienter, vel ignorãter cõtraxerunt, poſſint abſolui interim dũ expectant diſpenſationem abſq. ſeparatione; dicendum non poſſe regulariter abſolui. *Nau. c. 3. n. 16. & 24.* Rõ eſt, quia nemo põt abſolui, sm̃ cẽs, q non proponit ſaltem virtualiter ſe numquam in poſterũ mortaliter peccaturum, & conſequenter vitaturum occaſionẽ, quæ vel ex ſe mortale peccatum eſt, vel talis quam credit probabiliter cauſam fore peccati mortalis, iuxta illud *Eccl. c. 3. Qui amat periculum, peribit in illo*; & ſecundum Regulam Theologicam, exponere ſe periculo peccati mortalis, eſt peccatũ mortale; At talis occaſio eſt cohabitatio cum muliere illa, cum qua quis hactenus peccauit, ſecundum *D. Tho. in 4. ſent. d. 15. q. 1. art. 1. D. Antonin. 3. p. tit. 14. c. 26. Nau. c. 16. num. 20. & latius in c. ſatisfactio de pœnit. diſt. 3.* Dixi Regulariter, quia ſecundum *Nau. d. c. 3. num. 15.* poterunt abſolui quando tales occurrent circumſtantiæ, quibus ipſe Confeſſarius, aut ipſi ſic cõiugati ſibi perſuadere poterunt, quod nũquam, aut rarò peccabũt, etiam ſi ab illa occaſione ſe non abſtineãt, puta

55 ſi hæc quatuor adſint. Primum, vera contritio peccatorum præteritorũ. Secundum, verum propoſitum in poſterum non peccãdi. Tertium, credulitas ꝙ. Deo iuuante non peccabũt Quartum, quod ſubſit aliqua rõnabilis cã ab illa occaſione ſe non abſtinẽdi: ſed hæc adeſſe, & præcipuè tertiũ non ſibi facilè perſuadebit Confeſſarius, maximè ſi negotium illi eſt cum Lubricis, ſecus ſi cum illis, qui hactenus caſtè vixerunt, omniaq. ſalutaria conſilia hac in parte deinceps amplecti parati ſunt. *Io. Capeauill. loc. ſupracitat q. 6. diffic. vnica.*

Tertiò, Confeſſarius circa diſpenſationem obtinendam ab ijs, qui cõtraxerũt in gradib. prohibitis multa

56 conſiderare debet. Primò, qñ aliqui habentes impedimentum dirimens Matrimonium ante obtentã diſpenſationem, & ante eius petitionẽ contrahunt Matrimoniũ, ſiue id faciant ea intentione, vt facilius cum eis diſpenſetur, ſiue abſq; tali intentione, ſi totum hoc non declarẽt in litteris petitionis, diſpenſatio obtẽta cenſet

ſubreptitia,& nulla: quia ſi hæc non aperiant, & occultant aliquid, ꝙ ſm̃ ius tenebãtur manifeſtare in petitione diſpenſationis, diſpenſatio eſt nulla. Quod probatur ex *Concil. Trid. ſeſſ. 24 c.5. de refor. matrim.* Vbi qñ aliquis contraxit in caſu prohibito ſcienter expreſsè definit, quod careat ſpe diſpenſationis; quæ concluſio habet locum a fortiori, qñ tale Matrimoniũ conſummarunt ſic contrahentes, & non declararunt eius conſummationem. Patet ex eadẽ ratione, & decreto ipſius Concil. vbi multo magis, qñ iſti conſummarunt, iudicantur a cõcilio ſubiecti eiſdem pœnis, ideſt quod careant ſpe diſpenſationis. *Ioan. Bapt. Corrad. p 2. reſp. caſ. conſ. q. 318.*

Secundò, quãdo non ſcienter, ſed cum ignorantia talis impedimenti contraxerunt, ſi prætermittant ſolẽ-
57 nitatem iuris, videlicet publicas denunciationes in Eccleſia; Vel ſi non contraxerint coram Parocho,& Teſtibus,& hoc non declarauerint in litteris petitionis, ſimiliter diſpenſatio cenſetur ſubreptitia,& nulla. Patet ex *Concil. loc ſupracitat.* cuius ratio eſt, quia nõ eſt dignus Eccleſiæ benignitate, qui eius præcepta cõtemnit. Nõ enim in ſimilibus caſibus Papa intendit diſpenſare, cum occultatio taliũ circumſtantiarum in eo caſu erat ꝓhibita, ſecundum ius commune Cõcil. Trid. atque adeo contra voluntatem Papæ. *Io. Bapt. Corrad. loc. ſupracit.*

Tertiò, quando qui contraxerunt Matrimonium cũ impedimento, ſed habuerunt ſcienter copulam carnalem, antequam peterent diſpenſatio-
58 nem, poſtea vero in petitione diſpenſationis, declararunt impedimẽtum conſanguinitatis, vel affinitatis, ſed non copulam, tunc talis diſpenſatio ſimiliter eſt nulla. *Nau. conſi 5. de conſang. & affinit. Rodriq. in ſumm. p. 1. cap. 27. num. 6.* prout recenter decreuit, & determinauit ſacra Cõgregatio Cardinalium, cui determinationi ſtandũ eſt, quæ ita dicit, *Quod certa res eſt, ſi non exprimatur copula carnalis habita inter Cognatos, vel affines, etiam poſt commiſſionem Romani Pontificis factam Ordinario, diſpenſatio nulla eſt.* Et Cõgregatio Concilij cenſuit *Diſpenſationes factas, non expreſſa copula habita inter Cognatos, vel affines, etiam poſt commiſſionem Romani Pontificis factam Ordinario de diſpenſando, ante tamẽ quam ab ipſo diſpenſetur, ſubreptitias eſſe, & nullas. Nau. conſil 9. de conſang & affinit. in fi. Petrus Ledeſma ſuper D. Thom in Addi. 3. p. q. 56. art. 6. Ioan Bapt. Corrad vbi ſupra. q. 319.*

Quartò, quãdo Matrimoniũ ignoranter fuit contractum, prætermiſſa
59 dicta ſolemnitate *Concil. Trid.* hoc eſt etiam de neceſſitate in litteris petitionis diſpenſationis enarrandum, et hæc eſt ſecurior opinio, licet quidam dicant, quod in aliquo caſu non ſit neceſſe exprimere copulã habuiſſe. Vbi enim copula interuenit, ibi duo enaſcuntur impedimenta, alterum conſanguinitatis, vel affinitatis, alterum inceſtus, idcirco ſuper duobus diſpenſatio haberi neceſſe eſt. *Io. Bap. Corrad p. 2. reſp caſ. conſ. q. 188.* & quando ſunt plura impedimenta ſimul iũcta, neceſſario ſunt explicanda, ꝙ intellige de impedimẽtis, quæ dirimũt Matrimonium, poſt contractum non autem de impedimentis, quæ nõ dirimunt. Explicandum eſt etiam quãdo impedimentum eſt ex duplici cauſa, ſcilicet conſanguinitatis, & affinitatis, & quando coniungitur impedimentum publicæ honeſtatis, atq. etiã quando affinitas eſt contracta per copulam fornicariam. *Petrus Ledeſm. ſuper D. Thom. in Addit. 3. p q. 56. art. 5. Io. Bapt. Corrad. p. 2. q. 320.*

60 Quid autem ſit dicendum, quando ante petitionem diſpenſationis, nec cõtraxerunt Matrimonium, nec habuerunt copulam, nec verè intendebant eam habere poſt factam petitionẽ: accidit tamen, quod poſt multas

tas

tas miſſas litteras ad Summum Pontificem continentes diſpēſationis petitionem, ſe cognouerūt carnaliter, ex humana fragilitate, & nō ſub alia fraude, an videlicet ſit ſubreptitia diſpenſatio, ſi tantum in prędictis litteris declaretur impedimentum, & nō copula, ſiue illa contingat antequam Papa expediat commiſſionem diſpēſationis, reſpectu Ordinarij, ſiue poſt expeditas litteras Papæ, ſed antequā Ordinarius de facto diſpēſet. In hac difficultate, quidam tenent, diſpenſationem eſſe validam niſi Papa in ſuis litteris, quibus Ordinario committit facultatem diſpenſandi, dicat: Vt ſi non affuerit copula, diſpenſet, quia tunc non teneret. Secunda opinio eſt, quod non teneat iſta diſpenſatio, vel a Papa ſit facta, vel ab Ordinario, cum habeatur pro ſubreptitia, cū nō ſit declarata copula carnalis habita. Prima concluſio eſt, quod ſi Papa in ſuis litteris, non apponat cōditionē, ſi copulam non habuerint, quando committit Ordinario ſuam facultatem, diſpenſatio eſt valida, ſecūdum opinionem plurium Doctorum. Qn̄ Epiſcopus, cui commiſſa eſt facultas diſpenſandi, & ex ſuo proprio motu interrogaret, an habuerint copulam, cum in litteris Papæ non ſit illa conditio, negando veritatem peccarēt, mortaliter, ſed tamen diſpenſatio teneret, & eſſet valida, ſiue illi negarēt, ſiue faterētur veritatem, quia ille habet facultatem ad diſpenſandum, vt Commiſſarius Papæ, ſine tali conditione. Secunda quando Papa in ſuis litteris apponeret illam conditionē, ſi copulam non habuerint, ſi Epiſcopus diſpēſaret tacita tali copula, nulla eſſet diſpenſatio, quia eſſet expreſſè contra intentionem Papæ. *Rodriq. d.c* 237 *num.* 8. ex quibus patet, quod cum ibi ſint duo impedimenta, non ſufficit vnum tantum narrare, vt iam ſupra dictum eſt. *Io. Bapt. Corrad. loc. ſupracit.* q. 320.

Quartò, circa huiuſmodi diſpenſationem, diligenter obſeruet, vt ſcire queat, quis poſſit diſpenſare impedimenta Matrimonij, vt licitè, & vali-
61 dè contrahatur. Primò an contrahētes contraxerunt mala fide, ſcientes impedimentum, vel illud ignorantes ignorātia craſſa, & ſupina, quia videlicet nullam diligentiam adhibere voluerunt; Vel contraxerūt bona fide, aut ſaltem non cum ignorantia craſſa. Secundò, an huiuſmodi impedimētum eſt publicum, vel occultū, & an tale Matrimonium pōt diſſolui ſine magno inconuenięti, & ſine graui ſcandalo, quia occultum fuit, & non in facie Eccleſiæ, aut non pōt dirimi ſine graui inconuenienti, & ſcādalo. Tertiò an tales habent facilem, vel commodum recurſum ad Papā, vel Nuntium Apoſtolicum, vel non, quia ſunt pauperes; his conſideratis, animaduertat, quod circa hoc duæ ſunt opiniones; Prima opinio dicit, ꝙ ſolus Papa, & non Epiſcopus ordinarius pōt diſpenſare in tali caſu, ēt ſi bona fide Matrimonium contraxerunt ignorantes impedimentum, ēt ſi ſit occultiſſimum, & q̄uis nequeāt ſeparari ſine graui inconuenienti, & ſcandalo. Hæc opinio vr̄ placere *Sot. lib* 1. *de iuſt. & iur. q. vlt. artic. vlt.* poſt medium. Vbi concedit, quod quādo poſt cōtractum Matrimonium, alter committit Inceſtum cum conſanguinea alterius coniugis, Ep̄s poterit cū illo diſpenſare, vt poſſit debitum petere, ſecus aūt ſi antecederet Matrimonium, quia tunc ſolus Papa diſpēſat. Secunda opinio dicit, quod cū illis conditionibus de bona fide, & impedimento occulto, & quando non poteſt commodè diſſolui Matrimonium, nec illi poſſunt habere cōmodum recurſum ad Papam, vel Nuntium, fortè propter magnam paupertatē, poterit Epiſcopus Ordinarius, vel Abbas habens iuriſdictionē epiſcopalem, diſpenſare in prædicto im-

Digitized by Google

pedimento,& validè,& licitè poſsũt contrahere, His opinionibus prænarratis, hæc ſit prima cõcluſio; ſi loquamur de iure ordinario, certum vide-
62 tur, quod ſolus Papa poterit diſpenſare in ſimili caſu, vbi eſt aliquod impedimentum, impediens & dirimẽs Matrimonium, & ita eſt tenendũ abſolutè loquẽdo, & eſt hic vſus Eccleſiæ. *Vide Silu. verb. Matrimonium. 6. q. 5. & Nau c. 22. num. 84. & ſeq.* Secũda concluſio, loquendo in caſu ſpeciali de quo procedunt opiniones huius dubij, probabilis videtur nobis ſecũda opinio, quod poſſit Epiſcopus in ſimili impedimento diſpẽſare, quando eſt occultum, & quãdo Matrimonium fuit publicum, & non eſt facilis recurſus ad Papam, vel Nuntiũ, quia non eſt credibile, quod Papa intẽdat animas ſic contrahentium manere illaqueatas, cum ex vna parte bona fide proceſſerint, & ex altera non habuerint commodum recurſum ad Papam, & multi, & graues Auctores id docent, & etiam *Sotus* multum fauet huic ſecundæ opinioni. *d. 37. q. vnica. art. 2. in 4 ſent.* Tertia concluſio; Quã-
63 do mala fide contractum eſt Matrimonium probabilius nobis eſt, ꝙ nõ poſſit Epiſcopus diſpenſare in tali caſu, non obſtante paupertate, vel non facile recurſu ad Papam, quia oppoſita ſententia faueret multum culpæ, vel negligentiæ ſic contrahentiũ, vnde ſibi imputent graue inconueniẽs, in id, quod voluntariè inciderunt. Et licet in *Conc. Trid.* facultas detur Epiſcopis ſuper occultis, Epiſcopũ poſſe abſoluere, ẽt reſeruata Põtifici, tñ notandum eſt, ꝙ Concil. loquitur de caſibus reſeruatis, non aũt de diſpenſatione tali, ſed in quibuſdã Irregularitatib. & ſuſpenſionibus. Et ibi dicit de occultis. Hæc autem diſpenſatio, non eſt abſolutio in foro conſciẽtiæ, & ibi loquitur de poteſtate abſoluendi tm̃ in foro conſcientię. Vltima cõcluſio eſt. Quidqd ſi de maiori pro-
64 babilitate huius, vel illius opinionis, certum eſt opinionem ſecũdam eſſe ſatis probabilem, & ſecuram in conſcientia: atq. adeo poterunt Epiſcopi ſecurè in conſcientia iuxta illam diſpenſare: & qui obtinuerint talem diſpenſationem etiam erunt ſecuri in conſcientia. *Petr. Ledeſma ſuper D. Th. in Addit. 3 p q. 56. art. 5. Io. Bapt. Corra. loc. ſupracit q. 321.*

Formula autem diſpenſandi ſuper Matrimonium contractũ in gradib.
65 prohibitis, talis eſſe poterit. Poſtquã dictũ fuerit; Miſereatur, &c. Indulgentiam, &c. ſuperior, vel alius facultatem habens ſubiungat. Dñs noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego auctoritate qua fungor, diſpẽſo tecum ſuper Debito Matrimoniali, quo te priuaſti, eo ꝙ cognouiſti cõſãguineã vxoris tuæ, vel viri tui cõſanguineũ; Vel quia contraxiſti Matrimonium poſt votũ caſtitatis emiſsũ, &c. & reſtituo te priſtino iuri petendi debitũ ab vxore tua, vel viro, cõcedens tibi, vt in futurũ poſſis abſq. peccato id petere, & poſt mortẽ coniugis ẽt cum alia contrahere. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; Amẽ. Et quo ad impedimẽta Matrimoniũ dirimẽtia dici poterit. Ego auctoritate qua fungor, vel mihi cõmiſſa, Diſpẽſo tecũ ſuper tali impedimẽto, & habilito te ad Matrimoniũ cõtrahẽdũ. In nomine Patris, & Filij, & S. S. Amen.

Poſtremo conet inducere pęnitẽtẽ ad verã cõtritionẽ ſuorũ peccatorũ, oſtẽdẽdo ei quãta huius criminis
66 ſit grauitas; ꝑter culpã. n. mortalem, experimẽto didicimus ex hmõi coniugijs factis in gradib. prohibitis, etiã cũ diſpẽſatione, Sobolẽ nõ poſſe ſuccreſcere. *D. Greg. ad Augu.* Anglorum Epm̃. *c. quædã lex. 35. q. 3. & D. Amb. ad Paternum. lib. 8. epi. 66. in fi.* vbi omnes, & ſingulos admonet, vt ſimilia coniugia omnino impediant. *Rodriq. ſumm. par. 1. capit. 236. num. 4. in fin.* ob hanc fortaſſe rationem, quia Filij ex

Matri-

Matrimonijs clādeſtinis propter de-
fectum publicationum procreati, ſūt
illegitimi. Et eo magis ſi ex Matri-
monio in gradibus prohibitis cōtra-
cto, ante diſpenſationem obtentam
enaſcantur, vide *Rodriq in d.1.par.c.
219.num.3.* Tandem ſi habet faculta-
tem abſoluendi, abſoluat eum, iniun
gendo ei ſalutarem pęnitentiā, prout
ſalubriter viderit expedire in domi-
no, modo velit procurare diſpenſa-
tionem a Sede Apoſtolica, eiuſq. pa-
rere mandatis, quia ſi nolit, minimè
erit abſoluendus. Et hæc pro huius
quinti caſus reſeruati declaratione
dicta ſufficiāt, ad laudem, & gloriam
Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chri-
ſti, incipit declaratio ſexti caſus
reſeruati eiuſdem Tabellæ Aeſinæ,
qui talis eſt.

*Homicidium voluntarium, conſilium, aut
mandatum ad illud committen-
dum, ſecuto effectu.*

PRo declaratione huius ſexti ca-
ſus reſeruati præter ea, quæ dicūt
Sūmiſtæ, & alij Doctores de hac ma
teria pertractantes, requirat Confeſ-
ſarius ſupra in declaratione primi ca
67 ſus reſeruati in Tabella Auximana,
fol.263. vbi hunc caſum amplè decla
ratum reperiet, hic tamen pro eius
completa explicatione addēdū, hoc
tantum cenſeo neceſſarium, videli-
cet quod ad incurrendum hunc caſū
oportet, quod homicidium non ſolū
ſit homicidium voluntarium, prout
in ſupradicta declaratione dictū eſt,
ſed etiam ſufficit, vt adſit conſilium,
aut mandatum ad illud committen-
dum, & quod ſit ſequutus effectus, vt
patet ex contextu litteræ huius reſer
uationis; Quare in hunc caſum inci-
dunt, omnes homicidium volunta-
rium committentes, vel etiam conſi-
lium, aut mādatum ad illud commit-
tendum præſtantes, modo ſequatur
effectus: Si enim effectus non ſequat̃,
minimè in caſum incidere cenſendi
ſunt. Quid autem intelligatur ꝑ cō-
ſulentem, & mandantem; Item quo-
modo, & quando mandans, vel con-
ſulens ob homicidium, quod patrari
mandauit, vel conſuluit, teneatur ad
reſtitutionem; Item quando quis iuſ
ſus ſit occidi Paulum, & miniſter, vel
famulus mādantis errore deceptus,
occidit Ioannem exiſtimans eſſe Pau
lum, an mandans in hoc teneatur ad
damnum illatum Ioanni. Rurſus an
68 ſi quis iuſſit occidi Petrum, & mini-
ſter, quia aliter non potuit eum occi-
dere, occidit, comburendo domum
Pauli in qua erat Petrus, & ſimul ēt
Paulum occidit, teneatur mandās in
hoc caſu ad hęc damna. Item an quā-
do mādauit ſolum vulnerari Petrū,
& non occidi, ſi miniſter vulnerando
exceſſerit modum occidendo, tenea-
tur mandans ad reſtitutionem dam-
ni ſecuti, & ad homicidium. Itē an,
priuſquā, qui iuſſus eſt, opus exequat̃,
mandans reuocet mandatū, ſi ſequat̃
damnum, teneatur imperās reſtitue-
re. An denique, ſi mandans poſt pe-
ractam actionem iniuſtam mandat
reſtituere, illo non reſtituente, liber
ſit iubēs a reſtitutione. Poſtremò cū
quis omnino decreuerat occidere Pe
trum, an quis conſulendo minus ma-
lum, nempe vt non occidat, ſed tan-
tum, vel percutiat, vulneret, vel ali-
quod aliud minus malum ei inferat,
teneatur conſulens ad minoris dam-
ni reſtitutionem. Videatur *Ioā. Bapt.
Corrad p.1. reſponſ. caſ. conſcient. q.1. &
q.237. Gregor. Sayr. in Clau. Reg. lib.10.
tract.2. cap.7. num.5. & ſeq. et c.8. num.
1. & 3.* Et hæc pro huius ſexti caſus
reſeruati declaratione dicta ſufficiāt,
ad laudem, & gloriam Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chri-
ſti, incipit declaratio ſeptimi ca-

Digitized by Google

ſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Aeſinæ, qui talis eſt.

Periurium Teſtis, iuridicè interrogati.

PRo declaratione hujus ſeptimi caſus reſeruati, præter ea, quę dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt periurium Teſtis iuridicè interrogati.*
2 *Quando Teſtes iuridicè interrogati periurantes, incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionē Teſtium periurantium.*

CIrca primum; Quid ſit periurium, dictum eſt ſupra in declaratione ſeptimi caſus reſeruati in Tabella An
56 conitana *fol* 98. Teſtis autem eſt ille, qui teſtimoniū profert, ab eo dictus, quod tueatur ſtatum cauſæ, vel quod ante ſtet, quaſi anteſtis, ideſt anteſtās vt ait *Calepi. verb eod.* Teſtes antiquitus ſuperſtites dicebantur, eo quod ſuper cauſæ ſtatu proferebantur, nunc parte ablata nominis, Teſtes vocantur. *c forus de verb. ſignifi.*

Circa ſecundum, quādo videlicet Teſtes iuridicè interrogati periurantes incidunt, vel non incidunt in hūc caſum reſeruatum, & qualis Praxis a Confeſſario ſit obſeruanda, circa ter
70 tium, cum hæc omnia habeantur ſupra in dicta declaratione ſeptimi caſus reſeruati in Tabella Anconitana *num. 339.* vbi ſermo fit de Teſtibus. Ibi, *Secundo, quatenus ſpectat ad Teſtē,* incidit &c. clarius tamen in explicatione ſexti caſus reſeruati in Tabella Piſaurenſi. Ibi vbi præſertim de Teſtibus mentio fit; ideo Confeſſarius prædictas declarationes diligenter perlegat; in eis enim hūc caſum præclarè declaratum reperiet. Et hæc pro huius ſeptimi caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant ad laudē, & gloriam dñi noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio octaui caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Aeſinæ, qui talis eſt.

Artis Magicæ exercitium, aut ſortilegium ſcienter cum expreſſa, vel tacita dæmonis inuocatione.

PRo declaratione huius octaui caſus reſeruati, pręter ea, quæ dicūt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia ſuperſtitioſa pertractantes, cum Artis Magicæ exercitium, & ſortilegium ſcienter cum expreſſa, vel
71 tacita dæmonis inuocatione, cōprehendāt omnia genera dānatę ſuperſtitionis, prout plenè ac difusè declarauimus ſupra in explicatione primi caſus reſeruati in Tabella Anconitana. Et ibidē, & in explicatione quoq; primi caſus reſeruati in Tabella Piſaurēſi caſus iſte plenè ſit declaratus, ideo hic nil aliud ſcribendum puto fore neceſſarium, niſi quod ad incurrendum hunc caſum reſeruatum nō ſufficit, vt pœnitens ſemel tantū, vel
72 bis artem Magicam, vel ſortilegium ſcienter cum expreſſa, vel tacita dæmonis īuocatione exerceat, ſed oportet, quod quaſi ex vſu continuato, ex habitu, & praua conſuetudine hoc exerceat, ita vt boni viri arbitrio illius exercitator dici poſſit; qui enim aliquoties cadit, & pęnitet cecidiſſe, non videtur incidere in hunc caſum; exercitatio enim idem eſt quod aliquid ſæpius, & fræquenter agere, & quaſi quotidie, exercere etenim nil aliud eſt, quam ex quaſi vſu continuato, aliquid facere; Vnde fræquentia ex diuerſis actibus non eodem tempore, ſed diuerſis, requiritur; itaque hoc verbum propriè exercere, ſignificat

Digitized by Google

ſicat ſæpius,& frequenter agere, & quaſi quotidie.*leg.1.in fin ff.de teſtam. milit.& l.palam.§.Lenocinium. ff.de rit. nupt.& l.milites.& l officium. C.de re milit.lib.12.* vt notat *Floron de caſib.reſeruat.p 2.caſu.2.num. 1.& 2.* Vnde vulgo illi dicuntur exercitatores, q in vſu ponunt aliquid, verbi gratia *Ha eſſercitato l'Auocatione,* hoc eſt per aliquod tẽpus fuit Aduocatus,& iſte eſt communis vſus loquendi attendẽdus.*arg.in tex.leg.ſciendum.§.illud vero ſufficiet ff. de ædil edicto.* ita colligitur ex *Graff.in Prax.lib.1 cap.11.num. 12.& ſeq.& p.1.lib.2 deci.aur.c.90.nu.12. Stephan.Quarant.Verb.Sodomia.Rodriq. Quæſt.Regul.tom.2.q.29.art.2. Nau in Man.cap.27.num.249.& 250.* & alijs, loquentibus de vitium Sodomiticũ exercẽtibus. Quid autem ſit Ars Magica, habetur ſupra in explicatione primi caſus reſeruati in Tabella Piſaurenſi. Hæc ergo pro huius octaui caſus reſeruati dicta ſufficiant,ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio noni caſus reſeruati eiuſdem Tabellę Æſinæ, qui talis eſt.

Inceſtus in primo, & ſecundo gradu conſanguinitatis,aut affinitatis incluſiuè.

PRo declaratione huius noni caſus reſeruati;ſatis facere ſciens ea quæ dixi ſupra in explicatione ſecun
73 di caſus reſeruati in Tabella Anconitana,ideo pro eius declaratione,hæc pauca dicta ſufficiant, ad laudem,& gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti,incipit declaratio decimi caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Aeſinæ, qui talis eſt.

Carnalis copula inter Compatrem, & Commatrem.

PRo declaratione huius decimi caſus reſeruati, præter ea, quæ dicunt Summiſtæ,& alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt carnalis copula inter Compatrem, & Commatrem.*
2 *Quando Compatres,& Commatres turpiter ſe carnaliter cognoſcentes incidũt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem prædictorum pęnitentium.*

CIrca primum;antequã quid carnalis copula inter Compatrem,& Commatrem, ſit, dicamus, ĩ primis quid Compater,& Cõmater ſint equum eſt,vt videamus. Cõ
74 pater ergo dicitũ quaſi ſimul eiuſdẽ filij Pater, & Commater quaſi ſimul mater: & eſt ille vir, vel Mulier,qui, vel quæ filium ſeu filiam alicuius Baptizat,vel Chriſtianum facit; Vel ad Baptiſmum,vel ad Confirmationem illum,vel eam tenet; Verbi gratia cũ Sacerdos Baptizat Puerũ, illicò Cõpater, Patris & Matris illius efficitũ; & cum in caſu neceſſitatis obſtetrix Baptizat Infantem, Cõmater fit Patris,& Matris illius;& cum ego ſuſcipio de ſacro fonte filium Bertæ, & Platonis, vel ad confirmationem coram Epiſcopo illum teneo; Vel Berta, ſeu Plato de ſacro fonte ſuſcipit filium meum, vel illum ad confirmationem tenet, ego Compater ſum Bertæ,& Platonis, & Berta & Plato eſt Commater, & Compater meus.
75 Carnalis igitur copula inter Compatrem, & Commatrẽ nil aliud eſt,niſi

nalis concubitus inter illum virum, & illam Mulierem, cuius filium, vel filiam quis Baptizauit, vel de ſacro fonte ſuſcepit, vel ad confirmationē coram Epiſcopo tenuit, ita *ex Catholicon.verb.eodem.*

Circa ſecundum; ex hactenus dictis manifeſtè colligitur, qui nam incidunt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

Primò enim incidit Sacerdos, qui rem carnalem habuit cum illa Muliere, cuius filium iam dudum Baptiza-
76 uerat; patet, quia Baptizando eius filium, ipſa eius Commater, & ipſe cōpater illius efficitur; & ſic neceſſario ambo in hunc caſum reſeruatum incidunt. Caſus enim reſeruatio dicit, *Carnalis copula inter Compatrem, & Commatrem.*

Secundò, incidit qui ſe turpiter cū obſtetrice immiſcuit, quæ filium ſuū
77 in neceſſitate Baptizauit; ob eādem rationem, quia eius eſt Commater; & idem dicendum eſt de quauis alia perſona filium in neceſſitate Baptizante.

Tertiò, incidūt tam Mares, quam fœminæ, qui, vel quæ, cum illis con-
78 cubuerunt, quorum filios, vel in Baptiſmo ſuſceperunt, vel in confirmatione tenuerunt.

Non incidūt autem; Primò Compatres, qui ſuis Commatribus Sodomiticè abutuntur, nec Commatres, q̄ hoc nephandum vitium in ſeipſis fieri a ſuis Compatribus patiuntur, &
79 ſi lethali culpa ſe adſtringant; ratio eſt, quia hæc Reſeruatio loquitur de copula carnali. Per copulam autem intelligitur, vt ipſum nomen ſonat, copulatio viri cum Muliere in vaſe naturali, ſic enim ſonat copula carnalis; Vnde in *c fin de ſponſal.* probatur copulam minimè conſummari, niſi intra naturale vas ſemen effundatur, vt notat *Graff.conſi 26.num. 16 de ſen. excom.* Et ideo quomodocunq. ſeipſis ſodomiticè potiuntur, ſiue etiā Commatres inter alias Commatres, hoc flagitium committant, ſiue ēt Compatres inter alios Cōpatres ad agant, numquam, ob eādem rationem, hac reſeruatione ligantur. Incident tamen in alium huius Aeſinæ Tabellę
80 caſum reſeruatum, qui eſt quartus in ordine, vt patet ſupra *num.23.* nēpè in caſum Sodomiæ, modo tamen, huiuſmodi nephādum vitium ſupra tres vices per totū annū cōmiſerint.

Secundò nec incidunt, qui cū Cōmatribus copulam carnalem habēt, imperfectam tamen, hoc eſt ſi actus non ſit cōſummatus, v.g. conatus eſt
81 quis, ſed actum non perfecit, vt quia pudendis matricis orificium tetigit, licet ex parte vtriuſque extra vas ſecuta ſit pollutio; ratio quia ad incurrendum hunc caſum, requiritur neceſſario quod ſit copulatio viri cum Muliere in vaſe naturali perfecta ſcilicet, quod intra vas fœminæ ſemen effundatur; ſtatuta enim Ordinariorum intelliguntur de actu exteriori cum effectu, niſi alias attentatio ſola per expreſſa verba reſeruaretur, vt ſupra *in 1.p.q.1.num. 46 fol.7.* dictum eſt, peccabunt tamē mortaliter quoties hoc vitio ſe fœdauerint.

Tertiò, nec qui cum obſtetrice (quę licet filium ſuum de ventre vxoris
82 eius procedentem collegit, minimè tamen illum Baptizauit) concubuit; patet, quia quamuis vulgo Commater appellatur, hoc tamen nomen impropriè, & ex communi vſu loquendi potius ſibi aſcribitur, quamquam mortalis culpæ reus fiat, quoties illius amore potitur.

Quartò, nec is, vel ea, qui, vel quæ rem habuit cum illa, vel illo, qui vel
83 quæ, ipſum vel ipſam Baptizauit, vel de ſacro fonte ſuſcepit, vel ad confirmationem coram Epiſcopo, tenuit; ratio eſt clara, quia talis non eſt eius Compater, nec Commater, ſed tantum Patrinus, vel Matrina, quod vulgo dicitur, *Il Santolo, & la Santola.* de

quibus

Digitized by Google

quibus non loquitur præſens caſus reſeruatio. ſed ſolum de Compatribus,& Commatribus, vnde in caſib. reſeruatis a proprietate verborũ, nõ recedendum,niſi conſtaret voluntatem reſeruantis aliter voluiſſe. *arg. gloſ. in c. præterea. de verb. ſignifica.* licet toties quoties ſimul coierit, mortiferè delinquat.

Quintò, & ſi Abbas, Monachus, vel Religioſus tenere nequeant Infantes ad Baptiſmum, vt patet. *c. pla-*
84 *cuit el 2. 16 q. 1. c. non licet. de Conſecrat. diſt. 4.* Vbi ex Concil. Antiſſiodorenſi c. 25. dicitur, *Non licet Abbati, vel Monacho de Baptiſmo ſuſcipere filios, nec Cõmatres habere. & c ſeq. Monachi ſibi Compatres Commatres vè non faciant*. Si tamen tenent, ſint Compatres. *Angel. verb. Baptiſmus 8 in princ. Armil. verb. eod num. 37. gloſa in c. peruenit. 18 q. 2.* nihilominus ſi cum earum Matribus turpiter ſe immiſceant, immunes sũt ab hac reſeruatione, quamuis peccẽt mortaliter, & incidant in caſum, ex Decreto Clemen. VIII. ſuo Prælato Regulari reſeruatum, ratio eſt, quia
85 Regulares quorumcunque ordinum cum ſint exempti, & immediatè ſubiecti Romano Pontifici. *c ſicut nobis de ſupplen neg. Prælat. c. frater noſter. 16. q. 1. Graff in Prax. lib. 2. c. 11. num. 18.* ab Ordinariorum quoq. iuriſdictione circa caſuum reſeruatorum diſpoſitionẽ ſunt penitus, & omnino liberi.

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem ſupradictorum pœnitentium, hæc erit.

Circa Confeſſionem; Primò Confeſſarius animaduertat non ſufficere pœnitentem dicere, cognoui quandam Mulierem, rem habui cũ quodã
86 viro, ſed neceſſariò in ſacramentali Confeſſione exprimendum eſt, rem carnalem habui cum quadam Muliere, quæ Commater mea eſt, cuius filium ego ipſe Baptizaui, vel in Baptiſmo ſuſcepi, vel ad cõfirmationem tenui; cognita fui a Viro, Compater meus, cuius filiam de ſacro fonte ſuſcepi, vel ad confirmationem coram Epiſcopo tenui.

Secundò, ſi pęnitens eſt Sacerdos, vel in ſacris ordinibus conſtitutus, non ſolum in Confeſſione dicere de-
87 bet ſe cum quadam ſua Parochiana concubuiſſe, cuius filium Baptizaui, & ſic cum Commatre mea deliqui, ſed niſi Confeſſario ſit notus, ſolemne etiam caſtitatis votum confiteri tenebitur. *Azor p. 1 inſt. moral. lib. 12. cap. 12. quæſt. 9.*

Tertiò inquirat an pęnitens ſit cõiugatus, vel ſolutus, quia ſi eſt coniugatus, cognoſcendo ſuam Commatrem, cum committat crimen duas
88 habens deformitates, contra rectam rationem vnam criminis adulterij, alteram quia fit iniuriam Matrimonio, habet enim ſpecialem malitiam iniuriæ factæ contra Maritum eius, cum abutatur Vxore propria præſertim contra illius voluntatẽ, ideo neceſſario in Confeſſione debet exprimere hanc circumſtantiam, quod videlicet ipſe erat Vxoratus, ex *Azor. p 3. Inſt. moral. lib 3. c. 20. q. 3.*

Quarto, An dum Cõmatrẽ ſuã cognoſcebat in illo actu habebat voluntatem cognoſcendi aliam Cõma-
89 trem, vel Mulierẽ, & qualem, an Coniugatam Virginẽ, conſanguineã, Viduam, Religioſam, quia ſunt circũſtantię mutantes ſpeciẽ, & ideo neceſſario Confitendę. *Io Capeauill de Caſibus reſeruat p. 2 cap 15. q 3.*

Quinto perſcrutetur circũſtantiã numeri, quoties videlicet hoc ſcelus commiſit, & temporis, nã vt pluri-
90 mum antequam Compater ſuæ Cõmatris amore potiatur, per longum temporis ſpatium illius pudicitię inſidiatur, quo durãte præter interpollatas peccandi voluntates, quæ ſingulæ ſunt peccata mortalia in ſpecie cõfitenda, multa alia peccata etiam cõſequi ſolent, vt quod ad huiuſmodi

crimen

Digitized by Google

crimen perpetrandum ſocios adhibere ſolet, ſcandalum præbere, furtum committere, quò muneribus eius mẽtem prius demulceat *Nau conſil.* 1 *de Raptorib* & piura alia crimina de quibus omnibus iuxta prudentiæ regulas Cõfeſſarius interrogare debebit.

Sextò conſideranda eſt circũſtãtia loci, An videlicet hoc flagitium in ali
91 quo loco ſacro perpetrauit, quia cũ ſacrilegium etiam admiſit, in Cõfeſſione eſſet neceſſariò manifeſtandũ; Verbi gratia ſi eius Commater Religioſa Profeſſa effecta, eã intra ſepta Monaſterij contaminauit, ſacrilegiũ committit, imò incidit etiã in excõmunicationem Summo Pontifici reſeruatam per Conſtit. Greg. XIII. emanatam anno domini 1575. idibus Iulij, prout notat *Io. Capeauill. c.* 14. *q.* 3. quæ quidem omnia in ſacramẽtali Confeſſione neceſſariò ſunt explicãda. Quid autem faciendum ſit, ſi in
92 explicando peccatum complicis cũ qua quis deliquit, infamiæ periculũ ſubſit, dic vt ſupra in declaratione ſecũdi caſus reſeruati in Tabella Anconitana. *num.* 125 *fol* 67.

Quo ad abſolutionẽ; Confeſſarius multa cõſiderare debet; Primo an pœnitens ob peccatum commiſſum cũ Commatrib. inciderit in aliquam excommunicationem, vt ſi Commatrẽ
93 Religioſam Profeſſam intra ſepta Monaſterij violauerit, vt paulò ante dictum eſt, quia ad Summum Pontificem, vel ad eius Legatum, aut alium eius habentem auctoritatem, pro abſolutione eſſet mittendus.

94 Secundò, an Proles natæ ſint. Tertiò an proximæ delinquendi occaſiones ſublatæ ſint. Quartò, an Commatera Sacerdote, qui eius filium Baptizauit, vel de ſacro fonte ſuſcepit, vel ad cõfirmationem tenuit, in actu vel prope actum Confeſſionis ſit ad turpia ſollicitata, de quib. omnib. dic, vt ſupra in declaratione ſecundi caſus reſeruati in dicta Tabella Anconitana. *fol.* 68. & 69. & in explicatione 4. eiuſdem Tabellæ *fol.* 83. & in declaratione octaui caſus reſeruati in Tabella Piſaurenſi adnotauimus, mutatis, tamen mutandis. Et hæc pro huius decimi caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiãt ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio vndecimi & vltimi caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Aeſinæ, qui talis eſt.

Qui manent in adulterio, aut concubinatu publico, etiam ſi morentur in eadem domo.

PRo declaratione huius vndecimi, & vltimi caſus reſeruati, qui duas amplectitur partes, alteram quę
95 ad adulterium ſpectat, alteram vero quæ ad Concubinatum publicũ pertinet, ſed quia declaratio huius ſecũdæ partis habetur ſupra in explicatione ſexti caſus reſeruati in Tabella Fanenſi, ideo ad ea miſſa facio; circa ergo primam partem quo videlicet ad adulterium, præter ea, quæ dicũt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt adulterium.*
2 *Quando manentes in adulterio incidũt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario, circa Confeſſionem, & abſolutionem pœnitentium in adulterio manẽtiũ.*

CIrca primũ; breuiter, adulterium (vt ipſum nomen ſonat) eſt acceſſus ad alienum thorum, ſeu alterius
96 thori violatio; adulteriũ. n. eſt luxuria qua coniugalis thorus violatur; & adulter dicitur, quaſi ad alter, q a ſcilicet ad alterius thorũ accedit, vel ad

Digitized by Google

ad alter ideſt ad alterius Vxorem accedens, ex *c lex illa. 36. q. 1. §. cum ergo. D. Thom. 2 2 q. 154. a 8. D. Bonauen. Centiloq. p. 1 ſect 32 Magiſt. ſent in 4. d. 41 § vlt. Alexand. de Ales in ſumm. p. 2 q. 146. memb. 1. Hoſt tit de adulterijs. n 1. Angel. verb. eod. Armill eod. Clau. Reg. lib 8. c. 3 n. 1.* Et fit tripliciter; Primò,
97 cum homo liber rem habet cum Muliere Coniugata. Secundò; cum homo coniugatus accedit ad Mulierem ſolutam. Tertiò quando homo coniugatus coit cum Muliere coniugata. *Tolet lib. 5. c. 11 num. 3. Rodri in ſum. p. 1. c. 205. num 1.* Et Sebaſtianus Cataneus Verb adulterium, & de his omnibus modis loquitur, hæc Reſeruatio; Quę licet ſecundum vernaculam linguam, dicat, *Quelli che ſaranno in adulterio*, & ſic rectius videatur fore dicendum, *Qui erunt in adulterio*, & non, *Qui manent in adulterio*, attamẽ ſi mẽs reſeruantis attentè conſideretur melius videtur ſonare, *Qui manent in adulterio*, & ideo meo iudicio ita hunc caſum cenſeo eſſe ſcribendum; eo magis, cum verba illa. *Qui erunt*; cum ſint futuri temporis, & idem *Qui manebit*, deſignant, idem, & *Qui manent*, ſignificare videntur.

Circa ſecũdum; ex hactenus dictis liquidò patet, qui nam incidunt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

Primò enim, incidũt Sacerdotes, ac omnes in ſacris ordinib. conſtitutis, qui cum aliqua muliere cõiugata
98 rem carnalem habent; patet, qa adulterium committunt, cum ad vxorem alterius accedant; Adulterium enim vt ſupra dictum eſt, eſt acceſſus ad alienum thorum; dummodo in huiuſmodi peccato, per aliquod temporis ſpatium, puta per menſem, plus minusvè arbitrio Confeſſarij iudicandum, permaneant, maximè ſi per id tempus vltra tres vices prolapſi fuerint; qui enim per menſem ſeu ter in menſe, hoc peccatum comiſerint, in adulterio permanere cenſendi ſunt.

Secundò, & adoleſcentes, qui turpiter cum Mulieribus, matrimonio
99 copulatis ſe immiſcent, ſi per id tempus, cũ illis in peccato permanſerint, mutuò vltra tres vices ſe carnaliter cognoſcendo: etiam ſi ipſę mulieres ſint concubinæ, vel meretrices, dummodo maritum habeant, imò etiam ſi ſint infideles.

100 Tertiò, & viri coniugati, qui eo modo quo ſupra dictum eſt, aliquam Puellam, vel quamcunq; aliam fęminam ſolutam, cognoſcũt. Adulteriũ enim committunt, vt ex ſupradictis patet. An autem ſponſa per verba de præſenti, nondum tamen a viro ſuo cognita, ſi ab alio viro cognoſcatur, adulterium cõmittat; reſp. quod ſic, licet ſecus dicendum ſit de ſponſa de futuro, vt ait *Couarru p. 1. c. 1. num. 11. Vinald de ſponſal. num 9.*

Quartò, & viri coniugati, & mulieres pariter coniugatæ ſimul coeũtes, modo, vt ſupra, iocũ per aliquod interuallum temporis frequentent, arbitrio Confeſſarij, vt dixi, terminan-
101 dum; Reſeruatio. n. dicit, *Qui manent in adulterio*; vnde hoc verbum, *manent*, frequentiam & continuationem temporis ſignificat, quod ſpatium temporis intelligitur, ſicut dixi ter in menſe hoc peccato ſe fædauerint.

102 Quintò & vltimo, incidunt mulieres Chriſtianæ coniugatæ quęcunque illæ ſint, quæ carnalem copulam habent cum Iudæis, Hæreticis, Turcis, vel alijs quibuſcunque Infidelib. ratio, quia cum ipſæ coniugatæ ſint, proculdubio adulteriũ committunt, & ideo hac reſeruatione ligãtur; idẽ dicendum eſt, ob eandem rationem, de viris Chriſtianis cõiugatis, ſi Puellis, vel alijs fœminis ſolutis, & coniugatis, Iudæis, & Infidelibus abutantur.

Non incidunt autem; Primò, Pueri ante pubertatem ideſt quartũdecimum

mum

mum annum, quaſcunque mulieres
coniugatas carnaliter cognoſcentes,
103 etiam ſi conſtaret, quod ante dictã
ætatem actum, in vaſe naturali præ-
dictarum mulierum, cõſummaſſent,
caſus enim reſeruatio fit de his, quæ
procedunt regulariter, & non de his
quæ rarò accidunt, de quibus non eſt
curandum. *l. nam ad ea ff de legib. Zaba*
rell. in c. 1. de delict. Pueror. & ratio eſt,
quia peccata, quæ membris genitali-
bus admittuntur, non attribuuntur
maribus, niſi ab annis. 14. *d. c. 1. de de-*
lict. Puer. id eſt poſt illos completos.
argum. Graff. conſi. 3. de Adult. num. 15.
& in Prax. lib. 1. cap 11 num. 30. pecca-
bunt ergo ſolum mortaliter quoties
id patrauerint.

Secundò, nec adoleſcentes, copu-
lam carnalem habentes cum quauis
Puella, Vidua, Meretrice, vel quibuſ-
104 cunque alijs mulieribus, maritum
non habentibus; ratio eſt clara, quia
hic reſeruatur adulterium tantum,
at rem habere cum prædictis fœmi-
nis, eſt ſtuprũ, ſi cum virgine, vel for-
nicatio, & non adulterium; patet ſu-
pra in primo modo, quo adulterium
fit, vbi diximus, quod eſt, cum homo
liber rem habet cum muliere coniu-
gata; ergo ſecus ſi cum non coniuga-
ta; vt ſunt virgines, viduæ meretri-
ces, & aliæ mulieres virum non ha-
bentes, quamuis lethali culpa ſe ob-
ſtringant.

Tertiò, nec adoleſcentes, nec alij
quicunque viri, rem carnalem, cum
105 quauis muliere coniugata habẽtes,
ſi actus minimè fuit conſummatus,
ob rationem quam retulimus ſupra
in præcedentis caſus reſeruati decla-
ratione. *num.* 81. Et ſi toties mortali-
ter peccent.

Quartò, nec viri coniugati, neque
ſoluti, qui quibuſcunque mulieribus
cuiuſcunque conditionis, præpoſte-
ra Venere, id eſt Sodomiticè abutun-
106 tur, licet mortaliſſimum peccatum
committant, & incidant in alium ca-
ſum reſeruatum huius Tabellæ Aeſi-
næ, nempè in caſum Sodomiæ, vt pa
tet ſupra. *num.* 80. & ratio eſt, quia hic
nõ reſeruat Sodomia, ſed adulteriũ.

Quintò: neq. Regulares quorum-
cunq. ordinum cum quibuſcunq. ſu-
107 prädictis mulieribus turpiter ſe im
miſcentes, quamquam lethaliter de-
linquant, & incidant in caſum reſer-
uatum ſub Prælato Regulari ex de-
creto *Clem. VIII.* ob rationem quam
dixi ſupra in declaratione præceden
tis caſus reſeruati. *num.* 85. quia vide-
licet cũ ſint immediatè ſubiecti Sedi
Apoſtolicæ, ideo ab ordinariorum iu
riſdictione circa diſpoſitionẽ caſuũ
reſeruatorum omnino ſũt immunes.

Circa tertium; Praxis obſeruanda
a Confeſſario circa Confeſſionem, &
abſolutionem pęnitentium in adulte
rio permanentium hæc erit.

Circa Confeſſionem; multa a Cõ-
feſſario ſunt conſiderãda; Primò an
pęnitens, qui commiſſit adulterium,
eſt Sacerdos, vel in ſacris ordinibus
108 conſtitutus, vel eſt perſona ſecula-
ris; ſi eſt Sacerdos, vel in ſacris, niſi
Confeſſario ſit notus, ſolemne etiam
caſtitatis votum confiteri tenebitur,
vt ex *Azor.* in Praxi præcedentis ca-
ſus reſeruati. *num.* 87. dictum eſt. Et ſi
eſt Regularis, cum inciderit etiam in
caſum ſuo Prælato reſeruatum, vltra
votum ſolemne caſtitatis, hoc etiam
in Cõfeſſione manifeſtare oportebit,
ne Confeſſarius errare cõtingat, mit
tendo falcem in meſſem alienam. Et
ſi eſt perſona ſecularis, interroget, an
ſolutus ſit, vel coniugatus, & fęmina
cum qua commiſſit adulteriũ, an ſit
ſoluta, vel coniugata, Sanctimonia-
lis, vel conſanguinea, vel etiam eius
eſt commater, quia ſi eſt coniugatus,
hanc circumſtantiam in Cõfeſſione,
ſe videlicet eſſe vxoratum, exprime-
re debet, vt in eadem Praxi præcedẽ
tis caſus, *num.* 88. ſupradictum eſt; &
idem dicendum ſi ſit ſolutus, & rem
habuerit cũ coniugata, teneri dicere

in

in Confeſſione ſe adulteriũ commiſ-
ſiſſe cũ muliere coniugata. Si eſt con-
iugatus, & ſanctimoniali, vel conſan
109 guinea in primo, ſecundo, vel ter-
tio gradu abuſus eſt, tenetur ẽt hanc
circumſtãtiam propalare, quia vltra
adulterium, perpetrauit etiam ſacri-
legium, ac etiam ſtuprũ ſi virgo erat,
& inceſtum; in illo gradu in quo erit
dicta conſanguinea, vel affinis quam
cognouit; & ſi ſua Commatre abuſus
eſt, cum præter adulterium, & ſi erat
virgo, etiam ſtuprum, & ſi ſanctimo-
nialis, quoq. ſacrilegium, commiſit;
in præcedenti caſu reſeruato etiam
inciderit, hoc etiam in ſacramentali
Confeſſione neceſſario eſt exprimen
dum. Et quod de viris dictum eſt, idẽ
quoque per omnia de mulieribus cen
ſeo eſſe fatendum.

Secũdo, Confeſſarius inquirat, an
dum pœnitens adulterium, v.g. cum
muliere coniugata patrauit, in illo a-
110 ctu voluntatem habebat cognoſcẽ
di alias mulieres, & quas, an aliã cõiu
gatam, Virginem, Sanctimonialem,
viduam, conſanguineam, quia vt in
ſupradicta Praxi dictum eſt, hæ circũ
ſtantiæ ſunt mutantes ſpeciem, ideo
neceſſariò cõfitendæ. Et ſi vltra adul
terium, etiam prędictas fœminas ex-
tra naturale vas turpiter cognoue-
rit, cum etiam Sodomiam commiſſe
rit, & in ſupradictum quartũ caſum
reſeruatum huius Tabellæ Aeſinæ
inciderit, hoc etiã neceſſario in Con-
feſſione propalandum eſt.

111 Tertiò, inquirat de numero pec-
catorum; quoties ſcilicet adulterium
patrauerit; Et de circumſtantia tem-
poris; & de circumſtantia loci ſacri;
de quibus dic, vt ſupra in Praxi præ-
dicta notatum eſt, mutatis tamen
mutandis.

112 Quartò, cum inter alias pœnas a-
dulterorum, hæc vna ſit, videlicet a-
dulterando perdere ius petendi debi
tum, ideo qñ reddere teneantur, vel
non teneantur, & redendo, peccent,
cum hæc materia nimis prolixa ſit,
Confeſſarius videat *Tolet. lib.5.c.11.*
num.12. & lib.7.c.20.n.2. & alios ſum
miſtas. *in verb. Debitum coniugale.*

Quo ad abſolutionem; Primò Cõ-
feſſarius animaduertat, an pœnitens
vxoratus adulterium admiſit in ali-
quo loco ſacro, vt potè quia rem ha-
113 buit intra ſepta monaſterij cũ mu-
liere coniugata ibidem ob aliquam
iuſtam, & honeſtam cauſam degẽte,
ſeu etiam cum moniali, vel etiã Puel
la ibi educationis cauſa commoran-
te, quia cum inciderit in excommu-
nicationem Papæ reſeruatã per Cõ-
ſtit. *Greg. XIII.* vt patet ſupra in dicta
Praxi *num.93.* ideo pro abſolutione
ad Sedem Apoſtolicam, vel eius ha-
bentem auctoritatem, mittendus eſt.

Secundò, animaduertat, an mulier
coniugata, quæ turpiter cum Sacer-
dorib. ſe immiſcuit, fuerit ab aliquo
114 illorum, dum ipſius excipiebat Cõ-
feſſionem, in ipſo actu Confeſſionis,
vel prope, ante, vel poſt Confeſſionẽ,
vel fingendo audire Confeſſionẽ, ẽt
ipſa Confeſſione non ſecuta, ad tur-
pia committenda ſollicitata, vel in-
honeſtos, & illicitos ſermones ſeu
tractatus cũ ea habuerit, quia ad de-
nunciandum prędictum Confeſſariũ
ad loci Ordinarium, vel Inquiſitorẽ
cogẽda erit, prout diffusè ſcripſimus
ſupra in declaratione quarti caſus re-
ſeruati in Tabella Anconitana *num.*
223 fol.83. & in declaratione decimi
caſus reſeruati in Tabella Piſaurenſi.
vide ſupra in Praxi præcedentis ca-
ſus huius Tabellæ Aeſinæ. *num.94.*

Tertiò, an ex adulterio natæ ſint
Proles; circa quod multa ſunt notan-
da, tum circa adulteram, tum circa
filium ſpurium ab ea genitum, tum
115 deniq. circa adulterum. Circa adul
teram, quid nam facere teneatur mu
lier adultera, quæ concepit filium ex
adulterio, quem maritus ſuum filium
legitimum eſſe putat, adeo vt non-
numquam talis ſpurius ſuccedat in

Primo-

Primogenitura, & hæreditate, & filius legitimus exinde damnum maximum patitur; dubium graue in hoc caſu eſt, an talis adultera teneatur ſe infamare reuelãdo adulterium commiſſum, ne filius ſpurius ſuccedat in hæreditate, & ſic tollatur Primogenitura ab eo, qui reuera eſt Primogenitus Patris. In hac difficultate quid mihi verius, & rationi conformius videtur, breuiter ſequentibus dictis exponam. Primum eſt, quando adultera habet aliqua bona propria libera ſeu paraphernalia (hoc eſt bona, quæ vltra Dotem pro onere matrimonij habet. *ff de iure dot. leg. ſi ego. §. Dotis.* Qualia etiam ſunt legata, & ſucceſſiones hæreditariæ, & alia donata, q̃ obueniunt vltra contractũ matrimonij) quæ poſſit pro ſuo arbitrio cui velit applicare, & diſtribuere, & ex quibus tale damnum ſufficienter reficere queat, non tenetur ſe prodere reuelando peccatum, ſed ſufficit, & tenetur de huiuſmodi bonis defraudatis ſatisfacere alijs filijs legitimis, applicando illis tanta bona, in quantis dãnificantur per filium ſpurium. *Tolet. lib.5.c.11.num* 5. & eſt communis omnium Doctorum. Ratio eſt quia tenetur quantum poteſt commodè famã ſuam cõſeruare, quam hoc modo ſatis bene cuſtodit. *Clau. Reg. lib.8. caput. 3. num 9.*

Secundum dictum, eſt, ſi nulla alia bona habet, aut habet, ſed inſufficiẽtia, tunc prudenter, & cautè abſq. ſui
116 infamia, filium ſpurium inducere curet, vt vitam Eccleſiaſticam ſuſcipiat, aut Religionem aliquam ingrediatur, quatenus hac ratione hæreditas ad filium legitimum deueniat, ſic *Scotus in 4. d. 15 q. 2. Adrian. in 4 de reſtitu. q. 1. Io. Medina. C. de reſt. q. 3. Nau. in Man. c. 16 num. 4. Alphonſ. de Caſtr. li. 2. de poteſt leg. pœnal. c. 11 & Petr. de Arragon 2. 2. q. 62. art. 6.* Qui *Nau. Caſtro, & Arragon* rectè notant inducere debere, vt intret Religionem hæreditatis incapacem, qualis hodie eſt ſola Religio noſtra Sancti Patris Frãciſci, videlicet Capuccinorum, & eorum, qui Minorum de obſeruãtia vocantur, ex *Concil. Trid ſeſſ. 25. de Regul. c. 3.* alias non euitatur damnũ magis, quam ſi manſiſſet in ſæculo, quia in alijs Religionibus, Monaſterium ſuccedit in hæreditate, quæ Monachum iure cõtingere poſſet. Et ſi nullam iſtarum Religionum ingredi voluerit, perſuadeat, vt aliam ingrediatur, & tũc vt euitetur omne damnũ, poſt ingreſſum iuxta *Concil. Trid. formam ſeſſ. 25. c. 16. de Regul.* Hęreditatẽ ſuam in legitimos renuntiare faciat, alioquin nihil prodeſſet talis ĩngreſſus huic propoſito, cum monaſteriũ hæreditatem illi obuenientem adire poſſet. *arg. c. in præſentia. de Prob. Clau. Reg. loc citat. num. 9.* Vel ſatagat inducere dictum filium ſuum, vt beneficium aliquod obtineat, quo contẽtus hæreditatem alijs renuntiet. *Graff. p. 1. lib. 2. dec. aur c. 132. num. 35. Rodriq. ſum. p. 1. cap. 205 num. 7.*

Tertium eſt, quãdo non habet bona propria quibus damnum recõpenſet, nec filio ſpurio ingreſſum Reli-
117 gionis ad modũ quo diximus perſuadere valet, tunc ſi probabiliter iudicat, aut dubitet mulier, quod ſi manifeſtet erratum ſuum, nihil profutura ſit, puta quia nec filius nec maritus credent ei, prout credere ei non tenẽtur, tunc non tenetur reuelare crimẽ & adulterium ſuũ, ſed ſufficit ei contritio de peccato ſuo, & abſoluenda eſt, *Tolet. vbi ſupra loc cita. num. 6 Clau. Reg. loc citat. num.* 10.

Quartum eſt, qñ certitudine morali, & prudenter videret ſe profuturam admonendo ſecretò filium ſpu-
118 rium, & illum crediturum, vſurumque conſilio, & admonitione ipſius, abſq. eo, quod ſequeretur, ſcandalum aut alia infamia, quam apud ſolũ filium, tunc tenebitur crimen ſuũ ſecretò reuelare filio, ſic oẽs Doctores

com-

Digitized by Google

communiter, ratio eſt, quia maius bonum eſt, vt hæreditas illa ad legitimos deueniat, quam ſit malum illa exigua infamia, & ſecreta apud filiũ, & ideo eam ſubire tenetur pro maiori bono alterius. *Clau. Reg. loc. cit. n.* 11.

Quintum eſt, ſi mulier probabiliter ſperat ſe profuturam, & quod reſtitutio fiet cũ effectu, puta quia da-
119 bit certa indicia, vt illi credatur, ſi tamen ex altera parte eſt certa moraliter quod maritus eam occidet, vel filium ſpurium, vel adulturum, aut ꝙ ſequerentur alia multa ſcandala, & inimicitiæ, non tenetur regulariter loquendo ſuum crimen reuelare, nec ſeipſam prodere *Clau. Reg. loc. cita. nu.* 11. & ratio eſt, quia non tenetur adultera cum periculo mortis ſeipſam ꝓ-
120 dere, etiam ſi ſciret futuram vtilẽ ipſius criminis prodictionem ad dãni illati reſtitutionẽ, ne filius ſpurius iniquum patrimoniũ mariti habeat; *Doctores communiter in c. officij. de pœni. & remiſſ. Lazar. de monitor ſect.* 2. *q.* 14. *num.* 8. *Graff. loc. ſupracit. num.* 31. Dixi regulariter loquendo, hoc eſſe verũ; nam *Sotus lib.* 4. *de iuſt. & iur. q.* 7. *ar.* 2. *Couarru. in regula peccatum. p.* 1 *§.* 1. *n.* 6. *Cordub. in Quæſtionario, lib.* 1. *q.* 31. *Michael Salon.* 2 2 *q* 62. *a.* 6. *controuerſia.* 8. *Petr. de Arragon ibidem Ludou. Lopez p.* 1. *inſtru. conſcien c.* 88. *& c.* 216. *conclu.* 5. *& Tolet. lib.* 5. *c.* 11. *num.* 7. docent, dari poſſe egregium, & extraordinariũ caſum, in quo tenebitur Adultera ſi eſſet profutura cum periculo vitę crimẽ ſuum detegere, puta qñ Regnũ, vel Principatus, aut pręclariſſima domus, ſilente Adultera, ad filium ſperium, & Adulterinum tranſiret. Id ꝙ verum eſſe poteſt, quãdo bonũ commune Regni, & Reipublicę, vel ſubditorum id exigat, quia. ſ. ſpurius ille malis morib. imbutus eſſet, & ad malum propenſus, è contra vero legitimus hęres animo nobili, & Regio gubernaret, & cum vtilitate Ciuiũ: aut etiam quando pacificaretur Regnũ, vitarenturq. cędes, & Bella, quę alias ex ſucceſſione adulterini ſuccreſcerent, tunc quidem deberet adultera cum vitę periculo, & ſpe proficiendi crimẽ ſuum detegere, quò ſanè in caſu non exponit vitam ſuam pro hæreditate, & bono priuato filij legitimi, ſed pro bono communi Regni, vel prouinciæ, aut Ducatus, ad qđ quiſque iure naturæ obligari videt̃. Alias
121 extra hunc caſum, & ſublata neceſſitate boni communis non tenebitur ſolo titulo dignitatis, & diuitiarum Regina Adultera alias boni nominis, nullaq; laborans infamia, cum vitæ periculo crimen detegere, cum vita Reginæ, Duciſſæ, aut mulieris nobilis cuiuis hæreditati præſtet, vt *Medina C. de reſtut. q.* 3. *cauſa.* 4. *Lopez. loc. cit. & Petr. Nau lib.* 2. *de reſtit c.* 4. *dub.* 9. *num.* 408 *& lib.* 3. *c.* 1. *p.* 2. *dub.* 21. *nu.* 151. teſtantur. *Clau. Reg. loc. cita. nu.* 12.

Sextum eſt, quando nõ eſt periculũ mortis, quia vel maritus mortuus eſt, vel ſenex atq. patiens, & nullum
122 aliud eſt remedium ad reſtituẽdũ, niſi reuelare adulteriũ ex quo ſequit̃ propria infamia, manifeſtato autem ſcelere, credetur ei, & expelletur ſpurius, & legitimus hæres ſuccedet in bonis Paternis, tunc quamuis *Adria. in* 4. *q.* 1. *de reſtit. & Io. Maior. in* 4. *d.* 15. *q* 17. ſimpliciter affirment cum periculo infamiæ debere reuelare; Alij vero, vt *Caiet tom.* 1. *opuſcu. tract.* 31. *reſponſ* 14. *dub.* 2. *& in ſumm. verb. adulterium. Io. Medin. C de reſtitvt q* 3 *cauſa* 4. *Alphonſ a Caſtro. lib.* 2 *de poteſt l pęnal. c.* 18. *§* 8. *in fin & tit.* 2 *c.* 7. *§.* 4 *Nau in Man. c.* 16 *nu.* 44. abſolutè, & ſine limitatione docent è contra, quod cũ iactura famæ, cum ſit altioris ordinis, non tenetur, quis reſarcire damnum bonorum temporalium. *Tolet.* etiam. *loc ſupracit. num.* 7. *& Graff. loc. citat. nu.* 26. *& conſi* 1. *de Teſtib. cogend. num.* 20. *& conſi.* 14. *de pœnit & remiſſ. nu.* 2. poſt Angel. verb. *Adult. num.* 4. *Silue. eod. §.* 2. *Nau. Man. c.* 19 *num.* 89. *& c.* 16. *num.* 45. *cum*

Digitized by Google

55. *cum ſeq. & Lazar vbi ſupra. nume.* 8. audacter fatentur, quod non tenetur adultera cũ periculo mortis, vel diſcrimine famæ ſeipſam prodere, etiã ſi certò ſciat futurã vtilem ipſius criminis proditionem ad reſtitutionem damni illati, ne filius ſpurius iniquũ
123 Patrimonium Mariti habeat. Rectius tamen mea ſententia *Sot. li. 4. de iuſt. & iur. q. 7. art. 2. ad 2. Couarru. in Regul. Peccatum p. 1. de regul. iur in 6 num. 6. Michael Salon. 2. 2. q. 62. art 6. controuerſia. 8. Petr. de Arragon. ibidem Anto. de Cordub. lib. 1. ſui Quæſtion q. 31. Ludo. Lopez. p. 1. Inſtruct. conſcient. cap.* 88. & *Tolet. loc. ſupracit. num.* 7. & alij tradũt, quod ſi ſecundum viri prudentis iudicium bona, quibus legitimi hæredes priuantur, ſunt maioris pretij, q̃ ſumma eius, quia ſcilicet, illa non ita Nobilis, & Illuſtris, vel bonæ famæ, tenetur in conſcientia Adultera crimen ſuum manifeſtare, vt hæredes talia bona recipiant, dummodo non habeat aliunde quo reſtituat, & nullum aliud ſequitur incommodum, q̃ ꝓpria infamia, & ex reuelatione ſequitur reſtitutio in effectu, ſin autem bona fortunæ, quibus legitimus hæres priuaĩ fuerint parua, vel mediocra, aut etiam ſatis magna, è contra
124 vero Mulier ſit ita Illuſtris, & Nobilis, ac bonæ famę, vt prudentũ iudicio præſtet fama, & Nobilitas hæreditati, nõ tenebitur cum infamia ſua reſtitutionem facere. Ratio pro prima huius dicti parte eſt, quia licet fama ex genere ſuo ſit quid præſtãtius bonis fortunæ, tanta tamen põt eſſe pecunia, ſeu hæreditas, quod ſecundum arbitriũ boni viri adæquet, vel excedat famam vnius perſonæ inferioris, ſicut licet Aurũ ex genere ſuo ſit prætioſius Argento, nihil tamen vetat, quominus magnum pondus Argenti pręponderet in valore minimo pondere Auri, maximè cum precium, rei ſemper moraliter ſumatur ex vtilitate, quam affert in ordine ad vſus humanos, vt conſtat. Imò tantæ poterunt eſſe illa bona fortunę, vt ẽt ſint præferenda famæ Regis, vel cuiuſcunque alterius. Secunda pars cõ-
125 ſtat, quia nemo tenetur reſtitutionẽ facere cum maiori ſuo damno notabili, vt v. g. non tenetur, quis reſtituere centum cum iactura 300. Cum igitur fama, & honor maximè fęminæ Nobilis, Illuſtris, & honeſtæ, pręſtet diuitijs, & hæreditati viri nobilis in magno exceſſu, non teneĩ Mulier Illuſtris, & honeſta cum periculo famæ facere, vt hęreditas ad filios legitimos deueniat, & quidem cæteris paribus, non tenebitur Mulier crimen ſuum detegere hoc ſolo fine, ne filius legitimus hæreditate expolieĩ; ratio eſt quia ipſa poſſidet actu famã, legitimus vero nondum poſſidet hæreditatem, & ſicut legitimus habet ius ad hæreditatem, ita Mater ad ſuã famam in re occulta, vbi autem iura paria ſunt, melior eſt conditio poſſidentis. Dixi hoc ſolo fine, ne legitimus priuetur hæreditate, quia ſi immineret damnum Regni, aut Ducatus, tunc nõ agitur de dignitate, aut diuitijs, quæ ſunt bona temporalia, ſed de bono communi, quod non ſolum cuiuis famæ, ſed etiam vitę pręferendum eſt, vt ſupra dictum eſt, in qua re maximè iuuare debent conſilium, & prudentia boni viri, & prudentis Confeſſarij; ſic igitur hãc difficultatem ſoluẽdam eſſe puto, adeo vt deciſio illa Summi Pontificis *in c. officij. de pænit & remiſ.* intelligẽda ſit, quod talis Adultera abſoluenda ſit, etiam ſi crimen reuelare nolit, quando aut nihil eſſet reuelando pro futura, aut quãdo ſibi timeret de morte, aut infamia, & caſus non erat egregius, in quo deberet ſe pro hæreditate infamare. *Clau Reg. loc. cit. num.* 14.

Dubium graue etiam oritur; quid nã facere debeat Adultera, aut cui
126 reſtitutio facienda erit in caſu, quo Maritus Adulterę nullum alium habet

bet filium præter illum ſpurium; rõ dubij eſt, quia cum nullus ſit filius, aut in recta linea illi ſuccedens ſit hæres neceſſarius, ſed ex voluntate Teſtatoris pendeat, quis nam eſſet conſtituendus hæres, ſi illum non fuiſſe filium ſuum cognouiſſet, incertum planè eſt, cui debeat fieri reſtitutio hæreditatis, quam ſpurius poſſidet; fortè enim non reliquiſſet conſanguineis, ſed in alia pia opera Patrimonium erogaſſet, videlicet quia illud, aut pauperibus, aut Hoſpitali, aut alicui Monaſterio reliquiſſet; tũc ergo ſi adultera pro hęreditate a filio ſpurio retenta, conſanguineis Mariti ab inteſtato ſuccedentibus acceptum reſtituat, conſtat illam lædere pauperes, aut Hoſpitale, aut Monaſterium, quod reliquiſſet hęredem, ſi ſciret illum non fuiſſe filium ſuum. In hac re mihi probatur, quod docet *Alphon. a Caſtro. lib. 2. de poteſt. leg. pœnal. cap. 11. & Petr. de Arragon. 2. 2. q. 62. art. 6.* ſi fortè Maritus, putans illũ eſſe filium ſuum, fecit pro illo Pupillarem ſubſtitutionem, tunc certũ eſt, adulteram reſtituere illi quem Maritus pro filio ſubſtituit. Eo enim ipſo quod maritus talem pupillarem ſubſtitutionem fecit, apertè ſatis declarauit ſe fuiſſe relicturum illum hæredem, ſi alias filium illum ſpuriũ fuiſſe cognouiſſet. Quod ſi nullus ſubſtituatur, tunc ſi certò didicerit a marito, quem nam relicturus eſſet hæredem, ſi filium nõ haberet, tunc illi, & non conſanguineis ſuccedentibus ab inteſtato reſtitutio fieri debet. Illa namque voluntas mariti apertè, & ſine vlla fictione Adulteræ declarata, ſatis eſt pro Teſtamento; quod ſi
127 certa non ſit mulier cui alteri bona ſua maritus reliquiſſet, tunc conſanguineis ſuccedentibus ab inteſtato reſtituere debet. Alia remedia occurrere poſſunt, pro negotiorum, & circunſtantiarum diuerſitate, ad quæ ſimiliter facienda obligata erit Mulier Adultera, ſed illa vniuſcuiuſque prudentiæ relinquuntur. *Clau. Reg. loc. citat. num. 18.* Ad quid autem teneatur Adultera quando dubitat, an filius quem genuit, ſit filius Adulteri, vel viri ſui; dico, quicquid aliqui velint teneri mulierem in hoc caſu ſuadere viro ſuo, vt benefaciat alijs, quos certò ſcit legitimos eſſe, mihi contrarium verius eſſe videtur, nullo modo ad id teneri ſaltem ex iuſtitia; tum quia hac ratione daret occaſionem marito ſuo ſuſpicandi malè de illa, & infamaret ſe cum aliquo periculo ſui; tum quia dubia in meliorem, & fauorabiliorẽ partem interpretanda ſunt; tũ quia in dubijs melior eſt conditio tum fœminæ poſſitentis famam ſuam, tum, filij qui eſt in poſſeſſione legitimi hæredis. Atq; ita etiam ſenſit *Michael Salon. 2. 2. q. 62. art. 6. Controuerſia. 8. in fin. Clau. Reg. loc. ſupracitat. num. 19.*

Denique pro abſolutione huius difficultatis, in omnibus ſupradictis caſibus, & alijs quibuſcunque, quan-
128 do Adultera nullo modo poteſt reſtituere, cum nemo poſſit ad impoſſibile obligari. *de Regul. iur. in 6.* ſufficit ei contritio, & propoſitum ſatisfaciẽdi, quando poterit, vt notant *Rodriq. in ſum. p. 1. c. 205 num. 7. Nau. Man. cap. 16 num. 45. Graff. p. 1. lib. 2. dec. aur. cap. 132. num. 35.*

Circa filium ſpurium; dico, quod filius illegitimus matri ſuæ de ſua illegitimitate reuelanti fidem regulariter, & communiter pręſtare non te-
129 tur, ſic *Richard. in 4. diſt. 15. art. 5. q. 4. ad 9. Paludan. 4. diſt. 17. q. 2. art. 1. concluſ. 3. D. Anton. p. 2. tit. 1. cap. 18 §. 8. in fin. & titu. 2. capitu. 7. § 4. Silueſt. verb. Adulterium. q. 1 Angel. eod. num. 5. Tabien. eod. num. 7. Panormit. in c. per tuas. de probat. Alphonſ. a Caſtro. lib. 2. de poteſt. leg. pœnal. c. 11. Io. Med. n. C. de pœnitentia q. 3 cauſa 4. Nauar. in Man. c. 16. num. 44. Salon. 2. 2. q. 62. artic. 6. controuerſ. 8. concl. 1. Arragon. ibid. Ludou. Lo-*

Digitized by Google

*pez.par.1 inſtruct.conſcient.cap.*88. *Sot. lib.*4 *de iuſt.& iur quæſt.*7.*artic.*2. *ad* 2. *Petrus Nauar.lib.*3.*de reſtitu.cap.*1.*par.*2.*dub.*21.*num.*156. *Tolet. lib.*5.*cap.* 11. *Eman Sà verb. Adulterium. & Bartol. Medin. in ſumm lib.*1.*cap* 14.§.18. Imò *Panormitan.* ait, non tenetur credere etiam ſi vterque parens negaret eum eſſe filium. Et *Eman.Sà*,ait,non teneri illi fidem adhibere etiã ſi iuraret; Quinimo *Bartol. Medina* audacter affirmat filium illũ valde ſtultè facturum,ſi poſtquam natus eſt in domo Patris ſui velit aſſenſum Matri præbere; ſi quidem ſi credat,tenebitur in conſcientia reſtituere hęreditatem filio legitimo, vnde docet Confeſſarios debere tali filio conſulere, ne Matri aſſentiatur. Et *Paludan.*exemplum affert de illo, qui dixit Matri ſuæ, *Bene credo vobis, quod ſitis ribalda, ſed non quod ſum Baſtardus.* Poteſt etiã filius prudenter ſuſpicari,& timere Matrem cum ſit ingenium mulierũ aliquos ardenter amare, & alios capitaliter odire ipſum ita odio habere, vt vellet eum ab hęreditate excludi, & alios ita diligere, vt eos ſolos vellet eſſe hæredes, & hoc fine fingere adulterium,quod non cõmiſſit. Imò *Alphonſ. de Caſtro* ait, quod licet illa dicat marito,& ille credat,filius tamen ille credere nõ tenetur, quia cũ natus ſit in domo paterna, matre & viro ſuo ſimul cohabitantibus, nec vlla infirmitate impeditis, ius præſumit illum eſſe legitimum, & a viro, non ab adultero genitum, cõtra quã iuris præſumptionem filius credere non obligatur in tantum ſui præiudicium, & detrimentum. *Clau Reg.loc. citat.num.*16. Cæterum, quamuis fi-
131 lius communiter,& maiori ex parte non tenetur matri, quamuis iuranti, fidem adhibere, quando tamen ſciens conuincitur, & compellitur intra ſe fateri ſe eſſe ſpurium, puta quia probare poteſt mater euidenter per Teſtes iuratos, & alia teſtimonia Patrem putatiuum abfuiſſe tempore ſui conceptus, vel quia euidens eſt ei tempore quo fuit cõceptus, matrem ſuam ab illo ſuo Patre putatiuo non fuiſſe cognitam;aut alia ratione intus in mente credere conuincitur, quod continget quando mater, quæ alias talem filium amanter tractauit, & quæ eſt moribus reformata,& cõſcientiæ timoratæ, & propriæ famæ amica,nec mentiri ſolita, maximè ſi in tempore ſacro, putà in Hæbdomada Sancta,aut in Mortis articulo crimẽ ſuum filio ſuo ſpurio reuelat (quo tñ tempore non tenetur regulariter illud reuelare) tunc ſine dubio tenebitur filius in conſcientia hæreditatem dimittere, ẽt ſi in foro exteriori ſibi fuerit adiudicata, quia veritas sẽper eſt præferenda præſumptioni, alias ſciens, & prudens, & mala fide poſſideret alienum inuito domino, ex *Soto,Caſtro,Solon. Arragon. Lopez.Tolet.Sancto.Anton.Silueſt. Petr. Nauar.* Nec poterit in hoc caſu Cõfeſſarius cõſulere ſpurio,ne matri aſſentiatur, abſque peccato mortali. Qñ autem
132 dubitauerit de dicto Matris poſt ſemel aditam hæreditatem nihil reſtituere tenetur, quia ĩ dubio melior eſt conditio poſſidentis,& quia in dubio debemus in fauorem filiorum ſic interpretari,ex *Panormit.in c.intelleximus.de Adult.& Silueſt.verb. Adulterium.q.*2. Vbi autem veritas ſibi conſtaret poſt completam præſcriptionẽ bona fide factam,non tenetur ad aliquam reſtitutionem, etiam ſi ſibi cõſtaret ſe non fuiſſe legitimè natũ, vt notant. *Silu.loc cit.q.*3.*Angel. eod.n.*6. *Tabien eod.num.*7.*Bartol. Medina lib.*1. *inſtruct.confeſſ.c.*14.§ 18. *Petr. de Arragon.*2.2.*q.*62.*art.*6. & Doctores cõmuniter in doctrina de præſcriptione: tunc enim titulo præſcriptionis bona fide factæ legitimè poſſidere poteſt. Incipit autem præſcribere, quando incipit nominari, ſeu pro filio legitimo reputari; ſecus autem ſi ante

ante

Digitized by Google

ante completam præſcriptionem illegitimum ſe fuiſſe cõſtet, tunc enim hæreditati renunciare tenetur; De
133 perceptis autem, & bona fide conſumptis non tenetur aliquid reſtitue re, ex *Silu. loc. citat.* Immo *Michael Salon* affirmat, quod ſi in ſtatu honorabili educatus, & conſtitutus ſit, ſi nõ aliunde habet vnde viuat, retinere poteſt aliquam partem hæreditatis ad moderatam ſuſtentationẽ, & neceſſariam, & aliam reſtituere, vt communiter tradunt Auctores de debitore, qui non habet alia bona, vnde viuat, niſi ea, quæ reſtitutioni obnoxia fuerint. *Clau. Reg. loc. citat. num. 16.*

Circa Adulterium vero; Quærit, an Adulter, qui ex aliena vxore Prolem ſuſtulit, aliquid reſtituere tenea-
134 tur, tum Marito eius pro expenſis in filio illo ſuppoſito alendo, educando factis, tum legitimo hæredi, qui exinde defraudandus venit. In hac difficultate nonnulla certa ſunt. Primò enim certum eſt, quod quandiu Adulter non credit nec credere debet, quod filius ex Adulterio natus, ſit ſuus, nihil reſtituere tenetur, nec a Confeſſario in conſcientia cogendus eſt ad damna Patri putatiuo, aut filijs legitimis reſarciẽdum. Quod idẽ dicendum eſt in dubio probabili, ſcilicet quãdiu Adulter probabiliter dubitat, aut dubitare poſſit filium ſuum non fuiſſe. Sic *D. Anton. p. 2. titu. 2. c. 7. in fi. Silu. verb. Adulterium q. 5. Tabien. eod num. 6. Nauar. Man ca. 16. num. 47. Petr. de Arragon. 2. 2. q. 62. art. 6. Michael Salon ibidem controuerſia 8. Ludouic. Lopez p. 1. inſtruct. conſcientiæ c. 90. Tolet. lib. 5. cap. 11. num 8. Ioannes Benedictus in ſumm. de peccatis lib. 2 capitu 6. Eman. Sà Verb. Adulterium. & facit. c. habuiſſe. diſtinct. 33.* vbi dicitur, in am-
135 biguis rebus non eſſe ferendum abſolutum iudicium. Sed neque facile credere debet mulieri aſſerenti illũ ſpurium eius, vel primo, quando mater ipſa præ ſe fert ſpeciem leuitatis, & ſolita eſſet alijs viris ſui corporis copiam facere; ſolent enim iſtæ mulieres nonnumquam filium ſpurium tribuere ditiori, aut viro ſibi magis dilecto; Aut ſecundo, quando vidit, aut nouit, illam ſimul agere cum viro ſuo, nec minus concipere potuiſſe ex viro, quam ex ſe ipſo, vel quando ipſa quoque dubitat an ſit mariti, vel adulteri; Aut quando ipſe probabiliter credit eam mentiri ad ſe obligandum; & facit. *l. Lucius. ff. de condition. & demonſtration.* vbi dicit. Quod ſi duo eodem tempore habeant conſuetudinem cum eadem muliere, neuter tenetur agnoſcere Partum. *Nauar. c. 16. num. 48. & ſeq. Graff. p. 1. lib. 2. dec. aur. capitu. 132. num. 36. in fin. Tolet. loc. ſupracitat. num. 8. Rodriquez. ſumm. par. 1. d cap. 205. num. 1. Clau. Reg. loc. citat. num. 20.*

136 Secundò certum eſt, non teneri ipſum ad aliquid reſtituendum cum periculo famæ, aut vitæ, ſicut nec Adultera, cum æqualis ſit vtriuſque ratio. *Clau. Reg. loc. citat.*

137 Tertiò certum eſt, teneri ad reſtituendum, quando conſuluit Adulteræ, vt ſpurium illum viro ſuo ſupponeret, tamquam legitimũ. Qui enim ſuo conſilio cauſa eſt alicuius damni, ad illius reſtitutionem obligatur; Hæc igitur certa ſunt apud omnes. *Clau. Reg. loc. citat.*

138 Controuerſum autem eſt inter Auctores, an caſu quo nec adeſt periculum infamiæ, aut vitæ, nec matri conſuluit Partũ ſupponere viro ſuo, ſed credit, aut credere debet filium illum illegitimum eſſe ſuum, quia ſcilicet tempore conceptionis maritus aberat, & illa quia alioquin erat honeſta, & bonæ famæ, etiam ſi rem cũ illo habuit, ad id tamen vi, aut minis, aut alijs ſuaſionib. adducta fuit, nec vnquam poſtea ſiniſtra aliqua laborauit opinione, ſed timoratæ ſemper conſcientiæ habita fuit, & denique tot concurrunt ſigna, & indicia, vt

Adulter ad credēdum filium eſſe ſuū
conuincatur, dubium in hoc caſu eſt,
an teneatur ad reſtitutionem aliquā
ex eo ſolum, quod genuerit filium.
Ad hoc abſolutè dico, quod communis,
& vera opinio eſt, adulterum qui
probabiliter credit, aut credere debet
filium adulterinum eſſe ſuum, teneri
ad reſtituendum damnum marito,
& filijs legitimis. Sic *Sanctus Antonin par.2.tit.2 cap.7.in fin. Angel. Verb.
Adulterium, num 3. Silueſt. eod. quæſt.5.
Tabien. eod quæſtio.5. num.6. Caietan. in
ſumm. verb. Adulterium. in fin. Nau. Manual.
c.16. num.49. Rodriquez. loc. citat.
num.1 Petr. de Arragon. 2.2. q.62. ar.6.
& Salon ibidem. Ludou. Lopez. p.1. inſtruct.
conſcient. c.92. & c.81. Petr. Nau.
lib.3 de reſtitut c.1. p.2. dub.2. numero
157. Tolet. loc. cit. & Emanuel Sà. verb.
Adulterium.* Ratio eſt, quia Adulter
non minus eſt cauſa damni proxima,
quam adultera, cum vterque eodem
actu, & eodem modo ad damnum
concurrat, & vterque æque dat operam
ſciens, & prudens actui Adulterij,
quod ex ſua natura ordinatur ad
generationem, nec magis intendit
mulier generare quam adulter, ſed ſolum
explere libidinem. Adulter, ergo
non minus eſt cauſa damni, quam
adultera: ſicut igitur adultera teſte,
Soto lib 4. de iuſt. & iur. q.7 art 2. tenetur
ad reſtituendum damnum, ita
etiam, & adulter, cum non minus
139 cauſa ſit damni, quam adultera. Tenetur
igitur talis adulter, ſi mater
ſatisfacere non poteſt, aut non vult,
reſtituere omnes expenſas, & alimenta,
quæ ſubminiſtrauit Pater putatiuus
Adulterino ad integrum, ſeu
aliquid citra integrum, magis vel minus,
ſecundum quod magis, aut minus
certus ſit, quod ſuus ſit filiuus,
penſatis quoque alijs cauſis, quæ in
huiuſmodi interuenire ſolent. *Ioan.
Bapt. Corrad. p 1 reſponſ caſuum conſcien.
quæſt. 3 ex Lopez p.1. inſtruct. conſcient.
c.90 Rodriquez. vbi ſupra nu.1.* Quod
140 ſi adultera mitteret filium ad Hoſpitale,
vt hac ratione occultaret adulterium
(id quod abſque peccato
licet ex *Caietan. ſum. verb. Adulterium.
Armil. eodem nun..8. & Tolet. loc ſupracitat.
num.11.* hæc enim vna cauſa eſt
cur, hæc loca pia inſtituuntur) tenebitur
Pater, aut Mater Prolis ſatisfacere
Hoſpitali, niſi paupertas eos excuſet,
cum bona huiuſmodi Hoſpitalium
ad alendos pauperes, non diuites
inſtituta ſint, & quantum conſumitur
a diuitibus, tantum indigentibus
adimitur. Tenentur inſuper Parentes
non ſolum alere, & veſtire,
ſed etiam per ſe, vel per alios Prolem
141 propriam inſtruere. De hæreditate
aūt, vel Dote, ſi filia ſpuria Dotaret a
Patre putatiuo, tenet̄ vterq. ad boni
viri arbitrium, attenta ſui facultate.
Cæterū nec ad infamiam, aut mortē
vitādam debet adulter, vel adultera
aborsū, aut mortē Prolis procurare.
*arg. c. facite. 22. q.3. & D. Anton. Sil. Caietan.
Arragon. Salon. Lopez.* & alij quos
ſupra citauimus. Quod ſi adultera
totum damnum ex ſuis bonis proprijs,
& liberis, reſtituerit marito, &
alijs filijs, tenebitur adulter eidem
medietatem recompenſare, tanquā
particeps, & concauſa damni, ſicut
quando plures idem damnum inferunt,
vno in integrum reſtituente,
tenentur alij ſuas partes illi exhibere,
vt præfati Auctores teſtātur. *Clan.
Reg. loco ſupracit. lib.8. c.3. num.21.* quæ
profectò omnia ſummopere Confeſſarius
conſiderare debet; & ſi ſupradicti,
adultera, ſpurius, & adulter, eo
modo quo diximus, reſtituere velint
tuta conſcientia ſunt abſoluendi.

Quartò Cōfeſſarius aīaduertat, an
proximę peccādi occaſiones ſublatæ
ſint, de quib. dic vt ſupra in Tabella
Anconitana caſu *3. nu. 177. fol. 73. &
caſu 4 nu. 232. fol. 85.* notatum eſt.

Quintò, conet̄ inducere adulterū,
& adulteram ad verā, & perfectā cōtritionē
ſuorū peccatorū, oſtendēdo
eis

tis quam graue piaculum ſit adulte-
rium, eſt enim peccatum mortale, &
142 in hac diæceſi etiam caſus reſerua-
tus, ſic fidem datam alteri violare, cū
adulterando fidem, & caſtitatem cō-
iugalem violet. Sic enim diuidendo
carnem ſuam iniuriam nō mediocrē
Sacramēto Incarnationis facit, ſi q-
dem Matrimonij Sacramentū vnio-
nem naturæ diuinæ cum humana ſi-
gnificat. *Epheſ* 5. quæ inſeparabilis
omnino eſt: Imò in duplici ſpecie pec
catum iſtud collocatur, luxuriæ ſcili-
cet, & iniuſtitiæ propter iniuriā, quę
alteri coniugi fit; grauius autem tunc
eſt, cum coniugatus ad coniugatam
accedit, quandoquidem tunc tempo
ris iniuria fit tam propriæ vxori, quā
etiam viro adulteræ. Vt enim. 1. *Cor.*
7. dicitur *Mulier poteſtatem ſui corporis
non habet, ſed vir, & vir ſui corporis po-
teſtatem non habet, ſed Mulier*, ac proin
de cum alijs perſonis ſe coniungere
ſine iniuſtitia non poſſunt. *Clau. Reg.
lib.* 8 *c.* 3. *num.* 2.

143 Huius peccati grauitas ex pœnis
inflictis, clarè oſtenditur; Adulteri
namq; comburi, & lapidari ſolebant
Geneſ. 38. *Leuit* 20. *Deuter.* 21. *Ioan c.* 8.
Daniel 13 *&* 23. *q.* 5. *§. hinc apparet. &
c. hæc imago.* 33. *q.* 5. *Andreas Tiraquell.
De legib. Connubial. In decimamtertiam
leg. Connub. num.* 6.

Ob huius etiam criminis grauita-
tem. 23. milia vna die cæciderunt.
Num. 25 *&* 1. *Corinth.* 10. Et viginti-
144 quinque milia de tribu Beniamin
ob violationem vxoris Leuitæ occi-
debantur. *Iudic.* 19. *&* 20. & vſq; ad
8000. Gallorum promiſcui ſexus ce-
ſa ſunt in Sicilia ob adulterium; ex
Sabelli. *Aeneda.* 4 *Clau. Reg. loc. citat.
num.* 2.

Grauitas etiā patet ex diuina ſcri-
ptura, Qui *Adulter eſt* ait *Prouerb.* 6.
*propter cordis inopiam, perdit Animam
ſuam. Et Apocalipſ* 1. *&* 1. *Corint. Adul
145 teri regnum Dei non poſſidebunt.* Et Sa
pien. 3. *filij adulterorum in conſumma-
tione erunt, & ab iniquo thoro ſemen exte-
minabitur. Hæbreo.* 13. *fornicatores, &
adulteros iudicabit Deus.* Si quis autem
ſpecificè magis criminis huius enor-
mitatem intelligere velit, & quomo-
do ſit de grauioribus peccatis, quę in
Proximum committūtur, egat *Dio-
nyſium Carthuſianum in opuſculo de con-
uerſ. peccat. artic.* 5. vbi materiam hanc
latè diſput. Idemque Doctores profi
tentur in *c. At ſi Clerici. §. de adult. de
iudic.* vbi *Bald.* ait adulterium crimen
eſt infeſtum Laicis, & bonis viris, ho
norem Matrimonij turbat, & famā
liberorum, in qua decus gentium cō-
ſiſtit. *Bart.* etiam in *Rubr. ff. de Adult.*
ait crimen hoc præter læſæ maieſta-
tis eſſe maximum. In hanc ſententiā
eſt illud Euphonis, apud Sabeum. *c.* 6.
Non eſt Adulterio maius vllum malum.
cui ſimile eſt illud. *c. Quid in omnibus.*
32. *q.* 7. vbi dicitur. *Quid in omnibus pec
catis Adulterio eſt grauius.* & Sanctus
Io. Chryſoſtomus. *Homil* 62. *in Ioan.*
ait *Adulterium grauius eſſe Idolatria.*
Huic vitio maximè irraſcitur Deus,
vt conſtat ex *Lactant lib. de Ira Dei. c.*
22. ob hoc vitium nonnunquam acci
146 dunt Maritorum cædes, vt conſtat
de Vria. 2. *Reg.* 11. nonnunquam occi
duntur ipſi Adulteri in crimine de-
prehenſi, vt contingit in Rodoaldo
Longobardorum Rege, qui in libidi
ne deprehenſus cum Matrona inter-
fectus eſt, vt *Paul. Diaconus teſtatur.
Clau. Reg. loc. citat. num.* 2.

Porro contra hoc vitium omnia iu
ra clamant, nullum enim ferè genus
hominum eſt, aut fuit, quod non ſeue
rè in Adulteros animaduertit. Lege
Hæbreorum vltimo ſupplicio, & la-
pidibus obruebantur. *Leuit.* 20. *Ioan.*
8. Salonis quoque lege deprehenſum
Adulterum impunè occidi poſſe cau-
tum eſt. *Raui. in Epith. de Adulter.* Idē
in lege. 12. tabularum cōtinetur, *Adul
terij conuictam, vir & Cognati vti volent
necanto.* Seleucus Locrenſium Legiſ-
lator teſte *Aeliano. lib.* 13. legem tulit,

Digitized by Google

vt Adulteris vterque oculus erueretur, quam legem cum eius filius violaſſet, alterum ſibi, alterum filio oculum eruit. *Valer. Maxim lib. 6 c. 5. Tiraquell loc. cit. num 8 Io. Carthagen. Homi. Cathol. lib. 11. Homil. 1.* Apud Arabes minus delictum fuit Matre couti, q̃ Adulterari, huic enim vltimum ſupplicium imminebat *Clau. Reg. loc. cit. num. 3.* Cæſar Auguſtus, vt habetur *l. 1. ff ad leg. Iul. de Adult.* & refert *Suetonius Tranquillus in Auguſto. c. 34.* capitis pœnam iuſſit Adulteros affici. *Cornelius Tacitus lib. 2 Hiſtoriæ Auguſtæ*, teſtatur inter Romanos, Adulteras ab vrbe Romana relegari ſolitas in regiones per ſex centa milliaria di-
147 ſtantes, Adulteros vero per plures. Apud Atenienſes, Adulteræ ingreſſu publicorum Templorum interdicebantur, quod ſi ingreſſa fuiſſet in eam obuio cuique licebat, quidquid licitum erat, præter mortem inferre, mortem autem ob id non licebat, quo diutius in ignominia viueret, vt ſcribit *Demoſten. in orat. aduerſus Neæram. Tiraquell. loc cit num. 9.* Cortinenſes, vt tradit *Aelian lib. 12. variæ. Hiſtor.* Adultero molli lana coronabãt, ita illis molliorem naturam exprobrantes, atque ita per Ciuitatem ad Magiſtratus traducebant; In reliquũ autem vitæ tempus habebãtur ignominioſi, indignique, qui vllum digni tatis gradũ in adminiſtratione Reipublicæ conſequerentur. *Tiraquell n. 11. Cornelius Tacitus loc. citat.* teſtatur inter Germanos moris fuiſſe, vt vir vxorem Adulteram è propria domo foras mitteret, & a tergo eam inſequens, flagellis per publicas vias cæderet. *Carthag. loc. citat Plutarchus in Problematis. cap. 115.* narrat inter Cumeos ſolitum fuiſſe, vt ſi qua in Adul-
148 terio Mulier deprehenſa fuiſſet, illam in foro deductam, & ſaxo cuidã, impoſitam ſpectandam omnib. proponebant, inde ſuper Aſinam collocatam per totam Ciuitatem, ſummo rubore ſuffuſam, ducebant: poſtea ad idem ſaxum reuertebantur; quib. ceremonijs, eo quod Aſinum æquitaſſet, imperpetuũ manebat fama eius denigrata, & tamquam turpis Mulier ſemper habita. *Tiraqueli. & Carthag. loc. ſupracitat.* Apud Ægiptios in Adulterio deprehenſus, Virgis cedebatur ad mille paſſus, Adulteræ vero naſus gladio amputabatur; quo dedecore vultus incontinentia maculatus ea vulneraretur parte qua maximè facies exornatur. *Teſte Diodoro Siculo lib. 10. Bibliothecæ cap. 4. Carthagen. loc. citat & Tiraquell. num. 7. Clau. Reg. loc. citat num. 3.* Paciadæ Graciæ Populi, vt auctor eſt *Iuuenal s Satyr. 10.* Adulteros Palis per medium corpus transfigebant. Secat inquit ille cruentis, verberibus quoſdam Mæchos; & mugilis intrat. *Carthag vbi ſupra. Lucianus in Appolog. pro Dijs*, refert Salectum Principem Protonienſium, legẽ
149 ſtatuiſſe, vt Adulteri viui comburerentur; & quod mirabilius eſt, cum ipſe in criminis genus icidiſſet, ipſe, ſibi nulla ratione parcens, inardẽtem rogum ſe coniecit. *Carthag. loc citat.* Hippomanes Athenarum Princeps, cum filiam ex Atalanta Limonen in Adulterio deprehẽdiſſet, eam ob ſcelus cum equo iunxit, qui cum clauſus alimentis careret dentes in Puellam iniecit; Adulterum vero per Regionem Atticam ab equis tractum fuiſſe, & diſcerptum, Autore *Suida*. Aurelianus Imperator, Militẽ qui Adulterium cum Hoſpitis vxore commiſſerat, ita puniuit, vt duarum arborũ capita inflecteret, quas ad pedes militis deligarat, eaſdemq; ſubito dimitteret, vt ſc ſſus ille vtrinque pẽderet. *Tiraquell. loc ſupracitat. num. 17.* Vbi ẽt ait qđ Opilius macrinus Romanus Imperator, Adulterij reos ſemper viuos ſimul, iunctis corporibus, incẽdit. His ergo pœnis antiquitus Adulteri, & Adulteræ puniebantur, & licet a Chriſtianis minimè illis nunc

vtan-

Digitized by Google

vtantur, ob peccatum tamen mortale, quod perpetratur, quod vtique maius eſt omnibus pœnis, omnes fideles tam viri quam mulieres ſummopere cauere deberent, ne amplius
150 hoc crimine in poſterum fędantur; exemplo S. Ludouici francorum Regis, qui cũ a Medicis abſente Regina monitus eſſet, vt ſi ſanitatẽ recuperare vellet, cũ Ancilla quadam pulcherrima, q̃ præparauerant, coiret, in hęc verba reſpondiſſe fertur; *Malle ſe mori, quam fidem ſuæ conthorali violare; & tale ſcandalum, & exemplũ ſubditis exhibere. Clau Reg. loc. ſupra cit. n. 1. in fi.* vtinam hoc exẽplo oẽs Chriſtiani didicerent vnq̃ alienum thorũ violare: ꝙ ad hoc, vt facere queãt, exageret Cõfeſſarius contra Adulteros, ita dicendo; Chriſtiana religio adulteriũ in vtroq; ſexu pari rõne condẽnat. *c. chriſtiana. 32. q. 2.* Apud nos, ꝙ non licet fęminis, æquæ non licet viris. *c. apud. 32 q 5.* Indignantur mariti, ſi audiãt adulteros viros pendere, i. ſuſtinere, ſimiles adulteris fęminis pęnas, cum tanto grauius eos puniri oportuerit, quanto magis ad eos ꝑtinet, & virtute vincere, & exẽplo regere fęminas. *c. indignantur. 32 q. 6. & in c. non mæchaberis. ead. q & cauſa. Ex D. Aug. in li. de decem chordis.* dr̃. Non mæchaberis, i. nõ ibis ad aliquam aliam ꝑter vxorẽ tuã. Tu aũt exigis hoc ab vxore tua, & nõ vis hoc reddere vxori? (hoc eſt vt ad aliquam aliã non eas ꝑter vxorem tuam) & cum debeas in virtute præcedere vxorem tuã (qm̃ Caſtitas virtus eſt) & tu ſub vno impetu libidinis cadis? & vis vxorẽ tuã victricẽ eſſe, tu victus iaces? & cũ tu caput ſis vxoris tuæ præcedit te ad Deum, cuius caput es? vis domum tuã capite deorſum pendere? Caput. n. mulieris eſt vir; vbi aũt melius viuit mulier, q̃ vir, capite deorsũ pendet domus. Si caput eſt vir, melius debet viuere vir q̃ mulier, & pręcedere in omnib. bonis factis vxorẽ ſuã, vt illa imitet̃ virum, & ſequatur caput ſuum. Dicere quoq. poterit; Placeret ne tibi, quod vxor tua cũ adultero iaceret? reſpondebis vtiq. ꝙ non; Quod ergo tibi nõ vis, alteri ne feceris. Vis quod vxor tua ſeruet tibi fidem? eandem neceſſe eſt, quod ſerues eidem. Memorare
151 filij, quod ſpes mulierum ſunt fallaces; Nam colloquium earũ, nil aliud eſt, niſi vinum amarum; Et decor earum, laqueus eſt animarum; Quia, cum verbis blandis, fallacibus atque nephãdis; Illaqueat ſtultos, & fert ad tartara multos. Et inter omnes, fallaciores ſunt adulteræ; quia ſi ſunt infideles viris ſuis frangendo eis fidem, qũo erga te fideles erũt? heu filij, crede mihi, & nil dubites, qa nihil aliud quærit adultera, niſi tuam perditionem, & ruinam; quia vt ille dixit.

L'Adutere han queſto per vſanza
152 *Votar le borſe, e poi a ſomma miſeria,*
Condur quei che in lor pongon ſperãza.
L'Adultera è vn ſacho ſenza fondo,
Qual mai ſi vede ſatia ſino a tanto.
Che non vede chi l'ama nel profondo.

Noli ergo ſpem tuam in talibus ponere, ſed fuge commercium earum, ſicut Diabolus Crucem, quia verum eſt quod ille ait.

Nell'onde ſolcha, e nell'Arena ſemina
Chi pone ſua ſperanza in cor di femina.

Quia, vt alter ſapienter dixit

Moſtra la donna Adultera in viſta amarti,
Ma ſappi che cio fa per ingannarti.

Fuge ergo commercium earum, & accipe filij mi conſilium meum, imò ſpiritus ſancti in *lib. Tob. c. 4.* dicentis. *Attende tibi ab omni fornicatione, et præter vxorem tuam nunquam patiaris crimen ſcire,* recordare quod vt inquit *Apoſtolus Heb. 13. fornicarios, & Adulteros iudicabit Deus,* ideſt ait Gloſa, cõdẽnabit Deus, ne igiẽ Deus cõdẽnet te ad infernũ; Vxore tua eſto cõtentus; cõſidera ꝙ vxor tua, & vxor illius, q̃ habere deſideras, ambæ ſunt fęminæ. *Tutta è ſana.* Sicut Vxor tua

fœmina eſt, ita Vicini tui vxor, vel quæuis alia fæmina, mulier eſt; Oẽs mulieres totius mundi habent eundẽ ſexum fęmineũ; & ideo fili vxor tua tibi ſufficiat. Quod ſi fortè vxorẽ non habes, accipe conſilium meũ, q̃ citius cõmodè poteris, eam ſuſcipe; quia vt ait Apoſtolus. 1. *Cor.* 7. *Propter*
153 *fornicationem vnuſquiſque vxorem ſuã habeat, & vnaquaq; ſuum virum habeat. Quod ſi non ſe continent, nubãt; melius eſt enim nubere, quam vri.* His ergo, vel alijs ſimilib. verbis, vti poterit Sacerdos ante abſolutionem pęnitentis.

Deniq. Cõfeſſarius iuxta modum culpæ & qualitatem perſonarũ, ſumma prudentia, iniungat illis grauiſſimam pęnitentiam; & præſertim pręſeruatiuã,
154 ſi illi videbitur, v.g. (poſt inhibitionẽ eis factã, ne amplius vnq̃ ſimul conuerſentur, nevè in Eccleſia nec alio quouis loco, amore libidinoſo, ſe inuicem aſpiciant, dona vel litteras cuiuſcunq; generis ẽt non amatorias, recipiãt, per viam ſeu locũ vbi manet adultera, dedita opera, incedant; nec cum ea mutuò, vllo mõ, loquantur) quoties contra p̃dicta fecerint, toties illo, vel ſequenti die in pane, & aqua ieiunent; Vel aliq̃ ſummã pecuniæ pauperib. ſeu locis Pijs largiantur, & ſi hoc, ob paupertatẽ, facere nequeant, q̧ per aliquas vices viſitent oẽs, vel aliquas Eccleſias Ciuitatis; Vel q̧ per tot menſes, quot adulterium commiſſerunt, ſingulis dieb. ſabbatorum in honorẽ B. Mariæ Virginis, eius coronã deuotè nudis genibus tacta terra, recitẽt; Vel q̃d aliud ſm̃, quod ei magis in domino in ſalutẽ animarum ſuarum videbit expedire; prout ſapienter monet Illuſtriſſimus, & vigilãtiſſimus Eṗs in hac ſua Tabella caſuum reſeruatorum; *nelli auuertimenti a' Confeſſori.* Vbi inquit. *Mentre i Confeſſori di noſtra autorità, o del noſtro Vicario generale aſſolueranno da caſi riſeruati, douranno ſempre imponer penitẽtie grauiſſime, & che durino per qualque tempo; purche poſſino.* Et hęc pro huius vltimi caſus reſeruati, ac ſimul totius illius Tabellæ Æſinæ declaratione, dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Dñi noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

QVÆSTIO XII.

De Caſibus Reſeruatis Epiſcopo Camerinenſi.

Circa hanc quæſtionem duodecimam, quæritur quot, & quales ſunt Caſus reſeruati Epiſcopo Camerinenſi ad quod breuiter reſpondeo dicendo. Caſus, quorum abſolutionem nunc in ſua Diæceſi ſibi reſeruat Ordinarius Camerinenſis, ſunt hi qui in præſenti Tabella continnentur.

Tabella Camerinenſis.

1 *Sortilegia, Veneficia, Incantationes, & alia id genus.*
2 *Blaſphemia in omnipotentem Deum, Beatiſsimam Virginem, & Sanctos.*
3 *Homicidium voluntarium, vel ad id auxilium, conſilium, mandatũ, & conſenſũ dãtes.*
4 *Procuratio Abortus etiam quod fętus non fuerit animatus, conſilium, auxilium, mandatum, & conſenſum ad illum dantes.*
5 *Virginum violatio.*
6 *Inceſtum vſque ad ſecundum incluſiuè conſanguinitatis, vel affinitatis gradum, & cum ſpirituali cognatione committentes.*

7 Nephan.

7 *Nefandum ſcelus cum Maſculis, Mulieribus, & Brutis.*
8 *Scripturarum falſificatio, & ſuppreſsio in aliorum præiudicium, & falſa in iudicio depoſitio.*
9 *Votorum commutatio.*
10 *Concubinatus ultra ſex menſes.*
11 *Abſolutio ab excommunicationibus maioribus.*
12 *Si quis actus inhoneſtos, ſeu inhoneſta uerba cum Monialibus habuerit, aut inhoneſta continentes ad ipſas litteras, & libros miſerit, ſeu dederit.*

Declaratio huius Tabellæ.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio primi caſus reſeruati huius Tabellæ Camerinenſis, qui talis eſt.

Sortilegia, Veneſitia, Incantationes, & alia id genus.

PRo declaratione huius primi caſus reſeruati, cum quid ſint Sortilegium, Veneficiū, Incantatio, & alia id genus difusè dixerim ſupra in declaratione primi caſus reſeruati in
1 Tabella Anconitana per totum, & in declaratione primi caſus reſeruati in Tabella Piſauren. quibus in locis reperitur etiam, quando ſortilegia, veneficia, Incantationes, & id genus alia committentes incidunt, vel non incidunt in hunc caſum reſeruatum; necnon, & Praxis a Confeſſario obſeruanda, ideo hæc pauca nunc pro eius declaratione, dicta ſufficiant, ad laudē, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſecūdi caſus reſeruati eiuſdem Tabellę Camerinenſis, qui talis eſt.

Blaſphemia in omnipotentem Deum, *Beatiſſimam Virginem, & Sanctos.*

PRo declaratione huius ſecundi caſus reſeruati, præter ea quæ dicūt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Blaſphemia.*
2 *Quando Blaſphemia in omnipotentem Deum, Beatiſſimam Virginem, & Sanctos eſt caſus reſeruatus, & quando non eſt reſeruatus.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a* Con*feſſario circa* Confeſſionem, *& abſolutionem pœnitentium Blaſphemantium* Deum, *Beatiſſimam Virginē Mariam, & Sanctos.*

CIrca primum, Blaſphemia (ommiſſis omnibus alijs deſcriptionibus Doctorum) eſt dicere tacitè, vel expreſsè, verbo, vel ſcripto contra Deum, Beatiſſimam Vir-
2 ginem Mariam, aut Sanctos aliquid contumelioſum; vt ſupra (ex *Nau.* D. *Ambroſ. Alexand de Ales. Graff. Horat. Gambar. Lazar. & Sancto Thom.* in explicatione tertij caſus reſeruati in Tabella Æſina, *num. 3.*) dictum eſt, vide ibidem, vbi ēt alia pro declaratione huius diffinitionis reperies. Et notandum quod cum littera huius reſeruationis, abſolutè dicat, Blaſphemia in omnipotentem Deum, Beatiſſimā Virginem, & Sanctos; nec addatur verbum Hæreticalis, vel enormis, ſiue attrox, aut ex cōſuetudine, vt fieri ſolet in multis alijs Tabellis caſuum reſeruatorum, ſequitur quod oēs Blaſphemiæ propriæ ſumptæ intelliguntur cōprehenſæ, mō ſint publicæ excepta hæreticali, q̄ ēt non publica includitur, niſi ex reſeruationis verbis neceſſe ſit, quod ſit publica. *Lazar. p. 2. quæſt. de Blaſphem. q. 10. nu. 22.* patet; quia

Digitized by Google

3 quia verba generalia ſecundũ ſui naturam generaliter intelligi debent. *l. 1. § generaliter de lega. præſt. l. ſi finita. § de ceteris de dam. infect.* cũ ergo hæc reſeruatio generaliter loquitur, & ſi ſit tantum lex ſpecialis, & lex ſpecialis habens rationem generalem, generaliter ſit intelligenda. *l. Regula. §. fin. vbi Bartol. de iur. & fac. ignoran.* ſequitur, quod omnia genera blaſphemiarum ſub ipſa intelliguntur cõprehenſa; probatur, nam licet caſus reſeruatio cum ſit ſtricti iuris, non debeat excedere proprium caſum, *arg. c. odia. de reg. iur. in 6.* tamen quandoque extẽditur, immo vt melius dicã includit alios caſus attrociores reſeruatos, dũ modo ij ſint eiuſdem generis, vt not. *Graff in Prax. lib. 1. c. 4. reg. 6. n. 34.* vt patet in præſenti caſu reſeruato, vbi ſub blaſphemia in omnipotentem Deũ, Beatiſſimam Virginẽ, & ſanctos; intelliguntur comprehenſę omnes alię blaſphemiæ cuiuſcũque generis ſint.

Circa ſecũdum; ex hactenus dictis, expreſsè patet, qui nam incidunt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

Primò, enim incidunt omnes qui verba hæreticalia aduertendo proferunt, non tantum expreſsè dicentes,
4 *Deus nõ eſt Deus; Nego, vel renego Deũ, non credo in Deum, renego Chriſtum fidẽ, Baptiſmum, vel Chriſma, quod in fronte ſuſcepi, vel Crucem, Puritatẽ Virginis Marię* dicendo illam eſſe meretricem; *Deus eſt iniuſtus, Impius, crudelis, Acceptator Perſonarũ, Improuidus, Proditor, Inſcius, Inuidus; Ad deſpectum Dei, Puttana de Dio, Ad diſpetto di quel becco de &c.* & alia ſimilia verba hæreticalia; ſed etiã qui tacitè & ſub conditione proferũt tales blaſphemias, prout ſolẽt aliqui, puta, *Non credo in Deum, vel poſſim, renegare Deum, vel fidem, ſi te nõ percutiã, vel illud faciam, aut veritatem dico;* ratio, quia non allegãt Deum in teſtẽ, ſed proferunt blaſphemias hæreticales, licet conditionales, quæ quidem habent in ſe puram implicitam affirmatiuam, hoc eſt, quod ſi ad percutiẽdum illum opus fuerit, in Deum non credere, vel fidem renegare, parati ſunt id libenter facere. *Io Azor p. 1. Inſt. moral. lib. 9. c. 28. q. 5. Pegna ad Director Inquiſit. p. 2. Comment. 66. Suar. tom. de virtut. Religio. tract. 3. lib. & c. 5. n. 7. Clau. Reg. lib. 6. c. 13. n. 3. Lazar. p. 2. q. 7. nu. 6. & ſeq. & 44. & ſeq.* etiam ſi igno-
5 rent vim verborum, modo ex vulgari ſenſu ſaltem cognitum ſit vnicuiq; talia verba ſonare in blaſphemiam, *Lazar. q. ead. nu. 60.*

Secundò, & quaſcunque blaſphemias enormes, vel attroces euomentes; blaſphemia enormis eſt cum quid opprobrioſum, & valdè iniurioſum profertur contra Deum, Beatam Virginem, vel ſanctos; vt ſi dicatur, *ſe Dio il diceſſe, io diria che il mentiſſe per la gola,*
6 & ſimilia alia verba. *Lazar. q. 7. nu. 27.* Attrox vero, quæ per modum optandi, aut imprecandi profertur, vt dicẽdo, *Maledictus Deus, maledico Deũ; Maledicta Dei genitrix, vel D. Petrus & c.* cũ enim quis malum Deo, aut ſanctis imprecatur, vel eis maledicit, blaſphemiæ attroces dicuntur, *Lazar. loc. cit. nu. 19. & 66.* Iurare etiam per veren-
7 da Chriſti, vel Beatę Virginis Marię, blaſphemia attrox dicitur, cum paria ſint maledicere Deum, vel matrem, vel deco, vel ea verba pudibũda proferre. Idem, dicendo, *Puttana de Chriſto; Ad ſanguinem ſcorti Sancti Pauli. Nec Deus ſi deſcẽderet de Cęlo, amoueret frumentum de Area iſta,* prout dixit quidam cum alio altercando. *Al diſpetto di quel becco* (intelligendo de Deo) *che mi ſoſtiene al mondo; Al diſpetto de Dio. Ad deſpectum Virginis Mariæ, vel ſancti Petri, aut ſancti Franciſci, vel aliorum ſanctorum;* dicendo enim *al diſpetto della Vergine Maria, vel di S. Pietro,* idem eſt, ac ſi diceretur, *Al diſpetto de Dio,* quia volũtas ſanctorum neceſſario eſt voluntas Dei, & ideo in effectu videtur idem eſſe, dicere, *Al*

diſpetto

Digitized by Google

diſpetto de Dio,al diſpetto de Sācti.Lazar. loc ſupracit.nu.27.29 31.vſque 43.

Tertiò, & qui ex conſuetudine in aliqua verba, quæ blaſphemię aſſimi-
8 lantur, prorumpunt; v.g. dicendo, *per il corpo de dieci, o Diera, aut al ſangue, ò puttana de Dio bacco; vel al diſpetto di Chriſtoforo, aut della Vergine Gioanna, vel puttana de Zio; puttana de dieci, puttana de Diera.* Vt facere ſolent luſores; tales enim ſemper blaſphemare cenſendi ſunt, vbi ad occultādam ſuam malitiam, & prauam blaſphemandi conſuetudinem, vel ad euitandas pęnas doloſè adiungunt dicta verba, *Bacco foro*, & ſimilia, aut mutant dicē do, *Zio* vel *Dieci*, vel *Diera*, vel dicunt, *Al diſpetto di Dio, non dico del vero*; aut *Al diſpetto di Chriſto di legno.* Probatur per ea, quæ adducit *Ioan. Bapt. Plot. in tract de Blaſphem. nu* 12. vbi tenet proferentes blaſphemias non integraliter, v.g dicendo, *Al diſpetto de Di*, & non expreſſerunt, *o*, aut dicendo *Renego Di* non finiendo, *Dio*; vel *Ad diſpettum Virginis Ma.* non perficiendo malum ſermonē proferendo, *Maria*, debere puniri pęnis ordinarijs blaſphemię, hac ratione, quia in attrocioribus delictis punitur ſolus conatus, ſeu principium mali faciendi, etiam non ſecuto effectu. *l. ſi quis non dicam rapere C. de Epiſc. & Cleric & l. is, qui cū telo. C. ad leg. Corn de ſicarijs, Lazar. loc. ſupracit. q. 3. nu. 33. vſque 36.* Idem dicē dū eſt de illo, qui ſolitus eſt attroces
9 Blaſphemias proferre, dicit, *Dio, becco, diauolo*; talis enim in vtroque foro vti blaſphemator eſt puniēdus; ratio, quia & ſi verbum illud iniurioſum poſſit referri ad Diabolum, quia tamen ſolitus eſt attroces proferre blaſphemias, ad Deum potius huiuſmodi iniurioſum verbum referrendum eſt. *Lazar. loc. cit. n.* 19 quem ſequitur *Floron p 2. caſu 3. § 2. nu. 1. & 3.*

Quartò, & qui dicunt, *Puttana Vergine* nec ſubdunt, *Maria*; vel *Al diſpetto della Vergine*, abſq; expreſſione, *Maria*,
10 vel *Al diſpetto della noſtra donna*; talia enim verba proferentes, blaſphemi cēſentur, & ratio eſt quia appellatione Virginis, & donna & Madonna, ac Dominæ, & Signora, intelligitur in dubio de excellentiori, & ſic de Sacratiſſima Virgine Maria, tamquā excellentiori, & non de alia; maximè vbi adiūgeretur, noſtra, illa enim dictio operatur, quod ſolum de Beatiſſima Virgine Maria, quæ eſt omnium Aduocata noſtra, intelligatur, vt cantat Eccleſia in Antiph. *Salue Regina*, dum inquit; *Eia ergo Aduocata nōſtra.*
11 ex Regula enim generali, in omni materia tam fauorabili, quam odioſa, & pęnali verba debēt intelligi ſecundum communem loquēdi vſum, qui potius attenditur, quam propria verborum ſignificatio, *l. liberorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de legat. Menoch. conſ.* 709 *n.* 16. *& conſ.* 566. *n.* 7. ex communi autem loquendi vſu, ſic inter nos Chriſtianos dicimus, *Noſtra Dōna, la Vergine, la Madonna*, & Galli dicunt, *Noſtra Dama*; Hiſpani vero, *Noſtra Sennora*, & ſemper intelligitur de Beata Virgine Maria Dei Matre, ergo qui præmiſſa verba dixerint, etiā ſi non expreſſerint nomen Virginis Mariæ, debent cenſeri blaſphemi, vt bene concludit *Io Bapt. Plot. loc. cit. Lazar. vbi ſup q. 3. n.* 38 *vſq;* 41. *& Floron. loc. cit nu.* 6.

Quinto, & qui Deo incarnato tribuunt aliquod verum, & honeſtum, quod ei inſit, ſed tamen irreuerēter, & tamquam quid opprobrioſum, vt
12 dicēdo *Ad corpus vel ſanguinem Chriſti, vel Dei cum aliquo contemptu*; Veritas enim de Deo, vel Chriſto ei ēūtiata per contemptum, & cōtumelioſè, ſecundum communem ſententiā, eſt blaſphemia. *Azor p. 1. Inſt. moral lib. 1. c 28 q 3 in fin. Greg de Valent. to 3. diſp. 1. q. 13. p. 1 glo. in c qualis. diſt. 25. Viuius deciſ 275 num. 3 lib. 2 Suarez tom 7. de ſtatu Relig. tract. 3. lib. 1 c 4 n. 8. in fin. Lazar. q. 2. n. 12.*

Sextò,

Digitized by Google

Sextò, & qui Iurando, vel aliquid affirmando, per modum ſpernentis, 13 habentes ſenſum erroneum, dicunt, *per corpus*, vel *ad corpus*, aut *ſanguinem*, *caput*, vel *alia membra* Dei; talia enim proferentes, ſi habent ſenſum erroneum, nempe quod Deus non incarnatus habeat corpus, ſanguinem, vel caput, ſecundum omnes, cum attribuant Deo incorporeo corpus, ſunt blaſphemi, immo dicuntur Hæretici ſaltem materialiter: hoc tamen nullus ferè intendit regulariter, vel cogitat. Vnde tales interrogandi ſunt, vt declarent, an cũ prædicta verba protulerunt, intellexerunt Deum nõ incarnatũ, vel Chriſtum, quia ſi de Chriſto, vel de nomine cogitaſſe dixerint, prout poteſt eſſe veriſimile in calore Iracundiæ iuxta *l. quicquid calore. ff. de Reg. iur.* & illud Catonis.

Impedit Ira animũ ne poſſit cernere verũ.

14 Tũc eius declarationi, etiam in foro exteriori, ſtandum erit. Et idem dicẽdum eſt, ſi iurando, huiuſmodi verba etiam de Chriſto per modum ſpernẽtis, & in contemptum, dixerint; vera enim dicere de Deo, aut Chriſto irriſoriè, aut cum indignatione, blaſphemia eſt, vt in præcedenti caſu dictum eſt, ſi irriſio, aut indignatio ad Deum ſpectet. Greg *de Valen. cũ cõmuni. to. 3. diſput. 1. q 1. p. 1 Tolet lib. 4 ca. 13. Suar. tom. 7. de Relig. tract. 3. lib. 1. c. 6. nu. 11.* vbi ait, quando abſque forma iuramẽti per modum iniuriæ, & indignationis aliquis dicit, *Ad corpus* Dei, mihi videtur in rigore blaſphemia grauis, niſi per inauertẽtiam excuſetur, quia eſt verbum contumelię & contẽptus in Deum, & hanc opinionem vti magis probabilem libenter amplector, eo magis, quia plerique blaſphematores habent hæc verba pro blaſphemia, & vt tales Confiteri ſolent. *Lazar. q. 3. nu 7. vſque* 10.

Septimò, & nominantes membra Chriſti pudenda, vti contẽtibilia, ta- 15 lia enim dicere blaſphemia eſt, *Tuſc. Card. poſt alios tom. 1. pract. concluſ. 95. nu 7. lit. B & Floron. loc cit nu. 7.* & multis comprobãt rationibus *Dec. tract. Crimin. lib 6. c. 2. nu. 3. & Guliel. Cantarell Var. Quæſt. lib. 1 c. 38. Laz. q. 2. n. 4.*

16 Octauò, & illi qui promittunt Deo peccatum aliquod in eius honorẽ facere; quia non ſolũ iniqui ſunt in male promittendo, ſed etiã ſunt blaſphemi; illud enim magis eſt verbum cõuicij, quam honoris, potiuſque videtur eſſe comminatio, quã promiſſio, vt ſcribit *Suar. to. 7. de ſtat. Relig. tract. 3. lib. 1. c. 6. num. 17.* Quare in facto dixi 17 eum blaphemaſſe, qui ita vouit; ſi tale adulterium commiſero, ingrediar Religionẽ, quia referebat illud malũ ad tale opus promiſſum, & conſequẽter ad Deum, & ſic non Votum, ſed blaſphemia fuerat, vt bene aduertit, *Greg. à Valen. to. 3. diſp. 6. q 6. p. 2* qui tamen addit, quod ſi quis nõ referat vt circumſtantiam vitiantem opus, ſed tamquam conditionem, qua exiſtente, & non aliter, voueat Religionis ingreſſum, maximè ſi ita voueret in pęnam eius delicti, valeret tunc Votum. *Eman Sà. Aphoriſ Verb. Votum. n. 4. Lazar. loc. cit. nu* 15.

Nonò, & qui affirmando, vel negãdo, aut deteſtando aliquid vitupera- 18 bile, vel cõtumelioſum, de Beata Virgine, de Sãctiſſimis Apoſtolis, & alijs Sanctis, eorũ Imaginibus, Reliquijs, vel miraculis, proferunt; cum enim ſemper blaſphemia tendat propriè in vituperationem, & contumeliã, ſemper etiam falſum eſt, quod in ſanctis ſit aliquid vituperabile, vel contumelia dignum: ſpernendo etiam non ſolum eos, ſed eorum Imagines, Reliquias, vel miracula, & ſanctitatem calumniando, vt vocando Apoſtolos magos, impoſtores, vel alijs impuris nominibus, Deus enim in ipſis Sãctis hoc pacto inhonoratur, & blaſphematur; Vnde ſic dicentes, blaſphemi cenſentur, ac ſi cõtra Deum blaſphemaſſent, vt probatur in capit. vlt. de maledict.

maledict. *Lazar. loc. cit. nu. 16.*

Decimò, & qui non tãtum verbis, ſed & facto blaſphemiam cõmittunt; vnde in Sacra Scriptura *lib. 2. Eſdræ. c. 9.* cum feciſſent inquit ſibi Vitulum
19 conflatilem, & dixiſſent iſte eſt Deus tuus; ſubiungitur, feceruntq; blaſphemias magnas, & habetur. *Matt c. 27.* blaſphemabant eum, mouẽtes capita ſua, & dicentes, Vah &c. ita expreſsè tenet *Plot. tract. de blaſphem. num. 5. Alphonſ. de Caſtr. lib. 1. de iuſta hæret. punit. c. 12. & Graff in Prax. lib 2. c. 10. ſub nu.* 42. vbi inquit abſolutè, cum blaſphemia tam conſiſtat in verbo, quam in facto, & plus ſit facto, quam verbo offendere, credimus ſine dubio tales ſacrilegos, & nefarios ſic blaſphemãtes comprehendi ſub caſu reſeruato; Quare Sacras Dei, Chriſti, Beatę Virginis Mariæ, vel Sanctorũ Imagines, aut Crucem Sãctam, dedita opera, & ex induſtria lędentes, fœdantes, inſpuentes, pugionibus percutientes, frangentes, lacerantes, in terrã proijcientes, aut Sacras Reliquias ſpernẽtes, vel alios ſimiles actus nepharios peragentes, etiam abſque aliquibus verbis, blaſphemare dicuntur; & incidũt in crimen blaſphemiæ, & læſæ maieſtatis diuinæ ſecundum *Montal. de ſent. Pilati, nu. 6. Decian. tract. Crimin. lib. 6. c. 2. nu. 15. to. 2. Cordub. in Quæſtionar. lib 1 q. 17 §. 15. not 3. Plot. loc. cit. n.* 5. vbi multos citat. *& Graff. in prax. vbi ſupra nu. 4.* vbi vocat tales blaſphemias attroces. In dubium ergo reuo-
20 candum non videtur, quin factis blaſphement ſcelerati illi, qui ludendo pecunias ammittentes, ſacras Chriſti Saluatoris noſtri, vel Beatæ Mariæ ſemper Virginis, aut ſanctorum Imagines percutiunt, & pugionibus trãſ-
21 figere non verentur, vt ter impius quidam Mediolani perpetrare auſus fuit; quippe, qui Sacram Chriſti Imaginem in muro depictã pugione trãſfixit dicens; Vtinam Chriſte potuiſſem ita te in matris vtero trãsfigere; quibus quidẽ verbis, & facinore horrendo, ita Dei concitauit iram, vt ex illa Sacræ Imaginis ſciſſura, per pugionem facta, miraculosè viuus effluxerit ſanguis, & ſceleratus ille propriam ingreſſus domum, ſtatim illius ruinam oppreſſus in Infernum ad cõdignas luendas tãto ſceleri pęnas cõiectus fuit. ita referunt *Caſſan. conſil. 1. nu. 69. Menoch. de Arbitr. iud. caſu 376. nu. 5. Decian. d. lib. 6. c. 2. ſub nu. 16. Laz. loc. ſupracit. nu 31. vſque 34.*

Vndecimò, & qui repentina iracũ-
22 dia, vel furore in hæreticales prorũpunt blaſphemias, quas tñ aduertunt eſſe tales; licet pęnitentia ducti, ſtatim ſe retractent, vel reuocent, & contritionis ſigna oſtendunt; tũ quia a peccato mortali non excuſantur ſiue iuſtè ſiue iniuſtè cõmoti fuerint, ſiue ſtatim pęnituerint, ſiue ex interuallo. *Io. Capeauil. de caſib. reſeru. p. 2. ca. 19. q. 1. in fin. Zech. in prax. tract. de caſib. reſeru. ex D. Thom. 2. 2. q. 13. art. 2.* Tum
23 quia Iracundia nõ excuſat, vt probatur *Leuit. c. 24.* Vbi blaſphemus Iſraelita iuſſus fuit a Deo lapidari, ex eo, quod blaſphemaſſet dum iurgaretur cum alio viro Iſraelita, & ſic dũ Ira excandeſceret; ſi enim Iracundiæ calor excuſaret, ferè omnes deberent excuſari, quia rari ſũt, qui quieto animo, & non excãdeſcẽti blaſphemẽt, vt probatur *in cap. vlt. de maledict.* vbi *Marian. Soc n. 5.* Licet in foro Iudiciali taliter blaſphemantes ex lubricitate linguæ, & ſtatim ſe retractãtes, ſint excuſandi, ac mitius puniẽdi. *Lazar. c. 7. n. 61. & ſeq.* Immo incidunt etiam
24 ſi blaſphemando ignorent vim verborum, vt dictũ eſt, modo ex vulgari ſenſu ſaltem cognitum ſit vnicuique talia verba ſonare in blaſphemiam; tunc enim non excuſantur ignorantes ſenſum hæreticum, vel blaſphemiam eſſe hæreticalem; nam ſibi imputare debent, talia reuoluentes verba damnata iuxta notata per *gloſ. in c. a nobis. de ſent. excom. & in Clem. 1. de cõ-*

ſangu.

Digitized by Google

ſangu. & affinit. Quod ſanè procedere præſertim debet, quando eſſent contra Ius Decalogi, vel legem Euangelicam, aut Apoſtolicam, & ſic ſtultus in culpa fiet ſapiens in pęna. *ca. qui ea. diſt. 39.* & confirmatur ex doctrina *D. Tho. 2. 2. 13. art. 2. ad 3. & Greg. a Valen. tom. 3 diſp. 1. q. 13. p. 1. Ludou. Carbo in ſumm tom. 3. lib. 1. c.* 58. dicentium, qñ
25 aliquis plenè animaduertit verba aliqua pertinere ad blaſphemiam, nec tñ abſtinet ab illis, quoties illa vſurpat, toties eum blaſphemare, & grauiter mortaliter peccare. *Laz q. 3. nu. 6. & q 7. nu. 60. Graff. d prax. loc. cit. nu. 49. & ſeq.*

Duodecimò, & Pueri & impuberes, dummodo ſint doli capaces; Vnde doli capax dicitur regulariter, qui
26 ſeptimum annum excedit, *gloſ. in c. 1. de delit. puero. in verb. grandiuſculis. Menoch. de Arbitr. iud caſu* 57. *nu* 41. Impuberes enim doli capaces blaſphemare ſoliti, niſi ab ordinarijs eximãtur,
27 ſub reſeruatione comprehenduntur. Idem dicendum de Mulieribus blaſphemare ſolitis, vbi generalis ſit facta reſeruatio, vt hic, ratio quia lex generalis, generaliter eſt interpretãda. *vulg. iur. Lazar. d. q. 7. n. 57. & ſeq. & q. 8. n. 46. & Floron loc. cit. n.* 13. Et notandum quod omnia prędicta in ſupradictis caſibus intelliguntur, etiam ſi ſemel tãtum quis blaſphemauerit; Vbi enim Tabella ſimpliciter reſeruat blaſphemiam in Deum, vel in ſanctos vt ſit in hac Tabella Camerinen. tunc ẽt ſi ſemel quis blaſphemauerit, niſi aliqua ratione à mortali excuſetur peccato, in reſeruatione comprehenditur, vt nouiſſimè annotauit *Graff. in prax. loc. cit. nu. 59. Lazar q. 10. nu.* 25.

Non incidunt autem; Primò, qui blaſphemiam etiam attrocẽ, ſeu quã-
28 tumcunque hæreticalem ſolum corde proferunt; *Floron. loc. ſupra cit. caſu 3. n.* 14. Ratio quia licet apud Deum, qui eſt inſpector cordium, ſit mortale peccatum, huiuſmodi tamen peccatũ non cadit ſub reſeruatione: cum Eccleſia non iudicet de occultis, *c erubeſcant. diſt. 32. gloſ. in d. c. & c. Chriſtiana, 32. q. 5.* & reſeruatio non de mentalibus, ſed de peccatis & actibus exterioribus fieri cenſeatur. *Graff. prax. d. c. 10. n. 37. Lazar. q. 6. nu. 23. & ſeq. & q. 7. nu. 73.*

Secundò, nec qui dicunt, *al corpo,*
29 aut *al ſangue de Dio, de Chriſto,* aut *della Vergine Maria*; tales enim propriè loquendo nõ blaſphemãt; etenim poſtquam Verbum caro factum eſt, Deus habet corpus, ſanguinem, & alias humani corporis partes; & hodie cõis loquẽdi vſus videtur confundere iſta verba, *Al corpo de Dio, & al corpo di Chriſto,* cum etiam Chriſtus Deus ſit; quamuis ſic dicentes ferè ſemper ob irreuerentiam peccãt mortaliter, ſecundum *Tolet. lib. 4. c. 13. poſt Nau. in Man c 12. nu.* 85. quicquid dicat *Caiet. in ſum. verb. blaſphemia. ita Lazar. q. 3. nu. 4. & 6 & q. 7. nu. 65. Graff loc. cit nu. 34.* Si vero adeſſet ſenſus erroneus, intelligendo videlicet Deum inquantum Deũ ex ſui natura corpus, & ſanguinẽ habere, tunc eſſet blaſphemia. Si autem iurando dicerent prædicta verba cum veritate, & ſine aliqua irreuerentia, vel nullum eſſet peccatũ, vel tantum veniale ſi aliqua parua irreuerentia interueniret; omnino aũt nullum eſſet peccatum, ſi Iudice differente, iurarent, comite veritate, & iuſtitia. *Syluef. verb blaſphem. q. 2. & 3. Horat. Gambar. de caſib. reſeru. de blaſph. num. 9 fol* 253.

Tertiò, nec qui dicunt *poſſa renegare lo Signore Iddio,* ſi talia non ſunt; mo-
30 do iuramentum contineat veritatẽ; talem enim non iudico blaſphemiã, vt ſit mortalis, licet ſit modus iurandi irreuerẽter. *Graff. in prax. lo. cit. n* 46.

Quartò, nec dicẽtes *può far Dio,* aut *poſſanza de Dio;* modo talia non dicant
31 animo Dei potentiæ detrahendi; ratio quia talia verba regulariter proferuntur per modum admirantis rem inſpe-

inſperatam; ex cõmuni etiam loquendi vſu talia verba pro blaſphemia nõ habentur, & cõmunis loquendi vſus põt interpretari verba dubia, vt non ſonent in blaſphemiam, ſed recipiāt aliam ſignificationem. *Decian. tract. crim. tom. 2. lib... c. 5. nu. 3. in fin. Maſcar. de probat. concluſ. 194. nu. 3.* ex communi enim vſu ſumenda eſt vocum ſignificatio. *Suar. to. 7. de ſtat. Relig. tract. 3. lib. 1 c 4. nu. 3.* Quare talis communis loquendi vſus præfertur proprietati verborum. Sic etiam dicere. *Ad conſpe*
32 *ctum Dei*, *al conſpetto de Dio*, in rigore verborum, & attẽto communi loquendi vſu, non dicitur blaſphemia; niſi in Dei contemptum, & iniuriam quis talia proferat verba, quæ videntur ex quadam prouenire ſuperbia. *Lazar. q. 3 nu. 12. & ſeq.*

Quintò, nec proferentes verba aliqua generalia, quæ poſſunt inducere
33 blaſphemiam, & non inducere; in tali enim caſu, amplectendus eſſet ſenſus ille, per quem non induceretur, vnde talia proferẽtes eſſent excuſandi, quod venit notandum. ita in puncto cõſuluit, *Corn. conſ. 181. vol. 1. Alex. conſ. 233 n. 14. lib. 6.* quia verba in dubio ita ſunt interpretanda, vt non ſonẽt in delictum, vel ſaltem in minus. *Boſs. tit. de mandato, nu. 49. Io. Royas, de hæret p. 1 num 200. & ſeq.* Vnde *Franc. Vegius Papien. cõſ. 48.* conſuluit Mulie
34 rem inquiſitam, quod protulerit verba, *al diſpetto di quel becco che mi tiene, aut ſoſtiene al mondo,* non poſſe dici blaphemaſſe Deum; tum quia huiuſmodi verba generalia ſunt apta comprehendere etiam homines, & ſic alios quam Deum, & ſanctos; patet quia homines, qui alteri pręſtant alimenta, dicuntur alimentatum ſuſtinere, & manu tenere viuum in hoc mũdo, ſicuti è contra denegando alimenta dicuntur necare. *l. necare videtur, ff. de lib. agnoſc.* Tum etiam quia in generali verborum prolatione quis non videtur voluiſſe cõprehendere ea, quorum prolatio ipſi proferenti eſſet pęnalis, vel prohibita, *Bart. in l. codicillis, §. inſtituto, ff. de leg. 2. Laz. d. q. 3. n. 15. & ſeq.* Hoc tamen declarandum eſt, niſi qualitas perſonæ proferentis, locus, tempus aliud ſuaderent, vt dixi ſupra nu. 9. de illo qui dixit *Dio becco, diauolo*: qui in vtroq; foro vti Blaſphemus affirmaui eſſe puniendus ob rationẽ ibidem allatam.

Sextò, nec hæc verba proferentes *al diſpetto, che non vo' dir de Dio. Al cor-*
35 *po, vel puttana che nõ voglio dire de Dio;* aut *al diſpetto, che nõ vò dire di S. Paulo,* vel ſimilia; In rigore enim verborũ, prædicta verba non ſunt connumerãda inter blaſphemias, cum enim negatio in medio propoſitionis ponatur, propoſitionem efficit negatiuã, *arg c. 1. de offic. deleg. in 6. & l. 3. C. quib. ad libertatem proclam. non licet*, & optimè confirmari poteſt ex Regula illa Philoſophi. Quod negatio poſita ante verbum, regulariter inducit propoſitionem negatiuam. Verum quidem eſt, vt benè tradit, *Graff prax. loc. cit. n. 72.* Proferentes hæc verba, *Mal habbia non dico Iddio* (licet inter blaſphemiam non ſint computanda cum negatio in medio propoſitionis neget, & non affirmet, & conſequenter non ſit Caſus reſeruatus) grauiter eſſe a Confeſſario arguendos, cum ſine culpa huiuſmodi verba ꝓferri nequeãt. Immò verè blaſphemarent, vbi malitioſè ſic dicerent, ad occultandã ſuã prauam blaſphemandi intentionem, & conſuetudinem, vel ad pęnas euitandas, vt ſupra etiam dictum eſt. *Lazar. d. q 3. n 28 vſque 32.* blaſphemia etiam eſſet dicere prædicta verba deliberatè, vel ſi non deliberatè, erat tñ quis ſolitus illa proferre; ſecus ſi non erat ſolitus, ſed aliqua ſubita animi perturbatione motus illa protulit, & ſtatim ac illa prolata ſunt, animaduertit, ſe corrigit, *Floron loc. cit. § 1. nu. 6.*

Septimò, nec detrahentes Sanctorum rebus quas ipſi Sancti fecerunt,

ante-

Digitized by Google

36 antequam tales eſſent non enim habetur pro Blaſphemia, niſi fieret ad extenuandam ſanitatem, quam nunc habent prout tradunt *Nau. in Com. c. inter verba 11. q. 3. concl. 6. n. 469. Greg. a Val. tom. 3. diſput. 1. q. 13. puncto 2.* Vt ſi quis diceret de Sancto Chriſpino, & Chriſpiniano per iocum, quod fuerint Sutores, ideſt Calzeolarij; aut de Sanctis Ioanne, & Paulo Germanis, quod fuerunt Eunuchi; vel quod aliquis Sãctus fuerit homo infimus, vel artem exercuerit infimam, verbi gratia quod Sanctus Iſidorus Hiſpanus, fuerit Agricola, & Bubulcus, & ſic de alijs. *Clau. Reg. lib. 6. c. 13. num. 5. Lazar. q. 1. num. 30.*

Octauò, neque qui verba ſacrę ſcripturæ ad iocoſa, ſeruilia, & inania, velut Paſchinos, & turpem amorem
37 trahunt, abſque errore tamen intellectus, nam tales propriè non ſunt Blaſphemiæ, quamuis peccent mortaliter, & grauiter coercendi ſint ab Epiſcopis horum ſcelerum patratores, vt notat *Rodriq. in ſumm. p. 1. c. 34. num. 3. ex* Concil. *Triden. ſeſſ. 4. in fin.* vbi hoc vitium reprehendens, & prohibẽs, a nomine ſacrilegij, vel Blaſphemiæ abſtinet vocans temeritatem, irreuerentiam, & contemptum, idem ſentit. *Suarez tom. 7. de ſtat. Relig. trac. 3. lib. 1. c. 6. ſub num. 17. Graff. Prax. loco cit. num. 43. & Ignat. Lopez ad Diaz ca. 111.* vbi etiam addit, quod quando huiuſmodi verba hæreſim ſapiunt, iure optimo Inquiſitores ad eorum punitionem accedunt, ingens ſanè, & immane ſcelus, cum Spiritus Sancti verba in ludibrium conuertant, & contortis teſtimonijs ſacræ ſcripturæ, quæ dicitur ſcripta digito Dei. *c. quidam autẽ 24. q. 3.* eius verba ad ſua trahant deſideria. Peccatum vero mortale non eſſe, ſi quis prædicta dicat, vel faciat ex ſimplicitate credẽs eſſe id licitum ob recreationem, & conſuetudinem tradũt *Nau. in Man. c. 12. num. 87. Lel. Zecb. in ſum. moral. p. 2. c. 25. num. 5. in fin. Lazar. cap. 7. nu. 67. & ſequen.*

38 Nonò, nec qui maledicunt Creaturis, non quatenus Creaturæ Dei ſunt, ſed quatenus eis offenſionem afferunt; puta ſi deambulando pedem in lapidem impingentes maledicunt ſimpliciter lapidi offendenti; aut ſentientes ventum frigidum moleſtum maledicerent vento; Vel patientes aliquas tentationes maledicerẽt diabolo homines ſolicitãti; aut diei Mẽſi, aut Anno, & huiuſmodi intelligendo ſpatium illud temporis; erit n. tũc verbum otioſum, & vanum, & peccatum veniale tantum. *Ludo. Lopez. in inſtru. conſcien. p. 1. c. 51. Couar. par. 1. num. 87. Azor. p. 1. inſt. mor. l. lib. 9. c. 28. q. 3. Tolet. lib. 4. c. 13. num. 10. Clau. Reg. d. li. 6. c. 13. num. 3. Lazar. q. 2. num. 25.* eſſet autem peccatũ mortale ſi maledicerẽt quatenus Creaturæ Dei ſunt; idẽ ſi maledicendo diei intelligant Sanctum, qui in illo die celebratur. *Tolet.*
39 *& Clau. Reg. loc. citat.* peccatum mortale ẽt erit maledicẽdo proximo deſiderando ei ex corde aliquod damnũ notabile, puta mortem ex liuore vindictæ, vel odio, dicẽdo, mors occidat te, infirmitas talis puta peſtis, vel febris accidat tibi, ſcilla ſit tibi manus, pes tuus frangatur, diabolus habeat animam tuam, & huiuſmodi; Idem ſi maledicant animabus parentum iam defunctorum. *D. Anton. p. 2. titu. 7. c. 5. § 3.* ſi autem ex impetu paſſionis id facerent, dicendo veniat illi hoc, aut illud, quod tamen malũ verè nollẽt, vt ei eueniret, nõ erit mortale ex *ſum.*
40 *Coron. p. 1. num. 86. Tolet. loc. citat.* Qua ratione excuſantur parentes, qui ex aliquo ſubito motu filijs aliquod malum impræcantur, vnde abſq. tali deſiderio venialis culpa erit, qa ſic charitas nõ violatur. *Clau. Reg. loc. cit. n. 7.*

Decimò, nec qui proferũt Blaſphemias, etiam quantumcunq. hæreticales, ſi huiuſmodi Blaſphemiæ ſint tã-
41 tum peccata venialia; nẽpe ob actus imper-

imperfectionem, cum non fuerit deliberatus; vt cum quis ex Ira aliqua, vel ex alia motus paſſione non aduertens verba, quæ profert, in blaſphemiam prorumpat, *D.Th.2.2 q.13.art.2.facit, c.homines.2 2.q.2.* vbi ex D. Aug. habetur, ream linguam non facit, niſi rea mens, *& c.1.15.q.6.* vbi, non quod fit, ſed quo animo fiat inſpici debet, iuxta illud vulgatum.

42 *Quicquid agunt homines, intentio iudicat omnes.*

Imò ſi perturbatio talis ſit, qđ omnẽ rõnis deliberationẽ anteuertat, ſiue auferat, tunc nullũ omnino peccatũ erit; ſi vero aliquantulum rõnis iudicium ſequatur, & plenũ præceſſerit, peccatum erit veniale. Si aũt perturbatio illa, vel paſſio nõ ſit tanta quin aduertat ſe blaſphemare, quia cognoſcit ſenſum verborum, quod eſſe non põt, ſine aliquali deliberatione, quæ quidẽ in momento tpis: ſufficiẽs eſſe põt ad meriti, vel demeriti rationẽ, tunc a mortali blaſphemans nõ excuſatur, ſicut nec ille, qui ex ſubito motu irę aliquem occidit iuxta ſe ſedẽtẽ *ex D.Tho.2.2.q.13. art.2.ad 3. Alex.de Ales, p.2.ſum.q.131.memb.3.D.Anton. p.2.ti.7 c.5.§.1.Caiet.Verb.blaſph. Nau. Man.c.12.n.84 Tolet loc. cit. Azor.p.1. Inſt mor.li 9.c.28 dub.16.Clau.Reg.loc. ſupracit n. 6.* vbi multos citat Doctores. Quod procedit ẽt ſi blaſphemia ex indeliberato motu proueniẽs procedat ex cauſa iuſta, vel iniuſta, èx ludo, ebrietate aut alia occupatione, vel alijs iniuſtis cauſis, quia mortalẽ culpã nõ inducit, vt ex *Ang.verb. blaſphem.§.6 & Nau. loc. cit. tradit Clau. Reg.vbi ſup.n.6.* Et ratio quare nõ incurrũt tales in caſum reſeruatum ſic

43 blaſphemantes, eſt, quia ſm̃ cõem ſententiam, *Graff.p.1.lib.1 dec.aur. ca.13. num. 1.Iel Zech.de caſib reſeru in princ. Sayr. tract.de Sacram in genere, lib.2.c.8. q 2.art.2.* & aliorum, quos ſupra citauimus *in p.1 q.1.nũ.25 & ſeq fol 5. & 6.* de peccatis venialibus non fit reſeruatio, *Laz.q.1.n.24.& ſeq & q 7 n.72.*

Vndecimò, nec pueri, & impuberes, quouis modo, etiam hæreticaliter

44 blaſphemantes, ſi non ſint doli capaces, ignorantes quid dicant; ij ſanè tãquam Pſittaci.i.Papagalli, idẽ dicũt, quod alias audierunt. Quod procedit ſecundum *Palud.in 4.diſt.34 q.2 art.1. & Iacob Graff conſ. 3. de adult. & ſtupr. n.15.* Regulariter in omnibus impuberibus & minoribus 14.annis; quia cum ante pubertatis annos non habeant vſum rationis perfectum, conſequenter in caſibus reſeruatis minimè comprehendi debent, etiã ſi poſt pubertatem peterent abſolutionem. *Caiet.verb.excom.Laz q.8.n.40. & ſeq.* & facit quia Eccleſia non ſolet coge-

45 re quemquam ſuis Cenſuris ante 12. aut 14.annum. Vnde *Sot.in 4.ſent.diſt. 18.q.1.art.3.* in fine dixit, quod Eccleſia vſque ad annum ætatis 12. per Cẽſuras neminem ad Confeſſionem cogit, quia licet nouerit eos poſſe peccare, vt *in c.1.de delict.puer.* ſuis tamen præceptis & Cenſuris neminem vult cogere ante 12.vel 14 annum, ſed reliquit eos ſub iure diuino, *Graff. conſ. 22.de ſent.excom.nu.9.*

Duodecimò, & vltimò, non incidunt Senes, qui ob ætatem decrepitã delirantes, blaſphemãt, cum enim iudicij & rationis expertes ſint ab om-

46 ni pęna excuſantur. Idem dicendum de ebrio, ebrius enim non includitur ſub caſu reſeruato ſecundum *Graff.in prax.loc.cit.nu 52.* etiam ſi talis ebrietas procedat ex culpa ſua, quia videlicet aduertẽs ſe ex immoderato potu inebriari, non vult à potu abſtinere, ſed potius ebrietatem incurrere; dicitur autem culpa ſua quis effectus ebrius, quando aduertit potum immoderatum eſſe & ſe inebriantem, tamen vult magis ebrietatem incurrere, quam a potu abſtinere; tũc enim mortaliter tantum deliquit, cum voluntariè ſciens & volens priuat ſe vſu rationis, ponens ſe periculo blaſphe-

mandi, ſed non comprehenditur in caſu reſeruato, *Lazar. d. q 8.nu.50.& ſeq.* Et ratio eſt, quia cum omnino mẽte priuatus ſit, perinde de eo, ac de furioſo, & mente capto cenſendum eſt, & idem de dormientibus dicendum eſt; Dormientes enim blaſphemãtes, cum furioſis & verè ebrijs æquiparẽtur, omnique iudicio rationis careãt, cum ſenſus ſint penitus ligati, ab omni pęna excuſantur, *arg. Clement. vnic. de homicid. Lazar. loc. cit. & Clau. Reg. vbi ſup num.24.& ſeq.*

Circa tertium; Praxis obſeruanda
a Confeſſario circa confeſſionem, &
abſolutionem pęnitẽtium, Deum,
Beatiſſimam Virginem Mariam, &
48 Sanctos, blaſphemantium; ea eſſe po
terit, quæ poſita eſt ſupra in declara-
tione quinti caſus reſeruati in Tabel-
la Anconitana. Et hæc pro huius ſe-
cundi caſus reſeruati declaratione di-
cta ſufficiant ad laudem, & gloriam
Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio tertij, & quarti caſuum reſeruatorum, eiuſdẽ Tabellæ Camerinen. qui tales ſunt.

Homicidium voluntarium, vel ad id auxilium, conſilium, mandatum, vel conſenſum dantes.

Procuratio Abortus etiam quod fœtus nõ fuerit animatus, conſilium, auxilium, mandatũ, & conſenſum ad illũ dantes.

PRo declaratione horum tertij, &
quarti caſuum reſeruatorum, cla
rè me alibi eos ſufficienter explicaſ-
49 ſe noſcens, nempe tertium in decla-
ratione primi caſus reſeruati in Ta-
bella Auximana; f.263. & in Tabella
Aeſina, num.67. & quartum in expli-
catione ſeptimi caſus in Tabella Ma-
ceratenſi f 311 ideo nũc hæc paucu-
la pro illorum declaratione dicta ſuf
ficiant, ad laudem & gloriam Domi-
ni noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio quinti caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Camerinen. qui talis eſt.

Virginum violatio.

PRo declaratione huius *quinti* caſus reſeruati; præter ea, quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt virginum violatio.*
2 *Quando Virgines violantes incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*
3 *Qualis praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa confeſſionem & abſolutionem Virgines violantium.*

CIrca primum; antequã quid
Virginum violatio ſit, di-
camus, primo quid Virgo,
quidvè violatio ſit, opere-
precium eſt, vt videamus. Virgo igi-
tur dicitur a viro, quia viret ætate &
50 flore virginitatis, & eſt puella nondũ
viro carnaliter cognita, rei venereæ
omnino expers. Violatio verò idem
eſt, quod ſtupratio, defloratio, ſeu cor
ruptio, vnde violare idem eſt ac cor-
rumpere, & vim facere, ideſt violare
eſt pudenda virginis frangere; & cor
rumpere propriè virginem eſt illam
illicitè deflorare, in actu venereo per
membrum naturale viri tollendo ei
ſignaculũ virginitatis, vt notat *Graff.
in conſ.23 de ſentent excom. nu.4. & 32.
vſque 35.* Quod contingit fieri tribus
modis. Primò cum virgo vltrò ſe vio
landam offert, vel ſaltem leuiter a vi-
ro rogata conſentit. Secundò, cũ blã
dicijs, præcibus importunis, promiſ-
ſis, iuramentis, & conſimilibus ratio-
nibus allecta admittit virum. Tertiò,
cum illata violentia vir illam cogno-
ſcit, & de his omnibus loquitur, vt pa
tet, hæc præſens reſeruatio.

Digitized by Google

Stuprum ergo, ſeu virginum violatio, propriè eſt illicita virginis fœminæ ſub cura parentum exiſtentis, defloratio. *cap. lex illa, 26. q. 1. § cum ergo. D. Tho. 2. 2. q. 154. ar. 6. Angel. verb. eod. Tolet. lib. 5. c. 11. nu. 1. Graff. par. 1. lib. 2. dec. aur. c. 79. nu. 1. Clau. Reg. lib. 8 cap. 4. num 9. Azor. p. 3. Inſt. moral. lib. 3. c. 11. in princ.* Dixi fœminæ Virginis defloratio, quia cum vir primo defloratur, non dicitur ſtuprum, ſed tãtum cum fœmina virgo violatur. *Tolet. loc. cit.* Vnde violatio ſignificat polluere, & eſt propriè dictum de Virgine. *Horat. Gambar. de caſib. reſeru. caſu 2. n 4. f. 190.* Ratio quia non viri, ſed fœminæ ſolum virginitas eſt ea, ob cuius violationem ſtuprum ſuam habet deformitatem ſpecialem, ex *Caietan. 2. 2. q. 154 art 6. dub 2. & in ſum. verb ſtuprũ. Nau. Man. c. 16 nu 3. Greg de Valent. to. 3 diſp. 9. q. 3 punct. 3. Eman Sà, in Aphoriſm. verb. luxuria.* Quamuis enim virginitas virtus communis ſit vtriq; ſexui, ſtuprum tamen proprium eſt mulieris virginis, vir enim virgo extra
53 matrimonium cũ meretrice, vel alia fęmina primo concumbens, ſtuprum non committit, ſed ſimplicem tantũ fornicationem, vel adulterium ſi cũ Coniugata; eo quod non additur ſpetialis aliqua deformitas in viro, ſicut in muliere virgine, quia nec ſignaculũ aliquod naturale perdit, quo inhabiliter fit matrimonio, ſicut fęmina, quæ ſignaculum virginitatis, hoc eſt, integritatem corporis, primo coeundo perdit. *Clau. Reg. loc. cit.* Dixi, ſub cura parentum exiſtentis, nam naturale luxuriæ genus in ſtupri ſpeciem trahitur per naturale ſignaculum virginitatis mulieri attributum ſub naturali cuſtodia parẽtum: ita quod naturali ſignaculo nõ per accidens, ſed naturaliter debetur paterna cuſtodia propter infirmitatem muliebrem in
54 conſeruando proprium decus; propter q̄d dicitur *Eccl. c. 7. filiæ tibi ſunt, cuſtodi corpus earum.* Sicut enim naturali ordine patris eſt alere filiam, & prouidere illi vſque ad nuptias incluſiuè, ita eiuſdem eſt cuſtodire filiam benè habitam ad matrimonium; Patri enim commiſſa eſt cuſtodia virginitatis ſecundum illud *Eccleſiaſtici. c. 41. ſuper filiam luxurioſam confirma cuſtodiam, ne quando faciat te in opprobrium venire inimicis;* vnde ſi virgo corrumpatur, ex eius violatione & defloratione fit iniuria, ſibi ipſi (cum ex hoc minus idonea redditur honeſto coniugio, cum ſi ſciretur fore corruptã, non facilè inueníret ſuæ conditionis virum) & parentibus, vel tutoribus, ſub quorum cura eſt; quandoquidem cum ſignaculum eius virginitatis naturaliter egeat paterna cuſtodia, & ſub illo naturali ordine eſt, ſeu eſſe debet, ideo contra huiuſmodi ſignaculum virgineum agens, iniuria paternæ facere cointelligitur cuſtodiæ. Et ſi virgo nullum habeat curatorem, tamen defloratio illa ſpecialem deformitatem habet hoc ipſo, quod corrũpitur virginalis integritas corporis, quæ nõ niſi per legitimum matrimo-
55 nium auferri debet. Vnde ſi aliquando fęmina virgo non ſit ſub cura parentis, ſed grandęuę ſit ætatis, puta quinquaginta annorum, quæque amplius non eſt habilis generationi, tamen cum quandiu virgo eſt, ſemper quantũ eſt ex habilitate decoris apta eſt coniugio, ideo ſemper ex tali violatione redditur inhabilis coniugio, & ideo eius violatio verè eſt ſtuprũ. Quod autem cõtingat ſub nullius eſſe cuſtodia, eſt omnino per accidens, ac proinde, non tollit quin talis defloratio verè ſit ſtuprum; ſiquidem ſpecies morales attenduntur ſecundum id quod communiter inueniri natũ eſt; conſtat autem quod communiter in humano genere fęminę virgines ſub parentum, vel alicuius loco parẽtum cuſtodia ſunt, vel eſſe debent; & ideo virginum talium defloratio abſolutè, & per ſe ſtuprum eſt, ad quam

Digitized by Google

ſpeciem deflorationes, quæ per accidens contingunt, reducuntur. ita ex *Clau. Reg. loc. ſupracit. nu.9. & 11 & Caiet 2 2 q.154 art.6.* Quod quidem ſtuprum, ſeu virginalis integritatis violatio, ſiue fœmina ſit ſub cura parentum, ſiue non, ſiue ſit puella, ſiue fœmina prouectæ ætatis, ſiue nuptura ſit, ſiue manſura virgo, & innupta, ſiue violetur conſentiens, ſiue non, ſecundum communem opinionẽ, ſemper eſt ſpeciale peccatum. *ita Azor loc. ſupracit. q 5.*

56 Quæ quidem virginalis integritas, ſeu ſignaculum clauſtri virginalis, vt plerique ſentiunt, nihil aliud eſt, quã Carnea membrana virginibus peculiaris, quæ virili concubitu lacerata, aboletur; ex qua dilaceratione ſanguis, vt plurimũ, effluere ſolet. *Franc. Veleſius de Sacra philoſophia, c.25.*

Circa ſecũdum; ex hactenus dictis apertè colligitur, qui nam incidunt in hunc caſum reſeruatum, & qui nõ incidunt.

Primò enim, incidit; qui virginem aliquam etiam volentem, ſeu ſpontè non requiſitam, ſe violandam offerẽtem, defloraui t. Caſus enim abſolutè
57 loquitur dicens; *Virginum violatio;* ergo abſolutè etiam eſt intelligendus; ſiquidem huiuſmodi violatio, infiaciari nemo haud poteſt quin verè ſit ſtuprum. Fœmina enim non habet dominium ſuę integritatis virginalis & corporalis, quãdoquidem integritas corporis eſt bonum naturale ad corporis naturam pertinens, vnde ſicut fœmina nõ habet dominium aliorum ſuorum membrorum, ita nec ſuæ integritatis, & ita qui corrumpit puellam conſentientem, ſtuprum facit. *Azor d. par.3. Inſt. mor lib.3. ca.11. q.6.* Quare incidit etiã ille diues, cui virgo Paupercula corporis ſui copiã fecit, ſperãs ab eo dotem poſſe lucrari.

Secundò, & qui non ſolum virginem uolentem, ſed etiam leuiter rogatam, corrumpit; v.g. ab ea vehemẽ
58 ter amari ſciens ipſam leuiter aliquĩbus uerbis amatorijs, rogauit, vt ſui copiã faceret, cui illa cõſenſit; imò ẽt ſi nullis pręcibus, ſed ſolis amoris ſignis præuijs, illã cognouit & deflorauit. Et multo magis ſi virginẽ nondũ viri potentẽ violauit, in quem ẽt mũdi tribunalia pęna mortis animaduertere ſolent; *Iul. Clar § ſtuprum. Menoch. lib.2. de arbit. iud. caſu 294.* & idem dicẽdũ, ſi huiuſmodi virgo ſit eius in quouis gradu, Affinis, vel Cõſanguinea;
59 Imò ẽt ſi eſſet infidelis, puta Iudæa, Sarracena, Pagana &c. Ratio, ſufficit enim qđ illa, quæ violatur, ſit virgo ad incurrendũ hũc caſum reſeruatũ.

Tertiò, & qui multis blãdicijs, importunis præcibus, ampliſſimis pro-
60 miſſis, pecunijs, & alijs donis, alijsq; ſimilib. vijs honeſtã puellã in ſui amorẽ pellexit, illãq; ad ſtuprum attraxit.

Quartò, & eo magis, qui violenter aliquã virginẽ omnino recuſantẽ, & renitentem, corrumpit; hic enim, vt
61 docet *Io. Capeauil de caſib. reſeru. p.2 c.11. q.1.* eſt virginis violatio; vt etiam dixi ſupra in principio huius declarationis; quare licet ſit ẽt raptus, cũ qualitercũq; violentia inferatur, ſiue virgini tm̃, ſiue patri eius, ſiue virgini & patri ſimul, ſiue etiam virgo violentata conſentiat, ſiue non conſentiat, tunc ſtuprum illud tranſit in ſpeciem Raptus, vt docet *D. Tho. 2 2. q.154 ar.7.* quem ſequitur *Nau. Man. c.16 nu.3. & D. Anton. p.2 tit.5 c.7.* ſub initium; Quãuis ſi virgo violẽtata nõ conſentiat, etiã ſi naturalem delectationem ſentiat, non ſit ſtuprũ ex parte ipſius, ſed tantum ex parte viri, ut annotauit *Nau.* Immo neque virginitatem, neque aureolã, quæ debetur virginitati amittit ſecundum *D. Thom in ſupplem. 3. par. quaſt. 96. art.5. ad 4. & in 4. ſentent. diſt in.49. q.5. ar.3. Ioan. Capeauil. loc. cit.* etiam ſi pareret, & integritatẽ corporis perderet, immo ſic violẽter corrupta, talis violatio duplicabitur ei ad coronam; vt fertur dixiſſe Sancta

ćta Lucia Paſchaſio; *Si inuitam me violari feceris, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam.ex D.Thom.2. 2. q.64 art.5.ad 3.Clau.Reg.loc.ſupracit.d.lib 8.c 4.num.* 10. Cũ ergo ex parte viri, vt dixi, prædicta virginis violatio, ſit ſtuprum, & ſtuprum, vt ſupra dictum eſt, idẽ eſt
62 quod duſloratio, corruptio, ac violatio, ſequitur quod licet cum illata violentia illam polluerit, dubio procul in hũc caſum, incidit, & ratio eſt quia cum Ordinarij ſtuprum, ſeu violationem virginum reſeruãt, quicquid ſit de reſtitutionis obligatione, ſi abſolutè loquantur, vt ſit in hac Tabella Ca-
63 merinen. tunc intelligi debet de quocunque ſtupro, ſeu violatione quauis modo facta, abſque, vel cum violentia, vel Raptu perpetrata. Vbi autem reſeruatur ſtuprum violentum, vt ſit in Tabella Vrbini. Caſu 3. tunc ad incurrendum dictum caſum reſeruatum, requiritur quod ſtuprum violenter ſit perpetratum; Quid autẽ intelligitur per vim ſtuprare, habetur infra, num.90.

Quintò, & qui adhibẽdo vim, puellam deflorat, etiam ſi actum non per-
64 ficiat, ideſt ſperma nõ emittatur, nec adſit ſeminis deciſio, dummodo illã corrumpat, quocunque actu nephando vtatur in vaſe naturale, quia ſic dicitur violare. *arg. Horat. Gambar. de caſibus reſeru. caſu 2. nu. 2. f.* 190 Violare enim eſt virginis pudenda frangere, vt ſupra dictum eſt; cum enim ſtuprũ propriè ſit virginum defloratio facta in actu venereo, tollendo per membrum viri naturale, ſignaculum virginitatis, vt ait, *Graff. d. conſil. 23. de ſenten excommun. nu.* 35. ſequitur quod ſi adſit corruptio clauſtri virginalis, dicitur virginis violatio.

Sextò, & qui cum illa puella rẽ habuit, quæ ſeipſam polluendo, pudoris clauſtra ſibi prius, proprijs manibus, vel quouis alio modo, diſrupit. *arg. Graff. loc. ſupracit. d. nu.* 35. Virgo enim
65 ſtuprata non dicitur, quæ furore libidinis, procurat in ſe ſeminis effuſionem contra naturam rumpens ſigillum ſuæ virginitatis, vel etiam ſupponẽdo ſe pecori, vel alio quouis modo, corrumpit, ſed bene ſtuprata ſeu violata dicitur, cum illicitè a viro defloratur, defloratio enim propriè fit per membrum naturale viri; & ſi huiuſmodi defloratio virginitatis aliter fiat, quamuis ſit amiſſa Virginitas, nõ dicitur propriè ſtuprũ; ſed mollicies. *Graff. loc. cit. num.* 8.

Septimò, & qui, vt honeſta virgine potiretur, quæ ſui copiam frequẽtius negauerat, fidem dat contrahendarũ
66 nuptiarum, ſiue illam det coram teſtibus, ſiue ſecretò, ſiue ſcripto, ſiue ſolo verbo, ſiue promiſſione cum iuramento, vel quouis alio modo, ſi eam importunis præcibus, vel aliter, ad cõſentiendum in ſtuprum adigit; Præces enim frequẽtius repetitę, & fides futurarum nuptiarum, quocunq; prędictorum modorum data, ſufficiunt, vt quis ſibi perſuadeat, vel perſuadere debeat, virginem non omnino voluntariè, ſed inuitam, & quodammodo violenter ſui corporis copiam feciſſe, *Ioan. Capeauill. loc. cit. q 2. Graff. d. conſ. 23 de ſent. excom num.* 14 *& ſeq*

Octauò, & adoleſcens ille nobilis, qui cum iuramento ducendi eam in
67 vxorem, rem habuit cum puella filia cuiuſdam ruſtici mediocris fortunę, ſi virgo honeſta fuit, & benè ęducata, numquam conſenſura in ſtuprum niſi certa ſpe data futuri matrimonij; qa vt iam dictum eſt, promiſſionem matrimonialem iuramento firmatam, virgini alias honeſtę & caſtę, violentiam intuliſſe. Immo etiam ſi virgo ſit malè educata, & abſque vlla ſpe futuri matrimonij conſentiat, dummodo enim ſequatur eius violatio, nil refert an ſit benè, vel malè educata, vel conſentiat aut non conſentiat ſpe, vel ſine ſpe futuri matrimonij. Et non obſtat quod plures Doctores dicunt, videlicet in hoc

Digitized by Google

caſu, & ſimilibus propter imparitatē generis & fortunarum præſumi puellam non eſſe deceptam, ſed potius finxiſſe ſe deceptam ad colorandam ſuã turpitudinem; Quia vtrumque verè dicitur, ſed in diuerſo foro; dictum illorum verum eſt in foro exteriori. Quod autem hic aſſerimus, verum eſt in foro conſcientiæ, in quo verſamur, & in quo præſumptioni locus non eſt. Io. *Capeauill. loc. cit. q. 2.*

Nonò, & qui Sponſam de futuro ante matrimonium contractum iuxta *Concil. Trident. ſeſſ. 24. c. 1. de reformat.*
68 coram Parocho & teſtibus, induxit ad rem veneream, actum matrimonialem conſummãdo; ſiue timore illi incuſſo, quod niſi conſentiret, aliam de facto duceret, ſiue illam; ſiue aliam ducat; ſiue abſque vllo timore, concorditer coierunt. *arg. Io. Capeauill. loc. cit. q. 2. & Graff. d. conſil. 23. de ſent. excomm. num. 25.* Modo tamen dicta ſpõſa erat virgo; cum enim ſit virgo, ſi ante matrimonium defloratur, clarũ eſt quod eſt virginis violatio; Nam & ſi inter ſpõſos, oſcula, & amplexus ac aliqui etiam tactus ante matrimonium a doctoribus permittãtur, modo non ſint tactus impudici, & fiant cum debita cautela ne contingat pollutio, nec probabile periculum illius incurrendæ adſit, aut cõſentiendi in eam; præſertim tactus verendorum
69 inter ſponſos de futuro, hi enim nullo modo permittendi ſunt, cum ſine peccato mortali fieri non poſſint; nullo tamen modo permittitur carnalis copula, antequam matrimonium expreſsè contrahant, & benedictionem ſacerdotalem accipiant, prout cauetur in *Concil. Trident. loc. ſupracit. Nau. in Man. cap. 16. num. 12. Tolet. lib. 5. cap. 14. num. 2. Graff. par. 1. lib. 2. dec. aur. cap. 82. num. 3. & in prax. lib. 2. cap. 37. num. 28. de Arbitr. Confeſſ. lib. 2. cap. 47. num. 27. Caietan. 2. 2. quæſt. 154. art. 4. Ludou. Lopez. par. 1. Inſtruct. conſcient. capit. 75. Gregor. de Valent. tom. 3. diſput. 9. q. 3. puncto. 3. in fin. Eman. Sà. Aphoriſm. verb. luxuria Clau. Reg. lib. 8. cap. 6. n. 1. Thom. Sanchez. de matrimon. lib. 5. diſput. 5. q. 7. num. 38. Azor par. 3. Inſt. moral. lib. 3. c. 25. q. 3. Ioan. Bapt. Corrad. par. 1. reſp. caſuum conſcient. quæſt.* 143. Vbi etiam
70 puellarum ſponſarum parentes acriter reprehendit, qui ſinunt ſponſum ingredi domum, ſedere in cubiculo ſolum cum ſola, non ſemel tantum, ſed quotidie per menſem, per annum & vltra, millia millium peccatorum perpetrantes. An autem conſummantes matrimonium ante ſacerdotalem benedictionem peccẽt mortaliter, dicendum, nullum eſſe peccatum, ante benedictionem conſummare matrimonium, niſi ex contemptu, vel magno cum ſcandalo id fieret. ita *Angel. verb. debitum coniugale, num. 1. Victoria. q. 297. Henriq. lib. 11. cap. 16. num. 3. Sanchez. lib. 3. diſp. 12. Guttierez, capit. 106. num. 13. Bonacin. tom. 1. tract. de matrim. quæſt. 4. punct. 6. num. 1. & Nauar. d. ca. 16. num. 38. & cap. 22. num. 83.* Vbi expreſsè dicit, *Concil. Trident. ſeſſ. 24. ca. 1.*
71 *de reformat. matrim.* Hortatur contrahẽtes matrimonium, ad benedictionem ſuſcipiendam ante conſummationem eius, vbi ponderandum eſt, quod hortatur, & non præcipit, per quod ſignificat id eſſe de conſilio, & ita non eſſe peccatum ante illam conſummare etiam prima vice, nec exigendo, nec reddendo, nec vbi eſt conſuetudo benedicendi, nec vbi nõ eſt. ita probat *Nau. per c. aliter. & c. noſtrates, 30. quæſt. 5.* & *Concil. Trident. loc. ſupracit.* Verum eſt tñ quod multi Ordinarij hoc interdicunt etiam ſub pęna excõmnnicationis, quod ſtatutũ obligat ad peccatũ mortale ob pęnam impoſitã. Vel faciunt caſum ſibi reſeruatum, vt patet in hac præſenti Tabella Camerinen. vbi ſupradictus vigilantiſſimus Antiſtes, dicit, *Virginum violatio.* Ex quo euidenter oſtendit, quod prima defloratio ſponſæ, ante benedictionem ſacerdotalem cum ſit vir-

Digitized by Google

virginis violatio, ſit caſus reſeruatus.
72 Vbi autem non eſt caſus reſeruatus, huiuſmodi violatio ante benedictionem, vel nullum eſt peccatum, vel regulariter eſt tantum veniale, dummodo hoc non facerent ad euitandam pollutionem, euenturam inter eos, quia hoc caſu nec eſſet etiam veniale prout dicunt, *Sot. in 4. diſt. 18 q. vnica. art. 2. & Ledeſma. in addit ad 3. par. q. 45. art. 5 pag. 187. Rodriq. in ſum. par. 1. cap. 241. num. 4.* Immo ſponſis conſulen-
73 dum eſſet, qui per verba de præſenti contraxerunt, dum benedictionis ſolemnitas procraſtinatur, ſi pudicè nequeunt continere, alijſque illicitis abſtinere, vt Matrimonium conſumment ad euitandas obſcenas pollutiones, quæ inter ipſos euenire ſolent. *Graff. par. 1. lib. 2 deciſ aur. cap. 82. num. 2 in fin. Angel. loc. ſupracit. & Vmald. de debit Coniugal. num 2.*

Non incidunt autem; Primò, qui Pueros per vim ſtuprant, & ſi grauiſſimè mortaliter peccent, & pęna in
74 foro exteriori ſit ignis; & ratio eſt; quia licet puer ſit virgo cum tamen primò defloratur, non dicitur ſtuprū, ſed tantum cum virgo fœmina violatur, ob rationem ſupra allatam in principio *num.* 52. Quæ quidem fœminæ virginis violatio, non autem pueri virginis, defloratio, hic reſeruatur. Incidunt tamen tales puerorum ſtupratores infra in ſeptimum huius Tabellæ caſum reſeruatum, vt dicemus, fauente Deo, in eius declaratione.

Secundò, nec qui conatus eſt aliquam virginem violare, non tamen actum perfecit, v. g. quidam, honeſtā
75 puellam multis præcibus, & ampliſſimis promiſſis ac donis in ſui amorē pellexit, quam ſæpius deflorare niſus fuit, illam tamen minimè corrumpit, vt quia pudendis matricis orificium tātum tetigit; etiam ſi ex parte vtriuſque extra ſecuta ſit pollutio. Immo etiam ſi caſu aliquo intra vas naturale ſemen receperit, & grauida effecta, adueniente poſtea partu virginitatē amiſerit; ſtupri namq; ratio in ſignaculi virginei fractione conſiſtit, per naturale membrum viri facta, vt ſupra dictum eſt, & idem dicendum de eo, qui ſponſam ſuam, vel etiam alienam niſus eſt carnaliter cognoſcere,
76 ſed non conſummauit, cum non deuenerit ad copulā, & ſi deuenerit, illam tamen non perfecit, & ratio eſt, quia nemo in delictis pęnam incurrit, niſi actus ſit conſummatus, caſus enim reſeruati, vt ſæpe alias dictum eſt, intelliguntur de actibus exterioribus perfectis, & conſummatis. ex *Io. Capeau. loc. cit. quæſt. 2. Graff. in prax. lib. 2 cap. 37. num. 21. Horat. Gambar. d. 2. caſu, num 2. fol. 190.*

Tertiò, nec qui polluit ſe ſuper ſpōſam ſuam, vel alienam, vel aliam quācunque virginem, vel eam ſodomiti-
77 cè cognoſcit, vel qualitercunque tangēdo ad pollutionem prouocat, quāuis ſemper mortiferè delinquat; & ratio eſt, quia neq; per pollutionem, neque per tactus impudicos, neq; per concubitum contra naturam, tollitur ſignaculum virginitatis, in qua ratio ſtupri conſiſtit, licet perdat virgo per primam pollutionem volūtariè procuratam, virginitatem, & Aureolam.

Quartò, nec qui rem habuit cum ea, quæ Virgo ab omnibus reputabatur, & exiſtimabatur, ſi illa reuera nō
78 Virgo, ſed corrupta erat. Quod proculdubio verum eſt in foro conſcientiæ, in quo ſoli veritati locus eſt, quāuis in foro exteriori talis ſtuprator iudicabitur, & vt talis punietur; niſi ſtuprator probet contrarium, quod valde difficilè eſt, quia ſemper in foro externo Virgo, & incorrupta præſumitur, quare ſi ſtuprator dicat Puellam non fuiſſe Virginem, quando cum ea concubuit, & puella dicat, quod erat Virgo, præſumitur pro illa, & ita cōmuniter dicunt Doctores, vt dicit *Abb. in ca. 1. de Adult. Menoch. de præ-*

ſumpt. lib. 6. præſumpt. 89. Io. Capeauill. loc. cit. q. 2. Graff. d. conſil. 23. de ſentent. excom num. 23. & quod ad Virginitatem probandam dicto Mulieris ſtandum ſit, tradit *Maſchard. de probat. vol. 3. concluſ. 1337. & Marc. Anton. lib. 1. var. reſolut. reſol. 28. Carbo de reſtitut. q. 26.* & ratio quare non incidat, ea eſt, quia reſeruatio loquitur tantum de violatione virginũ, dicens, *Virginum violatio*; concumbens igitur cum illa quę, & ſi virgo reputata ſit, erat nihilominus corrupta, ſolum mortaliter peccabit. Et ſi vir dubius ſit, an illa verè fuerit virgo, tenetur in dubio cenſere illam fuiſſe virginem, cum puella in dubio præſumatur virgo, ſicut & virgo naſcitur iuxta communem *Panor in c. 1. de Adult. num. 5. Iul. Clar. §. ſtuprum num. 4. Nald. verb. virgo, num. 5.*

Quintò, nec puella violata, quæ ſe violari volens paſſa eſt, quia Caſus de
79 agente, tantum loquitur. Nec etiam ſi proprijs manibus ſeminis effuſionẽ contra naturam in ſe procurat, vel aliquo inſtrumento, ſuæ virginitatis ſigillum frangat, *Graff. enim in prax. lib. 2. c. 41 n. 19 in fin.* expreſsè dicit, quod Virgo ſtuprata, nullo modo ſub hac reſeruatione includitur, quia littera loquitur ſolum de illo, qui Virginem
80 violauerit, ergo non comprehendit violatam, nec eã, quæ patitur violari.

Circa tertium; praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem virgines violantium, hæc erit.

Circa confeſſionem, duę potiſſimũ circunſtantiæ neceſſario animaduertendæ ſunt. Prima perſonæ, tum ex parte viri ſtupratoris, tum ex parte
81 virginis ſtupratæ. Ex parte ſtupratoris, An ſcilicet ille ſit coniugatus, ſacris initiatus, voto Caſtitatis aut Religionis aſtrictus, cognatus, affinis, an virginem etiam rapuerit; hæ enim circunſtantiæ omnes mutant ſpeciẽ, & diſtinctis, & ſpecialibus præceptis prohibentur. Nam ſi ſtuprator ſit cõiugatus, ſic in eodem obiecto duę prauitates contra rectam rationem inueniũtur, nempe adulterium, & ſtuprũ. Si ſacris initiatus eſt, vel Religioſus, eſt ſacrilegiũ. Si cognatus vel affinis, inceſtum. Si violentiã veram intulit, eſt Raptus. *ex Azor. p. 3. inſt. moral. lib. 3. c. 20. q. 3. & p. 1. lib. 4. cap. 2. q. 5.* Quæ profectò circumſtantiæ neceſſario in confeſſione propalandæ ſunt, vt ex *Concil. Tridẽt. ſeſſ. 14. c. 5. & can. 7.* tradit *Clau. Reg. lib. 2. c. 3. nu. 1.*

Ex parte virginis ſtupratæ eædem circunſtantiæ circumſpiciendę ſunt, & maximè ſi illa monialis ſit & pro-
82 feſſa aliquem ordinem approbatum; nam pręterquam quod ſacrilegiũ cõmittit, ſi ſtuprum admiſſum eſt intra ſepta Monaſterij, tam ſtuprator qui ingreſſus eſt ſepta, quã Monialis ſtuprata, quæ illum intromiſſit, incurrit excommunicationem, tum per *Concil. Trident ſeſſ. 25 c. 5. de Regul.* tum maximè per Bullã Greg. 13. incip. *Vbi gratiæ*: emanatam anno 1576 Idib. Iulij. per quam abſolutio reſeruatur Papę, quod non ſit per dictũ *Concil. Trident. Graff. in prax. lib. 1. c. 5. nu. 18. Io. Capeauill. loc. ſupra cit. q. 3.*

Secunda eſt circunſtantia temporis, nam vt plurimum antequam ſtuprator virginis amore potiatur, per
83 longum temporis ſpacium ſolet eius puditiciæ inſidiari; quo durante præter interpollatas ſtupri voluntates, quę ſingulæ ſunt peccata mortalia in ſpecie confitenda, clarum eſt multa alia peccata conſequi ſolent, vt quod ſocios adhibere ſolet, ſcandalũ prębere, furtum committere, quo muneribus mentem puellæ prius demulceat, vt inuitis parentibus a domo recedat, & ad ipſum veniat, vt ea fruatur, *Nau. conſ. 1. de Raptor.* De quibus omnibus, generatim, vel ſpeciatim pro ratione perſonarum, iuxta prudẽtiæ regulas, confeſſarius interrogare debebit. *Io Capeauil. loc. cit. q. 3.*

Circa

Digitized by Google

84 Circa vero circunſtantiam virginitatis; An videlicet ſit confitenda. Quamuis *Sotus in 4. ſent diſt. 18 q. 2. a. 4.* innixus fundamẽto falſo, exiſtimet primam copulam in fęmina extra Matrimonium non differre ſpetie a ſimplici fornicatione, ſicut nec in viro, & proinde non teneri neceſſariò fœmina hanc circunſtantiam confiteri; Alij tamen videlicet *Caietan. 2. 2. q 154. art 6. dub 2. & in ſumm. verb. ſtuprum. Nau. Man. c. 16. num 3. Tolet. lib 5 c. 11. Greg. de Valen tom. 3 diſput. 9 q 3 puncto. 3. Ludou. Lopez. p. 1 inſtru. confeſſ c. 73. Ioannes Pedrazza in ſexto Tracept Decalog. §. 2. Eman. Sà Aphoriſ. verb. luxuria.* Quibus conſiſtit *Henriq. lib 5. c 8 num. 2.* docent ſtuprum, ſeu primam deflorationem in Virgine conſtituere in ea ſpeciem diſtinctam a ſimplici fornicatione, & ideo neceſſario a fœmina eſſe confitendam, & ratio eſt, quia neceſſum eſt ſecundum omnes, confiteri circunſtantias mutantes ſpeciem, ita vt contrarium dicere nouiſſimè *Conci. Trid. ſeſſ. 14. c. 5.* definierit eſſe hæreticum; ſed ſupradicta circunſtantia ſpeciem mutat, ſecundum communem, ergo neceſſariò eſt Confitenda. *Io. Capeauill. loc ſpracitat. q 3 & Clau. Reg. lib. 8. c. 4. num. 9.* ſecus tamen dicendum eſt de puero virgine; Puer enim virgo perdens ſuam Virginitatem per primã copulam carnalem illicitam, non tetur hanc circunſtantiam exprimere in Confeſſione. *Caietan 2. 2 q. 154. art. 4. ad dub. 2. Armill. & Tabien. verb ſtuprum. Nauar. cap. 16 num 3.* Clau. *Reg. loc citat Azor. d. p 3. lib. 3. c. 11 q. 2.*

85 Hæc tamen communis ſententia circa Puellam Virginem, vt conſulatur pudori tum Cõfeſſariorum, tum ipſarum Virginum pęnitentiũ, quib. valdè graue eſt, vel interrogare, vel confiteri hanc circunſtantiam, a quibuſdam non malè, vt apparet, limitatur, niſi Confeſſor, ſtatum perſonæ cõfitentis nouerit; vt in monialibus, verbi gratia ſi monialis, vel alia puella confiteatur; quæ in copulam conſenſit, vel admiſit illam, vt puta cognita fuit a viro, vel proprijs manib. aut alio modo perdidit ſuam virginitatem, non debebit neceſſariò confiteri ſe virginẽ fuiſſe, quia ſtatus eius ſatis hoc indicat; & ſi fortè illa, vt dixi corrupta ſit, non debebit etiam neceſſario dicere ſe corruptã ante fuiſſe: quia præcedens corruptio peccatum extenuat. Sic limitat hanc communem doctrinam *Angles in florib. in 4. ſent q. de Confeſſ. art. 4. de integrit. Confeſſ. diffic. 8. An circumſtantia ſtup. ſit neceſſ confitenda. Ioan. Capeauill. loc ſupracitat. d. quæſt. 3.*

Quo ad abſolutionem. Primò Cõfeſſarius animaduertat, an ſtuprator in aliquam excommunicationem inciderit; Vt ſi ſtuprum cũ virginis raptu ſit coniũctum, & matrimonium
86 ſit contractum; Matrimonium enim illud nullum declarandum eſt, & ipſe ſtuprator ipſo facto excommunicatus eſt, perpetuò infamis; ac etiam ſi illam nempe mulierem raptam duxerit in vxorem, ſiue nõ duxerit, decenter arbitrio iudicis dotare debet. *Cõcil. Trid. ſeſſ 24. c 6.* Quæ quidem abſolutio cũ nemini ſit reſeruata, ab omnibus Confeſſarijs ob Ordinario ritè approbatis abſolui poterit.

Si etiã ſtuprum cum Virgine Deo dicata intra ſepta monaſterij perpetratum ſit, tunc, vt ſupra dictum eſt,
87 excommunicatione Summo Pontifici reſeruata innodatur per ſupradictã Bullã Greg XIII. An autem Epiſcopus poſſit ab illa abſoluere, ſi caſus ſit occultus, vigore *Conci. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de reformat.* Vbi expreſsè conceditur ipſis Epiſcopis, vt poſſint in quibuſcunque caſibus occultis, ſed Apoſtolicæ reſeruatis, quoſcunque delinquentes ſibi ſubditos, in foro conſciẽtiæ abſoluere; vide ſupra *1. p q 2. nu. 80. fol 30.*

Secundò, An ſtuprator virgini ſa

tisfe-

Digitized by Google

tiſfecerit. Sed notandum quod cum
88 multifariè virgo violatur, vt ſupra dictum eſt, hinc multifariè etiam dãnum ſibi illatum, ob virginitatẽ abreptam, reſarciendum eſt. Qui ergo importunis precibus, blanditijs, & magnis promiſſis, & præmijs virginem violauit, ſi præces erant importunæ, & ſuaſiones vehementes, tenetur in foro cõtentioſo illam in vxorem ducere, vel dotare, ſecũdum *Nau. Man. c. 16 num. 16.* in foro vero cõſcientiæ tenetur etiam ad ducendam, vel ad faciendum id, quod illa maneat contenta, vel ad reſarciendum ei omne damnum, quod ex tali violatione illi euenerit; & in primis tantum, quanto maioris ægebit, quo talem adipiſcatur maritum, qualem manens virgo adipiſceretur, iuxta arbitrium boni viri, quod ſenſit *D. Anton p. 2. titul. 5. c. 6. §* 1. & ad aliquid amplius, ob verecundiam, quam tota vita ſua paſſura eſt, & ob contumelias, quas ob id a marito eſt acceptura, ſi corruptionem aduertat; non tamen obligatur ad eam dotandam, quoniam cum id pœna ſit, hinc in foro interiori non debetur, donec a iudice imponatur. *Nau. loc. citat. num. 17. Ioan. Capeauill. vbi ſupra q. 3. diffic.* 1. Quæ profectò ſatisfactio fieri debet ipſi virgini ſtupratę etiam ante iudicis ſententiam, augendo videlicet eius Dotem, ita vt Dote ſic aucta, cõſequi poſſit tam honeſtum maritum, vt conſequi potuiſſet alioqui minore Dote ſi non fuiſſet corrupta; aut ſi illa nubere nolit, tantum ei ſuppeditare tenetũ, quãtum ſatis erit, vel vt continenter viuere valeat, in ſeculo, aut Monaſterium ingredi, ſi ipſa voluerit; Imò in vno caſu in foro conſcientiæ tenebitur ſtuprator totam Dotem ei dare, vt honeſtum Matrimonium ineat, ſ. ſi circunſtantiæ tales ſint, vt iudicio prudentis viri non aliter poſſit iuſtè, & æquiualenter virgini violatæ ſatisfieri. *Clau. Reg. lib. 11. c. 2. nu. 30.*

89 Qui etiam virginem ſeduxit promiſſionibus, & mendacijs, tenetur eã in cõiugem ducere, vel dotare iuxta *text. in c. 1. de Adult.* quæ quidem dos conſtitui debet ſecundum conſuetudinem regionis, qualitatem puellæ, facultatem, atque eius dignitatem: *l. penul C. de Epiſc. audient. l. quæro. ff. de iure dot. l. ſiue generalis. ff. de leg. 3. c. nullum. 30. q.* 5. ſed aduertẽdũ, quod accipere in coniugem, aut dotare, procedit in foro exteriori, & ſpectat ad pœnam criminis, quæ in foro conſcientiæ, cum ante cõdemnationem non debeatur, *gloſ. in c. fraternitas. 12. q. 2.* poteſt abſolui, ſi per Iudicem nõ fuit condemnatus, dummodo reſarciat damnum ipſi Puellæ ſtupratæ dando illi, quantum eſſet datura alteri viro ratione deflorationis, ita *Anton de Butr. in c. 1. de Adult. D. Anton. 2 p. titu. 5. cap 6. §. 1. Couarru. de ſponſal. 2. p. c. 6. nu.* 15. Vnde ſi quis virginem prius duceret pro centum ſolidis, & nunc non vult cum centum, dabit ducẽta; nam huius damni occaſionẽ dedit. *c. fin. de iniur. Graff. p. 1. lib. 2. dec. aur. cap. 79. num.* 2.

Item qui per vim, dolum, & fraudem virginem defloraut, etiam ſi illa æquæ benè nubat, ac ſi violata nõ
90 fuiſſet, tenetur ad reſtitutionem faciendam tam virgini, quam parentibus eius, ratione damni in bonis temporalibus, & in honore; & ratio eſt quia irrogatur iniuria virgini, illa nõ conſentiẽte, vbi enim vis, aut dolus, & ibi iniuria, ergo reſtituere tenetur totum damnum. quod intulit virgini, & parẽtibus eius; per accidens n. eſt, quod ita benè nupſerit, ac ſi virgo fuiſſet. Per vim autem ex communi omnium ſentẽtia intelligitur, Primò, quando vis corporalis ei fuit illata. Secundò quãdo metu mortis, aut alio metu graui id fecit. Tertiò quando mendacijs, & falſis promiſſionib. id fecit, tunc enim non liberè conſentire cenſetur; & idem ſi vanis, & impoſſi-

poſſibilibus; quod intelligo, ſi illa crediderit; ſi enim ipſa ſciebat eſſe impoſſibilem, vel certè non condecentem, & iuſtam, non poteſt dici decepta. Quæ quidem ſatisfactio erit, ad arbitrium boni, & prudentis viri facienda, augendo eius Dotem, eo modo, quo ſupradictum eſt. *Clau. Reg. loc. ſupracitat. num. 29.* & eſt communis o-
91 pinio doctorum, eum qui inuitã virginem corrumpit, loco reſtitutionis obligari ad eam in vxorem ducendã, vel ad eam commodè dotandam, vel ſaltem ad procurãdum, vt pro ſui ſtatus conditione, ac ſi virgo eſſet, nubat, vel habeat, quib. commodè poſſit nubere. *Azor. p. 3. inſt. moral. lib. 5. cap. 5 quæſt. 2.*

Qui autem corrupit virginem vltrò ſe offerentem, vel leuiter rogatã; ad nihil ei reſtituendum tenetur in
92 foro conſcientiæ ſecundum communem, quam refert. *Nau. loc. ſupracitat. num. 16. & tenet Sot lib. 4. de iuſt. & iur. q. 7 art. 1. ad 2. Cordub. in Quæſt. lib. 1 q. 13. dicto. 4. Silueſt. verb. luxuria. quæſt. 5. Angel. verb. ſtuprum. num. 1. Azor. loco citat. quæſt. 3.* & ratio eſt, quia Scienti, & Sponte conſentienti non fit iniuria, nec dolus. *capitu. ſcienti, de Regul. Iuris in 6. Nauar. loco citato.* vbi etiam dicit, quod lex quæ obligat ad ſoluendum aliquid ei, quam deflorauit, agit de decipiente. *c. 1. de Adult.* In foro tamen contentioſo te-
93 netur ad illam ducendam, vel dotandam, quia virgo in foro exteriori ſẽper præſumitur decepta eſſe. *Ioan. Capeauill. d. q. 3. diffic.* 1. At licet omnia ſupradicta vera ſint; licet ſi Puella ſponte cõſenſit de rigore iuſtitiæ ſtuprator ad nihil ei tenetur reſtituere, niſi quod ei fortè promiſſit; tamen ſi conſideretur damnum, & dedecus parentibus illatum, in foro conſcientiæ quilibet iuſtus, & fidelis Chriſtianus ſe ſentiet obnoxium, ad reſarciẽdum damnum illatum parentib. quibus incumbit eam locare, vel nuptui tradendo, vel Monaſterio eam dedicando. Si ergo ſtuprator ſit diues, & puella ſit paupercula, licet nulla vis, & dolus, vel importunitas adfuerit, aliquam nihilominus illi facere reſtitutionem in aliqua parte Dotis tenetur. Ratio eſt, quia in tali caſu videtur interceſſiſſe quoddam pactum ſaltem implicitum, & tacitum, de reddenda illi aliqua Dotis parte, & ſub hac ſpe illa conſenſiſſe, pactum autẽ etiam implicitum tenetur quiſq. ſeruare, & confirmatur: quando enim Virgo eſt nimiũ pauper, virginitas, quæ prima Dos eſt illi, non erat ſufficiens ad tradẽdam illam Religioni, vel Nuptui, aut conſtituendam in aliquo ſtatu; vnde videtur rationabiliter eo animo conſenſiſſe illi Diuiti, vt pecunia pro ſtupro demandanda, eſſet ei pro Dote, vel ſaltem in partẽ Dotis. Hæc concluſio veriſſima eſt, maximè ſecundũ pietatem Chriſtianam, & docuerunt illam grauiſſimi viri; Quocirca caueant Confeſſarij
94 ne tales abſoluant, niſi ſatisfaciant, præcipiendo eis hanc reſtitutionem, ita *Io. Bapt. Corrad. p. 1. reſponſ. caſu. conſ. quæſit. 99.* quam ego etiam libenter, vt verè pia, amplector. Et notandum quod ſi ipſe ſtuprator fictæ promiſerit dotem eidem puellæ, tenetur tamen omnino obſeruare promiſſum, quia dolus, & fraus in hoc caſu nõ poteſt ei patrocinari. *c. ad noſtram. de emptio. & vendit. d. Corrad. loc. citat. in Addit. in fin.*

Sed quia ſæpe, imò vt plurimum accidere ſolet, quod prius ſtuprator,
95 vt virginis amore potiri poſſit, eam, animo ficto, vel etiam vero, ducere in vxorem ei polliceatur, ideo dicendum, quod qui deflorauit virginem fide Matrimoniali data, hoc eſt Matrimonium cum ea contrahi animo vero promittens, vel etiam animo ficto ad decipiẽdam eam, tunc obligatur adimplere ꝓmiſſa, ideſt tenetur eam ducere in vxorem in vtroq. fo-

ro;

Digitized by Google

ro; licet in hac promiſſione iuramentum præſtitum non fuerit, & multo magis ſi iuramēto ad id ſe obſtrinxit ita *D.Thom.in 4 ſent.diſt.28.q.1.articu. 2 & Richard ibidem.art.2 q.3. Ioan. Capeauill.loc.citat.d.q 3 diffic.1. Nauar.d. c.16.num.18. Graff.p.1 lib 2.dec.aur.cap. 79.num.3. Clau. Reg.loc.citat.num.33 et Azor.d li.5.c.5.q 4.* etiam ſi ſit Filiuſ-
96 familias paternæ poteſtati ſubditus, tenetur enim ſtare promiſſis, nō obſtante patris prohibitione, alias non abſoluendus *Graff.loc.cita.num.6.* Excipiunt tamen Doctores tres caſus. Primus eſt, ſi is, qui promiſit ſit impeditus legitimè, verbi gratia ſi ſit vir ſacris ordinibus initiatus; qui tamē tenetur in foro exteriori eam dotare. *Rodriq.in ſum.p.1.cap 207 num.2.* Vel ſi cum alia fœmina Matrimoniū
97 contraxit. Secundus caſus eſt, quando ex tali Matrimonio, grauia & magna ſcandala inde ſint ſecutura, puta quia eius conſanguinei eam veriſimiliter occiderent, vel qualitas ſtupratoris eſſet ita furibunda, & effrenata maximè ex aliqua ſuſpicione ſibi orta ex aliqua copula fortè cū aliquo, vel aliter; Vel quia parentes puellæ illa ei dare nolint. Vel ſi aliquod ante copulam cognationis, vel affinitatis impedimentum ſubſit, vel poſtodum interuenerit. Tertius caſus eſt; ſi ſint ſtatu, vitæ conditione, valde diſpares, vt puta ſi vir eſt Illuſtris, vel Nobilis, vel officio, aut dignitate cōſpicuus; & fœmina ſit, vel Ruſtici hominis, vel opificis filia, vel Ancilla; quo caſu præſumi poteſt, illam fingere ſe deceptam, ſed non eſſe; cum nō ſit locus pręſumptionib. in foro conſcientiæ, quia illa allegare nō poteſt ſe deceptam eſſe, quia non eſt decepta, vel non debuit decipi; Quare nō tenebitur neceſſariò ad eam ducendam, vel dotandam, ſed ad dandum ei tantum, quantum magis opus habet ad talem Maritum adipiſcendū, qualem ſi non eſſet infamata adipiſceretur, vel reponendam eam in aliquo ſtato honeſto, ſi cōſentire velit, in quo Dei obſequio viuat, vt etiam ſupra dictum eſt, ita ex *Nau loc ſupra cit.num.18. Ioan. Capeauill q.3. diffic 1. Graff d num.3 & Azor d c.5. q 3.* & hoc verum eſſe multi aiunt, ſi ipſa id ſciuerit, tūc enim facile ſuſpicari potuit ipſum ſimulatè Nuptias promittere, quo copulam extorqueat; ſi vero ipſius conditionem omnino ignorauit, multi probabiliter tenent, poſſe pecunia compenſare.

98 An autem qui ex intentione animi promittit ſe ducturam in vxorē puellam quam violauit, teneatur eam ducere etiam in caſu quo ſit vitæ ſtatu longè ſuperiori, & etiam in caſu quo ſecutura magna ſcandala probabiliter timentur, vel creduntur. Reſpōd. eum eſſe obligatum etiam in eo caſu, quo vitæ ſtatu eſſet lōgè ſuperior; q̃a verè, & ex animo promiſit ſe ducturam eam in vxorem, & ſibi imputet, ſi puella ſit vitæ conditione inferior, ſi quidem eam conditionem nouerat, & nihilominus promiſit ex animo, & nihil refert, quod hic cōtractus non ſit ex vtraq; parte æqualis, quia quiſque poteſt liberè cum alio contrahere cum detrimento, & iactura ſua, & cum inæquali conditione ex parte ſua: poteſt enim quiſque cędere iuri ſuo; Item ſcienti & volēti, non fit iniuria. In caſu vero vbi ſecutura creduntur multa, & magna incommoda, diſtinguēdum eſt; ſi enim ea incommoda, & damna violator puellæ præuiderit, tunc videtur eſſe obligatus ad ducendam eam, quia ſibi imputare debet damna, quæ eueniunt ſibi; ſi autem damna ſint aliorum, & non ſua, tunc non tenebit eā ducere, ſed tenebitur eam dotare, vt commodè poſſit nubere, ac ſi virgo eſſet. Si autem damna non prænouerit, quæ ſi prænouiſſet, non promiſiſſet, tunc nō videtur obligatus ad ducendam eam, quia non videtur facta

pro-

Digitized by Google

promiſſio ex animo, tenebitur tamē ei prouidere de dote commoda, quò poſſit nubere, ac ſi virgo eſſet. *Azor. loc. ſupracitat. difficul* 2. Vnde ſi puella habebat aliquam Dotem, cum qua Matrimoniū honeſtè inire poterat, ſi non violata fuiſſet, puta mille Aureos; ſi poſt huiuſmodi ſtuprum non inueniat virum ſibi æqualem niſi cū dupla Dote, tunc in hoc caſu ſtuprator tenebitur illi dare mille Aureos, vt ſic habeat cum ſuis, duo millia, & ſic honeſtè Matrimonium contrahere poſſit, vt notat *Clau. Reg. d. lib.* 11 *c.* 2. *num.* 33.

99 Sed quid ſi Puella virgo ſit in ſtatu longè ſuperior, & non vult nubere ei, qui violauit eam, aut parentes eius nolunt tradere eā Matrimonio, an corruptor puellæ teneatur ei aliter ſatisfacere ob virginitatem amiſſam, Reſpond. eum teneri ad ſatisfaciendum dictæ puellæ, nam liberum eſt puellæ corruptæ, ob fictam promiſſionem de accipiēdo in vxorem; Vel nubere falſo promittenti: vel honeſtam Dotem ab eo exigere. Vnde violator tenetur ad alterutrū, quod puella maluerit; nam ficta promiſſione, & fraude corrūpere, perinde eſt, ac ſi per vim puella corrumperetur. *Azor. loc. ſupracit. difficult.* 4.

Si vero violator, & puella ſint æqualis conditionis; ſi corruptor illius ab ipſa puella, & eius parentibus repellatur a coniugio, tunc nihilominus tenetur ipſe corruptor honeſtam Dotem illi concedere; quia liberum eſt puellæ per fictam promiſſionem corruptæ, vel nubere ipſi corrumpenti, vel ab eo idoneam, & ſufficientem Dotem exigere. *Azor. loc. citat.*

100 Et ſi promiſſit puellæ ſe ducturū eam in vxorem, ea tamen conditione, vt non ſe tradat cognoſcendā alteri; ſi puella alium cognouerit, tunc ſtuprator non tenetur eam ducere; quia ex quo huiuſmodi conditio honeſta ſit, & poſſit peti tamquam præmium integritatis, ſi puella cōditionem nō ſeruet, eo ipſo ille excuſatur ab eius coniugio; obligatur tamē ad aliquid dandum puellæ, vt commodè poſſit nubere, quia licet nō teneatᷓ ad eam ducendam ob non ſeruatam a puella conditionem, non tamen liberatur ab obligatione reſarciendi damnum illatum puellæ, ob amiſſam virginitatem. *Azor. loc citat. diffic.* 6.

101 Et ſi promiſſit puellam ducere, q̄ putabat eſſe virginem, & tamen corruptam inuenit, in hoc caſu non tenetur eā ducere; & hoc ſiue ei promiſſio facta ſit ſub conditione, ſi te virginem inuenero, ſiue ſine tali conditione. *Azor. loc. citat. diffic.* 7.

Qui rem habuit cum ea quam putauit eſſe virginem, & nō erat, etiam
102 ſi precibus importunis, & pollicitationibus magnis copulā extorſerit, nihil tamen ei reſarcire tenetur in foro conſcientiæ ob virginitatem amiſſam, quia Virgo non erat, ob famam tamen ereptam, ſi cauſa fuit, vt illam perderet, aliquid arbitrio boni viri reſarcire tenet, quod adnotauit *Maior in* 3. *ſent. diſt.* 37. *q.* 33. Dixi in foro conſcientiæ, quia in foro fori in iſto caſu tenetur ad ducendam, vel dotandam illam, quia in illo præſum ī virgo fuiſſe, niſi ille probet contrarium quod ordinariè difficilè eſt. *Io. Capeauill. loc. citat. q.* 3. *diffic.* 1.

Qui etiam vi, fraude, vel precibus importunis rem habuit cum aliqua iam ab alio corrupta, quæ tamen cō-
103 muni æſtimatione virgo reputabatur, & in populo virgo habebatur, cuiuſcunque conditionis illa ſit, ſiue æqualis, ſiue inæqualis, licet nō teneatᷓ eam ſibi in vxorem copulare, nec aliquid, ratione integritatis, ſeu ob virginitatem ereptam, ei reſtituere, in foro conſcientiæ; ob famam tamen eius læſam, ſi eam infamauit, ſi culpa ipſius viri hanc infamiæ labem contraxit, ex communi ſententia tenebitur ei aliquid arbitrio boni viri reſtituere.

tuere. *Io. Maior. in 4. ſent. diſt. 37. art. 33. Nau. in Man. c. 16 num. 19. Cordub. lib. 1. Quæſtionar. q. 13. d. 5. & tract. de caſib. conſ. caſu 48. & 49. Graff. p. 1. lib. 2. dec. aur. c. 79. num 9 Clau. Reg. d. lib. 11. c. 2. num. 36. Azor d. lib. 5. c. 5. difficul. vndecima Lopez in Annotat. ad Diaz. c. 85. Reginal. lib. 10 c 22 num. 327. & ſeq. & lib. 22 c 3 num. 23. Rodriq. in ſumm. p. 1. c. 207 num. 2. in fin.*

104 Sed quid dicendum, ſi Titius habens votum Caſtitatis, vel Religionis, vi, vel fraude, ſub ſpe, vel pacto Coniugij vitiauerit verbi gratia Palladiam Puellam, an teneatur ducere eam in vxorem diſpenſatione petita ſui voti, an vero poſſit liberè ſuũ votum implere. Reſpon. eum teneri ad diſpenſationem ſui voti procurādā, & ea obtenta obligari ad eam ducendam in vxore: ratio quia in hoc caſu cōcurrunt duæ obligationes, vna voti, altera reſtituendi damnũ contra iuſtitiam illatum virgini; & hęc ſecũda habet maiorem vim, licet præceſſerit obligatio voti quoniam iure naturali tenemur damnum reſarcire: ſicut v.g. ſi Titius promiſiſſet ſe daturum cētum in eleemoſynam, & poſt promiſſionem hanc intuliſſet damnum Caio, quod reuera æſtimaretur centum, ſi poſtea non habuiſſet niſi centum, ita vt vtrunque nimirũ eleemoſynam præſtare, & damnum reſarcire non poſſet, reuera teneretur illa centum dare ad reſarciendũ damnum, & ceſſaret obligatio præſtandi promiſſam eleemoſynam, quia eleemoſyna dari non debet de eo, quod eſt debitum alteri pro damno ei cōtra iuſtitiam illato. Idem eſt dicen-
105 dum, ſi Titius non vitiauit Palladiam virginem, ſed ſub ſpe coniugij, ita cum eo familiariter egit, vt in populo ſuſpicio magna ſit concepta, ꝙ eam corruperit, nam tūc perinde eſt, ac ſi vitiaſſet, ac corrupiſſet eam. Vnde tenetur eam ducere, quantumuis votum habeat Caſtitatis, & Religionis, habita tamen prius diſpēſatione ſui voti. Idem dicendum, & potiori ratione, ſi Titius prius vitiauit puellam ſub ſpe, vel promiſſione cōiugij, & poſtea votum ſimplex caſtitatis, vel Religionis emiſſit: Nam tenetur potius ad damnum puellę reſarciendum, quam ad votum implēdum. In quibus caſibus non eo ipſo, quod dicimus, Titium obligari ad ducēdam in vxorem Palladiam puellam quam corrupit, liberamus Titium ab obligatione voti, ſed dicimus, eo ipſo Titium obligari ad ſui voti diſpenſationem petendam, quia adeſt iuſta cauſa, qua votum relaxetur. Et licet ſimpliciter ei votum non relaxetur, iuſta tamē ſubeſt cauſa, vt relaxetur ex parte, vt licitè poſſit eam ducere vxorem, quam corrupit, ea tamen conditione, vt ſi ea mortua ſuperſtes fuerit, teneatur ſuum votum implere. *Azor loc. ſupracit. difficul. 10.*

Quod ſi Titius vni puellæ promiſit ſe ducturam eam in vxorem, & poſtea alteri puellæ promiſit idem,
106 cui illarum fidem præſtare tenebit. Reſpon. ſi neutram corrupit ſub ſpe Coniugij, nec infamię ſuſpicione maculauit, obligari ad priorem ducēdā, quia cũ ambæ promiſſiones ſint ſimplices, obligat ea, quæ prior eſt tempore, quia illa pręcedente iure nō potuit ſe obligare ad ſecũdam, imò nec iurare, quia iuramentum non debet præſtari contra id, ad quod ſumus alioqui obligati. Si tamen ſecundam corrupit ſub ſpe Coniugij, tenet̃ eam ducere, ratione damni illati. *Azor. d. p. 3. lib. 5. c. 5. diffic. 10. in fin.*

In caſu vero quo deflorator virginis in facie Eccleſiæ cōtraxerit cum ſecunda tunc non tenetur defloratā
117 ducere, ſed obligabitur ſtare cũ ſecunda conſenſu interiori, & exteriori. *arg. tex. in c. penul. de ſponſa duo.* tenebitur tamen primæ quæ eſt violatæ ſecundum Doctores prouidere de Marito, aſſignando ſibi Dotem competentem,

Digitized by Google

tentem, ex quo eam decepit *Graff. loc. supracitat. num.* 10.

Et ſumoperè animaduertẽdũ eſt, quod violator virginis, quouis modo in ſupradictis, vel alijs ſimilib. caſibus, illam ſtuprauit, obligatur in vtroque foro ad placandum illius pa
108 trem, & ad ſatisfaciendum illi pro iniuria illata ſecundum Sanctum *Th. 2.2.q.154 art.6.ad 3.& Caietan. ibid. & D. Anton. p.2. tit.5.c.6.§.1. Nau. in Manual. loc. citat. num. 18 in fin. Ioan. Capeauill. d.q.3. diffic. 1. in fin. Io. Bapt. Corra p. 1. reſp. caſ. conſ quaſit.* 99. & ratio eſt, quia cum iuxta *gloſ. in c. Parochianos. de ſent. excomm.* Qui iniuriam facit filijs, facit & Patri. Cum Patri commiſſa ſit cuſtodia virginitatis ſuæ filiæ ſecundum illud *Eccl. c. 42. ſuper filiam luxurioſam firma cuſtodiam, nequando faciat te in opprobrium venire inimicis.* ideo ex eius defloratione fit iniuria nõ parua ipſi Patri ſub cuius cura virgo manebat; & ideo violator pro huiuſmodi iniuria ſibi illata, tenetur ad illum placandum. Quæ quidem pla-
109 catio non conſiſtit in aliqua reſtitutione pecuniarum ei facienda, nam *D. Thom. loc. ſupracitat.* quamuis dicat fieri aliqualem iniuriam Patri in hoc caſu, ſub cuius cuſtodia puella eius filia eſt, nihil tamen de reſtitutione dicit. Et ideo prædicta placatio conſiſtit in hoc, ſi ex huiuſmodi ſtupro fit iniuria Patri, verbi gratia in honore, in fama, &c. ſufficit quod ſibi fiat aliqua ſatisfactio in eodem genere, illũ videlicet honorando, & procurando vt fama illius non minuatur, vt notat *Clau Reg. d. lib. 11. c. 2. num. 26. prope finem.*

Et circa Mulierem ſtupratam, notandum, quod ſi virgo vi corrupta, poſt acceptam Dotem a ſtupratore,
110 inueniat Maritum ita bonum, honoratum, & diuitem, ſicut inueniſſet ſi eſſet virgo, qui illã accipiat in vxorem ſolum cum Dote quã Pater puellæ ſibi aſſignauerit; tunc puella non tenetur reſtituere prædicto ſtupratori, Dotem quam ab illo recepit. Et idem dicẽdum, ſi poſt receptam Dotem, puella moriatur; vel ſi ingrediatur Monaſterium, quod illã ſine Dote recepiſſet; aut Nuberet viro honorato, qui illam abſq; Dote voluiſſet, in his caſibus enim, nulla reſtitutio eſt facienda, vt tradit *Petr. de Nauar. lib. 2. de reſtitu. c. 3. num. 437. Rodriq. in ſum. p. 1. c. 207. num. 4. & Leſſius. lib. 2. de iuſt. & iur. c. 10 dub 2. num. 17.*

Mulier, quæ decepit virum quendam nobilem, aſſerens eſſe virginẽ, cum reuera non ſit, propter qđ non
111 ſolum in coniugium eam ſibi copulauit, ſed etiam ingẽti ſumma Aureorum eam dotauit, tenetur omnia reſtituere eius hæredibus, ſi comprobetur, quod vir ille Defunctus Nupſit cum ea, ſolum quia virgo erat, & ob eandem rationem dotauit eam; & ẽt quod ille prædictam fraudem non agnouit, quia ſi cognouiſſet, & poſtea cum ea vitam Maritalem duxiſſet, videtur quod illi dolum peperciſſet, & iterum dotem ei donaſſet. Sed ſi prefatus vir etiam ſi hoc nouiſſet, tamẽ eam in coniugio ſibi copulaſſet, ac eã ob ſuam nobilitatem, & pulchritudinem, dotaſſet; tunc Mulier tenebitur reſtituere ſolum id quod vltra, Dotem, putans eſſe virginem; illam dotauit. Quæ reſtitutio facienda eſt hæredibus eius, quod ſi nullus hæres reperiatur, tunc pauperibus fieri debet, prout tradunt *Cordub. Deciſ. Caſu. conſcient. 9. & Aloyſius Lopez in inſt. conſ. p. 1. c. 76. Rodriq. loc. ſupracit. num. 12.*

An autem ad aliquam reſtitutionẽ teneatur illa, quæ aſſeruit ſe fuiſſe ſtupratam a quodam Nobili, & ea rõne
112 extorſit ingentem aliquam Dotẽ, ſi illa verè ſtuprata non fuit, cum ante ab alio corrupta fuiſſet, dicendum videtur, quod ſi Nobilis ille hac ſola ratione, quia ipſam putauit ſe reperiſſe virginem, & ſtupraſſe, illam dotauit, alias non dotaturus ſi in copula

depre-

deprehendiſſet defectum virginita-
tis, tenetur ad reſtitutionē, ſecus eſt,
ſi alias etiam deprehenſo defectu do
tatuius fuiſſet puta, qa pulchra erat,
& ingenua, vel alias illi multum gra-
ta. Sed ſi fortè ratione iacturæ,& de-
fectus virginitatis non tantam dotē
illi aſſignaſſet illo caſu, non totum,
ſed tantum exceſſum illa reſtituere
debebit, inquantum probabiliter cre
ditur illi auxiſſe dotē, quia credidit.
illa eſſe Virginē. Ratio iſtorum om-
niū eſt, quia in hac donatione fraus
eſt nec ſubſiſtit cauſa, ſcilicet Virgi-
nitas, ob quā donatio facta eſt. *Io.Ca-
paeuill.d.q.3.diffic.2.*

Quid autē dicendū ſit, ſi caſus oc-
currat, quod, Verbi gratia, Mulier
113 violata habeat penes ſe res quaſdā
ſtupratoris, an teneatur eos reuela-
re ob monitoria generalia, ac illas
reſtituere,& dicendum, quod non te
nebitur ad monitoria generalia re-
uelare Mulier habens res quaſdam
Amici ſui, qui eā ſtuprauit,& dotē ei
promiſerat, eſtq; defunctus, nam po-
teſt tuta conſcientia eas ſibi retinere
pro ſatisfactione & iuſta recompen-
ſatione, donec ſibi Dos promiſſa ſol-
uatur; Quinimo nec Amicus defun-
cti alias res, quas ſtuprator apud ſe
ſecretò reliquit in confidentia vt ei-
dē Mulieri daret in reccompenſam
debiti, reuelare tenetur, ſed prædi-
ctę Mulieri dare debet cum hoc one-
re, vt quoties mulieri ſoluatur Dos
promiſſa, hæredibus defuncti reſti-
tuātur prædictæ res, vt tradit *Cordub.
in tract.de caſib.conſ.in 2.editione.queſt.*
181.& refert ſequendo *Gutierez. li.1.
Canon.Quæſt.c.11.num.67 ita Petr.An
ton.* Lazar. *de Monitor.ſect.2 q 9.nu* 11.

114 Et cum, prout experientia docet,
ſæpe fœminæ ſunt fallaces, nam va-
rium,& mutabile teſtimonium ſem-
per producit fœmina.*c.forus.de verb.
ſigni fi.*ideo dicendo ſe vi fuiſſe viola-
tas, non de facili eſt eis credendum
ſemper, quia aliquando fingunt eſſe
corruptas, cum reuera non ſint; & ſi
ſunt, non ab illis quos ipſę inſimulāt;
quocirca Confeſſarius recordetur il-
lius iudicis, qui cuidam mulieri, quæ
ſe oppreſſam ſeu violatam a quodam
dicebat, fecit dare.10.libras, in quib.
condemnauit accuſatum, poſtea di-
xit cōdemnato, quod auferret eidem
mulieri, ſi poſſet, dummodo a pręſen
tia ſua non receſſiſset, ſed ille accuſa-
tus nunquam potuit præualere, mu-
liere ſe, & pecuniam viriliter defen-
dente, ex quo iudex præſumpſit, qđ
nuſquā potuit mulier inuita cogno-
ſci, quia ex quo ſic defendebat pecu-
niam, potuiſset, ſi voluiſset defende-
re corpus ſuum, & ita fuit pecunia re
ſtituta accuſato.*Graff conſi.23.de ſent.
excomm.num.*19. Quę quidem omnia
ſupradicta accuratè, ſtudioſè ac dili-
gēter a Confeſsarijs, ne aberrare cō-
tingat conſideranda ſunt.

Tertiò animaduertat Cōfeſsarius,
An ex ſtupro natæ ſint Proles; quia
ſtuprator eas alere tenebitur; Qui ta
115 men ſi pauper eſset, ſufficeret ad Ze
nodochia mittere.*Tolet.lib.5.c.11.nu.
11.Henriq.de Matrim c.19.nu 3. in An-
not. Azor.p.2.inſt. moral.lib.2.c.5. q.7.*
vt etiā ſupra dixi in declaratione ſe-
cundi caſus reſeruati, in Tabella An-
conitana.*num.*132 *& ſeq fol.69.*

Quartò, An proximæ delinquen-
di occaſiones ſublatæ ſint, quod ſpe-
cialiter in peccatis carnis, notādum
116 eſt; quia ſine illarum amotione, ab-
ſolutio impendi non poteſt, ſecundū
communem, propter defectum con-
tritionis.

Quintò, Confeſsarius ſataget oſtē
dere. Pœnitenti enormitatem huius
criminis, ac grauitatem, inducendo
illum ad perfectam contritionē ſuo-
117 rum peccatorum. Qui enim aliquā
Puellam illicitè deflorat (pręter iniu
riam quam, ob ſtuprum, virgini & pa
rentibus eius irrogatur; Per ſtuprum
enim aufertur ab ipſa Puella virgi-
nitas, quæ eſt incomparabilis theſau-
rus.

Digitized by Google

ſus. *Eccleſiaſt*. 26. quæ ſi ſemel amittatur, nunquã recuperari poteſt, iuxta illud. *Nulla reparabilis Arte, Leſa pudicitia, deperit illa ſemel. cap. ſi Paulus 32 q. 5. Dec. in l. verũ, ff. de reg. iur.* (Tot fornicationum quas poſtmodum admittit, illi cauſam præſtat, ſicut ille q primo vineæ clauſuram frangit, occaſio eſt illius damni, quod poſtea, qui ingrediuntur, non alias ingreſſuri, culpabiliter inferũt. Per tale enim ſtuprum conſtituit puellam in periculo fornicandi, ac in via meretricandi. vt ait *D. Tho. 2. 2. q. 154. art. 6. Graff. d. conſ. 23 de ſent excom nu. 37*. Nec du-
118 biũ, Puellas recenter ſtupratas coitus eſſe appetẽtiores, cum facilius ſit virginitatem ſeruare, quam poſt corruptionem ſe continere. *Gloſ in capit. reperiuntur de pœnitent. diſtinct. 3.* Vnde Ariſtot. *lib. 7. de hiſtor. Animal. capit. 1.* ſuadet puellas tum maximè cuſtodiẽdas, cum Menſes habere incipiunt; tunc enim præcipuè ad vſum rei venereæ incitari ait; & ibi illud ſubiungit eas, quæ admodum puellæ concumbunt libidinoſiores per totã ętatem euaderet. *Tiraquel. lib. 0. l. connubial. nu. 119.* Quare violatores earum haud dubium grauiſſimè peccãt. Hoc enim delictum eſt tam graue, quod *l. 1 § qui puero. ff. de extraord. crim. Clar. in §. ſtuprum, & Proſper. Farinac. de delict. carnis q. 147. num. 8. & Graff. loc. ſupracit. d. num. 37.* dicunt, ſi virgini vis inferatur, ſtupratorem pœna mortis puniri.

Denique ante abſolutionem, iniũgat ei ſalutarem, ſed grauiſſimam pę-
119 nitentiam, ſecundum qualitatem perſonæ tam violatoris, quam puellæ violatæ, non ſolum pro peccatis ſatisfactiuam, ſed etiam præſeruatiuam; In hac enim præcipuè debet eſſe ſcopus Confeſſorum; iniungat inquam illi, vt frequentius Confiteatur, puta ſemel, vel bis, vel etiam ſępius in menſe; vel quoties accedat ad viſendam eam, vel colloquatur cum ea, vel ad illam ſcribat, quãdam ſummam pecuniæ ſoluat, illam applicando locis pijs, puta Eccleſię paupercu læ, puellis virginibus orphanis, vel alijs miſerabilibus perſonis. Vel q̃d in illo die vel ſequenti, in pane & aqua ieiunet. Coronam, vel Roſariũ Beatiſſimę Virginis nudis genibus la cta terra, deuotiſſimè recitet, vel q̃d aliud ſecundum quod Confeſſarius videbit in domino pro ſalute animæ ſuæ magis expedire: & hęc pro huius quinti caſus reſeruati declaratione, dicta ſufficiãt, ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſexti caſus reſeruati, eiuſdem Tabellæ Camerinen. qui talis eſt.

Inceſtum vſque ad ſecundũ incluſiuè Conſanguinitatis, vel Affinitatis gradum, & cum ſpirituali Cognatione committentes.

PRo declaratione huius ſexti caſus reſeruati, cum ad litterã ſub eadem forma verborum, etiamreſer uatur in Tabella Recanaten. Caſu 1. vbi etiam eius optima habetur declaratio, ideo nunc hæc pauca pro illius declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſeptimi caſus reſeruati eiuſdem Tabellę Camerinen. qui talis eſt.

Nephandum ſcelus cum maſculis, mulieribus, & brutis.

PRo declaratione huius ſeptimi caſus reſeruati, qui duas continet partes, Prima eſt nephãdum ſcelus cũ maſculis & mulieribus; Secunda vero eſt Coitus cum brutis. Prima pars

cum iam reperiatur declarata ſupra in explicatione quarti caſus reſeruati in Tabella Anconitana, ideo de ea nil reſtat modo dicendum. Quo ergo ad ſecundam, quæ eſt, vt dixi, Coitus cum brutis. Notandum quod dicendo Coitus cum brutis, idem eſt, ac ſi diceret cum beſtijs, quia appellatione brutorum veniunt omnia animalia terreſtria, & Piſces, & Aues; & ideo præter ea, quæ dixi ſupra in declaratione tertij caſus reſeruati in Tabella Vrbini, incidunt in hunc caſum, non ſolum, qui coeunt cum aliqua beſtia terreſtri, ſed etiam cū brutis, vt Gallinis, Anſeribus, Collumbis, & ſimilibus, vt notat *Graff. in prax. lib. 1. ca. 12. nu. 2. & 11.* Et hæc pro huius ſeptimi caſus declaratione dicta ſufficiant, ad laudē & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

IN nomine Dñi Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio octaui caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Camerinen. qui talis eſt.

Scripturarum falſificatio, & ſuppreſſio, in aliorum præiudicium; & falſa in iudicio depoſitio.

PRo declaratione huius octaui caſus reſeruati; Quid ſit Scripturarum falſificatio & ſuppreſſio in aliorum præiudicium; Quidvè ſit iudi-
121 cium, necnon & falſa in iudicio depoſitio, & cætera omnia pertinentia ad hunc præſentem caſum, cū habeātur ſupra, partim in explicatione ſeptimi caſus reſeruati in Tabella Anconitana, fol. 98. plenè autem in declaratione ſexti caſus reſeruati in Tabella Piſaurenſi; ideo pro eius declaratione hæc modo dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio noni caſus reſeruati eiuſdem Tabellę Camerinenſis, qui talis eſt.

Votorum commutatio.

PRo declaratione huius noni Caſus reſeruati, præter ea quæ dicūt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt votorum commutatio.*
2 *Quando commutantes vota incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt à Confeſſario, circa confeſſionem & abſolutionē pęnitentium vota commutantium.*

CIrca primum; antequā quid votorum commutatio ſit, dicamus, prius quid votū, quidvè cōmutatio ſit, operæprecium eſt, vt videamus; omiſſis er-
122 go omnibus alijs diffinitionibus; Votū eſt voluntaria & deliberata promiſſio Deo facta, aut Sanctis eius, de ijs, quæ Deo ſunt grata à ſuperiore non reuocata, propter bonum finem. *ita ex D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 12. Nau. in Man c. 12. nu 24 Tolet. lib. 4 c. 17. Graff. p. 1. lib. 2. dec. aur. c. 21. nu. 1. & p. 2. lib. 2. c. 12. nu. 4. Rodriq. in Sum. p. 2. c. 89. num. 1. Sot. lib. 7. de iuſt. & iur. q. 1. art. 2. Clau. Reg. lib. 6. c. 1. nu. 2.*

Commutatio vero, eſt vnius rei in aliam mutatio; vt v.g. cum lignū cre-
123 matur, fit mutatio ligni, in ignem. Votorum ergo cōmutatio, nil aliud eſt, niſi materia rei alicuius promiſſa Deo, in aliam rem, mutatio; puta cū quis vnum bonum, voto Deo, aut Sāctis eius promiſsū, ex aliqua iuſta cauſa impediente, in aliud bonū æquale, auctoritate Pręlati, cōmutat; v.g. cū mutat peregrinationem, in ieiuniū. *ita ex Graff. in Prax. lib. 2. ca. 43. nu 9 &*

de

Digitized by Google

de Arbitr. Confeſſ. lib. 2. cap. 75. num. 11. Tolet. lib. 4. cap. 18. nu. 10. Clau. Reg. d. li. 6. cap. 12. num. 1. Sanchez lib. 4. ca. 49. q. 1. & 2.

Et notandum quod vota quædam
124 ſunt reſeruata Summo Pontifici, & quædam Epiſcopis. Vota quæ Summo Pontifici reſeruata ſunt, enumerantur à Sixto V. in quadam ſua Cõſtitut. incip. *Decet Romanum Pontificem*, vt refert *Steph. Quaranta in Bullar. verb. Confeſſor.* vbi inquit eſſe ſex, nempe; votum perpetuæ Caſtitatis, Religionis, Peregrinationis in terram Sanctam idest in Hieruſalem, quod etiam dicitur Vltramarinum; Peregrinationis ad limina Apoſtolorum Petri & Pauli Romæ; Ad Sanctum Iacobum in Compoſtella; & votum Peregrinationis ad Beatiſſimam Virginem Mariam Lauretanam. *ita Capucin in Compend. Priuileg. Mendic. verb. votum. Nauar. Comment. 1. de Regul. nu. 21. Graff. Prax. d. lib. 2. cap. 43. num. 12. & de Arbitr. Confeſſ. lib. 2. cap. 73. num. 3. Nald. verb. Confeſſarius, num. 38.* Ex-
125 ceptis ijs omnia alia vota, vt peregrinationis. *ca. 1. de voto.* Pecuniæ erogandæ in pauperes; Ieiunandi, Caſtitatis ad tempus; Non nubendi; Suſcipiendi Ordinem ſacrum, etiam Presbyterij; Votum pęnale Religionis ante conditionis euentum. Item votum non petendi vnquam diſpenſationem, vel petita non vti, vt ait *Sot. lib. 8. de iuſt. & iur. quæſt. 9. art. 9.* & votum continentiæ coniugalis; Hęc enim ſunt reſeruata Epiſcopo, & ad Epiſcopum pertinet propriè illa cõmutare, vt ait *Gloſſ. in capit. ſi Epiſcopus verb. reſeruantur. de pęnit. & remiſſ. in 6. ita Graff. in d. Prax. loc. citat. num. 12. & 31.* & de his omnibus, & ſimilibus, reſeruatis Epiſcopis, & illorum commutatione, loquitur hæc præſens reſeruatio.

Quæ profectò commutatio, ſi vo-
126 tum euidenter fit in id quod Deo gratius, & vouenti ad voti ſui finem conſequēdum accommodatius & melius eſt, non eſt opus Prælati auctoritate ad votum illud commutandum, vt tradunt *Angel. verb. votum. 4. num. 2. Caietan. 2. 2. quæſt. 88. artic. 12. & in ſum. verb. eod. §. vlt. Sot. libro 7. de iuſt. & iur. quæſt. 4. art. 3. Nauar. Man. c. 12. num. 75. Azor, par. 1. inſt. moral. libro 11. cap. 18. dub. 1. Clau. Reg. lib. 6. cap. 12. nu. 5. & Angles in florib. 4 ſentent quæſt. de voto. art. 8. diffic. 4.* vbi expreſsè dicit, quod quando voti commutatio eſt in melius, proculdubio auctoritate vouentis fieri poteſt; habetur expreſsè in *cap. peruenit, el 2. de iureiurando, & cap. ſcriptura. de voto.* Nã qui ita adimplet votum, reddit æquiualens, & qđ magis Deo gratum eſt; vt ſi quis promiſiſſet Templo Calicem Argenteũ, & redderet Aureum. Vnde nec incidet in hunc caſum reſeruatum. Verum notandum, quod in commuta-
127 tione voti conſiderare oportet, non ſolum excellentiam virtutis, & operis in quod mutatur, ſed etiam vtilitatem vouentis, & finem voti facti; vt verbi gratia, vouit quis ieiunium vt carnis voluptates comprimet, & domet; iſte non poteſt ipſemet commutare hoc votum in orationes, & eleęmoſinas; licet ieiunium ſit actus temperãtiæ, & oratio actus Religionis, & eleęmoſina actus charitatis, quæ ſunt virtutes excellentiores; immo nec etiam rectè à Prælato huiuſmodi votum in prædicta commutari poteſt, ratio, quia actus harum virtutum nec ſunt ita vtiles, & apti ad carnem edomandam, ſicut ſunt ieiunia, & aliæ corporis caſtigationes. Sic etiã ſiquis vouit eleęmoſinam ad auaritiam comprimendam, non rectè commutatur votum illud in orationes, aut alia opera, quæ ex ſua natura ſunt digniora; dummodo non ſint æquè apta remedia, ad conſequendum finem voti, idest quod eſt in hoc caſu vouenti vtilis, & etiam Deo gratius. Cum enim Deus bonorum noſtrorũ

Digitized by Google

non egeat, id ſolum in hoc caſu cenſetur Deo acceptius, quod ad finem meliorem vouentis, eſt accommodatius. Vnde qui vouit ieiunare ſingulis ferijs ſextis, ut carnem maceraret, & videns ob hoc carnem non reprimi, poteſt ſine licentia Prælati ieiunium illud prius ordinarium mutare in ieiunium ſolius panis, & aquę, cũ hoc ſit remedium aptius ad finẽ voti con-
128 ſequendum. Item vouit quis dicere, vel audire Miſſam lectam, poteſt ſine licentia votum mutare ita vt Miſſam ſolemnem cantet, vel audiat, cum cultus Dei augeatur in eadem materia, vt conſtat. Item qui voueret dare pauperibus 30. aureos, & poſtea occurrente occaſione daret eos in dotem puellæ, cuius honor alias periclitaretur, hæc vrgens neceſſitas, & maior charitas faceret voti mutationem licitam, ob maius obſequiũ Deo præſtitum. & ſic de alijs iudicandum eſt. *Clau. Reg loc ſupracit. num. 6.*

Si autem voti commutatio fiat in
129 id quod eſt ęquale bonum, tunc neceſſaria eſt ſuperioris auctoritas, ſic *Angel loc ſupracit. num. 2. in fin. Tolet. li. 4. c. 18 in fin Eman. Sà, Aphoriſm. verb. votum, num. 2 Azor, d. par. 1 lib. 11 cap. 18. dub 2. Clau. Reg. loc cit. num. 8.* Si ẽt
130 fiat commutatio in id, quod eſt minus bonum, ſemper neceſſaria eſt Prȩlati auctoritas; & ratio eſt, quia in tali commutatione admiſcetur diſpenſatio, cum non exigatur totum votũ, ſed Pars; Ad diſpenſationem autem neceſſaria ſemper eſt Prælati auctoritas, ergo & ad commutationem in minus bonum. Quando vero commutatio fit in aliquod æquale, de quo certiſſimum non eſt eſſe magis Deo gratum, quam votum; Vel dubius & incertus eſt, an fiat commutatio in melius, tunc nõ auctoritate propria, ſed Prælati fieri poteſt commutatio. ſic *Angel. Caietan. Sot. Nauar. Angles, Azor, loc. ſupracit. poſt D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 12.* Ratio eſt manifeſta, quia cum votum ſit promiſſio facta Deo; de re illi grata, voluntas Dei non per ſubditum, ſed per Prælatum Chriſti vices gerentem, exploranda eſt, vt ipſe in Perſona Dei declaret, & determinet, quid Deo gratum, & acceptũ ſit. *Angles vbi ſupra. concl. 2. Clau. Reg. loc. cit. num. 9. & ſeq.*

Circa ſecũdum; ex hactenus dictis clarè dignoſcitur, qui nam incidunt in hunc caſum reſeruatum, & qui nõ incidunt.

Primò enim incidunt, Sacerdotes Cõfeſſarij ſęculares, qui abſq; ſpecia-
131 li Epiſcopi facultate, vota in ęquale, vel minus bonum, vel ẽt maius bonũ, cõmutare præſumũt. Dixi, vel ẽt maius bonũ, quia licet vota ſua à ſeipſis emiſſa, poſſint, ſicut alij ſeculares, in maius bonũ, propria auctoritate, commutare, circa vota autem aliorũ hanc facultatem reſtrictam habent, ita vt nullo modo ſine licẽtia Epiſcopi commutare queant.

Secundò, & ille cui Epiſcopus cõmiſerit generaliter vices ſuas, ſi abſq; eius ſpeciali licentia vota commutet;
132 ratio eſt, quia talis poteſtas intelligitur conceſſa quo ad peccata, non autem quo ad votorũ cõmutationẽ; vnde cum hæc ſint diuerſa, & ſeparata, ad illa non eſt extendenda. *l. Papinianus, §. exuli, ff. de minor.* patet, quia in generali mandato non venit id, quod ſpecialiter ſpectat ad Epiſcopũ. *argum. l. Procurator tuorum. argum. ca. 1. de offic. Archid & c. ſignificaſti. & cap. Quod translationem. de offic. legat. Graff. in Prax. d. lib. 2. cap. 43. num. 16. & ſeq.*
133 Vnde ſi Epiſcopus concedat alicui Confeſſario caſus omnes, & cenſuras ſibi reſeruatas, non cenſetur conceſſiſſe ei diſpenſationem, ſeu commutationem, & abſolutionem votorum. idem *Graff. par. 1. libro 2. deciſ. aur. capit. 13. num. 63. Et Clau. Reg. lib. 1. cap. 1. num. 6.*

Tertiò, incidit & Cõfeſſarius, qui ideo votũ commutauit, quia pęnitẽs, non

non poteſt adire Epiſcopum,& periculum eſſet non adimplendi ob fragi
134 litatem dicti pœnitentis; nec obſtat quod Confeſſor quemadmodum poteſt commutare pęnitentiam, quādo pęnitens non poteſt adire ſuperiorē, & periculum eſſet non implendi ob fragilitatem pœnitentis, ergo ita ēt & votum; quia reſpōdetur, quod hoc fallit, niſi Papa, aut Epiſcopus reſeruarit ſibi ſpecialiter quędam vota; vt ſit in hac Tabella Camerinen. *Henriq. lib. 2. de ſacra pœnit c. 22. § 1 circa fin. Graff loc. ſupracit. in Prax. num. 30. & conſil. 8. de voto. num. 15.*

Quartò, incidit etiam ipſe Vicarius Generalis Epiſcopi, ſi votum aliquod ſine Epiſcopi expreſſa facultate commutarit. Quamuis enim Vica
135 rius Epiſcopi vnum, & idem conſiſtorium faciat cum eo, quare ab vno ad alterum non poteſt appellari. *cap. Romana Eccleſia de Appellat in 6. Hoſt. in ſum. de offic. Vicar. § quis ſit Vicarius. & c. non putamus de conſuetu. in 6.* Hoc tamen intelligitur in contentioſis, non autem in foro conſcientiæ; niſi appareat, quod hoc ſibi committere voluit, puta q̄a hoc expreſſit, vel Epiſcopus tranſtulit ſe ad aliquam remotam regionem, modo Vicarius ſit Sacerdos, quia ſi Sacerdos non eſt, poteſt hoc alij delegare. *arg cap. aqua. de Conſecrat Eccleſ c excommunicati de offic legat in fin. Graff. Prax. loc. cita. num. 21. & ſeq.* Vicarius enim generalis cuiuſcunq. Epiſcopi, ſiue Archiepiſcopi, habet generale mandatum, ac eandem Epiſcopi poteſtatem, in iuriſdictionibus ſibi ab Epiſcopo conceſsā, vnde poteſt excōmunicare, cum ordinariam exerceat iuriſdictionem. *cap. ex tuæ. c tua de offic. ordin. Graff. conſil 6. de ſent. excomm. num. 13. Petr. Anton. Lazar. de monitor. ſect. 1 q. 6. num. 1.* Idem dicendum de quibuſcunque pęniten
136 tiarijs, non enim poſſunt vota diſpēſare, nec cōmutare, niſi eis ſpecialiter cōmittat. *Cla. Reg. li 6. c. 11. n. 85.*

Quintò, incidunt etiam ſeculares cuiuſcunq. ſtatus, ſexus, & conditionis, qui propria auctoritate vota ab
137 eis emiſſa in bonum equiualens, vel minus bonum (nam in melius bonū non eſt dubium, qui poſſunt) commutare audent. Littera enim huius reſeruationis, loquitur abſolutè, & generaliter dicens. *Votorum commutatio.* Verba autem generalia ſecundū ſui naturam, generaliter intelligi debēt. *l. 1. §. generaliter. de lega præſtan. l. ſi finita. § de ceteris de dam. infect.* ergo non ſolum de Confeſſarijs, vt dictum eſt ſed etiam de ſecularibus quibuſcunque vota propria auctoritate cōmutantibus, intelligendum eſt, ita enim credo, quod ſit mens, & intentio huius vigilantiſſimi Præſulis, velle ſcilicet ſub hac reſeruatione comprehendere etiam ſeculares; alias ſequeretū, quod in hoc eſſent melioris conditionis, quam Sacerdotes, cū & ipſi quoque, vota ſua ſæpius propria auctoritate commutare quotidie conſpicimus *arg. Clement. Abuſionibus. de pœni. & remiſſ.* Verum tamen ne facultas errandi cuiquā tribuatur, cum in dubijs tutior pars ſemper ſit eligenda. *c illud. de Cleric. excomm c ad audientiā. de Homicid.* hinc ſecurius cenſeo volūtatem Epiſcopi eſſe explorādam: an videlicet etiam ſęculares ſub hac ſua reſeruatione includere velit.

Sextò, & vltimo, incidunt ſupradicti Confeſſores etiam ſi prædicta vota commutauerint in Articulo mortis. Licet enim ius concedat, vt quilibet ſimplex Sacerdos poſſit in Arti
138 culo mortis a quocunque caſu, & peccato etiam enormiſſimo, a cenſura, & quacunque excommunicatione, & a tranſgreſſione ſeu fractione cuiuslibet voti abſoluere; non tamen poteſt, aut in votis diſpenſare, aut aliquod illorum commutare. Etenim ſola peccatorum abſolutio, non autē votorum diſpenſatio, vel commutatio illis conceditur, ſecundum mentē

Digitized by Google

omnium doctorum, vt etiam tradit *Silue. verb Votum* 4. §. 13. *Nau. Man. c.* 13. *num.* 79. *Graff. Prax. loc. cit. num.* 17. Pro illo enim Articulo, pia Eccleſiæ pietate illud tantum tribuitur, quod cœli ingreſſum præpedire poſſit. *Rodriq. ſumm. p.* 1. *c.* 59. *num.* 14 *Vgol. de officio Epiſc. p.* 2 *q.* 58. §. 4. *num.* 3.

Non incidunt autem; Primò Cõfeſſores Seculares commutantes vota rerum impoſſibilium, ſtultarũ, vel quæ ſcandalum, aut indecentiã cauſarent; vel quæ ſuperſtitionẽ potius,
139 quam vtilitatem aliquam redolerent. Vt exempli gratia ſi quis vouerit vna die ire Hieruſalem a Neapoli; Vel alere omnes pauperes Ciuitatis Camerinen. cum ipſe pauper ſit; Vel qui, vel quæ vouet nudus omnino adire Sanctam Mariam Laureti; eſſet enim hoc votum ſtultũ, vel inhoneſtum, & ſcandaloſum; Aut non manducare capita Arietũ, vel Auiũ, in honorem decapitationis S. Ioãnis Baptiſtæ, quia tunc hoc magis ſuperſtitioſum eſſet, quam pium; & ſic de alijs. Quare poſsũt talia vota declarari nulla a Confeſſario, & ſi ad preces confitentis in aliquod licitum commutaret, minimè incideret in hunc caſum; quandoquidem caſus loquitur de votis iuſtis, licitis, honeſtis, & poſſibilibus. *Graff. in Prax. loc cit. n.* 25.

140 Secundò, nec Confeſſores cõmutantes quædam vota minima, quorũ tranſgreſſio non eſt peccatum mortale; Verbi gratia ſi commutarent votum dicendi vnum Pater noſter ſingulis diebus; Vel abſtinere a ſingulari aliquo verbo ocioſo, vel mendacio aliquo iocoſo, cum hæc modica ſemper excuſent a mortali ſecundum *D. Thom.* 1. 2. *q.* 88. *art.* 5. *&* 2. 2. *q.* 33. *ar.* 5. *& q.* 59. *art.* 4 *Nauar. Man. Prælud* 9 *n.* 11. *& c.* 11. *nu* 4 *& in repet. c inter verba* 11. *q.* 3. Nam vt caſus reſeruatio non
141 cõprehendit venialia, ſic nec votorum, commutatio; nam de iſtis minimis non videtur curare lex. *Graff. p.* 1. *lib.* 2. *dec. aur. c.* 23. *& prax. loc. cit. n.* 29.

Tertiò, nec Confeſſor, cui Epiſcopus ante eius pedes prouoluitur, & commutat aliquod eius votum; ratio, quia eo
142 ipſo, quod Epiſcopus eligit in Confeſſarium, prædictus Confeſſarius electus poteſt omnia exercere in ipſum, quæ poſſet ipſe Epiſcopus in alium; quare poteſt quæcunque vota commutare, & diſpẽſare, niſi ſint reſeruata Summo Pontifici, *D. Anton. in ſum. de auctor. confeſſ. c.* 2. Cõfeſſor vero, qui ab Epiſcopo eligitur, debet eſſe approbatus iuxta *Concil. Trident.* niſi eſſet ſuus ſubditus, nam tunc eo ipſo, quod eligitur, cenſetur approbatus, *Graff. d. prax. loc. cit. nu.* 19. *& ſeq. Clau. Reg. lib.* 6. *c* 11. *nu.* 108.

Quartò, nec Confeſſores Regulares commutantes vota reſeruata Epi
143 ſcopo; patet. quia Regulares quorumcunque ordinum; cum non ſint ſubditi Epiſcopo, eorum reſeruationibus non ligantur, cum ab Epiſcoporum in hac parte iuriſdictione omnino ſint exempti; ſtatutum enim Epiſcopi, ligat ſolum ſuos ſubditos. *c.* 2. *de conſuetud. in* 6. Nam omnes cõfeſſores Regulares, in foro conſcientiæ tãtũ, ex priuilegio *Eugenij IV. Pij II. Innoc. VIII. Paul. III.* Conceſſo Monachis Sancti Benedicti, Fratribus Minoribus de Obſeruantia, & Confeſſarijs Societatis Ieſu, poſſunt in votis quorumcunque fidelium vtriuſque ſexus, etiam Epiſcopo reſeruatis, diſpenſare, & ea in alia pietatis opera, toties, quoties expedire videbitur, cõmutare. Etidem poſſunt Confeſſarij omnium aliorum Ordinum Mendicantium, ob communicationem priuilegiorum; exceptis tamẽ in ſupradictis votis Papæ reſeruatis ita in *Cõpẽ. priuil. mend. verb diſpenſatio. Capuccin. in annot. ad priuil. mend. verb. votum. Ioan. Azor. p* 1. *inſt. moral. lib* 11. *c.* 19. *dub.* 2. *Nau. in Man. c.* 13. *n.* 79. *Petr. de Arrag.* 2. 2 *q.* 88. *art.* 12 *Lud. Beia. p.* 1. *Inſtr. conſcient. c.* 50. *Leſſius lib.* 2. *c.* 4. *dub.* 13. *San-*

chez.

Digitized by Google

chez.lib.4.c.39.num.5.Clau. Reg.loc.ſupra cit nu.95. vſque 105. Quod verum intellige, ſi hoc fiat iuſta ſubſiſtente cauſa, nam cum votum a iure diuino deſcendat, ideo vt diſpenſetur, vel commutetur, rationabilem, & legiti-
144 mam cauſam neceſſariò exigit. Veruntamen caueant confeſſarij Regulares in hac diœceſi Camerinen. degẽtes, ne vllo modo in huiuſmodi votorum commutationibus ſe implicent, quia in alijs diœceſibus, Vbi votorum commutatio, nõ eſt caſus reſeruatus, licet ea commutare poſſint, in hac tamen, cum ſit caſus reſeruatus minimè poſſunt, immo ea commutantes præter peccatum mortale, abſolutio ſeu commutatio eſt nulla, ex *decreto Clem. 8.* incidunt ipſo facto in pęnam excommunicationis, ac officiorum & dignitatum priuationis aut beneficiorum; & inhabilitatis audiendi confeſſiones, & ad quæcunq; officia, pręlaturas, & beneficia in poſterum obtinenda, abſq; vlla declaratione, ſuper quibus à nemine niſi à Romano Pontifice habilitari, diſpenſari & abſolui poterit, niſi in articulo mortis. *Steph. Quarant. verb. caſus reſeruati. Lazar. de blaphem q. 10. nu. 34 & ſeq. Horat. Gambar. de caſibus reſeru. fol.* 41.

Quintò, nec Vicarius generalis Epiſcopi, ſi eſt Regularis; cum enim in
145 fauorem pęnitentis ſemper ſit iudicandum, prçſumitur vota commutare quatenus eſt Religioſus Regularis, in hoc priuilegiatus, & non tanquam Vicarius; Peccabit tamen mortaliter huiuſmodi vota, ſine licentia Epiſcopi, commutando; Quæ commutatio ſi fiat in foro conſcientiæ, vltra peccatum mortale, incurrunt etiam ſupradictas pęnas in Decreto *Clem.* 8. has enim pęnas, ꝓfecto, abſq; vlla declaratione, incurrit Confeſſarius Regularis, quoties prętextu ſuorum Priuilegiorum quempiam a caſibus Summo Pontifici, vel Epiſcopo loci reſeruatis, abſoluit.

Sextò, & vltimò, nec credo quod incidant ſupradicti Confeſſarij ſeculares, & regulares, non prætextu Priuilegiorum, ſed bona fide, ſine dolo, ignoranter, aut imprudenter, ſiue in-
146 aduertenter, vota commutãtes eadem; verba enim poſita in dicto Decreto Clem. VIII. *Audeat, vel Præſumat*, de ſui natura malum animum, & malitiam important, bonam fidem tamen excludũt iuxta doctrinam recept. *Cardinal. in Clement. 1. de Priuileg. q. 39.* Vbi enim quis bona fide trãſgreditur legem, punientem prçſumentẽ contrauenire, non peccat, neque incidit in pęnas legis, prout in caſu dicti Decreti; Quare ſiquis Confeſſarius, bona fide, ſine dolo, ignoranter, aut imprudens, ſiue non bene aduertens, abſolueret aliquem a reſeruatis Papę vel Epiſcopo, non incideret in has pęnas. *Horat. Gambar. de caſib. reſeru c. 3. nu. 14. fol. 43. Lazar. de blaſphem. q. 10. nu. 44. & ſeq.* Imò regulariter qui ex obliuione, aut ſimpliciter, incogitantia, inaduertentia, vel bona fide, & ignorantia actum prohibitum, ſub excommunicationis pęna ipſo facto incurrẽda, incideret, non eſſet excommunicatus, *D. Thom. 1.2 q 6 art. 8. vbi Caiet. & Doctores communiter in c. Apoſtolicæ. de Cler. excommunic. miniſt.* Quod procedit ẽt ſiquis ſcienter faceret actum prohibitũ Iure Diuino, vel Naturali, ignorãs bona fide ius Canonicũ prohibere illum ſub pęna excõicationis ipſo facto incurrẽdæ, vt de magis recepta, ęquiori, & mitiori opinione cõcludit *Azor. p. 1 inſt. moral. lib. 1. c. 15. q. 3 Lazar. de monit. ſect. 4 q. 16. num. 11.*
147 ita à ſimili Confeſſarij, qui ſimpliciter, bona fide, incogitãtia, inaduertentia, obliuione, & ignorantia, neſcientes caſum eſſe reſeruatũ, vel non recolentes eſſe reſeruatũ, cõmutarẽt aliqua vota, minimè caſum hunc reſeruatum incurrere cenſendi ſunt.

Circa tertium; Praxis obſeruanda à Confeſſario, circa confeſſionem &

abſolutionem pęnitentium vota ſine licentia Epiſcopi commutantium , hæc erit.

Circa cõfeſſionem. Cum votorum commutatio res admodum difficilis, & periculoſa ſit, ideo in votis commutandis maximo iudicio, & diſcre-
148 tione opus erit, quocirca Confeſſarius, qui commutandi vota facultatẽ habet, tria ſpecialiter conſiderare debet, ſecundũ *Hoſt. in c. magnæ, de voto, Graff. conſ. 2 de voto, nu 12. & conſ. 6. nu. 23. & de Arbitr. confeſſ. lib. 2. c. 73. num. 14. Clau. Reg. lib. 6. c. 11. nu. 19.* & habetur in *d. c. magnæ, iuncta gloſ. de voto.*

Primò, quid liceat ſm æquitatem.

Secundò, quid deceat ſecundum honeſtatem.

Tertiò, quid expediat ſecundum vtilitatem, ſeu neceſſitatem.

Primò igitur cõſiderare debet Cõfeſſarius, quid liceat ſecundum ęqui-
149 tatẽ, etenim conari debet, vt quantum fieri poteſt, commutatio fiat in bonum æquale, *ex Sylu. verb. votum. 4. q. 8. Sot. li. 7. de iuſt. & iur. q. 4. ar. 2. Caiet. 2. 2. q. 88. art. 12. Nau. in Man. c. 12. n. 63. Angles in florib. 4. q. de voto. art. 8. diffic. 6. concl. 2. Clau. Reg. loc. cit.* Quæ ęqualitas non in puncto indiuiſibili conſiſtit, aut ſcrupuloſè accipienda eſt, ſed ad boni viri arbitrium ceſſante fraude, & lata culpa iudicãda eſt. *ex Sylu. loc. cit. & Azor p. 1. inſt. moral. lib. 11. c. 18. dub. 13. in fin.* Quamuis vbi virtute Bullæ, vel Priuilegij vota commutãda ſunt, cõmutari poſſunt in aliquid mitius, & parum minus, alioquin Priuilegium nihil operaretur, cum abſq; eo poſſint vota abſque cauſa, in melius, & Deo gratias, & in æque bonũ cum cauſa, auctoritate Prælati commutari, *ex Cordub. in ſum. q. 149. & 150. Bart. Medin. lib. 1. Inſtruct. Sacerd. c. 14. §. 7. Alphonſ. Viuald. in Addit. ad Candelabr. Aureum, tract. 14 num 20. & 21. Petr. de Arragon. 2. 2. q. 88 artic. 12. & Eman. Sà, Aphoriſ. verb. votum. 2. Clau. Reg. vbi ſupra, nu. 19.*

Secundò, conſiderare debet quid deceat ſecundum honeſtatem, ne ſcilicet ex tali commutatione ſcandalũ aliquod conſequatur. *Sayr. loc. cit.*

Tertiò, quid expediat ſecundum
150 vtilitatem ſeu neceſſitatem; & quo ad ipſum vouentem, & quo ad proximum. *ex Panorm. in d. c. magnæ. de voto. Gabriel in 4 diſt. 38. q. 1. art. 5. littera y, Angel. verb. votum, 4. num 12. Sayr. loc. ſupra cit. nu. 19.*

Præter hæc conſiderãda eſt etiam qualitas & conditio vouentis, ætas,
151 infirmitas, aut robur corporis; officium, ſtatus, inopia, an habeat ſuis lucrari panem arte ſua; qualitas voti, quantitas commutationis, & cauſa, ob quam votũ eſt emiſſum. *ex Richar. in 4. diſt. 38. q. 1. Gabriel, ibid. q. 1. art. 5. Angel. loc. ſupra cit. num. 12. Graff. d. conſ. 6. de voto, num. 23. & de Arbitr. confeſſ. loc. cit. d. num. 14. & ſeq. Nau. in Man. c. 13. num. 77.* & alijs. *Sayr. loc. cit. nu. 20.*
152 Conſiderandæ ſunt etiam expenſę, & ſumptus quos facturus erat, qui vouit, laborem, corporis afflictionem, ac itineris longinquitatem. Exempli gratia vouit quis ire peregrinando Hieroſolimam ad Sanctũ Sepulchrũ, vel ad Sanctam Mariam Lauretanã. In commutando hoc votum habenda eſt ratio expenſarum non quidem earũ quas Homo diues debebat per accidens facere iuxta ſuum ſtatum, ſcilicet equorum, & famulorum, ſed earum quas ſolus, aut ipſe cum vno, aut altero famulo facturus erat. *ex Petro de Arragon. 2. 2. quæſt. 88. artic. 12.* habenda autem eſt ratio ſolum expẽſarum in eundo, non autem in redeũdo, quia ſolum vouit ire, non autem redire. *Angles in flor. quæſt. de voto, artic. 8 diffic. 6. Propoſit. 4. Graff. par. 1. libro ſecundo, deciſ. aur. cap. 30. numero 10.*

Alij tamen rectius docent, quod etiã
153 habenda ſit ratio expenſarum in redeundo, *argum. cap. magnæ. de voto. vbi gloſſa.* Quamuis enim non vouit redire, ſed ſolum ire, huiuſmodi tamen

tamen

Digitized by Google

tamen reditus tacitè ſubintelligitur in voto peregrinationis & reuerſio a peregrinatione eſt acceſſoria ad profectionem, & opus Religionis conſummans votum, vt rectè notat. *Lud. Lopez.p.1.Inſtruct.conſc.c.*49. Conſide
154 randus eſt etiã labor itineris, & modus quo peregrinaturus erat, puta an pedibus iter eſſet facturus, nec ne; ſi enim pedibus ire promiſſit, ſeu propoſuit, tunc (quod attinet ad laborẽ peregrinationis) iter vnius diei cum vnius diei Ieiunio, & iter duorũ dierum, cum Ieiunio duorũ dierum cõmodè commutari poteſt, & ſic deinceps; Quod ſi non eſſet pedibus iturus, tunc iter quatuor, vel quinque dierũ iure in vnius diei Ieiunio commutatur, ex *Azor. d. p.1.lib.* 11.*c.*18. *dub.*13. Dixi, quod attinet ad laborẽ peregrinationis, quia cum in huiuſmodi peregrinatione cõſiderari poſſint hæc duo, videlicet, labor, & itineris moleſtia, & expenſę; tunc laboris & inferioris moleſtia, in Ieiunia, & orationes commutari poteſt; expẽſæ vero in eleęmoſinas, & vſus pauperum, puta in Dotandis pauperibus puellis, aut in aliud ſimile commutandæ erunt. *Graff. loc.cit. d.num.*10. Sic etiam promiſſit quis peregrinari ad Beatiſſimam Virginem Lauretanã, & vlterius promiſſit offerre illi Templo decem Aureos, commutari debet & poteſt hoc modo, & auctoritate ſuperioris, aut virtute Iubilæi, vt prædicti decem Aurei offerãtur alicui alteri Eccleſiæ indigenti; expenſæ vero in itinere faciẽdæ, pauperibus erogandæ erunt, deductis tamẽ quas domi vouens facturus erat, vt notat *Angles loc ſupracit. propoſit.* 2. exẽpli gratia, erat in itinere ſingulis diebus ſex nummos Argenteos conſumpturus, & domi tãtum tres, ijs tribus deductis, cæteri ſunt pauperibus erogãdi;
155 labor vero itineris commutandus eſt in ieiunium, ita vt ſi pedibus iter facturus erat, dies itineris, diei ieiunij reſpondeat; ſin vero pedibus iturus non erat, pro quarto quoque die itineris, dies vnus ieiunij imponatur, vt dixi. Quod ſi quis votũ religionis fe-
156 cit, verbi gratia, ingredi religionem Sancti Benedicti, vel Sancti Frãciſci, cõſiderare oportet, quod ſic vouens ingrediendo teneretur ad officium diuinum recitandũ, ad vigilias nocturnas, ad diſciplinas ter in hebdomada faciendas, ad ieiunãdum ferè ſemper, ad orationes, ad obedientiam, & ad alias religionis aſperitates & rigidas ordinationes obſeruãdas. Et ideo in huiuſmodi voti commutatione imponendum eſt aliquod vinculum perpetuum, vt ſic cõmutetur quaſi in aliquid æquale; v.g. quod cõfiteatur ſingulis menſibus, ieiunet ſingulis ferijs ſextis, ſeptem Pſalmos pęnitentiales, aut roſarium, vel coronã Beatæ Mariæ Virginis, aut alias orationes quotidie recitet, & det eleęmoſinam iuxta ſtatum ſuum, & hæc omnia per totam vitam fieri debent ex *Petr. de Arragon.*2.2 *q.*88.*art.*12. *&* *Bartol.Med.lib.*1.*Inſtruct. Confeſſ.c.*14. §.7. ad eum finem, vt vouens ea adimplens meminiſſe ſemper debeat voti religionis, quo aſtringebatur, vt notat *Graff. vbi ſupra*, addẽs quod ita eſt in praxi Romæ in Officio Sacræ Pęnitentiariæ, ſicut illi pluries commiſ-
157 ſum fuit. Et ſi Confeſſarius prædictam diligentiam in votis commutãdis non adhibeat, mortaliter peccat; *Barto. Medin. loc cit.* vbi monet ne quis hoc onus commutandi vota in ſe ſuſcipiat, qui non verſatus ſit in regimine animarum. *Clau. Reg. d. lib.*6.*c.*12.*n.* 19.*vſq* 21.

Sic ſi quis fecit votum peregrinationis, & poſtea eſſet infirmus, tũc ta-
158 lis infirmitas iuſta cauſa eſt ad huiuſmodi votum commutandum; quę commutatio ita eſt facienda, vt expenſæ quæ fierent in eũdo, & redeundo, vel ibi morando, in alias pias cauſas, dentur; & labor itineris, Ieiuniorum

rum & vigiliarum, & orationũ laboribus compenſentur, vt *in c. magnæ, §. pen de voto* Oblationem quoque, quã quis ad Eccleſiam illam ire vouerat, tenetur etiam ad ipſam mittere. *Anton. de Butr in d. c. magnæ*, *Graff. de Arbitr. Confeſſ. loc. ſupracit. nu.* 20. In voto abſtinentiæ haberi debet ratio aſpe-
159 ritatis ieiuniorum panis & aquæ in eleęmoſinam, maximè ſi vouẽs eſſet infirmus, vel minor; debilis, vel ſenex. *Doctores in c.* 1. *de voto.* & ita habenda eſt ratio ad qualitatẽ perſonæ, vnde aliquis pauper parua pecunia, vel oratione, ſi nihil haberet, votum redimere poſſet, vbi Regi, vel Comiti magna non ſufficeret. Vnde paupe ri operario conceditur redimere ieiunia ſextæ Feriæ denario vno *diſt.* 82. *c. præsbyter.* Sic quandoque habendus eſt reſpectus ad diuitias, Enimuero licet quis fortis ſit, & potens ieiunare, vel peregrinari, tamen ſi vult Eccleſiam ſumptuoſam ædificare, vel puellas dotare, tunc tale votum poſſet cõmutari, quia tanta poſſet eſſe commutatio, quod eſſet magis accepta Deo, quia peccata eleęmoſinis redimuntur. *Dan. c. 2. peccata tua eleæmoſinis redime*, & hæc intellige in votis voluntarijs. Poteſt etiam commutari in minus bonum, vt quando Confeſſarius ex priuilegio habet facultatem diſpẽſandi, & commutandi, vel illã petijt, vt dixit Caiet. 2. 2 *q.* 88. *art.* 12. (nam quicunque diſpenſare poteſt in voto, poteſt illud commutare, vt eſt communis opinio *Petr. de Palud. in 4. diſt.* 38. *q. 4. art. 3 Tabien Verb. diſpenſatio. §. 9. Sot. lib. 7. de iuſt. & iur q 4. art. 3. Petr. de Arragon. 2. 2. q. 88 art. 12. Coſm. Philiarch. de offic. Sacerd. p. 2. lib. 3. cap. 22. in fin. Tolet. lib. 1. cap 18. in fin. Eman. Sà, Aphoriſm. verb. votum, 2. Vmal. in Addit. ad Cand. Aureum tract. 14 q 1 Clau. Reg. lib. 6 c. 11. num. 116.*) nam tunc cũ habeat vtramque poteſtatem, poteſt in minus commutare; etenim ex quo commutat in minus, dicitur vti poteſtate diſpenſandi, per quam vt poterat in totum abſoluere, & deobligare à voto, ſi cauſa erat talis & tanta, quę ſufficeret ad diſpenſandum abſolutè, ſic commutando in minus miſcet commutationem cum diſpẽſatione, quia commutando in aliquid dicitur commutare, ſed quia cõmutatio non fit inæquale bonum dicitur diſpenſare, ſic *Caiet. loc. ſupracit.* & ita in tali caſu poteſt commutatio reddi iuſta partim diſpenſando, & partim commutando. *Graff. vbi ſup. nu.* 20. *& ſeq.*

Quod quidem votum, poſtquam cõmutatum eſt, puta in eleæmoſinã, vel orationem, vel quid aliud, & eius
160 cõmutationem ipſe vouens ratam habuit, ſi talis cõmutatio rectè & iuſta ex cauſa facta ſit, liberum eſt vouẽti primum votum, vel id in quod cõmutatum eſt, adimplere. *Azor loc. ſupracit. d. c. 18. dub. 10. & 12* & ratio eſt, quia commutatio tacita conditione hac fieri cẽſetur, vt vouens vel prius votum perſoluat, vel id in quod commutatio fit, prout ei commodius, & vtilius viſum fuerit adimpleat: tota enim commutatio fit gratia ipſius vouentis, ita vt tali priuilegio & gratia vti poſſit, aut non vti, ſicut illi placuerit, vnde nõ eſt penitus extincta obligatio prior, ſed in hanc commutata, cum hac tamen conditione, vt vel prius votum, vel id, in quod commutatum eſt, perſoluat, & præſtet. *Clau. Reg. d. lib. 6. c. 12 num. 22.*

Et notandum quod ad diſpẽſationem, & commutationem voti (quan-
161 do non fit commutatio in id quod eſt euidẽter melius, ſed in id quod eſt minus, aut etiam æquale bonum) ſẽper requiritur iuſta & legitima cauſa, ſic *D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 12. Sanctus Bonau 4. diſt. 38. art. 2. D. Anton p. 2. tit. 11 c. 2. §. 6. in fin. Caiet. & Petr. de Arrag. 2. 2. q. 88. art. 12. Angel. verb. votum 4. num. 10. Azor. d c. 18. dub. 3. & ca. 19. dub. 16.* Quænam autem cauſæ iuſtæ & legitimæ ſint ad voti diſpenſationem,

nem & commutationem, dicendum cum *D. Bonauent. in 4. diſt. 38 art. 2. q 2. Gabr. ibid. q. 1 art. 5. Caiet. & Petr. de Aragon. 2. 2. loc. cit. Sylu verb. votum. 4 q. 6. Sot. lib. 7. de iuſt. & iur. q 4. art. Nau. Man. c. 13 nu 77. Sum. Coron. tract. de voto, nu. 16. Greg. de Valent. tom. 3. diſp 6. q. 6. punct. 7 & Io. Azor. p 1. inſt. moral. lib. 11. c 18. dub. 3 & cap 19. dub. 17. & alijs Clau. Reg loc cit. n 25.* Primò, cauſam legitimam diſpenſandi ex parte materiæ eſſe, quando maius bonum cernitur in diſpenſando, quam in voti executione, puta quando executio voti redditur illicita, vel inutilis, aut moraliter impoſſibilis, aut maioris boni impeditiua; tūc enim votum de eo emiſſum diſpēſari poteſt, aut prorſus tolli, quia non eſt gratū Deo; v. g. vxore orbatus vouit nō amplius vxorem ducere, vnde ex ſanguinea complexione, & libidine expoſita, non ſolum patitur difficultatem, ſed etiam quaſi impoſſibilitatem ſeruandi continentiam, atque adeo ex ſeminis retentione, iudicio medicorum, dubitatur de ſalute; in hoc caſu votum videtur illicitum, adeſtque cauſa rationabilis petendi & obtinendi diſpenſationem: ſic *Sum. Coron. vbi ſupra.* Itē
162 vouit quis nutrire lampadem accēſam ante Imaginē Beatæ Mariæ virginis in aliqua capella, ſi deſtruatur capella, facta eſt iam inutilis voti executio, & commutandum eſt votum in aliam eleęmoſinam, *Clau. Reg. loc. ſupracit. nu. 27.*

Secūdò, dari poteſt cauſa legitima diſpenſandi ex parte vouentis, puta ob eius infirmitatem, debilitatem ad
163 votum adimplendum, quę aliquando talis & tanta eſſe poteſt, vt non ſolum ad diſpenſationem, ſed etiam ad voti obligationem prorſus tollēdam ſufficeret; v. g. vouit quis peregrinationem ad limina Apoſtolorum, iterque illud pedibus conficere, & poſtea effectus eſt podagricus, vel pede debilitatus, ex quo non poteſt commodè votum implere, tunc licitè cum eo diſpenſari poteſt, aliudque ei imponi, ſeu in aliud commutari. Item vouit quis certis diebus ieiunare, aut carnes non comedere, effectus eſt debilis & infirmus, vt non poſſit votum obſeruare, pro ratione infirmitatis votum commutandum, diſpenſandum, & penitus tollendum erit *Clau. Reg. loc. cit. nu. 28.*

Tertiò, dari poteſt cauſa diſpenſandi ex eo, quod voti obſeruatio ſit maioris boni impeditiua; vt v. g. vouit
164 quis ieiunare, & poſtea occurrit illi occaſio ſtudendi & concionandi, prelegendi, hæc enim cedunt in bonum commune, & ideo iuſta erit cauſa, vt cum eo diſpenſetur. Vnde omnes Miniſtri Eccleſiæ ad Eccleſię vtilitatē, & bonum commune deſtinati, vt Cōcionatores, Confeſſores, Lectores, Cantores, & huiuſmodi, qui propter ieiunij promiſſi obſeruantiam minus ſufficienter ſua miniſteria exercere poſſint, ſufficientem cauſam diſpenſandi in voto abſtinentiæ habent. Itē vouit quis ingredi Religionē, ſed ad commune bonū Reipublicæ refert,
165 vt vxorem ducat, licitè cum eo diſpenſatur. Item vouit quis caſtitatem qui ſi vxorem duceret, ſedarētur multa ſcandala, in hoc caſu hęc ſufficiens cauſa eſt diſpenſandi cū eo, quia magis meritorium Paci Reipublicæ cōſulere, quam a coniugio abſtinere. Addit tamen *Sot. loc. ſupracit.* quem ſequitur *Sum. Coron.* quod ſi bonum aliquod obſtans voti executioni ſolum cederet in propriam vtilitatem vouētis, & non communem, hoc non eſſet maius bonum, & per conſequens non eſſet cauſa ſufficiens ad diſpenſandū, ſed partim diſpenſatione, partim cōmutatione vtendum erit. *Clau. Reg. loc cit. num. 29.*

Quartò, cauſa ad diſpenſandum, aut commutandum erit probabile pe
166 riculum peccandi in eo, qui vouit, hoc eſt quando probabiliter creditur

rum & vigiliarum, & orationũ laboribus compenſentur, vt *in c. magnæ, §. pen de voto* Oblationem quoque, quã quis ad Eccleſiam illam ire vouerat, tenetur etiam ad ipſam mittere. *Anton. de Butr in d. c. magnæ*, *Graff. de Arbitr. Confeſſ loc. ſupracit. nu.* 20. In voto abſtinentiæ haberi debet ratio aſpe-
159 ritatis ieiuniorum panis & aquæ in eleęmoſinam, maximè ſi vouẽs eſſet infirmus, vel minor; debilis, vel ſenex. *Doctores in c.* 1. *de voto.* & ita habenda eſt ratio ad qualitatẽ perſonæ, vnde aliquis pauper parua pecunia, vel oratione, ſi nihil haberet, votum redimere poſſet, vbi Regi, vel Comiti magna non ſufficeret. Vnde pauperi operario conceditur redimere ieiunia ſextæ Feriæ denario vno *diſt.* 82. *c. præsbyter.* Sic quandoque habendus eſt reſpectus ad diuitias; Enimuero licet quis fortis ſit, & potens ieiunare, vel peregrinari, tamen ſi vult Eccleſiam ſumptuoſam ædificare, vel puellas dotare, tunc tale votum poſſet cõmutari, quia tanta poſſet eſſe commutatio, quod eſſet magis accepta Deo, quia peccata eleęmoſinis redimuntur. *Dan. c. 2. peccata tua eleæmoſinis redime*, & hæc intellige in votis voluntarijs. Poteſt etiam commutari in minus bonum, vt quando Confeſſarius ex priuilegio habet facultatem diſpẽſandi, & commutandi, vel illã petijt, vt dixit *Caiet.* 2. 2 *q.* 88. *art.* 12. (nam quicunque diſpenſare poteſt in voto, poteſt illud commutare, vt eſt communis opinio *Petr. de Palud. in 4. diſt.* 38. *q.* 4. *art.* 3 *Tabien Verb. diſpenſatio. §.* 9. *Sot. lib. 7. de iuſt & iur q* 4. *art.* 3. *Petr. de Arragon.* 2. 2. *q.* 88 *art.* 11. *Coſm. Philiarch. de offic. Sacerd. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 22. *in fin. Tolet. lib.* 1. *cap* 18. *in fin. Eman. Sà, Aphoriſm. verb. votum*, 2. *Vmal. in Addit. ad Cand Aureum, tract.* 14 *q* 1 *Clau. Reg. lib.* 6 *c* 11. *num.* 116.) nam tunc cũ habeat vtramque poteſtatem, poteſt in minus commutare; etenim ex quo commutat in minus, dicitur vti poteſtate diſpenſandi, per quam vt poterat in totum abſoluere, & deobligare à voto, ſi cauſa erat talis & tanta, quę ſufficeret ad diſpenſandum abſolutè, ſic commutando in minus miſcet commutationem cum diſpẽſatione, quia commutando in aliquid dicitur commutare, ſed quia cõmutatio non fit inæquale bonum dicitur diſpenſare, ſic *Caiet. loc. ſupracit.* & ita in tali caſu poteſt commutatio reddi iuſta partim diſpenſando, & partim commutando. *Graff. vbi ſup. nu.* 20. *& ſeq.*

Quod quidem votum, poſtquam cõmutatum eſt, puta in eleæmoſinã, vel orationem, vel quid aliud, & eius
160 cõmutationem ipſe vouens ratam habuit, ſi talis cõmutatio rectè & iuſta ex cauſa facta ſit, liberum eſt vouẽti primum votum, vel id in quod cõmutatum eſt, adimplere. *Azor loc. ſupracit. d. c.* 18. *dub.* 10. *&* 12 & ratio eſt, quia commutatio tacita conditione hac fieri cẽſetur, vt vouens vel prius votum perſoluat, vel id in quod commutatio fit, prout ei commodius, & vtilius viſum fuerit adimpleat: tota enim commutatio fit gratia ipſius vouentis, ita vt tali priuilegio & gratia vti poſſit, aut non vti, ſicut illi placuerit, vnde nõ eſt penitus extincta obligatio prior, ſed in hanc commutata, cum hac tamen conditione, vt vel prius votum, vel id, in quod commutatum eſt, perſoluat, & præſtet. *Clau. Reg. d. lib.* 6. *c.* 12 *num.* 22.

Et notandum quod ad diſpẽſationem, & commutationem voti (quan-
161 do non fit commutatio in id quod eſt euidẽter melius, ſed in id quod eſt minus, aut etiam æquale bonum) sẽper requiritur iuſta & legitima cauſa, ſic *D. Thom.* 2. 2. *q.* 88. *art.* 12. *Sanctus Bonau* 4 *diſt* 38. *art.* 2. *D. Anton p.* 2. *tit.* 11 *c.* 2. *§.* 6. *in fin. Caiet. & Petr. de Arrag.* 2. 2 *q.* 88. *art.* 12. *Angel. verb. votum* 4. *num.* 10. *Azor. d c.* 18 *dub.* 3. *& ca.* 19. *dub.* 16. Quænam autem cauſæ iuſtæ & legitimæ ſint ad voti diſpenſationem,

Digitized by Google

nem & commutationem, dicendum cum *D.Bonauent.in 4.diſt.38 art.2.q 2. Gabr.ibid.q.1 art.5.Caiet.& Petr.de Aragon.2.2.loc.cit.Sylu verb. votum.4 q.6.Sot.lib.7.de iuſt & iur. q 4.art. Nau. Man.c.13 nu 77.Sum.Coron.tract.de voto,nu.16.Greg.de Valent. tom.3.diſp 6. q.6.punct.7 & Io.Azor.p 1. inſt. moral. lib.11.c 18.dub.3 & cap 19. dub.17.& alijs Clau.Reg loc cit.n 25.* Primò, cauſam legitimam diſpenſandi ex parte materiæ eſſe, quando maius bonum cernitur in diſpenſando, quam in voti executione, puta quando executio voti redditur illicita, vel inutilis, aut moraliter impoſſibilis, aut maioris boni impeditiua; tūc enim votum de eo emiſſum diſpēſari poteſt, aut prorſus tolli, quia non eſt gratū Deo; v.g. vxore orbatus vouit nō amplius vxorem ducere, vnde ex ſanguinea complexione, & libidine expoſita, non ſolum patitur difficultatem, ſed etiam quaſi impoſſibilitatem ſeruandi continentiam, atque adeo ex ſeminis retentione, iudicio medicorum, dubitatur de ſalute; in hoc caſu votum videtur illicitum, adeſtque cauſa rationabilis petendi & obtinendi diſpenſationem: ſic *Sum.Coron. vbi ſupra.* Itē
162 vouit quis nutrire lampadem accēſam ante Imaginē Beatæ Mariæ virginis in aliqua capella, ſi deſtruatur capella, facta eſt iam inutilis voti executio, & commutandum eſt votum in aliam eleęmoſinam, *Clau. Reg. loc. ſupracit.nu.27.*

Secūdò, dari poteſt cauſa legitima diſpenſandi ex parte vouentis, puta ob eius infirmitatem, debilitatem ad
163 votum adimplendum, quę aliquando talis & tanta eſſe poteſt, vt non ſolum ad diſpenſationem, ſed etiam ad voti obligationem prorſus tollēdam ſufficeret; v. g. vouit quis peregrinationem ad limina Apoſtolorum, iterque illud pedibus conficere, & poſtea effectus eſt podagricus, vel pede debilitatus, ex quo non poteſt commodè votum implere, tunc licitè cum eo diſpenſari poteſt, aliudque ei imponi, ſeu in aliud commutari. Item vouit quis certis diebus ieiunare, aut carnes non comedere, effectus eſt debilis & infirmus, vt non poſſit votum obſeruare, pro ratione infirmitatis votum commutandum, diſpenſandum, & penitus tollendum erit *Clau. Reg. loc. cit. nu.28.*

Tertiò, dari poteſt cauſa diſpenſandi ex eo, quod voti obſeruatio ſit maioris boni impeditiua; vt v. g. vouit
164 quis ieiunare, & poſtea occurrit illi occaſio ſtudendi & concionandi, prę legendi, hæc enim cedunt in bonum commune, & ideo iuſta erit cauſa, vt cum eo diſpenſetur. Vnde omnes Miniſtri Eccleſiæ ad Eccleſię vtilitatē, & bonum commune deſtinati, vt Cōcionatores, Confeſſores, Lectores, Cantores, & huiuſmodi, qui propter ieiunij promiſſi obſeruantiam minus ſufficienter ſua miniſteria exercere poſſint, ſufficientem cauſam diſpenſandi in voto abſtinentiæ habent. Itē vouit quis ingredi Religionē, ſed ad commune bonū Reipublicæ refert,
165 vt vxorem ducat, licitè cum eo diſpenſatur. Item vouit quis caſtitatem qui ſi vxorem duceret, ſedarētur multa ſcandala, in hoc caſu hęc ſufficiens cauſa eſt diſpenſandi cū eo, quia magis meritorium Paci Reipublicæ cōſulere, quam a coniugio abſtinere. Addit tamen *Sot.loc.ſupracit.* quem ſequitur *Sum. Coron.* quod ſi bonum aliquod obſtans voti executioni ſolum cederet in propriam vtilitatem vouētis, & non communem, hęc non eſſet maius bonum, & per conſequens non eſſet cauſa ſufficiens ad diſpenſandū, ſed partim diſpenſatione, partim cōmutatione vtendum erit. *Clau. Reg. loc cit. num.29.*

Quartò, cauſa ad diſpenſandum, aut commutandum erit probabile pe
166 riculum peccandi in eo, qui vouit, hoc eſt quando probabiliter creditur

vo-

vouentem ita affectum eſſe vt ſæpius votũ violaturus ſit aut obliuioni traditurus. ex *Lud. Lopez. p. 1 inſtr. confeſſ. c 50 Azor p. 1 lib. 11. c. 18. dub. 4 & c. 19 dub. 17. Angles q de voto. art 8 dub. vlt.* Item ſi votum factum ſit ex quadam animi leuitate, aut ſubita perturbatione, aut metu, vi, aut dolo. *ex Nauar. Man. c 12. nu 77 Lopez ſupracit. cap. 49. Angles loc. cit. & Azor vbi ſupr. d c. 18. dub. 3. & c. 19. dub* 17. Item cauſa diſpenſandi rationabilis, aut commutandi eſt copia numeroſitaſque familiæ, eiuſque nocumẽtum ex abſentia patrisfamilias, ſi peregrinationis, qđ emiſit votum exequatur. *ex Nauar & Lopez loc. cit & Graff. p. 1. lib. 2. deciſ. aur. c. 32. nu. 35.* Aliæ etiã iuſtæ cauſæ dari poſſunt, vt præfati Auctores, quarum iudicio arbitrio ſuperiorum relinquẽdum eſt. Illud vero communiter mo-
167 nent Doctores, quod vbi talis cauſa erit, vt ſuperior nõ poſſit in totum legitimè diſpenſare, dummodo talis ſit, qui diſpenſandi & commutandi polleat auctoritate, partim diſpenſet, partim commutet voti obligationẽ, *ex Caiet. 2. 2 q 88. art. 12.* & alijs. *Clau. Reg. loc. ſupracit. nu.* 30. Hæc ergo, quæ ſupra dixi, circa votorum commutationem tam minutim, quod forſitan ob nimiam prolixitatem, aliqui moleſtè ferrent, ad vtilitatem confeſſariorum libenter ſcripſi, ne in hac ardua materia eos aberrare contingat.

Quo ad abſolutionem; Primò Cõfeſſarius animaduertat, quod etſi quilibet Cõfeſſarius ritè approbatus cõmuniter poſſit a trãſgreſſione ſeu violatione votorum quoſlibet pœnitẽ-
168 tes abſoluere, non tamen poteſt dicta vota tollere, ſed neceſſe eſt accedere ad Papam, aut Epiſcopum, ad quos diſpenſatio, vel commutatio votorum pertinet. Et ſi caſu accidat, qđ Confeſſarius diſpenſet, vel commutet aliquod votum, quod non potuit, quamuis pœnitens ſit tutus in conſciẽtia quouſq; perſiſtit in probabili ignorantia credens ritè ſibi commutatum fuiſſe votum, Confeſſarius tamen tenetur facere ea, quæ dixi ſupra, *1 p q. 2. nu. 62. fol* 27 ſcilicet ea, quæ facere debet, cum aliquem a Caſibus reſeruatis, a quibus non poterat ſe abſoluiſſe deprehendit, *vide loc. cit.*

Secundò, animaduertat, quod Cõfeſſarius, qui prætextu Confeſſionalium Sixti Papæ IIII ſupradicta vo-
169 ta Summo Pontifici reſeruata commutare attẽtauerit, præter quã quod abſolutio & commutatio huiuſmodi nullius roboris, vel momenti erit, eo ipſo in excõmunicationem Summo Pontifici reſeruatam etiam incurrit, à qua niſi in mortis articulo ab alio quam à Romano Pontifici abſolui poterit, *ita Extrauag Sixti IV. incip. & ſi dominici gregis. de pœnit & remiſſ. Clau. Reg. d lib. 6. c. 12. nu. 15. Caiet. ca. 72 Sot. in 4. diſt 22. q. 2. artic. 3 Graff. p. 1. lib 4. dec aur. c. 23 nu 19. Nau. Man. c. 27. nu. 105. Cathalog. excomm. ca. 5 excomm. 2.*
170 Et ſi vota Epiſcopo reſeruata commutare prœſumpſerit ſine licẽtia Epiſcopi, Confeſſores ſeculares, præter peccatum mortale, incidunt, vt dixi, in caſum reſeruatum, & etiam pœnas ſupradicti decreti incurrunt, Regulares verò, licet non incidant in caſum, pœnis tamen dicti decreti, etiam & ipſi innodantur.

Tertiò, Confeſſores ne in errorem labantur animaduertant diligenter
171 qua forma vti debeant in huiuſmodi uotorum commutationibus faciẽdis; Forma ergo diſpenſationis, uel commutationis uoti hęc erit.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus dignetur tecum diſpenſare, & ego eius auctoritate diſpenſo, uel cõmuto uotum tuum per te emiſſum in alia opera pietatis tibi ſignificata, decernens te ad illius obſeruantiam, de cętero non teneri. In nomine Patris, & filij, & ſpiritus ſancti, Amen. Et hęc diſpẽſatio, uel commutatio extra confeſſionem etiam fieri poterit. *Sanchez,*

lib.

Digitized by Google

lib.8 de matrim.d.15.n.25. Io. Capeauil. de caſib.reſeru.p.1.c.11.q.vnica. Si vero ex delegatione, vel commiſſione in caſu aliquo particulari facienda ſit
172 diſpenſatio, vel commutatio, fines mandati diligenter ſunt cuſtodiendi. *arg.c.cum dilecta.de reſcript. c.cum olim. de offic.iud.deleg.& in ca. cũ venerabilis. C.de procu.l ſi procurator.* Nã quicquid factum eſt contra formam mandati, non tenet.*ita glo.notabilis in c.cum olim de præbend. & dignit.* Vnde Confeſſarius, qui abſoluit contra finem mandati,nihil agit,vt notat *Horat. Gãbar. de caſib reſeru.fol.29.*

Quartò,& poſtremo,inſinuet pęnitenti grauitatem peccati,nam prętet peccatum mortale,cum extendat ma-
173 num ad ea,quæ non poteſt, *c.adijcimus.§ ecce.16.q.1.* Et furtum atque ſacrilegium,auferendo per diſpẽſationem, ſeu commutationem voti rem Deuotam Eccleſiæ, dando alteri;incidit etiam in pęnas ſupradicti Decreti Clemen. VIII. Eo modo quo ſupra dictum eſt. Deinde imponat ei ſalutarem pęnitentiam, ſecundũ qđ ei videbitur in domino expedire;pręcipiendo illi quod nullatenus hoc in poſterum facere pręſumat,ſed cum Dei adiutorio conetur votum emiſſum,adimplere, vel ſi nõ poſſit ob aliquod impedimentum,vel cauſam rationabilem,humiliter,ab habente poteſtatem, petat commutationem,vel diſpenſationẽ, quod maximè facere poterit tempore Iubilæi; Et hæc pro huius noni caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudem & gloriã Domini noſtri Ieſu Chriſti,Amẽ.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti,incipit declaratio decimi caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Camerinenſ.qui talis eſt.

Concubinatus vltra ſex menſes.

PRo declaratione huius decimi caſus reſeruati, præter ea quæ dicta ſunt in explicatione ſexti caſus reſeruati in Tabella Fanenſi, hic pro eius
174 completa declaratione, hoc ſolum addendum cenſeo neceſſarium,nẽpe quod in hunc caſum reſeruatum incidunt omnes concubinarij ſiue publici,ſiue ſecreti,tam ſeculares,quã clerici ſeculares,qui cum fęminis ſiue ſolutis,ſiue nuptis, ancillis, ſeu pediſequis, ſiue in eadem domo, ſiue alibi manentes, in concubinatu vltra ſex menſes, perſtiterunt; & idem dic de concubinis prædictis, quæ in concubinatu per idem tempus permãſerũt. Non incidunt autem, qui per minus ſpatium ſex menſium in peccato perſeuerauerunt, & hæc pauca pro eius declaratione nunc dicta ſufficiant;ad laudem,& gloriã Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio vndecimi caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Camerinenſis, qui talis eſt.

Abſolutio ab excõ.cationibus maioribus.

PRo declaratione huius vndecimi caſus reſeruati,præter ea quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt abſolutio,quidvè excommunicatio maior.*
2 *Quando abſoluentes ab excommunicationibus maioribus incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quãdo non incidũt.*
3 *Qualis praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa confeſſionem & abſolutionẽ confeſſariorum abſoluentium ab excommunicationibus maioribus.*

175 CIrca primũ; Abſolutio eſt quędam ſententia diffinitiua à Sacerdote prolata abſoluens Reum; *argum. c.ipſe ligandi,c. iudicare,& ca. plerunque 11.q.3.*

Digitized by Google

11.*q*.3.*& Concil.Trid.ſeſſ.*14.*ca.*6. vide ſupra.*in* 1.*p.q.*2.*nu.* 1.*ſol* 10. Excom-
176 municatio vero maior (nam de minori nihil in præſentiarum dicere cēſeo) eſt Cenſura Eccleſiaſtica priuans hominem Chriſtianum actiuè & paſſiuè à participatione Sacramentorū, à fidelium communione, & ab Eccleſiæ ſuffragijs & orationibus. *ita ex Franc.Molin.in Aphoriſm.Tolet. lib.*1.*c.*5.*num.*1.*& ſeq.& c.*6.*num.*1. *Nauar.in Man.c.*27 *nu.*1.*Io.Paul.Lancellot.Inſti. iur.Canon.li.*4.*de ſent. excommun. tit.*13. *§. excommunicationū. Rodriq. in expoſit. Bullæ Cruciat.§.*9.*num.*49.*Graff.p.*1.*lib.* 4 *dec.aur.c.*1.*nu.*3.

Et hæc excōmunicatio maior aliquando reſeruatur Papæ, aliquando Epiſcopo, & interdum nemini eſt re-
177 ſeruata; quando eſt reſeruata Papę, eius abſolutio ſolum ſpectat ad Summum Pontificem, vel eius habentem auctoritatem; ſi Epiſcopo, illius abſolutio ad illum tantum, vel habentem eius facultatem; Quando vero eſt nemini reſeruata, tunc à quolibet Confeſſario expoſito in foro pœnitentiali abſolui poteſt, per *c nuper, de ſent.excōmun Nauar Man.c.*27 *num.*39. *Henriq. lib.*13.*c.*28.*nu.*5.*Suarez tom.*5.*diſput* 7. *ſect* 3 *nu.*13.*Auila de Cenſur.p* 2.*c.*7.*d.* 1.*dub* 4.*Lazar.de monit ſect.*4.*q.*14.*Tolet.lib.*1.*c.*17.*nu* 4.

Præſens, ergo reſeruatio, cū dicit, *Abſolutio ab excommunicationibus maioribus*, non loquitur de excommunicationibus Papæ reſeruatis, nec de illis quæ nemini ſunt reſeruatæ, ſed tantū de excommunicationibus maioribus Epiſcopo reſeruatis. Excommunicationes autē Epiſcopo reſeruatæ, enu-
178 merantur in libello, qui dicitur *Catalogus excommunicationum, c* 10. edito iuſſu Illuſtr & Reuerendiſs. Domini Alexand. Ludouiſij tūc Archiepiſcopi Bononien. poſtea Summus Pontif. Gregor. XV. nuncupatus. Et ſunt ſequentes.

Prima eſt contra communicantes ſcienter in crimine criminoſo cū excommunicato, ſeu cum innodato excōmunicatione reſeruata Epiſcopo *arg.c.nuper, & c. ſi concubinæ.de ſentent excom.* Vide *Nau.in Man c.*27.*nu.*112. *& Suarez, d.*22.*ſect.*2.*nu.* 22. *Tolet.lib* 1.*c.*13.*nu.*1.

Secunda eſt contra abſolutum ob mortis periculum, vel aliud legitimū impedimētum ab excommunicatio-
179 ne reſeruata Epiſcopo, qui ceſſante periculo, ſeu impedimento, contemnit quam citius commodè poteſt, ſe præſentare ipſi epiſcopo, *arg.c.eos qui, de ſent.excommun. in* 6. Vide *Caiet. cap.* 69.*Nau.d.c.*27.*nu.*46.*& nu.*113. *Tolet. lib.*1.*c.*15.*nu* 2.*Suarez, d.*22.*ſect.*3. *n.*9.

Tertia eſt contra leuiter percutientem Clericum, vel Monachū ſuadente diabulo, ideſt cum peccato mortali. Vide *c.ſiquis ſuadēte,* 17.*q.*4. Si enim percuſſio eſt leuis, reſeruatur Epiſcopo, ſi grauis, reſeruatur Papæ. Et procedit primo etiam ſi Clericus ſit prima Tonſura tantum inſignitus, *ca cū contingat, de ætat. & qualit.* Secundò ēt ſi Clericus ſit coniugatus, dummodo cum vnica, ac Virgine, atque geſtet Habitum, & Tonſuram, *c.* 1.*de Cleric. coniug.in* 6. Tertiò, etiā ſi Monachus ſtrictè ſumptus nō ſit, ſed Religioſus, ideſt tria vota in Religione approbata emiſerit. *c cum illorū. de ſent. excom.* Quartò, etiam ſi fœmina ſit, vt ſupponitur *in c. de Monialibus. de ſentent. excomm.* Quintò, etiam ſi Nouitius, vel Nouitia ſit. *c.Religioſi. §. quamuis. de ſentent.excomm. in* 6. Sextò, etiam ſi conuerſus, vel conuerſa ſit. *c non dubium.de ſentent.excomm.* Et extenditur Primò, ad eos, quorum auctoritate, vel mandato alij percutiunt. *c. mulieres.de ſentent.excom.* Secundò, ad ratā habentes percuſſionem ſuo nomine factam, *c. cum quis. de ſent. excom. in* 6. Tertiò, ad eos, qui cum poſſint, huic facinori deſinūt obuiare, *c.quantæ de ſent excom.* Quartò ad detinentes in cuſtodia publica, vel priuata, vel etiā detru-

Digitized by Google

detrudentes in vincula, etiam ſi nulla corporalis læſio fuerit ſubſecuta. *c. nuper. de ſent. excom.* Quintò, ad conſentientes dando percuſſori auxiliũ, cõſilium, vel fauorem, vt probãt Doctores, *ex d. c. quantæ.* per locũ a fortiori. Sextò, ad percutientes illum, qui ſponte ſe ſubijcit percuſſioni. *c. contingit de ſentent. excomm.* Ipſe tamen Clericus, qui ſe tali percuſſioni ſubijcit, non eſt excommunicatus, ſed excommunicandus. *ex d. c. contingit.* Quod ſi
181 percuteret ſeipſum cũ peccato mortali, eſſet excommunicatus. *ex Panor. in d. c. contingit. Nauar d. ca. 27. num. 79. Tolet. lib. 1. c. 34 nu 7. & Suarez. diſput. 22. ſect 1. nu. 59.*

Quarta eſt omnis illa excommunicatio, quæ eſt reſeruata Sedi Apoſtolicæ, ſed excommunicatus ob iuſtum
182 impedimentum nequit adire; tunc enim, vt ait *Nau. d. ca. 27. num. 89. & 90. §. ad quartam*, ſi poteſt debet adire Legatum, vel alium eius ad id priuilegio munitum; ſi non poteſt reſeruatur Epiſcopo. *Rodriq. in expoſit. Bullæ Cruciatæ. §. 9. nu. 55.*

Quinta eſt omnis illa excommuni-
183 catio, quam Epiſcopus per ſuum ſtatutum tulit, & per idem ſtatutum reſeruatur Epiſcopo, *arg. d. c. nuper. de ſentent. excomm. Nauar. d. c. 27. nu. 112.*

Sexta eſt contra Fratres Minores, qui tempore Interdicti admittunt in
184 ſuis Eccleſijs Fratres tertij Ordinis ad audienda diuina officia. Hæc excommunicatio, vt habetur in *Clemen. cum ex eo. de ſent. excomm.* ſatisfactione præmiſſa tollitur ab Epiſcopo; alias reſeruatur Papæ.

Septima contra omnes Abortum fœtus animati cauſantes. Hęc excommunicatio fuit reſeruata Papæ à Six-
185 to V. ſed poſtea Gregor. XIV. conceſſit Epiſcopis, & Ordinarijs locorum, vt per ſe, & per quoſuis Confeſſarios ad hoc ſpecialiter à ſe deputatos, poſſint ab hac excommunicatione abſoluere. Vide *Sayr. li. 3. de Cenſur. c. 35. nu. 24. & ſeq.* Vide etiam ſupra in declaratione ſeptimi caſus reſeruati in Tabella Maceratenſi. *n. 74. fol. 213.* Et idem dicendum eſt de quibuſcunque alijs excõmunicationibus reſeruatis Epiſcopo. Abſoluere enim excommunicatos maiori excommunicatione ad ſolum Epiſcopum ſpectat
186 *c. nuper. de ſentent. excom. gloſ. in c. 2. de pęnit. & remiſs. in 6.* Nam ex conſuetudine, quæ vim legis habet, receptum eſt, vt Parochi ab excommunicatione maiori non abſoluant; quæ conſuetudo confirmata eſt per *Extrauag. Intercunctas. §. obſeruent. verb. modo eoſdem excommunicatos. de priuileg.* Vbi excommunicationis abſolutionem Epiſcopo reſeruatam eſſe traditur. *Laza. de monitor. ſect. 4 q. 14 num. 10.*

Circa ſecũdum; ex hactenus dictis liquidò conſtat, qui nam incidunt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

Primò enim, incidunt omnes Confeſſarij ſeculares cuiuſcunque ſtatus,
187 & conditionis, qui quoſcunque pęnitentes excommunicatione maiori reſeruata Epiſcopo irretitos, ſiue ob leuem percuſſionem Clerici, ſiue quã litercũque in ſupradictis caſibus excommunicatos, ſine licentia Epiſcopi, abſoluunt.

Secundò, etiam Vicarius genera-
188 lis, ſi id, abſque expreſſa & ſpeciali facultate Epiſcopi, ſe egiſſe comprehendit.

Tertiò, incidit pęnitens ſecularis cuiuſcunque ſtatus, ſexus, & conditionis, qui cum ob leuem percuſſionem Clerici, vel aliam quamcũque ſupra-
189 dictam cauſam, inciderit in excommunicationem Epiſcopo reſeruatã, facit, ſe abſoluere a Confeſſario, qui non habet licentiam ab Epiſcopo illum abſoluendi.

Non incidunt autem; Primò Confeſſarij, qui bona fide, abſoluunt pęnitentem quem ſciunt fuiſſe ſemel excommunicatum, ſi videant illum po-

ſtea

Digitized by Google

ſtea cum omnibus communicare, ac etiam cum Epiſcopo excommunica-
190 tore conuerſare; etiã ſi verè ſit excõmunicatus; ratio quia cum communiter habeatur pro abſoluto, illum bona fide abſoluẽtes minimè ſub hac reſeruatione comprehenduntur. Et eo magis ſi Confeſſarius nihil ſciebat prędictum fuiſſe excommunicatum; v. g. eſt aliquis verè excõmunicatus, ſed ab omnibus habetur pro abſoluto, qua de re vnuſquiſq; poterat cum eo licitè communicare, ſed in veritate non eſt abſolutus, ſi accedat ad confeſſionem, ex quo non eſt confeſſus ſe eſſe excommunicatum, poteſt Confeſſarius abſque peccato illum abſoluere, cum enim communiter habeatur pro abſoluto, illum abſoluẽdo nõ incidit in caſum. Et licet talis abſolutio de facto valeret, in rei tamen veritate eſſet nulla, ſi pęnitens ſciens ſe eſſe excommunicatum accederet ad confeſſionem, vnde maximum ſacrilegium committeret, & ſcienter faciẽdo ſe abſoluere, incideret in caſum. *ex Graff. in Trax. lib. 2. c. 3 nu. 33. & ſeq.*

Secundò, nec Confeſſarius abſoluendo pęnitentem excommunicatũ, qui tempore Iubilæi cõfeſſus fuit peccata ſua, ſed nõ excommunicationẽ,
191 fortè ex obliuione, vel ficté acceſſit, deinde expleto tempore Iubilæi confitetur dicens ſe incurriſſe talem excommunicationem; modo adimpleuerit omnia requiſita in Iubilæo, & per illum habeat Confeſſarius facultatem abſoluendi. *Sylu. verb. confeſſio, 1. q. 19. Nauar. d c 27. num. 12.* & ratio eſt, quia per prædictam cõfeſſionem, iam deſierunt peccata eſſe reſeruata, nec habent amplius Cenſuram annexam; cum enim per priorem abſolutionem ſublata fuit excommunicatio & peccatum deſijt habere Cenſuram annexam, ideo à quouis Sacerdote abſolui poteſt *Nau. loc cit. num. 13. Graff. vbi ſupra nu. 37. & ſeq.*

Tertiò; nec Confeſſarius Regularis; nam Religioſus cum legibus ſynodalibus non ligetur, & ab Epiſcoporum iuriſdictione circa hoc ſit exem-
192 ptus, caſus reſeruatione nõ innodatur; peccaret tamen lethaliter ſic abſoluẽdo, & incideret in pęnas Decreti Clemen. VIII. vt dixi ſupra in declaratione noni caſus reſeruati huius Tabellæ Camerinen. vide ibidem *nu. 143 & ſeq.*

Quartò, nec Sacerdos ille, ſiue ſecularis ſiue Regularis, qui, quamuis non ſit ab Epiſcopo approbatus ad
193 audiendas cõfeſſiones, abſoluit quẽpiam in periculo probabili mortis cõſtitutum à quauis excommunicatione & cenſura. vt notat *gloſ. in c. à nobis in verb. non poterit. el 2. de ſent. excomm. arg. c. non dubium, & c quod de his. & ca. quamuis, eod tit. c ſiquis ſuadente, 17. q 4.* & tale periculum mortis intelligitur non ſolum propter infirmitatem, ſed etiam ſi quis ſit in quocunque periculo vicino morti, vt ſi reperiretur poſitus in obſidione. *gloſ. in c. paſtoralis. in verb. præterquam in mortis articulo. de offic iud. ordin.* Vt ſi locus obſeſſus expugnaretur, & propè eſſet ibi exercitus, machiniſque expugnaretur Baliſtis, vel alijs armorum generibus, tũc quia periculum eſt obſeſſo, eo qđ lapis, aut machina poſſet offendere, poteſt à quocunque ſimplici Sacerdote abſolui, vel ſi reperiretur in Mari, & eſſet in naufragio in periculo mortis, *c. Sanctum, de conſecrat. diſt. 4. Graff. d. Trax. loc. ſupracit. num. 52. & ſeq.* & multo magis in articulo mortis *Ioan. Capeauil de caſib. reſeru p. 1. ca. 7. diffic. 7. Nau d. c. 27. num 272. in fin §. Cæterum faceſſat ſubtilis illa nouitas.* vide ſupra *in p 1. q. 2. à nu. 120. vſque 133.*

194 Circa tertium; Praxis obſeruanda à Confeſſario circa confeſſionem & abſolutionem Confeſſariorum abſoluentium à Maioribus excommunicationibus ſine facultate Epiſcopi, hæc erit.

Circa confeſſionem; Primò, Confeſſa-

feſſarius animaduertat, qđ licet ante Decretum Clemen. VIII. Confeſſarius ſecularis abſoluēdo ab excommunicatione maiori à qua non poterat, peccauit mortaliter, & ſi huiuſmodi excommunicatio erat de contentis in Bulla Cęnæ Domini, eſſet vinculo excommunicationis innodatus; Cōfeſſarius verò Regularis ſciēter ab illa abſoluendo, eſſet excommunicatus abſolutione Summo Pōtifici reſeruata, ex *Clem* 1. *de priuileg.* quod verum intellige quando abſolutio ab huiuſmodi excōmunicatio-
195 ne non eſt caſus reſeruatus Epiſcopo; ex ſupradicto tamen Decreto, tā Confeſſarius ſæcularis, quam Regularis cuiuſcunque Ordinis, qui ſine licētia ſpetiali Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinariorum reſpectu ſuorum caſuum reſeruatorum, abſoluere præſumpſerit (etiam in caſu neceſſitatis vel impedimenti, excepto articulo mortis) à caſibus reſeruatis in Bulla Cęnæ Domini, vel alijs quomodocū que Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, vel in poſterū reſeruandis, ac etiam à reſeruatis ordinarijs locorū, vel etiā in poſterū reſeruandis, incidunt, pręter peccatum mortale, ipſo facto abſque vlla declaratione in excommunicationem Papæ reſeruatam, & alias pęnas contentas in dicto Decreto; vt patet ſupra in *p.* 1. *q.* 1. *nu.* 68 *fol* 28.

Secundò; interroget, an poſtquam incidit in huiuſmodi excommunicationem, abſoluendo à dicta excōmu-
196 nicatione maiori Epiſcopo reſeruata abſque eius licentia, celebrauerit, vel Sacramēta miniſtrauerit, vel fecerit aliquem actum Ordini Sacerdotali deputatū; v.g. ſolemniter Baptizando, dicendo Collectas in Choro dum recitatur Officium Diuinū; audiendo confeſſiones, aquā luſtralē benedicēdo &c. quia irregularitatis notam incurrit, ex *Sylu. verb excomm.* 3 *q.* 5. *Fran. Marco. p* 2. *deciſ.* 801. *Lazar. de monit. ſect.* 4. *q* 18. *nu.* 1. *Nau. c.* 27 *n*

244. Et ſi Irregularis exiſtēs celebra-
197 uerit, vel fecerit aliquem actum ex ſupradictis Ordini Sacerdotali deputatum, ante obtentam diſpēſationē, licet mortiferè delinquat, non tamē incurrit nouam irregularitatē. *Nau. d c.* 27. *n.* 194. *Graff. in Prax. loc. ſupra cit. num.* 57 *& ſeq.*

Tertiò, An in excommunicatione per annū inſorduerit, nam contra eū tamquam de hæreſi ſuſpectū proce-
198 di poteſt iuxta *Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 3. *in fin. de reform.* Qūo autem procedi debeat contra excōicatos per annū, vel amplius, ex recepta cōſuetudine S. R. E. à Sacroſancto Inquiſitionis officio, ex Decreto Sacræ Congreg. tradit, ex *Direct. Inquiſ. Graff p.* 1. *lib.* 4. *dec. aur. c.* 14 *nu.* 4. vide per totum. *Lazar. de monit. ſect.* 4. *q* 8. *n.* 20. vbi ponit verba dicti Decreti Sacræ Congreg.

Quo ad abſolutionē; Confeſſarius Primò animaduertat, quod pęnitentem excōmunicatum prius debet abſoluere ab excōmunicatione, quam à peccatis, aliàs mortale ſacrilegiū cō-
199 mitteret. *Nau. in c. conſideret, §. cautus, nu.* 24 *de pęnit. d.* 5. *poſt Palud. in* 4. *diſt.* 17. *q.* 1 *argum. ca. ſi celebrat. de Cler. excom. miniſt c. Sacris. de his qui vi.* ſi ab illa abſoluendi facultatē habet, quod ſi facultatem ab ea abſoluendi non habet, nullatenus à peccatis abſoluat quouſq; abſolutus ab ea, redeat, aut deferat mandatum ad abſoluendum eum. ita *Nau. in Man c.* 26. *n.* 7 *& Ioan. Capeauil p.* 1. *c.* 10. *q.* 1. *diffic.* 2. *in fin.*

Secundò, quod ante abſolutionē, pęnitēs prius ſatisfaciat, *c.* 1 *de decim.*
200 *in* 6. vbi expreſsè requiritur, vt primò ſatisfaciat cōdignè, & poſtea ſequatur abſolutio ab excommunicatione; & dicit *gloſ. ibi, & Ioan. Andr.* quod in excommunicato neceſſaria eſt abſolutio poſt ſatisfactionem. Vnde licet excommunicatus in genere, eo quod non paruerit monitorio, ſi poſtea reuelet, & reſtituat, nō videatur indigere abſolutione, cum ceſſan

te cauſa, ceſſet effectus, *c. cum ceſſante. de appellat.* cum enim excommunicatio inflicta ſit ob reſtitutionem, vel reuelationem non factam, facta igitur reſtitutione, vel reuelatione, ceſſare debet excommunicatio; nã ſublato principali tollitur regulariter acceſſorium, *Vulg. Iur. Nau. conſ. 28. n. 5. de præb. lib. 3.* Nichilominus non tollitur nec ceſſat excommunicatio per remiſſionem, & ſatisfactionem, neq; per penitentiam, niſi excommunicatus abſoluatur, Abſolutio enim tantum purgat, & liberat, quantum excõmunicatio illaqueat; & ita vbique vſu receptum eſt ſine dubio. Quod quidem extenditur. Primo in excommunicato, donec ſatisfecerit, quia ſola ſatisfactione non liberatur à vinculo excommunicationis, ſed requiritur formalis abſolutio, *tex. eſt in cap. Dequodeultdeo. de iudic.*

Secũdò ampliatur, vt procedat in excommunicato ad tẽpus, quia elapſo tempore non eſt liberatus, niſi obtenta abſolutione ſecundum *Innoc et alios in c. cum bonæ de ætat. & qualit. ita Lazar. de monit. d. ſect. 4 q. 11. à num 1. vſque 5.*

Et notandum tẽpore Iubilæi Con-
201 feſſarium virtute Bullæ Iubilęi, vel alicuius Societatis excommunicatũ abſoluere non poſſe ſine præuia ſatisfactione, ideſt niſi parte ſatisfacta, vbi offenſa eſt manifeſta; vel ſi fuerit dubia, ſine conueniente cautione, ſcilicet Pignoratitia, vel Fideiuſſoria, vt habetur in *c. ſolet. & c. venerabilibus de ſentent. excom. in 6.* & tradit *Sot. in 4. diſtin. 22. q. 2. art. 3. concl. 2. Ledeſm. 2. 4. q. 26. art 1 dub. 9. Nau. in Man c. 27. nu. 278.* Vnde abſolutio ab excommunicatione impenſa per Cõfeſſarium in offenſa manifeſta, vel in dubia, non præmiſſa reali ſatisfactione, vel cautione cũ Pignoribus, vel Fideiuſſoribus (dummodo id cõmodè ab abſoluendo fieri poſſit) nulla & irrita eſt; vt tradunt poſt *Ledeſm. & Sot loc. citatis, Henriq. lib. 13. de excommunic. c 28. §. 1. & Sayr. de Cenſur. lib. 2. c. 20. nu. 33.* Vide *Ioan. Franc. Ripam, in c. 1. de Iud.*
202 *p. 2. num. 75.* vbi inquit, quod excommunicatus pro manifeſta offenſa nõ eſt abſoluendus, etiã ſi velit ſatiſdare de ſatisfaciendo, niſi actualiter ſatiefacit. Manifeſta autem offenſa dicitur, quæ conſtat per confeſſionẽ partis, vel euidẽtiam rei, vel legitimam probationem. *argum. cap. ex parte 1. de verb. ſignif. iuncto c olim, eod tit. Innoc. in c. ſolet, num. 11. de ſentent. excommunic.* Notandum quoque eſt, quod vi Bullæ Iubilæi, vel Societatis, in qua datur facultas Confeſſario abſoluendi ab excommunicatione parte ſatisfafacta, talis excommunicatus pro furto, vel alio debito etiam pęnali, ſi nõ ſit ſoluendo, abſolui nõ poteſt ab excommunicatione, etiam ſi cautionẽ offerat, quia promittere non eſt ſoluere. *Pariſ. conſ. 106 num 2. vol. 4.* licet cautio, ſiue ſatisdatio ſufficiat, vt in mortis articulo abſoluatur, & hoc ne ſine abſolutione decedat, non tamẽ extra tale periculum; tum quia talis facultas non eſt amplior, quam verba ſonant, & illud arbitramentum an excommunicatus poſſit ſoluere, necne, Papa nemini Sacerdotum cõmittit, ſed ſoli Iudici excommunicanti reſeruatur; tum quia ſi abſolueretur à Sacerdote ſub promiſſione, & poſtea promiſſum non adimpleret, abſolutus remaneret cum damno partis, quod Papa non intendit; Sacerdos namque abſoluit ſimpliciter ſine reincidentia, vt Diploma, vel Iubilæum concedit *Ioan. Gutierez, lib. 1. Can. Quaſt. c. 5. num. 29. & ſeq.* Vnde licet talis quoad Deum abſolutus exiſtat ob impotentiam, & bonam voluntatem; impotentia tamen tranſacta, ſi non ſoluat, reddit, vt prius, ita *Sot. in 4 diſt. 22. q. 2. art. 3.* quem referendo ſequitur *Ioan. Guttierez, d. c. 5. nu. 29. & ſeq. Summa Corona, p 3 tit. de excommunic. num 26.* vbi addit

Digitized by Google

dit ex *Soto* quod nomine partis intelligitur non ſolum, qui damnum paſſus eſt, ſed Curia fiſcalis, quando cognita cauſa per ſententiam talis excommunicatus condemnatus, fuiſſet ad ſoluendam pęnam; Quorum quidem opinionem procedere credo, quando res eſſet deducta ad forum exterius, nec eius inopia eſſet notoria; tunc enim non poſſet Confeſſarius abſoluere; ſecus vero vbi res ſit occulta, & adſit vera ſatisfaciendi impotentia; quia in hoc caſu præſtita cautione ſibi poſſibili, ſaltem iuratoria, hoc facere poſſet. *Nauar. d. c. 27. num. 47. & ſeq. Rodriq. in ſum. par. 1. c. 83. num. 3.* Nam ſi talis excommunicatus pro obtinenda abſolutione deberet adire Iudicem excommunicatorem, vt arbitraretur, an poſſet reſtituere, necne, manifeſtaret ſuum delictum occultum, ad quod profectò ſecundum communem opinionē non tenetur, nec Summum Pontifi-
203 cem ad hoc obligare velle dicendū eſt. Vide *Dec. in cap. P. & G. de offic. deleg.* vbi inquit quod non ſolum pauperes nō ſunt excommunicandi pro debito, ſed ſi fortè eſſent excommunicati conſtito de Paupertate, & inopia, ac de impoſſibilitate ſatisfaciendi, abſoluendi omnino erunt, *argum. c. à nobis, 2. ibi, quem non contemptus Religionis, ſed neceſſitatis articulus impediuit de ſentent. excommunic. & Clemen 1. §. pen. vbi gloſ. de Hæret.* & tanto magis quia vt notant *Sum. Coron. d. par. 3. c. de excommunic. num. 27. & Ioan. Bapt. Corrad par. 1. reſpon. caſu conſcien. quæſt. 172.* Pius Quintus, & Gregor. XIII. per Bullam declarauerunt, illos qui ſe abſoluere fecerunt ab excommunicatione incurſa ob damnum datū virtute Iubilæi ſub promiſſione ſatisfaciendi, ſi non ſatisfecerunt, cum primum potuerunt, non eſſe abſolutos, ſed de nouo in eaſdem Cenſuras incidiſſe. *Hæc Lazar. d. ſect. 4 q. 12. a num. 1. vſque 10.*

Item eodem tempore Iubilæi in
204 quo datur facultas abſoluēdi à peccatis & Cēſuris Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, ſecundum veriorē & magis receptam opinionem, excommunicatus & nominatim denuntiatus poteſt abſolui in foro interiori à quocūque Confeſſario approbato, ſeruatis & impletis prius ea, quæ Iubilæum præſcribit, ita vt poſtea nec Eccleſię ſuffragijs, nec participatione Sacramentorum, aut Indulgentiarum priuetur. ita *Ledeſm. 2. q. 26. artic. 1. dub. 9. Sot. in 4. diſt. 22. q. 2. art. 3. concl 2. Nau. in Man. c. 27. num. 278. Couarru. in capit. Alma mater. de ſentē. excom in 6 p. 1. §. 11. num. 12. & 16. Henriq. lib. 13. de excomm. c. 27. §. 5.* Sed circa huiuſmodi abſolutionem ab excōmunicatione, notādum eſt, Primò, eam in foro interiori, ſiue pęnitentiæ prodeſſe ſolum, *c. de his cum gloſ. in verb. replicari, de accuſ. vbi Io. And. Nau conſ. 5. de priuil. n. 8. & conſ. 75 de Regular. n. 30.* vbi dicit, quod abſolutus ad effectū, quęrendi Iubilæum ſtatim quoad vtrunque forum reincidit poſt lucrum hoc ſpirituale (ſi res eſt manifeſta, alioquin in omnibus poteſt ſe gerere vt abſolutū, vt declarauit Greg. XIII. teſte, *Ioan. Capeauil. de caſib. reſeru. cap. 1. q. 3. par. 2.* & Pius V. teſte *Rodriq. in ſum. par. 1. ca. 83. num. 9.*) Immo etiam ſi res ſit manifeſta, reincidit tantum quoad forum exterius, ſecundū magis receptam opinionem, & veriorē ſentētiam doctorum citat, *Eman. Sà, verb. abſol. nu. 19.* & ideo in foro exteriori ſolum talis excōmunicatus denunciatus, ſicut non abſolutus habēdus erit, & vitandus quouſque à ſuo excōmunicatore, vel ab alio habente huiuſmodi auctoritatem abſolutus ſit, *arg. c. ſolet, de ſent. excom. lib. 6. Nau. Couar. & alij loc. cit. Graff. p. 1. lib. 4. dec. aur. c. 15. n. 18. Card. Tuſch. tom. 1. pract. concl. litt. A. concl. 45. num. 2.* vbi inquit, quod abſolutio in foro pęnitētiali ſolum quo ad Deum, & pęnā

æternam, nõ quoad temporalem pœnam operatur. ideoque abſolutus in eo foro, poteſt in foro fori puniri de eodem delicto, nec impedit proceſſum, & hunc vſum eſſe Sacræ pęnitẽtiariæ tradit, *Gomeſ. in Reg.* Cancellarię *de non iudic iuxta form. q* 14. *n* 3. *Pariſ. conſil* 67 *nu.* 22. *lib.* 4 *Coſm. Philiarch de offic. Sacerd. p.* 3 *lib.* 4. *poſt c.* 16. *in addit.* Quæ quidem abſolutio in foro interiori introducta eſt in fauorem excõ
205 municatorum ob crimina occulta, ne Homo ſeipſum in foro exteriori prodere cogeretur. Ne autem homines poſtea abuterẽtur huiuſmodi abſolutione fori interiori ad facilius peccandum, & vitaretur grauiſſimũ præiudicium, quod fieret his, in quorum fauorem eſſet excommunicatio lata, quia per illam debitores negligentiores fierent ad ſoluendum, videntes ſe eſſe abſolutos, *Nauar. conſ.* 75. *de reg.* ideò ſapientiſſimè etiam ab Eccleſia inſtitutum, & perpetuò obſeruatũ eſt, vt hæc abſolutio fori interioris nihil omnino proſit in foro exteriori, quin quandocunq; crimen detegetur in foro exteriori, etiam pęnitẽtia peracta, in exteriori foro accuſari & puniri poſſit, ac ſi verè excõmunicatus eſſet, vt notant *gloſ. in c. de his de accuſat.* Couar. *lib.* 1. *var. c.* 10. *nu.* 3. *Menoch. de arbitr. iud. caſu* 539 *nu.* 31. *Sayr. lib.* 2 *de Cenſur c.* 20. *nu.* 32. *Card.*
206 *Tuſch. d. concl* 45. Secũdo notandũ, quod etiam in foro interiori a Confeſſario impendi nõ debet abſolutio ex vi Iubilæi, vbi offenſa eſt manifeſta ſine præuia ſatisfactione, *Nauar. conſ.* 2. *de ſent excomm.* & vbi fuerit dubia ſine competenti cautione, vt ſupra dictum eſt, & docet *Sayr. d. lib.* 2. *de Cenſur. c.* 20 *nu* 33 *& ſeq. & c.* 18. *nu.* 11. vbi tradit quibus in caſibus abſolui poſſit excõicatus non premiſſa ſatisfactione. Tertiò, notandum quod licet apud multos auctores cõfundãtur hi termini, & vnus accipiatur pro altero, nempe forum conſcientiæ, & forum pęnitentiale, ſiue internum, tamen ſecundum *Tho. Sanchez. lib* 8 *de matrimon. diſp.* 34 *nu* 39. aliud importat conſcientiæ forum, aliud pęnitentiæ. Hoc enim eſt ſolum forum Sacramentale, illud autem tantum, vt diſtinguitur contra forum
207 exterius. Quare dixit *Rodriq Quaſt. Regul tom.* 1. *q.* 61. *art.* 10. facultatem abſoluendi in foro pęnitentiæ intelligi intra confeſſionem, ſecus de facultate abſoluendi in foro conſcientiæ, ſic refert, & ſequitur *Sanchez loc. cit.* vbi concludit, quod Confeſſarius quoties vel ratione Bullæ, vel alterius Priuilegij abſoluit ab excommunicatione in foro conſcientiæ; vel commiſſam ſibi diſpenſationem in eodem foro expedit, extra confeſſionem licitè facere; ſecus ſi in foro pęnitentiæ, tunc enim iudex eſt in ſolo Sacramento, & in foro cõſcientiæ eſt iudex extra Sacramentum, & citat *Nauar. conſil.* 11. *de priuileg. numero* 2. vbi inquit hæc verba abſoluere, in ſolo conſcientiæ foro, non importare, vt abſolutio ſit in ſolo pœnitentiæ foro, ſed vt nullatenus proſit pro
208 foro externo; & idemet *Nauar. in Man c.* 27. *nu* 41. *cum Sancto Anton* 3. *p. tit.* 24 *c.* 77. *in fin. principij*, tuetur Iudicem nondum Sacerdotem poſſe abſoluere ab excommunicatione in foro conſcientiæ, cũ tamen ſit incapax audiendi confeſſiones. vide illum *loc. cit.* Nicol. *Grana in explic pertin. ad confeſſ. lum.* 1. *q.* 9. *poſt princip. ita Lazar. d. ſect.* 4 *q.* 15. *à nu.* 1. *vſque ad* 8.

Tertiò, oſtendat pęnitenti excommunicato grauitatem excommunicationis, inducendo illum ad veram contritionem ſuorum peccatorum; ſiquidem noſci poteſt grauitas huius
209 criminis, ex effectibus, quos parit excommunicatio. Primò enim excõmunicatio ſeparat excommunicatũ extra communionem Eccleſiæ *c. nihil.* 11. *q.* 3. nam ſicut putridæ carnes ſunt reſecandæ, & ouis ſcabioſa, ne

cæte-

Digitized by Google

cæteras inficiat, à caulis, id eſt ſtabulis, in quibus oues reſeruantur, eſt repellenda, ſic mali ne bonos inficiãt, per ſententiam extra Eccleſiam ſunt ponendi, *c. reſecandæ, & c. ſeq. 24. q. 3. Graff. in Prax. loc. ſupracit. nu. 11.* Secũdo ſeparat etiam à communione hominem, & Sacramentorum, immo et à cuſtodia, & gratia Dei, & quodammodo à Cęli gloria, ex *D. Thom. in addit. 3. p. q. 21. art. 3 Sayr lib. 1. de Cenſur. c. 9. nu. 2 Lazar. ſect. 4 q. 8. n. 27.* Tertiò
210 Sathanę tradit, *c. audi. 11. q. 3.* Vnde cum D. Paulus Inceſtuoſum Corinthium hoc gladio percuſſit, ſtatim illum à Sathana correptum omnes viderunt, *1. Corint. c. 5.* vbi gloſ. ordinaria; & ſi excommunicatus nunc non videmus illicò expirare, vel à dęmonibus arripi, dubitandum tamen nõ eſt, cum Chriſtus aſſiſtat ſuę Eccleſię eos, qui legitimè excommunicatione percelluntur, & morti æternæ eſſe obnoxios, quandiu in pertinacia perſtiterint, & in diaboli poteſtate eſſe, *d. c. audi 11. q. 3 vbi gloſ.* Immo dęmon maiorem poteſtatem habet cũ excommunicato, quam in peccatore, quia ille eſt omnino ſegregatus ab Eccleſia, vt membrum à corpore abſciſſum. *c. quemadmodum, 23. q. 7. & c. ipſa pietas, 23 q. 4. Lazar. ſect. 1. q. 19. nu. 13. & ſeq.* & cum ſit membrum extra
211 Eccleſiam deiectum, eſt ſeruus diaboli, qui vtitur eo, ſicut ruſticus Aſino ſuo. *Lazar. d. ſect. 4. q 8 n. 26.* Quartò peccatorum abſolutionem impedit, *ca quicunque, 24. q. 1.* Quintò, omnia bona opera in ea facta mortificat *c. ſiquis à catholica, 23. q. 4. & c. quemadmodum q. 7.* Sextò, ſuffragia Eccleſię, ſiue in vita, ſiue in morte tollit, *11. q. 3. c. quicunque, & c. de communione, 24. q. 1.* Denique ſemper die, ac nocte, & vbique ira Dei manet ſuper eum, *d. cap. ſiquis à catholica, 23. q. 4.* æternam damnationem ſuper illum inducendo, *c nemo Epiſcoporum, 11. q. 3.*

Quartò, & vltimo, in danda abſolutione Confeſſarius multa obſeruare debet; Primò, iubeat excommunicatum iurare, quod de cætero ſimi-
212 lia crimina non patrabit, ſeu vt dici ſolet, de parendo mandatis Eccleſiæ, ſiue abſoluentis, *c. ex tenore, c. de cætero, de ſent. excomm.* quãdo propter enormia & grauiſſima crimina eſſet huiuſmodi vinculo innodatus, puta ſi eſſet Incendiarius, Hæreſiarcha, Falſarius, Homicida Sacerdotis, Veneficus, Notorius percuſſor Clerici, & huiuſmodi, in his enim magnis criminibus iuramentum ab excommunicato de ſtando mandatis Eccleſię, exigendum eſt. *Io. Capeauill de caſibus reſeru. p. 1. c. 10. q. 1. Richard. in 4. d. 18. q. 2. art. 10. Sylu. verb. abſolutio, 3. num. 3. Petr. Sot lect. 4. de excommunic. Nau. in Man c. 26. num. 7. Lazar. ſect 4 q. 12. n. 11. Tolet. lib 1 c. 15. nu. 10. Angel. verb. abſolutio, 3. nu. 1 Graff. p. 1. lib. 4. dec. aur. c. 18. nu. 2.* Vbi inquit quod ſi omittitur huiuſmodi iuramentum, valida eſt abſolutio ſecundum communem opinionem, *Abb. in d. cap. de cætero. de ſentent. excomm.* & ratio eſt quia iuramentum nõ eſt forma, ſed potius admittitur, ne de cætero talia excommunicatus facere præſumat, *c. ea noſcitur, de ſent. excomm.* Quinimo ſi ex-
213 cõmunicatus haberetur ſuſpectus, quod iuramentum forſan non ſeruabit, exigi non debet. Superior tamẽ, vel Confeſſarius animaduertere debet, an pęnitens, q̃ vi alicuius Bullæ, vel Iubilæi abſoluẽdus eſt, ſub illius ſpe, & confidentia deliquerit; nã ab huiuſmodi Cenſura abſolui non poterit, ſi in diplomatibus exprimitur, ne ſpe Bullæ, vel Iubilæi peccantes his ad talia peccata vti valeant. *Beia 2 p. caſu 2. Nau. de Iubilęo. notab. 34.*

Secundò, vt antequam abſoluatur parti læſæ ſatisfaciat; ſi enim excommunicatus eſt ob iniuriam vel dam-
214 num illatum, debet ſatisfacere læſo, *c. cum pro cauſa, de ſent. excom.* antequam per Confeſſarium abſoluatur.

Digitized by Google

Quę ſatisfactio fieri debet eo modo, quo poteſt, pro facultate ſua. Quod ſi ſatisfacere non poteſt, prębeat cautionem idoneam, ideſt pignora; vel ſi hæc dare nequeat, det fideiuſſionẽ; & ſi neque hæc præſtare poſſit, det ſaltem cautionem iuratoriā, i. iuret, quod ſatisfaciet, quamprimum poterit. *Lazar. Nau. Tolet. Io. Capeauil loc ſupracit. & Graff. vbi ſupra, n. 5. vbi in fin.* dicit. Quod ſi Confeſſarius talem diligentiam non adhibeat, ſciat ſe peccaſſe mortaliter.

Tertiò, recitari interim debent quædam Orationes, & Pſalmus *Miſe-*
215 *rere mei Deus*; vel alius pęnitẽtialis, & per ſingulos verſus abſoluens debet leuiter excommunicatum humeris nudatum virga, vel fune, verberare; deinde ſubijcere Kyrieleiſ. &c. Pater noſter. Verſ. Saluum fac ſeruū tuum, Deus meus ſperantem in te. Eſto ei Domine. Nihil ꝓficiat, &c. Domine exaudi orationem &c. Dominus vobiſcum, &c. Oremus, Deus cui propriū eſt miſereri & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram, & hunc famulum tuum, quem excōmunicationis ſententia legatum tenet, miſeratio tuæ pietatis abſoluat; Per Chriſtum dominum noſtrum, Amẽ. *c. à nobis, 2. de ſentent. excomm. vt tradit D. Anton 3. p tit. 24 c. 77. Nau. d ca 26. n. 8. Io. Capeauil. d. q. 1. Lazar. loc. ſupra ci. nu. 12. & Graff. vbi ſupr. nu. 7.* Deinde faciat ei ſalutarem admonitionem & exortationem, ne vnquam in poſterū illum Canonem violet, ob cuius trāſ-
216 greſſionem in excommunicationẽ incidit, *Graff loc. c t nu. 8.* Poſtea abſoluat in hæc verba, vel ſimili forma; Dominus Ieſus Chriſtus dignetur te abſoluere, & ego auctoritate eius, qua fungor, abſoluo te à vinculo excōmunicationis, quod incurriſti ob hanc, vel illam cauſam, & reſtituo te Sacramentis Eccleſię, Communioni fidelium, actibus legitimis, & Eccleſiæ ſuffragijs In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen. *Ex Nau. Io. Capeauill. Graff. Lazar. Tolet. loc. ſupracit. & alijs.* Quę quidem forma ſeruabitur, cum quis propria auctorita-
217 te abſoluat; ſi vero ex mandato alterius, tunc hac vel ſimili forma vti poterit. Auctoritate omnipotentis Dei, & Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & Sanctiſſimi Domini, noſtri Papæ. N. vel Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Epiſcopi noſtri. N. in hac parte tibi conceſſa, & mihi cōmiſſa, abſoluo te à vinculo excommunicationis, quod incurriſti propter talem vel talẽ cauſam, & toties quoties incurriſti, & reſtituo te Sanctis Sacramẽtis Eccleſiæ, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amẽ. *Io. Capeauill. Graff. &* Lazar *loc. ſupra cit.* Hæc tamen ſupradicta ab eo tantum obſeruanda ſunt, qui in foro exteriori abſoluere debet, vel cui a Romano Pontifice committitur abſolutio in forma Eccleſiæ conſueta, alias id non ſeruans, vt multi volunt, mortaliter peccat, licet abſolutio teneat, ſed quod nō peccet mortaliter, alijs probabilius non placet, modo abſit contemptus; ſupradictæ ergo ſolemnitates non habent locum in abſolutione, quæ ſecretò in foro conſciẽtię, & pęnitentiali impenditur. Imò hodie etiam non ſunt in vſu, quādo abſolutio publicè, & ſolẽniter ab ipſis iudicibus datur. *Henriq. de excom m c. 29. nu 4. Eman Sà, Aphoriſm. verb. abſolutio, nu 18. Beia, in 2 p reſp. caſuum conſcien. caſu 2. Auila de Cenſur p. 2. ca. 7. d. 3. dub. 2.* Dum igitur in foro pęniten-
218 tiæ & conſcientiæ occultè reus abſoluitur, ſatis eſt his verbis vti, Abſoluo te à vinculo excommunicationis, & extra actum confeſſionis fieri poterit, per ea, quæ tradit, *Nau conſ. 15. de ſentent. excom & Sanchez, lib. 4. de præceptis, c. 54. num. 15. & c 43. n. 16. Marc. Anton. Genuen. in Trax. Eccleſ. Neapolit c. 67. Rodriq Quæſt. Reg. tom. 1. q. 61. art. 7 Lazar. ſect. 4 q. 15.* Quod profe-

Digitized by Google

profectò facere poſſunt Fratres Minores Regul. Obſeruantiæ, Cõceſſit enim eis Leo X. ne quando excõmunicatos in foro conſcientiæ abſoluũt teneantur eos flagellare dicẽdo *Pſal. Miſerere mei. Compend. priuil. verb abſolutio. 1. quo ad ſeculares, num. 14. Nau. d. c. 16. nu. 9.* Quamobrem cũ prædictis Confeſſoribus Ordinis Minorũ, vel alijs, qui illorum fruũtur priuilegijs, cõmittitur huiuſmodi abſolutio in foro exteriori, tenentur ſupradictam ceremoniam obſeruare, dicẽdo *Pſal. miſerere mei &c.* ſi commodè fieri poteſt, quia aliter, non obligat, vt ait *Nau. loc. cit.* vbi inquit, Quamquã autẽ modus prædictus regulariter ſeruandus eſt, quando commodè poteſt in abſoluendo excommunicato, abſolutio tamen aliter facta valet, etiam ſolum dicẽdo, *Ego te abſoluo ab excommunicatione*, vel *Rebenedico te*, aut aliud æquipollens, cum intentione abſoluendi, *Sylu. verb. abſol. 5. q. 2. ita Rodriq. in ſum. p. 1. c. 83. n. 8. & in ex poſi. Bullæ Crucciatæ, §. 9. nu. 54. in fin.* Alia pertinentia ad abſolutionem ab excommunicationibus maioribus, puta ſi pęnitens pluribus excommunicationibus ſit irretitus, & huiuſmodi, vide *Nau. Io. Capeauill. & alios doctores loc. ſupraci & Summiſtas in verb. excom. & verb. abſolutio.* Tandem imponat ei ſalutarem pęnitentiam, & abſoluet. Et hæc pro huius vndecimi caſus reſeruati declaratione, dicta ſufficiant ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio duodecimi, & vltimi caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Camerinen. qui talis eſt.

Si quis actus inhoneſtos, ſeu inhoneſta verba cum Monialibus habuerit, aut inhoneſta continentes ad ipſas litteras, & libros miſerit, ſeu dederit.

PRo declaratione huius duodecimi, & vltimi caſus reſeruati, præter ea, quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quæ propriè ſunt Moniales.*
2 *Quando inhoneſtos actus, ſeu inhoneſta verba cum Monialibus habentes, aut inhoneſta continentes ad ipſas litteras, & libros mittentes, ſeu dantes, incidũt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa confeſſionem, & abſolutionẽ pęnitentium inhoneſtos actus, ſeu inhoneſta verba cũ Monialibus habentium, aut inhoneſta continentes ad illas litteras, & libros mittẽtium, ſeu dantium.*

CIrca primum; Quę nã ſint
219 Moniales, habetur ſupra in declaratione vltimi caſus reſeruati in Tabella Piſaurenſi.

Circa ſecundum; incidunt in hũc caſum reſeruatum, vt clarè patet.

Primò, qui cum Monialibus profeſſis, etiam exemptis, actus inhoneſtos habent, puta eis pudenda oſten-
220 dendo, vel eas oſculando, vel impudicè earum Mamillas, nuda brachia, genas, aut alias quaſcunque corporis partes manibus tangendo; vel in earum præſentia manibus ſe polluẽdo; vel qualitercunque eas, vel aliquam illarum amplexando, ſeu ad libidinẽ prouocando; & multo magis, ſi eis naturaliter, vel contra naturam abutantur.

Secundò, & qui de rebus inhoneſtis & obſcenis cum Monialibus prædictis alloquũtur, ſiue verba ſint prouocatiua ad peccatum carnis, ſiue vt
221 inde carnaliter delectentur, ſiue nõ cauſa delectationis venereæ, ſed ad recreationem capeſcendam tantum prolata; proferuntur enim cum peri-

culo probabili delectationis libidinoſæ, quod eſt peccatū mortale iuxta *gloſ. in Clement. ad noſtrum. verſ. ſeptimo de hæret.* ſiue qualitercunque per ſigna vel nutus illarum pudicitiam fœdare attentauerint, *Floron. de caſib. reſeru. p 2. caſu* 8. *n.* 5.

Tertiò, & qui inhoneſta, & turpia continentes ad ipſas, ſeu illarum aliquam, litteras, vel libros per nūtium
222 miſerint, ſeu per ſeipſos dederint, etiamſi ab aliqua illarum de hoc requiſiti fuerint, *Floron. loc. cit.*

Quartò, & qui cum ſeruientibus,
223 quæ Conuerſæ dicuntur, & ad ſtipem petēdam exire ſolent, vbi è monaſterio exire permittūtur, prædicta vel aliquid prędictorum, moliuntur, dummodo tales ſint profeſſæ.

Non incidunt autem; Primò, qui ſupradictos actus inhoneſtos habent cum nouitijs, vel puellis, quæ in monaſterio æducationis cauſa commorantur, vel etiam alijs fœminis nu-
224 ptis, & viduis, quæ ibi ob iuſtas & honeſtas cauſas includūtur; & ſi ſemper mortaliter peccent; & ratio eſt, quia caſus loquitur tantum de Monialibus profeſſis; & idem dicēdum, ſi cum prędictis verba inhoneſta & turpia quomodocunque habuerint; vel litteras inhoneſta continētes, vel libros, ad illas per nuntium miſerint, ſeu per ſeipſos dederint, peccatum enim tantum immortale cōmittūt, ob rationem iam dictam, quia videlicet hęc reſeruatio de Monialibus profeſſis tantum loquitur: & à proprietate verborum non eſt recedendum, niſi conſtet voluntatem ſtatuētis aliter voluiſſe, *gloſ. in c. præterea, de verb. ſignif.*

Secundò, nec qui de rebus licitis,
225 & honeſtis cum prędictis Monialibus loquuntur, vel litteras honeſta cōtinentes, vel libros ſpirituales, vel alios honeſta pertractantes, ad ipſas miſerint, vel dederint; & idem dicendum de ſupradictis puellis, nuptis, & viduis in Monaſterio degētibus; ſcri-
226 bere enim litteras honeſta continētes ad Moniales, abſque praua intentione, vel mittere aliquem libellum ſpiritualem, ſeu manu propria porrigere, nullum peccatum cognoſco.

Tertiò, nec mittentes huiuſmodi litteras turpia & inhoneſta continentes, ſi minimè dictæ litterę ad manus Monialium peruenerint. *Floron. loc. cit. nu.* 5. quamuis lethali culpa ſe cōmaculent, vt patebit infra, *nu.* 229.

Quartò, nec qui cum his fœminis, ſupradictos actus inhoneſtos, & turpia verba, habuerint, quę tribus ſo-
227 lemnibus votis non ſunt aſtrictę, nec Clauſurę legibus tenentur; cuiuſmodi ſunt illę Virgines, ſeu mulieres, quę Bizochas, ſiue Tertiarias appellare ſolemus, quæ etiam ſub Societate Diuę Vrſulę militant; cuiuſmodi ſunt Romę oblatę Turris nonę ſpeculorum, de quibus conſuluit, *Nauar. conſil. 6. de ſtat. monach. Azor. p. 1. Inſt. moral. lib. 13. c. 9. quæſt. 5.* Vel etiam in aliquo honeſto loco ſimul habitant, habentes omnia communia, vel in domibus ſuorum parentū viuunt, vt ait *Horat. Gambar. de caſibus reſeru. caſu 2. f.* 190. hę enim non ſunt propriè Moniales, de quibus pręſens reſeruatio loquitur, cū tria vota conſueta non emittant. Vnde Doctores
228 inferunt, quod ſi aliqua Mulier vouerit fore Beatam, ſeu Bizocham vel Tertiariam, poterit Epiſcopus in tali voto diſpenſare, quia hoc non eſt eſſe Religioſam. *Pet. de Arrag. 2. 2. q.* 88 *art.* 12. *Clau. Reg. lib. 6. c.* 11. *nu.* 64.

Quintò, nec Regulares cuiuſcunque ordinis, prędictos turpes & inhoneſtos actus, vel turpia verba, cum Monialibus profeſſis habentes, ſeu
229 etiam litteras inhoneſta continentes ad ipſas mittentes, quamuis grauiſſimè lethaliter peccent; & (etiam ſi de rebus licitis & honeſtis cum eiſdem, ſine licentia Sacrę Congregationis Cardinalium, loquantur) incidant

dant

dant in pęnas, in dicto Decreto ſacrę Congregationis, contentas, vt ſupra in declaratione vltimi caſus reſeruati in Tabella Piſaurenſi, & ratio eſt, quia vt alias ſæpedictum eſt, Regulares cum ſint omnino exēpti ab Epiſcoporum iuriſdictione, nūquam ſub eorum Caſuum reſeruatione cōprehenduntur; quod ſummoperè venit notandum. An autem Moniales poſſint ſine peccato recipere litteras ad ſe, à quocunq; miſſas; reſpondeo cū *Nau. Comment. 2. de Regul. nu. 13.* quod ſic, de conſenſu tamen ſaltèm tacito ſuarum Pręfectarum. Ego autē addo, dummodo tamen dictæ litteræ non contineant vana, vel turpia verba, ſeu inhoneſtos turpeſvè ſermones, quia ſic tam mittentes, quā recipientes peccant mortaliter.

Circa tertium; Praxis obſeruanda à Confeſſario circa confeſſionem & abſolutionem ſupradictorum pęnitentium, hæc erit.

Circa confeſſionem, Primò Confeſſarius obſeruet; An pęnitens actus inhoneſtos cum Monialibus perpetrauerit in Eccleſia, puta in collocu-
230 torio, vel ad Crates; vel intra ſepta Monaſterij; quia ſi in Eccleſia cum vltra peccatum mortale etiam ſacrilegium commiſerit, & ſi intra ſepta Monaſterij præter peccatum, & ſacrilegium, etiam excommunicationem Papæ reſeruatam inciderit, cū malo fine violauerit clauſuram, ex Decreto Sacrę Congregationis, hęc omnia in Sacramentali Confeſſione ſunt exprimēda; licet huiuſmodi excommunicationem minimè incidere cenſerem ſi cum licentia & ex cauſa legitima ingreſſus eſſet, & deinde ibi impudicos haberet actus cum aliqua Moniali, quia tunc non dicitur violaſſe Clauſuram, cum ingreſſus fuerit legitimus, & licitus, quamuis forſan malam habuerit intentionem vt tradit *Lazar. par. 2. quæſt. 10. nume. 32.* Lethali tamen culpa ſe obſtringeret, & hunc caſum, vt clarè patet, incurreret. Vide declarationem vltimi caſus reſeruati Tabellæ Piſaurenſis.

Secundò, ſi (quod Deus auertat) pœnitens rem habuerit cum aliqua Moniali, non ſufficit dicere in Confeſſione, ſe cum Muliere peccaſſe,
231 quæ Voto caſtitatis erat aſtricta, ſed in ſpecie exprimere debet, quod erat Virgo Monialis, Deo Sacrata in Clauſura degens; & ſi id fortè patrarit cum Puella, vel Nupta, aut Vidua intra ſepta Monaſterij commorantibus, hoc quoque exprimere tenetur in Confeſſione, ita dicendo, Confiteor, quod violaui quandam Puellam in Monaſterio æducationis gratia degentem, cum promiſſione eam ducendi, &c. Vel concubui cum Coniugata, vel Vidua, in Monaſterio commorantibus; & ſi huiuſmodi fœminæ in aliquo Cognationis gradu ſibi coniunctæ ſint, hoc etiam in Confeſſione manifeſtādum eſt.

Tertiò, ſi pœnitens Religioſus ſit, vel in maioribus ordinibus conſtitutus, qui cum Sanctimoniali ſe
232 turpiter immiſcuit, tenetur huiuſmodi circunſtantiam ſic explicare; Profeſſam monialem intra Clauſuram turpiter cognoui, cum & ipſe ſolemni Voto caſtitatis ligatus ſim, ex *Azor par. 1. Inſtit. moral. lib. 12. cap. 12. quæſt. 9. Graff. conſil. 2. de pœniten & remiſſ. num. 8.*

Quartò, interroget, an dum de rebus obſcenis cum moniali loquebatur, aliqua turpi, & moroſa delecta-
233 tione erga illam effectus fuerit, qa ſi deſiderauit vitiare illam in loco ſacro, puta in Eccleſia, hanc circunſtantiam ſacrilegij, tenetur neceſſariò Confiteri, ex *Nauar. in Manual. c. 6. num. 12.*

Quoad abſolutionem; Primò Cōfeſſarius diligēter perſcrutet, an pęni-
234 tēs ſupradictos actus turpes, & ihoneſtos

neſtos perpetrauerit intra ſepta Mo-
naſterij cum aliqua Moniali, nam cũ
inciderit in excõmunicationem Pa-
pæ reſeruatam, vt ſupra dictum eſt,
ideo pro abſolutione ad Sedem Apo
ſtolicam mittendus eſt.

Secundò, an ſacrilega Proles ſit
nata, & clam ad Hoſpitale miſſa ſit,
quia ſic omnę damnum ipſe ſacrile-
235 gus reſarcire tenebitur, vt dixi ſu-
pra in explicatione ſecundi caſus re-
ſeruati in Tabella Anconitana *num.*
135. *fol* 69. Et ſi procurauit Aborſum
dic vt in Tabella Maceratenſi in ex-
plicatione ſeptimi caſus in praxi ob-
ſeruanda a Confeſſario.

Tertiò, an amotę ſint proximę de-
linquendi occaſiones; cum enim ve-
ra pœnitentia ſit peccatorum cauſas
236 excidere, & earum ſuggeſtionibus
aditum non indulgere. *cap ſatisfactio.*
de pœniten. diſt. 3. fit, vt niſi Peccator
proponat propinquas occaſiones om-
nino relinquere, nullatenus abſoluen
dus ſit.

Quartò, animaduertat, quod con-
tra Regulares ſcribentes ad aliquam
ſui ordinis Monialem, ſi ipſæ litteræ
237 ad prædictam Monialem peruene-
rint, adeſt excommunicatio lata a
Greg. XIII. vt tradunt *Nauar. conſil.*
60. de ſenten. excomm. Rodriquez. Quaſt.
Regul. tom. 1. quaſt. 45. artic. 3. Mirand.
tract. de Monialibus quaſt. 4. art. 5. Graff.
conſil. 22. num. 34. de ſentent. excommun.
a qua tamen, cum nemini ſit reſerua-
ta a quolibet Confeſſario approbato,
poterit abſolui. Qui etiam Regula-
res, etiam ſi de rebus licitis, & hone-
ſtis cum Monialibus, ſine licẽtia ob-
238 tenta Sacræ Congregationis, collo
quantur, incidunt in pœnas eiuſdem
Congregationis Decreto contẽtas,
de quo vide in Tabella Piſau. *nu.* 174.

Quintò, & vltimò, conetur induce
re pęnitentem ad veram, & perfectã
contritionem ſuorum peccatorum;
oſtendendo ei grauitatem huius cri-
239 minis; Cum enim Sanctimoniales,
vt veræ ſponſæ Ieſu Chriſti, a publi-
cis, & mundanis conſpectibus ſepara
tæ eſſe debeant, atq; ab omnib. vanis
colloquijs teneant penit⁹ eſſe alienę,
maximè ab impudicis ſermonibus,
cum iuxta *Apoſtol. 1. Corint. cap.* 15. ex
Menandro. *Corrumpũt bonos mores col-*
loquia mala. gloſ. in c. turbat. diſt. 37. & in
Clement. 1. verb. Colloquia. de Celeb. Miſ-
ſar. ſequitur grauiſſimè peccare ij, qui
cum eis turpia, & inoneſta colloquia
habent. Vnde partes Cõfeſſarij erũt
acriter tam Moniales, quam cum il-
240 lis colloquentes, obiurgare; iniun-
gendo eis grauiſſimam pœnitentiã,
& præſertim præſeruatiuam, prohi-
bendo eis ne de cætero amplius cum
tali Moniali alloquãtur, etiam ſi licẽ
tiam habeant alloquendi cum Mo-
nialibus; nevè ad illam, vllo modo lit
teras ſcribant, vel libros turpia conti
nentes mittãt, vel proprijs manibus
porrigant; vt omnes occaſiones pec-
candi prorſus tollantur; & ſi aliquid
illorum agere attentauerint, toties
ſequenti die in pane, & aqua ieiunẽt;
Pſalmos Pęnitentiales genibus flexis
recitent; Vel aliquam eleemoſynam
Pauperibus tribuant; Vel quod ſe-
quenti feſto Confiteantur; vt ſic cum
auxilio diuinæ gratiæ cauere poſſint
a peccatis. Et hæc pro huius duodeci
mi, & vltimi caſus reſeruati, ac ſimul
totius illius Tabellæ Camerinenſis
declaratione dicta ſufficiant, ad lau-
dem & gloriam Domini noſtri Ieſu
Chriſti, Amen.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO XIII.

De Caſibus Reſeruatis Epiſcopo Forumſempronij.

Circa hanc tertiamdecimam quæſtionem quæritur, quot, & quales ſunt caſus reſeruati Epiſcopo Forumſempronij, ad hoc breuiter reſpondeo dicendo. Caſus, quorum Abſolutionem nunc in ſua Diœceſi ſibi reſeruat Ordinarius Forumſempronij ſunt hi, qui in præſenti Tabella continentur.

Tabella Forumſempronij.

1 *Inceſtus in primo, & ſecundo gradu cognationis, & in primo affinitatis.*
2 *Veneficia. Incantationes, Superſtitiones, Sortilegia, abſque tamen errore intellectus, eo enim caſu, eſt caſus reſeruatus Sedi Apoſtolicæ.*
3 *Detentio Puerorum in lecto ante completum annum.*
4 *Peccatum nephandum cum frequentia, & Beſtialitas.*
5 *Procuratio Abortus, conſilium, uel auxilium circa illum, quamuis non ſit ſequutus effectus.*

Declaratio huius Tabellæ.

IN nomine Dñi Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio primi, & ſecundi caſuum reſeruatorum, eiuſdem Tabellæ Forumſempronij, qui tales ſunt.

Inceſtus in primo, & ſecundo gradu Cognationis, & in primo Affinitatis.

Veneficia, Incantationes, Superſtitiones, Sortilegia, abſque tamen errore intellectus, eo enim caſu, eſt caſus reſeruatus Sedi Apoſtolicæ.

PRo declaratione horum primi, & ſecundi caſuum reſeruatorum circa primum hoc dumtaxat cenſeo dicendum, quod ſcilicet in hunc caſum
1 reſeruatum incidunt committentes Inceſtum in primo, & ſecūdo gradu Conſanguinitatis, & in primo gradu Affinitatis tantum; cætera pro explicatione huius caſus vide ſupra in Tabella Anconitana caſu 2. & in Tabella Firmana *num. 9. fol. 119.* Quo vero ad ſecūdum, cum eius declaratio pateat in Tabella Camerinen. *caſu 1. nu. 1.* ideo nunc miſſa facio; hæc ergo pauca pro illorum declaratione modo dicta ſufficiant, ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio tertij caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Forumſempronij, qui talis eſt.

Detentio Puerorum in lecto ante completum annum

PRo declaratione huius tertij caſus reſeruati, præter ea quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Puerorum in lecto ante completum annum detentio.*
2 *Quando detinentes Infantes in lecto ante completum annum incidunt in hūc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario*

Digitized by Google

ſario circa Confeſſionem,& Abſolutionem pœnitentium Infantes ante completum annum in lecto detinentium.

CIrca primum, quid ſit Puerorũ in lecto ante completum annum, detentio, habetur ſupra in Tabella Anconitana. *n* 403 *fol.* 115.

2 Circa ſecundum, qui nam incidũt, vel non incidunt in hunc caſum reſeruatum, habetur etiam in eadem Tabella Anconitana, in explicatione vltimi caſus reſeruati. *num.* 404. *fol.* 115. Vbi vero reſeruat caſus Oppreſſionis, ſeu ſuffocationis Infantiũ, vt ſit in Tabella Senogallienſi *caſu* 5. & in Tabella Sancti Seuerini *caſu* 8. & in Tabella Callienſi, *caſu* 10. tunc incidunt in caſum reſeruatum.

Primò omnes ſuffocãtes Paruulos Infantes tenellos in lecto ante annũ,
3 ſiue ſit Mater, ſiue Pater, Nutrix, ſiue alij quicunque. *Graff. in Prax. lib.* 2. *cap.* 38 *num.* 22.

4 Secundò, & ſuffocantes Paruulum tenellum in Cunis, puta ſi tot pannos ſuper eum poſuerunt, quod ex illorũ pondere ſuffocatus eſt, & idem dicẽdum ſi illum ſuffocauerint in terra; ratio, quia appellatione lecti, intelligitur etiam humus *Graff loc. citat. nu.* 36. *& ſequen.*

5 Tertiò, & ambo Parentes, ſi ex eorum lata culpa, Infans tenellus ante annum completum, reperiatur in lecto mortuus; Verbi gratia ſi collocarent Paruulum trium menſium in lecto in medio vtriuſque, quo caſu facilè eſt culpam agnoſcere, quia nõ debebant Puerum ibi collocare, & dormire; vnde cum præceſſerit culpa grauis non adhibendo ſtudioſam cuſtodiam, ſunt in lata culpa, & hac reſeruatione ligantur *Graff loc cit num.* 23.

Quartò, & Mater, vel Nutrix, quę tenellum Infantem, ne eiulet, vel ne ipſa ſurgens è lecto frigoris intempe- 6 riem patiatur, in ſuo lecto, ante annũ completum, ita noctu collocauit, & illum oppreſſit. *Io. Capeauill. de caſibus reſeruat. p.* 2. *c.* 10. *q.* 2. *Nau in Man c.* 15. *num* 13. *Graff. p.* 1. *lib* 2 *dec. aur. c.* 66. *n.* 22. niſi forte ſibi perſuaſerit oppreſſionem probabiliter ſequi non poſſe, eo quod cubile in quo dormit eſt amplum, & Puerum lõgè à ſe poſuit, & ipſa dormiens non ſoleat locum mutare, vt dixi etiam in dicta Tabella Anconitana. *num.* 408 *fol.* 115.

7 Quintò, & Matres, vel Nutrices, quæ de induſtria, ita ſuorum Infantium nondum annum habentiũ, manus pedes, ac crura (dum eos faſciãt) ſtricta cingũt faſcia, quod ex tali ſtricta alligatione adeò in membris infirmantur, quod paulo poſt moriunt.

8 Sextò, & Puellæ illæ, quæ cum clã ex eorum Amatoribus conceperint, Infantem illicò natum, proprijs manibus necant, & in Puteum, Amnẽ, Fontem, vel Latrinam proijciũt, vel ſub terra ſepeliunt.

Non incidunt autem omnes illos quos retulimus ſupra in d. Tabella Anconitana a *num.* 408. *vſque nu* 413.

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & Abſolutionem pœnitentium, Infantes ante completum annum in lecto detinentium, & illos ſuffocantium, hæc erit.

9 Circa Confeſſionem. Primò Confeſſarius conſiderabit circunſtãtiam Perſonæ; an videlicet Mater, vel Nutrix, aut alius Prolem oppreſſerit, q̃a in primo caſu circunſtantia mutat ſpeciem, & vocatur Paricidium. *Ioã. Capeauill. loc citat. q.* 3. *& Graff. vbi ſupra in Prax. num* 38. Quamuis enim is propriè Parricida vocatur, qui Patrẽ aut Matrem necauit, tamen is quoq. Paricida dicitur, qui filium, aut quẽuis alium Propinquum occidit. *Azor. p.* 2. *Inſt. moral. lib.* 2 *c* 25. *in princip.* hæc ergo circumſtantia neceſſario in Cõfeſſione eſt exprimenda. Et idem cẽſendum,

Digitized by Google

10 ſendum, ſi Infantem nondum Bapti
zatum, ſuffocauerit, hoc enim, etiam
in Confeſſione explicare tenebitur.

Secundò, conſiderabit circunſtan-
tiam tēporis, an videlicet, diu in vo-
lũtate ſuffocādi Prolem perſeuerau
11 rit; quia ſi volũtas fuerit interrupta,
oportet Confiteri numerum, Quo-
ties, alias continuationem temporis.
*Nauar. cap 6. num. 16. 17. 18. Io. Capea-
uill. & Graff loc. citat.*

Tertiò animaduertat Cōfeſſarius
an pœnitens dolo, vel lata culpa, an
leui, vel leuiſſima Infantem oppreſſe
rit, vt ſciat an caſus ſit reſeruatus nec
12 ne; nam ſi lata culpa Paruulus fuerit
ſuffocatus, tunc grauiſſima eſt iniun-
genda pęnitentia, ac ſi doloſè eſſet
oppreſſus, cum lata culpa in foro cō-
ſcientiæ æquiparetur dolo; Si vero
leui culpa, ſecundum Canones erit
imponenda pęnitentia trium anno-
rum. *Maria. Socc. in c. ſi. de his qui fil. oc-
cid. Graff loc. citat num. 38.*

Quo ad abſolutionem; duo prę ſer
tim a Confeſſario ſunt obſeruanda.
Primum opprimentem ſeu ſuffocan-
tem voluntariè propriam Prolē non
13 debere abſolui, niſi grauiſſima impo
ſita pęnitentia; tali tamen per quam
nulla ſequatur Confeſſionis reuela-
tio; cum iuxta *gloſ. in c. de Infantibus. de
his qui fil. occid.* antiquitus etiam illi,
qui caſu, & negligentia mortali Pro-
lem oppreſſiſſet, ſolebat imponi pœ-
nitentia quinque, vel ſeptem anno-
rum. *Io. Capeauill vbi ſupra. q. 3. D. An-
ton. 2. p. titu. 7 c. 8 §. vlt & in l ſi quis C.
de his, qui Parentes vel liber occid.* Ac-
14 cerbiſſima plectitur pœna Parentis,
aut filij occiſor. *Si quis*, ait Conſtanti-
nus, *in d. l.* a ſe lata. *Parentis, aut filij,
aut omnino affinitatis eius, qui nuncupa-
tione Parentum continetur fata præpara-
uerit, ſiue clam, ſiue palam id enſus fuerit
pœna Parricidij puniatur, et neque gladio,
neque ignibus, neque alij vlli ſolemni pœnę
ſubiugatur, ſed inſutus culeo cum Cane,
vel Gallo gallinaceo, & Vipera, & Simia,
in vicinum mare, vel in Amnem proijcia
tur, vt omni elementorũ vſu carere viuus
incipiat, & ei Cœlum ſuperſtiti, terra mor
tuo auferatur. Azor loc. ſupracitat. d An
ton d p. 2. tit. 7. c. 8. §. vlt.* vbi etiam di-
cit, quod ſecundum *Hoſt.* quando Pa-
rentes ſpontè filios occidunt, vel op-
primunt, maior eſt eis pęnitentia,
quam pro communi homicidio, in-
iungenda.

15 Alterum, Viros opprimentes ſeu
ſuffocantes Proles ſuas, ſiue alienas
incurrere Irregularitatem, in qua ſi
volũtariè oppreſſerint, nemo poteſt
diſpenſare, niſi Summus Pontifex, ſi
vero caſu, vel negligentia mortali,
tunc poterit Epiſcopus diſpenſare,
per illa, quæ habentur *in Concil. Tridē.
ſeſſ. 14 c. 7. de reformat. Io. Capeauill. d. q.
3. & Graff. loc. cita num. 39.* Imò in qui-
buſdam diæceſibus ſuffocantes Pro-
les ſuas ſolent excommunicari, vel
inhiberi ſub pęna excommunicatio-
nis, ne Infantes tenellos ante annum
ſecum in eodem lecto detineant, vt
notat *Graff p. 1. li 2 dec. aur. c. 66. num.*
22. & nos diximus ſupra in d. Tabel-
la Anconitana *nu. 404 fol. 115.* quod
bene notare debet Confeſſarius. De-
16 mum Confeſſarius oſtendat pœnitē
ti grauitatem ſui delicti, inducendo
eum ad veram, & perfectam contri-
tionem ſuorum peccatorum, iniun-
gendo ei grauiſſimam, vt dixi, pęni-
tentiam, & maximè præſeruatiuam,
ſi ei videbitur in domino expedire,
proponendo firmiter, nō amplius ſe
tale delictum commiſſurum. Et hæc
pro huius tertij caſus reſeruati decla
ratione, dicta ſufficiant, ad laudem,
& gloriam Domini noſtri Ieſu Chri-
ſti. Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chri-
ſti, incipit declaratio quarti, &
quinti caſuum reſeruatorum eiuſdē
Tabellæ Forumſempronij, qui ta-
les ſunt.

Pecca-

Peccatum nephandum, cum fræquentia, & Beſtialitas.

Procuratio Abortus, conſilium, aut auxilium circa illum, quamuis non ſit ſequutus effectus.

PRo declaratione horum quarti, & quinti caſuum reſeruatorum, breuiter, quo ad peccatum nephandum cum fræquentia perpetratum, 17 huius caſus declaratio, quo ad hanc partem, habetur in Tabella Recanatenſi *num.* 35. *fol.* 293. Et quo ad Beſtialitatem in Tabella Firmana *fol.* 123. Circa vero quintum, & vltimum caſum, cum illius optima explicatio habeatur ſupra in Tabella Maceratenſi in explicatione ſeptimi caſus, per totum, *fol.* 311. ideo hæc pauca pro illorum, ac ſimul totius iſtius Tabellæ Forumſempronij declaratione, dicta dicta ſufficiāt, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

QVÆSTIO XIIII.

De Caſibus Reſeruatis Epiſcopo Senogallienſi.

Circa hanc quæſtionem quartodecimam quæritur, quot, & quales ſunt caſus reſeruati Epiſcopo Senogallienſi, ad quod breuiter reſpondeo dicendo. Caſus, quorum Abſolutionem nunc in ſua Diœceſi ſibi reſeruat Ordinarius Senogallienſis ſunt hi, qui in præſenti Tabella continentur.

Tabella Senogallienſis.

1 *Blaſphemia publica, & notoria.*
2 *Homicidium voluntarium.*
3 *Beſtilitas.*
4 *Peccatum nephandum cum utroque ſexu.*
5 *Infantium oppreſſio, ſeu ſuffocatio.*
6 *Notariorum non denuntiantium legata pia infra menſem, a die mortis ipſorum Teſtatorum.*
7 *Habentes rem carnalem cum Iudæis.*

Declaratio huius Tabellæ.

IN nomine Dñi Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio primi caſus huius Tabellæ Senogallienſis, qui talis eſt.

Blaſphemia publica, & notoria.

PRo declaratione huius primi caſus reſeruati, præter ea quæ dicant Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid ē Blaſphemia publica, & notoria.*
2 *Quando Blaſphemia publica, & notoria eſt caſus reſeruatus, & quando non eſt reſeruatus.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & Abſolutionem publicorum, & notoriorum Blaſphematorum.*

CIrca primum; antequā quid Blaſphemia publica, & notoria, ſit, dicamus, ī primis quid Blaſphemia, quidvè publicum, & Notorium ſit, operæ pre-

preciũ eſt,vt videamus. Blaſphemia
1 ergo,vt breuiter me expediam,eſt dicere tacitè, vel expreſsè, verbo, vel ſcripto contra Deum, Beatiſſimam Virginem, aut Sanctos quidpiã contumelioſum. *Nau. Man. c. 12. num. 81.* & alij Doctores citati ſupra in declaratione tertij caſus reſeruati in Tabella Æſina *num. 3. Publica*; vt intelli-
2 gas, quæ Blaſphemia ſit publica, nota pro diuerſitate notitiæ, quæ de aliquo habetur, ſolere illud appellari modò occultum, modò publicum apud Iuriſperitos. Occultum ergo apud illos dicitur aliquid tripliciter. Primò illud, quod non eſt probabile ſua natura, quia vt tale non cadit ſub cognitione hominis, vt ſunt cogitationes hominum. Secundò, id quod natura ſua probabile eſt, ſed probari nõ poteſt, quia nemo illius notitiam habet, quia coram nemine factũ eſt. Tertiò, id quod probari quidem poteſt, quia quidam habent illius notitiam, ſed adeò pauci quod nulla fama orta eſt, neque eſt in iudicium deductum, quod doctores etiam penè occultum vocant. *Io. Capeauill. p. 2. de caſib. reſeruat. c. 19. q. 1.* His igitur cognitis facilè eſt etiam ſcire, quando di-
3 catur Blaſphemia publica, & notoria. Cum contrariorum ſit eadem diſciplina quo ad cognitionẽ, quia cognito vno de contrarijs, cognoſcitur & aliud, vt eſt *text in l. 1. vbi Barthol. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien iur. Iaſon in Rubric. de acquir. poſſeſſ. num.* 10. & ita cognito occulto, cognoſcitur cõtrarium ſcilicet publicum, & ſic noſcitur quando ſit reſeruata Blaſphemia publica. *Graff. in Prax. lib. 1. c. 10. n. 18.*

4 Publicum ergo definitur illud eſſe quod patet omnibus, ſecundum *Bar. in lib. 1. §. penult. de ſuſpect. Tutorib.* Dicitur autem quid patere omnibus, qñ notum eſt toti, vel ſaltem maiori parti, non quidem Prouinciæ, Ciuitatis, vel Parochiæ, ſed Viciniæ, Collegij, Monaſterij; modo ſaltem in eis repe-riantur decem, per illa, quę habet *Panormita in c. veſtra de Cohabit. Cleric. et Mulier.* Itaq. notitia pauciorum quã ſex non facit aliquid Publicum; neq; ſex quando illi non ſunt maior pars illius Congregationis, reſpectu cuius illud dicitur eſſe publicum. *Ioan. Capeauill. loc. citat.*

5 Notorium, quod duplex eſt, vnum Iuris, alterum facti; Notorium Iuris dicitur, quãdo conſtat ex ſpontanea Cõfeſſione facta in iudicio coram Iudice competenti; Vel ex indubitata, & clara probatione; Vel ex ſentẽtia vltima, & irreuocabili. *Tolet. lib. 1. ca. 69. num. 2. ex Panormita & communi in c. veſtra de cohabit. Clerico & Mulier.* & id attinet ad forum exterius. Notorium facti, quod quidẽ pertinet præcipuè ad forum Animæ, & conſcientiæ, in quo nunc maximè verſamur, dicitur ſecundum *Alexan. de Neuo, in Addit. 2. ad Abba in c. 2. de Maled. litera 6.* quando Blaſphemia eſt adeò nota: vt nulla tergiuerſione purgari poſſit, vt in *cap. olim. de verb ſignifi. Lazar.*
6 *de Blaſphem q 9 num 4. & ſequen.* Et ex tribus communiter inducitur, nempe ex ſciẽtia, ſiue notitia multorum hominum; Ex loci, temporiſq; qualitate. *Maſchar. de Probat. concl. 1106. nu. 16. in fin. Volum. 2. Sayr. de Cenſur. lib. 2. c. 12. num. 19.* & communiter definitur illud eſſe, quod a maiori parte alicuius Ciuitatis, Parochiæ, Viciniæ, Collegij, Monaſterij, vel alterius Congregationis, euidẽter ſcitur, modò ſaltem in eis reperiantur decem homines; & ſufficit notum eſſe maiori parti Viciniæ, Collegij, Monaſterij; licet non fuerit tale maiori parti Prouinciæ, Ciuitatis, & Parochiæ. *Nauar.* poſt alios in *Man. c. 27. nu. 255. Tolet. loc. ſupracit. num. 2. Maſchar. Sayr. loc. citat.* optimè *Bened. Capra tract. de Notorio. in 1. memb. num. 7. Lazar. vbi ſupra. num. 6. & ſeq.* Blaſphemia ergo
7 tunc dicitur publica, quando eſt notoria, vel notitia iuris, ſcilicet quan-

do

do conſtat in actu iudicij, ad quod ſufficiunt tres Perſonæ, id quod pertinet ad forum exterius, vt ſupra dictum eſt; Vel notitia facti, quod petinet ad iudicium Animæ, & forum conſcientię de quo nunc agimus. Ad hoc autem, vt factũ ſit Notoriũ, tres conditiones neceſſariæ ſunt, ſcilicet vt etiam ſupra dictũ eſt, Notitia multorum hominum; Loci qualitas; & Temporis. *Clau. Reg. lib 6. c. 13. nu. 11. & Graff. in Prax. loc. ſupracitat. nu. 19.*

8 Quo ad notitiam multorum hominum, ea accipienda eſt iuxta numerum loci in quo ſit Blaſphemia; quãuis enim decem homines in Ciuitate dicuntur pauci, in Villa tamen erunt multi; Vnde qui in publica Platea, in Mercato, in Nundinis coram nouem, aut decem audientibus Blaſphemaret, dicetur publicè Blaſphemaſſe. Dixi nouem, aut decem, quia talis locus non requirit minorem numerum ad faciendum Notorium facti.

9 Si vero Blaſphemat in foro Villę, ſufficit, ſi ſint ſeptem. Si in Vicinio aut Taberna, vel ſimili, ſufficit quod ſint quinque, aut ſex, prout erit Vicinium, vel locus. Si in Refectorio fratrum, ſufficit quod ſint quatuor, aut quinque; & ſic de ſimilibus iudicandum erit, quia reſpectu horum locorum, iſti dicuntur multi. Dixi, audiẽtibus, qui ſi eſſent ibi centum homines, & nemo illorum audiuit, vel quia longè diſtabant, vel quia voce ſubmiſſa Blaſphemauit, vt audire nõ poterant, non propter hoc dicetur notoria. *Graff. & Clau. Reg. loc citat.*

10 Quo ad qualitatem loci, non omnis locus facit Blaſphemiam eſſe publicam, etiam ſi fiat coram tot Viris. Si quis namque Blaſphemaret domi coram filijs, & famulis, quamuis eſſent plures, quam decem, non diceretur publicus Blaſphemus, niſi coram extraneis ibi conuenientibus. Sic neque Nauta Blaſphemando in Naui coram ſocijs; Aut Mulio per viam incedendo ſequens Mulos; & ſic de ſimilibus locis, ſed qui indifferenter vbicunque inuenitur, ſiue in foro, ſiue in Villa, aut alio loco publico, ſiue reſpectu circunſtantium, in Blaſphemiam prorumpit. *Clau. Reg. & Graff.*

11 *loc. citat.* Loca autem publica intelligũtur hæc eſſe, Eccleſia, Platea, Via publica, Hoſpitium, Apotheca, vel alius locus etiam priuatus, in quo cõgregantur homines ad quoduis negotium faciendum. *Lazar. vbi ſupra q. 5. nu. 54.* modo tam ſint numero quatuor, vltra familiam illius, cuius is locus eſt. *Laz. q. 9 num. 24.*

Quo ad qualitatem temporis, oportet vt fiat in die, concurrentibus prædictis circunſtantijs, ſi enim fieret in nocte, non diceretur Blaſphemia notoria. Quæ omnia prudens Confeſſarius diligenter conſiderare debet, vt iudicet quando quis publicam blaſphemiam emiſerit, & caſum reſeruatum incurrerit, vt colligitur ex *Panormit. in cap veſtra. de cohabitat. Clerico. & Mulie. Summa Confeſſor. p. 1. num. 86. in fin. & Ioan. Capeauill. c. 19. q. & alijs communiter. Graff. & Clau. Reg. loc. citat.*

12 Blaſphemia ergo Publica, & Notoria, prout ex dictis colligitur, eſt verbum perpera dictum, aut contumelioſum, opprobrioſum, &c.) vt ſupra in dicta declaratione tertij caſus in Tabella Æ ſina) contra Deum, Beatiſſimam Virginem Mariam, aut Sanctos, prolatum; quod quomodolibet in aliquo ex ſupradictis locis euomitur, & innotuit maiori parti alicuius Cõgregationis, in qua ad minus ſint decem Perſonæ, vel ſeptem, ſex, vel quinque, aut quatuor, iuxta loci qualitatem, & fiat in die.

Circa ſecundum; ex hactenus dictis liquidè patere poteſt, qui nã incidunt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

Primò enim incidunt Publici, & Notorij blaſphemi, nõ ſolum qui in-

d iſe-

differenter, vbicunque inueniuntur, ſine aliquo reſpectu, in Blaſphemias
13 paſſim prorumpunt, cum plurimorũ ſcandalo iuxta *text. in c. final. 26. q 6.* Sed qui in foro, ſiue in publica Platea, in Mercato, in Nundinis, in Eccleſia coram ſeptem, vel plurib. perſonis audientibus Blaſphemauerint, quod procedit in foro Villæ. *Cla. Reg. loc ſupracitat num.* 11. *Summa Corona p.* 1 *num.* 86. Et quamuis decem homines in Ciuitate dicantur pauci, & in Villa ſint multi, propterea in Platea Ciuitatis, in Mercato, in Nundinis videatur maior numerus requiri ad faciẽdum Notorium facti, vt innuit *Sayr. loc. cita.* Attamen ſeptem Teſtes regulariter ſufficere ad Notorium inducendum in omni loco publico, rectè, & probè concludit *Ioſeph Maſchard. de Proba concl.* 1166 *num.* 17. & licet Doctores loquantur de decem teſtibus, id exempli gratia faciunt, non ideo negant, quin ex numero ſeptem teſtium Notorium inducatur: ita etiam firmat Doctiſſimus *Doctor Mar. Anton. Var. reſolut. lib.* 3 *reſolu.* 11. *num.* 17. *Petr. Anton Lazarius. d. q* 9. *de Blaſphem num.* 10. *& ſeq.*

Secundò, incidunt Blaſphemantes in Vicinia, Taberna, Refectorio Fratrum, Capitulo, aut Collegio coram quinque, vel ſex Perſonis, prout erit Vicinia, Collegium, vel alius lo-
14 cus; quia reſpectu horum locorum, illi dicuntur multi, & probabiliter præſumitur, quod illi alijs de Collegio manifeſtauerint, ita colligitur ex *Sayr. loco citat. Rodriq. Quæſt. Regul. to.* 2 *q* 6. *art.* 4. *Clar in Prax. §. fin quæſt.* 9. *& in lib Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Coſentini titulo, Auertimenti per l' offitio del Rettore. p.* 4. *ti.* 6. vbi animaduertit blaſphemiam haberi publicam, ſi fit coram ſex perſonis. *Graff. in Praxi loc. citat num.* 19. *Lazar. vbi ſupra. num.* 13. & ita declaranda eſt Tabella Ripana *caſu* 2. Vbi ſic caſus iſte ab illo Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Antiſti te reſeruatur. *Blaſphemia coram quinq; aut pluribus perſonis prolata.* Et extẽdit etiam in Blaſphemantibus corã duabus tantum, vel tribus perſonis, ſi tot teſtes ex Epiſcopali Reſeruatione tantum ſufficiant, ita *Lazar. loc citat. num.* 15.

15 Tertiò, incidunt illi, quorum crimen Blaſphemiæ deductum eſt ad forum Iudiciale; illud vel ex propria, & ſpõtanea Confeſſione in Iudicio, Vel ex indubitata probatione; Vel ex ſententia diffinitiua conſtet iuxta *c. ſtatuimus. de Maledic* & ſuperius notata ex *Tolet. lib.* 1. *c.* 69. *nu.* 2. *& Clar. Reg. d. c.* 13. *num.* 11. licet ſecus dicendum eſſet, vbi huiuſmodi delictum ſimpliciter tantum ſit in iudicio deductum. *Lazar. loc. ſupracit. num.* 16.

Quartò, ratione loci; incidit, qui in domo ſua; Vel Nauta in Naui, aut Mulio per viam; vel in alijs ſimilib.
16 locis, coram extraneis ibi conuenientibus, vel pertranſeuntibus, Blaſphemat; modo ipſi intelligant verba blaſphemiæ; hic enim dicitur Notorius blaſphemus. Hinc dicebam in facti contingentia, Rhedarium quẽdam, qui in ſua Taberna aptando Equos ad Rhedam, corã ſex perſonis extraneis, pręter alios ſuos ſocios, Blaſphemauit, includi in caſu reſeruato Notorij blaſphemi, & abſoluendum fore a pęnitentiario, vel alio habente huiuſmodi facultatem. *Lazar. loc. cita. num.* 27. Qui etiam blaſphemaret domi ſuæ coram filijs, & famulis, quando eſſet magna domus, famulorũ ſatis plena; cum de tantis, & filijs tantorum, & diuerſorum parentum nõ præſumatur ſecretum, ſi ab ipſis peccatum de euidentia facti ſciatur, tũc quidem Notorium dicetur; & in tali caſu, huiuſmodi blaſphemum ſub reſeruatione comprehendi cẽſendum videtur, cum non ceſſet aliorum ſcãdalum. *Rodriq. vbi ſupra. ar.* 4. *prope fin. Lazar. loc. citat. num.* 28.

Quintò, ex temporis qualitate; in-

cidit, q blaſphemat de nocte, modo luxerit Luna, vel aliud adfuerit lumen; ratio quia concurrentibus alijs circunſtantijs, nihil refert quid ex æquipollentibus fieri. *l.3. C. de inſtit. & ſubſt. c his. de verb. ſignifi. c. licet ex quadam de Teſt lib.* Teſtis enim de delicto, vel actu commiſſo de nocte deponens probat, ſi rationem addat, q Luna lucebat, vel aliud lumen aderat, vt probè tradit inſignis Iuriſconſultus Doctor *Polydor Ripa, de noctur. tempor. c.57. num.5.* debet tamen huiuſmodi Teſtis enuntiare etiam verba blaſphemiæ, aliter fidem non facit. *Petr. Cabal. in reſolut. crimin. caſu. 180 num.6. & ſequen.* Lazar. *loc. ſupracitat. num.29. vſque. 33.*

Non incidunt autem; Primò blaſphemantes coram Amẽtibus, furioſis, Ebrijs, Surdis, dormientibus, vel ſimilibus; Vbi enim perſonæ præſen
18 tes tales non ſint, quod blaſphemia probari poſſit, verbi gratia ſi nõ ſint mentis compotes, vti furioſi, Ebrij, vel Amentes, *arg. c fin. qui matrim. accuſ. non poſſ.* vel non habeant rationis iudicium, vt Minores ſeptennio. *c.1. de delict. Pueror.* Vel eſſent ſurdi, ita quod penitus non intelligerent, vel eſſent dormiẽtes, quia cũ ceſſet Reſeruationis cauſa, nempe Circunſtantium ſcandalum, vel occaſio mali, ceſſare etiam debet ipſa reſeruatio, vulgatis iuribus, & notat *Graff. in Praxi. d. lib.1 c.10. nu.64. Lazar. loc. ſupraci. num.17.* peccabunt tamen mortaliter toties quoties blaſphemant.

Secundò, nec quando eorum blaſphemia non innoteſcit ſaltem maiori parti viciniæ, Collegij, Congrega-
19 tionis, in qua regulariter decẽ reperiri oportet, per tradita *a Panorm.* cum communi in *c. veſtra de cohabit. Clericor. & Mulier.* Notitia namq; pauciorum, quam ſex non facit aliquid publicum; neq. ſex quando illi non ſunt maior pars illius Congregationis, cuius reſpectu illud dicitur eſſe publicum. *Nau. in Man. c.25 num.73. & Io. Capeauill. c.19. q.1.* & licet Tolet. *lib. 1 c.69 num.2.* dicat quod vbi Collegium, vel vicinia continet viginti, ſex non ſufficiunt facere notorium, ſed neceſſaria eſt maior pars viciniæ. In hoc tamen caſu teneri poteſt, qđ probabiliter dixi ſupra, nempe ſufficere ſeptem Teſtes, iuxta opinionem magis communem Doctorum teſtimonio approbatam. *Lazar. loc. citat. num.18.*

Tertiò, nec blaſphemantes in loco publico, vbi adſunt etiam centum homines, ſi a nullo eorum audirentur,
20 vel quia voce ſubmiſſa blaſphemarent; Vel quia longè diſtarent, & audire non poſſent. Aut ſi adeſſent aſtãtes, ſed ſuis negotijs intenti, non aduerterent verba blaſphemiæ prolata ludendo, vel rixando; facit *gloſ. in cap. in primis. verb præſente, & intelligente. 2. q.1.* vbi *Geminianus* dicit, quod ſi ſtatutum requirat præſentiam oportet probare, quod prçſens intellexit. *arg. in c. teſtes. 3. q 9.* vbi habetur non ſufficere præſentiam, niſi exiſtat intelligẽtia, & illud dicitur coram aliquo fieri, quod fit eo ſciente, & intelligẽte. *l. coram. ff. de verb. ſignifi. Graff in Prax. loc. citat. num.65. & Lazar. ſupra nu.19.*

Quartò, nec blaſphemãtes coram duabus, vel tribus perſonis audientibus, & illæ pluribus manifeſtarent, ita vt fieret publica fama; nam licet
21 ſecundum. *Ioan. Capeauill loc. citat q.2. in fin. Silu. verb. blaſphemia q 6. Sebaſt. Medic in ſumm. pecc. q.41.* talis blaſphemus dicatur Notorius, nec neceſſarium ſit, vt fama ad aures Epiſcopi perueniat: attamẽ eorum opinio nõ eſt admittenda; iſte enim non Notorius, ſed famoſus blaſphemus dici debet, tum quia ad Notorium inducendum requiritur certa ſcientia tot teſtium, prout ſupra dictũ eſt, ideo non ſufficit Teſtimonium, ſiue Teſtes ex auditu, vel vox, & publica fama. *Anton Butr. in c. veſtra de cohabit. Cleric. et Mulie.*

Digitized by Google

Mulie. Maſchard. de Probat. concl. 1106. *num.* 20. *&* 21. concludit in factis recentibus proprium ſenſum requiri; vt, quia fuit præſens, vidit, audiuit: optimè *Bened. Capra. tract. de Notorio in* 2. *membr. n.* 6. Confirmatur etiam, quia peccatum alicuius quandoque cōtingere pōt, vt a maleuolis ſit publicatum, ſine aliqua facti certitudine, aut euidentia, ratione cuius publicationis aliqua infamia ille talis veniret notatus, & dici deberet Notorius in huiuſmodi delicto, quod tamen non eſt verum, vt rectè explicat *Rodriq. tom.* 2. *Quæſt. Regul. q.* 6. *ar.* 4. Ex propterea quæcunq; notitia nōn inducit Notorium, quamuis ex ea poſſit oriri ſcandalum. Verum quidem
22 eſt, quod blaſphemans coram tribus perſonis, ſi hoc ex fama deueniat ad notitiam Epiſcopi, coram quo ille cōfiteatur, vel conuincatur, Notorium dici blaſphemum, iuxta *not. in c.* 2. *de Maledic. Lazar. loc. citat. num.* 21. *vſq.* 23.

Quintò, nec in quouis loco indifferenter blaſphemantes; ratio quia non omnis locus facit blaſphemiam eſſe publicam; loca nanque publica,
23 vt etiam ſupra dictum eſt, dicuntur eſſe, Eccleſia, Platea, via publica, Hoſpicium, Apotheca, vel alius locus et priuatus, in quo ſe congregant homines ad quoduis negotium, modo tamen ſint numero quatuor vltra familiam illius, cuius is locus eſt. Vnde ſi quis blaſphemaret domi ſuæ coram filijs, & famulis, dummodo non ſit domus magna famulorum ſatis plena, vt ſupra dictum eſt; Vel Nauta in Naui, aut Mulio per viam incedēdo ſequens Mulos, coram ſocijs, quāuis eſſent plures ſeptem, non dicetur Publicus, ſiue Notorius blaſphemus. ex *Troſper Farinac. in Trac. de delict. tit.* 3. *q.* 21. *a num.* 38. *& in ſpecie, num.* 55. ratio eſt, quia præſumitur, quod domeſtici dictum peccatum ſubticeant; & propterea, quæ in domo fiunt, cū de facili probari nequeant, Notoria dicenda non ſunt. *c. veniens el.* 2. *de Teſtibus. c. cum dilecti. de elect. Bened. Capra loc. cit num.* 7. *Lazar. loc. ſupracitat. num.* 24. *vſque.* 26.

Sextò, nec blaſphemantes de nocte; ratio quia ſi de nocte, etiam concurrentibus alijs circumſtantijs, quis blaſphemaret, non diceretur Noto-
24 rius: oportet enim, vt de die factum ſit delictum. *c. perniciosſum ff. de pœnis. l. aut facta cum ſimili. Io. Andr. in d. c. veſtra. de cohabit. Cler. & Mulie. & Bald. in l. Ciues. C. de appellat. Bened. Capra in d. tract. de Notorio in* 2. *membr. ſub. nu.* 7. *Clau. Reg. lib.* 6. *c.* 13. *num.* 11. *Maſchard. de probat. concl.* 1106. Quod verum intellige niſi tunc luceret Luna, vel adeſſent lumina, quia ſi quando blaſphemauit lucebat Luna, vel aliud lumen aderat, quāuis ſit de nocte, tunc ſine dubio incidit in hunc caſum reſeruatum, vt etiam ſupra dictum eſt. *Lazar. loc. ſupracit. num* 29. *& ſeq.*

Septimò, nec vomentes quaſcunque blaſphemias graues, et hæretica-
25 les, etiam de die, & in loco publico, coram viginti, triginta, vel etiam centum Perſonis, ſi huiuſmodi blaſphemiæ, & ſi graues, & hæreticales, & Publicæ, ac Notoriæ ſint, tn̄ ſunt peccata venialia tm̄, nempe ob actus imperfectionem, cum non fuerit deliberatus, vt cum quis ex Ira, vel ex alia motus paſſione, non aduertēs ad verba, quæ dicit, in blaſphemiam prorūpit ex *D. Thom.* 2. 2. *q.* 13. *ar.* 2. *Cla. Reg. loc ſupracit num.* 6 & ratio eſt, quia ſecundum communem ſententiam, vt dixi ſupra in declaratione quinti caſus reſeruati in Tabella Anconitana *num.* 270 *fol.* 90. & *in* 1. *p.* huius Praxis *num.* 25. *fol.* 5. de peccatis venialibus nulla fit reſeruatio. *Lazar. loc. citat. q.* 7. *num.* 72.

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem publicorum, & Notoriorum blaſphematorū, erit illa, quæ dixi ſupra in dicta declaratione quinti ca-

26 ti caſus reſeruati in Tabella Anconitana *num.272.fol.91.* Et hæc pro huius primi caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant,ad laudem,& gloriam Dñi noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti,incipit declaratio ſecundi, tertij, & quarti caſuum reſeruatorum eiuſdem Tabellæ Senogallienſis,qui tales ſunt.

Homicidium voluntarium.

Beſtialitas.

Peccatum nephandum cum vtroque ſexu.

PRo declaratione horum ſecundi, tertij,& quarti caſuum reſeruatorum, cum illorum optimæ declarationes habeãtur in Tabellis caſuum
27 reſeruatorum aliorum Epiſcoporũ; Secundus enim caſus diffusè declaratur in primo caſu Tabellæ Auximamæ *fol.263.* Tertius in explicatione quinti caſus in Tabella Firmana *fol.323.* Et quartus *nu.181.fol.77.* in quarto caſu in Tabella Anconitana; ideo modo nil aliud de eis cenſeo eſſe dicendum. Et hæc pro illorum declaratione breuiter dicta ſufficiant,ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio quinti caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Senogallienſis,qui talis eſt.

Infantium oppreſſio, ſeu Suffocatio.

PRo declaratione huius quinti caſus reſeruati,præter ea,quę dicũt Sũmiſtæ,& alij Doctores de hac materia pertractantes, multa hic eſſent
28 dicenda niſi alibi declaratus eſſet, videat ergo Confeſſarius eius declarationẽ ſupra in explicatione tertij caſus reſeruati in Tabella Forũſempronij. Verũ tñ vnum duntaxat hic ſubnectendum fore neceſſarium cenſeo, videlicet quod in hunc caſum reſeruatum non ſolum incidunt ſuffocantes in lecto Infantes ante annum, ſed et Puerulos tenellos poſt completũ annũ in Cunis, in terra, vel alio quouis loco opprimentes; Caſus n. dicit abſolutè (nullam mentionem faciẽs de loco, vel de ætate Infantium) Infantium oppreſſio, ſeu ſuffocatio, ergo abſolutè etiam eſt intelligendus. Et hæc pro eius declaratione breuiter dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriã Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amẽ.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſexti caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Senogallienſis, qui talis eſt.

Notariorum nõ denuntiantium Legata Pia, infra menſem, a die mortis ipſorum Teſtatorum.

PRo declaratione huius ſexti caſus reſeruati, præter ea, quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Legatum Pium.*

2 *Quando Notarij non denuntiantes Legatũ Pia infra menſem a die mortis ipſorum Teſtatorum incidunt in hunc caſũ reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionẽ prædictorum Notariorum infra dictũ tempus legata Pia nõ denuntiantium.*

CIrca primũ; Quid ſit Legatũ Piũ, dictũ eſt ſupra in declaratione ſexti caſus reſeruati ĩ Tabella Anconitana *nu.307 fol.96.*

Circa ſecundũ; Quando videlicet

Nota-

Digitized by Google

Notarij non denuntiantes legata pia
infra menſem a die mortis ipſorum
Teſtatorum incidunt, vel non inci-
dunt in hunc caſum reſeruatum, ha-
betur quoque ſupra in ſupradicta
declaratione *num. 308. vſque 313.*

Circa tertium, Praxis ſcilicet ob-
ſeruanda a Confeſſario circa Confeſ
ſionem, & abſolutionem prædictorũ
30 Notariorum infra prædictum tem-
pus legata pia non denuntiantiũ, erit
illa, quæ dixi ſupra in eadem Tabel-
la Anconitana *num. 314. fol. 97.* Vbi
Confeſſarius hunc caſum præclarè
declaratum inueniet. Hæc ergo pau-
ca pro eius declaratione nunc dicta
ſufficiant ad laudem, & gloriam Do
mini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chri-
ſti, incipit declaratio ſeptimi, & vl
timi caſus reſeruati eiuſdem Tabellę
Senogallienſis, qui talis eſt.

Habentes rem carnalem cum Iudæis.

PRo declaratione huius ſeptimi,
& vltimi caſus reſeruati, præter
ea, quæ dicunt Summiſtæ, & alij Do
ctores de hac materia pertractantes,
tria ſunt declaranda.

1 *Qui ſunt Iudæi, quidvè intelligitur per rem carnalem cum eiſdem habere.*

2 *Quando habentes rem carnalem cum Iudæis incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutioné Chriſtianorum cum Iudæis rem carnalem habentium.*

CIrca primum; Qui nam ſint
31 Iudæi dictum eſt ſupra in
declaratione tertij caſus re
ſeruati in Tabella Anconi-
tana *num. 146. fol. 71.* & in declaratio-
ne ſeptimi caſus reſeruati in Tabel-
la Piſaurenſi. Circa vero rem carna-
lem cum eiſdem habendam, notan-
32 dum, quod hæc verba, Res carnalis,
& Copula carnalis, differũt inter ſe,
Copula enim carnalis, vt ipſum no-
men ſonat, eſt copulatio Viri cũ Mu
liere in vaſe naturali, vt notat *Graff.
conſi. 26. num. 16. de ſent. excommu.* Res
autem carnalis, vt patet, eſt quodam
genericum, in ſe omnes, & quoſcun-
que carnales actus complectẽs. Actus
autem carnales, ſunt fornicatio, adul
terium, Inceſtus, Stuprum, Raptus,
Sacrilegium, Sodomia, Pollutio ſeu
Mollities, tactus impudici, & ſimilia.
Res ergo carnalis cum Iudæis habe-
re, eſt cum prædicta, Chriſtiani Ma-
res, vel fęminæ, cum Iudæis exercẽt;
quotieſcunq; igitur Chriſtiani cum
Iudæis fœminis, & Mulieres Chri-
ſtianæ cum Iudæis Maribus fornica-
tionem, Adulterium, & alia ſupradi-
cta committunt, dicuntur cum eiſdẽ
rem carnalem habere, & conſequen
ter, vt mox dicemus ſub hac reſerua-
tione comprehendi.

Circa ſeundum; ex hactenus dictis
clarè deducitur, qui nam incidunt in
hunc caſum reſeruatum, & qui non
incidunt.

33 Primò enim, incidunt qui quam-
cunque fœminam Iudæam, naturali
ter, vel prępoſtera Venere, ideſt con-
tra naturam, cognoſcunt.

34 Secundò, qui cum eiſdem fęminis
impudicè mutuo ſe tangũt, polluũt,
oſculantur, amplexantur, vel quali-
tercunque, extra Vas, in quauis par-
te corporis, ad Pollutionem ſe inui-
cem prouocando; hi enim actus car-
nales ſunt, ergo illos perpetrantes,
dubio procul ſub hac reſeruatione
includuntur.

Tertiò, & fœminæ Chriſtianæ,
quæ quomodocunque naturaliter,
vel Sodomiticè, cum aliquo Iudæo
35 commiſcentur; Vel prædicta inter
alias Mulieres Iudæas perpetrantes
etiam ſemel, immo illum, vel illas tã,
tum oſculando, amplexando, tangẽ-

Digitized by Google

do, vel quouis alio modo ad actum
Venereum prouocando, & incitan-
do; Vel etiam ab illis impudicè ſe
tangi,amplexari,vel oſculari permit
tendo.

Quartò,& Viri Chriſtiani,qui ne-
phario coitu, Pueris Iudæis potiun-
tus;Caſus enim abſolutè, & indiſtin-
36 ctè loquitur tam de maribus quam
fœminis, ergo etiam de omnibus in-
differenter eſt intelligendus; quia
vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtin
guere debemus. *leg. de precio. ff. de*
publician.

37 Quintò, Pueri ſeu Adoleſcentes
Chriſtiani, poſt Pubertatem, ideſt
quartumdecimum annũ, ſe a Iudęis
Maribus, vel fęminis turpiter tangi
permittentes; Vel quod peius,& gra
uius eſt, prædictis Iudæis, vt ſeipſis
Sodomiticè abutantur, ſe ſubijcien-
tes.

Non incidunt autem; Primò qui
voluntatem, & deſiderium habent,
ijſdem Iudæis abuti velle, ſed impe-
diti opus nephandum minimè per-
38 ficere queunt; Verbi gratia,perrexit
quis ad domum cuiuſdam Iudeæ ani
mo ea abutendi, vel etiam duxit il-
lam,vel puerum Iudæum in domum
ſuam,vel foras ad Viridarium,vt cõ-
modius cum eis commiſceri queat;
At ob aliquod impedimentum, vllo
modo potuit opus perficere; Quam-
uis toties quoties huiuſmodi volutio
nes interpollatas habuerit, vel opus
attentauerit,mortiferè deliquerit,&
ratio eſt,quia Reſeruatio ſemper in-
39 telligitur de actibus exterioribus, &
completis,perfectis,& opere cõſum-
matis, vt dixi ſupra in declaratione
tertij caſus reſeruati in Tabella An-
conitana, *num.158.fol.73.*

40 Secundò, nec qui pudenda ſua fœ
minis Iudæis, etiam praua intentio-
ne,demonſtrant, etiam ſi in illo actu
incurrant pollutionem;ſicut nec etiã
Mulieres Chriſtianæ,Mamillas ſuas,
vel partes obſcenas prædictis Iudæis
oſtendentes,etiam cum intentione il
los ad malum alliciendi, licet culpæ
mortalis reæ ſint.

41 Tertiò,nec qui locum aliquem pe
tunt,quo Puellam Iudæam, vel aliã
fęminam, ſeu etiam puerum Iudæos
videant, & lethaliter cum intentio-
ne mortifera concupiſcant,& ſi mor
taliter peccent.

42 Quartò,nec mulieres Chriſtianæ,
q̃ ſe in feneſtra domus, vel alio quo-
uis loco ponunt animo, vt ab aliquo
Iudæo videantur,a quo ſciunt ſe ama
ri carnaliter, licet toties, quoties, id
faciunt,etiam ſi nil turpe cum eis age
re velint,mortaliter peccent.

43 Quintò,nec mittentes litteras, ẽt
turpia continentes, ad aliquam Iu-
dæam, ſeu dona per Internuntium
ſiue Lenam,inuitantes eam ad opus,
etiam cum intentione deliberata ea
abutendi, quamquam lethali culpa
ſe obſtringant.

Sextò neque pueri Chriſtiani ante
Pubertatem ideſt quartumdecimum
annum, quæcunque peccata carna-
lia,cum prædictis Iudæis Marib. vel
fęminis,committentes,& ſi mortali-
44 ter peccent,maximè poſt ſeptenniũ;
ratio, quia quãdo caſus reſeruati sũt
dubij, vt quia in peccatis carnis in-
cludunt ſimpliciter maſculos, vel ẽt
fęminas, ſed non exprimunt de qui-
bus,vt in hac reſeruatione, vbi gene
raliter dicitur, *Habentes rem carnalem*
cum Iudæis,tunc intelligi debent ſecũ
dum iura, quæ volunt peccata, quæ
membris genitalibus admittuntur,il
lis nempe pueris, vel Puellis,non at-
tribui niſi ab annis 14.in Maſculis,&
duodecim in fęminis. *c.1.de delict.Pue*
rer. non quidem inchoatis,ſed adim-
pletis,vt ex *Graff.in Prax.lib.1.cap.13.*
num.9.& 20.& p.1.lib.2.dec. aur c.26.
num.2. ſupra in explicatione ſecundi
caſus reſeruati in Tabella Anconita-
na *num.118.fol.67.* & in explicatione
quarti caſus eiuſdem Tabellæ. *num.*
204 fol.80. declaratum eſt.

Circa

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem Chriſtianorum cũ Iu-
45 dæis rem carnalem habentium, erit illa, quæ dixi ſupra in declaratione tertij caſus reſeruati in Tabella Anconitana *nu.* 166 *fol.* 74. ibi enim, Cõfeſſarius omnia ad hunc caſum pertinentia, reperiet, quæ hic omittuntur breuitatis gratia. Et hæc pro huius ſeptimi, & vltimi caſus reſeruati ac etiam ſimul totius iſtius Tabellæ Senogallienſis declaratione, dicta ſufficiant ad ludem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

QVÆSTIO XV.

De Caſibus Reſeruatis Epiſcopo Callienſi.

Circa hanc quæſtionem quintadecimam quæritur, quot, & quales ſunt caſus reſeruati Epiſcopo Callienſi, ad quod breuiter reſpondeo dicendo. Caſus, quorum Abſolutionem nunc in ſua Diœceſi ſibi reſeruat Ordinarius Callienſis ſunt hi, qui in præſenti Tabella continentur.

Tabella Callienſis.

1 *Inceſtus in primo, & ſecundo gradu conſanguinitatis, ſeu Affinitatis, etiam ſpiritualis.*
2 *Vitium nefandum conſummatum pluſquam ſemel ab vltima confeſſione.*
3 *Coitus cum Hæbreis, uel cum Brutis.*
4 *Parentum verberatio ſeu percuſſio affectata, ſeu deliberata.*
5 *Qui conſultò, & abſque legittimo impedimento, pluſquam ſemel in Menſe ommiſerit totum, vel partem notabilem Diuini officij; ſi ad id recitandum ſit obligatus.*
6 *Additus, & collocutio cum Monialibus abſque licentia. Item collocutio per ſe, vel per alium ad malum finem cum eiſdem, etiam ſi de colloquendi adſit licentia.*
7 *Notariorum fraus, ſiue inobedientia Legata Pia. de quibus ipſi ſunt rogati occultantium, & non denuntiantium iuxta Bullam.*
8 *Abuſus Euchariſtiæ, aut alterius rei Sacræ, vel Sacramentalis, ad Veneficia ſeu quæuis alia, præter ea, ad quem ab ipſa Eccleſia, & communi vſu Catholicorum adhiberi conſueuerunt.*
9 *Item ſuperſtitiones quælibet, quæ pactum tacitum, vel expreſſum, ſeu commercium quoduis cum dæmone contineant.*
10 *Abortus ſtudio quæſitus, & ſequutus fœtu iam Animato cuiuſcunque etiam per incuriam oppreſſio, ſi contra præſcriptum tempus detineant in lecto.*
11 *Qui Legata Pia poſt Annum ab elapſo præſcripto termino non ſoluerit; & multo magis, qui Monialibus cenſuum fructus, aut conſueta Alimenta, vel alterius generis debita per Annum ſoluere recuſat, ſeu contemnit.*
12 *Falſum Teſtimonium prolatum in Iudicio, vel vt ab alio duceretur curatum, ſi in alterius notabile damnum vergat.*

Digitized by Google

Declaratio huius Tabellæ.

IN nomine Dñi Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio primi caſus reſeruati huius Tabellæ Callienſis, qui talis eſt.

Inceſtus in primo, & ſecundo gradu Conſanguinitatis, ſeu Affinitatis, etiam ſpiritualis.

PRo declaratione huius primi caſus reſeruati, qui duas partes amplectitur, alteram, quæ ad Inceſtum primo, & ſecundo gradu conſangui-
1 nitatis, aut affinitatis pertinet, alterã vero, quæ ad cognationem ſpiritualem ſpectat; rogo Confeſſarium ne moleſtè ferat videre amplam declarationem, quam feci ſupra in explicatione quinti caſus reſeruati in Tabella Recanatenſ. *fol.* 287. quæ cum huic caſui optimè quidem cõdeceat, ideo de ea nil aliud hic modo dicere cenſeo, hæc ergo pauca pro huius primi caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſecundi caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Callienſis, qui talis eſt.

Vitium nefandum conſummatum pluſquam ſemel ab vltima Confeſſione.

PRo declaratione huius ſecundi caſus reſeruati, præter ea quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac turpi materia pertractantes, ob
2 eius fœditatem pudet me modo aliquid dicere, videatur quæſo declaratio poſita ſupra in explicatione quarti caſus reſeruati in Tabella Anconitana *fol.* 76. Et hęc modo pro eius declaratione dicta ſufficiant, ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio tertij caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Calliẽſis, qui talis eſt.

Coitus cum Hæbreis, & Brutis.

PRo declaratione huius tertij caſus reſeruati, qui habet duas partes, vna quæ eſt Coitus cũ Hæbreis,
3 ſecunda eſt Coitus cum Brutis; cum quò ad primam partem caſus iſte reperiatur declaratus in explicatione vltimi caſus reſeruati in Tabella Senogallienſi. Et quo ad ſecundum in declaratione tertij caſus reſeruati in Tabella Vrbini, *fol.* 137. idcirco nil aliud dicere queo, niſi valdè mirari de mira huius vigilantiſſimi Epiſcopi prudentia, qui conſiderando, vt decet, quam grauè peccatũ eſt cum Iu-
4 dæis commiſceri, illud, peccato, quò quis cum Brutis Animalib. ſe fœdat, ſimile fecit; & rectè quidem, nam Iudæi, qui nam ſunt niſi Bruta Animalia? ita eos appellat Dauid in *Pſalm.* 31. loquendo cum illis, *Nolite* inquit *fieri ſicut Equus, & Mulus; quibus non eſt intellectus*; ex quo ergo intelligimus hoc peccatum eſſe grauiſſimum, & ideo a cunctis fidelibus Chriſtianis ſummoperè fugiendum, & euitãdum. Hæc igitur pauca pro huius tertij caſus reſeruati dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio quarti caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Calliẽſis, qui talis eſt.

Parentum verberatio, ſeu percuſſio, affectata ſeu deliberata.

PRo declaratione huius quarti caſus reſeruati, credo quod ſatis ſint ea, quæ dixi ſupra in declaratione ſexti caſus reſeruati in Tabella

Digitized by Google

la Firmana *fol.* 129. licet hic hoc
5 vnum, pro eius completa declaratione, neceſſario addendum ſit, videlicet quod cum appellatione parẽtum comprehendantur non ſolum Pater, & Mater, qui nos genuerunt, ſed etiã Auus, Auia, Proauus, Proauia, & omnes alij aſcendentes, vt dixi in ſupradicta Tabella Firmana, ideo illos verberantes, ſeu percutientes, quãdo huiuſmodi verberatio ſeu percuſſio eſt affectata & deliberata, procul dubio incidunt ſub hac reſeruatione. Quando autem parentum percuſſio, ſeu verberatio dici debeat affectata, & deliberata, Confeſſarius facilè comprehendere poterit ex ip-
6 ſius pęnitentis confeſſione; quandoquidem in foro conſcientiæ, ſemper ſtatur dicto pęnitentis, in quo cuilibet eſt credendum, *c. ſignificaſti. de homicid.* quia ſibi ſoli fit præiudicium, vnde non eſt veriſimile, quod ſit immemor ſuæ ſalutis, *ca. ſancimus, 1. q. 7. gloſ. in ſuprad. c. ſignificaſti, & c. tua nos. de ſponſal.* Et hæc pro huius quarti caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio quinti caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Callienſis, qui talis eſt.

Qui conſultò, & abſque legitimo impedimento, pluſquam ſemel in menſe ommiſerit totum, vel partem notabilem Diuini Officij; ſi ad id recitandum ſit obligatus.

PRo declaratione huius quinti caſus reſeruati; præter ea, quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Officium diuinum; Qui tenentur ad illud recitandum; & in recitando ſunt obſeruanda.*

2 *Quando obligati ad Diuinum Officium perſoluendum conſultò & abſque legitimo impedimento, pluſquam ſemel in menſe totum illud, vel partem notabilem omittentes incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa confeſſionem, & abſolutionẽ Clericorum conſultò, & abſque legitimo impedimento, pluſquã ſemel in menſe, totum vel partem notabilem Diuini Officij omittentium.*

CIrca primũ; vt breuiter me expediam, Officium Diuinum, eſt laus Dei ac San-
7 ctorum eius, voce expreſſa per Eccleſiæ inſtitutionem determinata, certis horis diei naturalis Deo ab Eccleſiaſticis perſonis perſoluendum. Et eſt duplex nocturnum videlicet & diurnum; & conſiſtit in ſeptẽ horas Canonicas, quæ ſunt, Matutinũ, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſperæ, & Completorium; Quæ quidem ſeptem Horæ ſignificant Chriſti Paſſionem; Matutinum ſignificat cum in Horto fuit à Iudæis comprehenſus, & ligatus; Prima, cum in domo Caiphæ fuit alapis cæſus, & ſputis fœdatus; Tertia cum fuit lata ſententia mortis contra eum; Sexta, cum Cruci fuit affixus; Nona, cum mortuus, & eius latus lancea apertũ eſt; Veſperæ, cum fuit depoſitus de Cruce; Completorium, cum poſitus fuit in Sepulchro. Quæ omnia Antiqui his verſibus, vt fixius memorię inhæreant, deſcripſerunt.

Hæc ſunt ſeptenis, propter quæ pſallimus Horis.
Matutina ligat Chriſtum, qui crimina purgat:
Prima replet ſputis, cauſam dat Tertia mortis:
Sexta Cruci nectit, Latus eius Nona bipertit:
Veſperæ deponit, tumulo Cõpleta reponit.
gloſ.

Digitized by Google

gloſſ in c.1. de Celeb. Miſſar. Tolet. lib. 2. c. 11 n. 5. Nau. de Orat. & Hor. Canonic. c. 3. nu. 27. & Arragon. in 2. 2. q. 83 art. 12. Carolus Macignus. de Hor. Canon. c. 7. nu. 128 & c 48 n. 32. Vincentius Filiucius. tom. 2 tract. 23. c. 3 punct. 8. n. 107. Bonacin tract. de Hor. Canon. diſp. 1. q. 1. punct. 3. numero 4. & Miranda tom. 1. q. 37. art. 2.

Ad harum Horarum recitationē, tenentur quotidie triplex genus Eccleſiaſticorum, de præcepto ſub peccato mortali, nempe Clerici ſæcu-
8 lares in Sacris Ordinibus conſtituti; omnes qui ſunt Beneficiati, cum non datur beneficium, niſi propter officium *c. fin. de Reſcript.* etiam ſi habeat beneficiū adeo tenue, quod nō ſufficiat ad vitam, etiam parcè ducendam; immo etiam ſi ſint excommunicati, depoſiti, ſuſpenſi, & ſolemniter degradati: vt infra dicemus. Et omnes Monachi & Religioſi Profeſſi, & Moniales profeſſæ cuiuſcunque Religionis; ita cōmunis opinio Doctorum. *Graff. p. 1. lib 2. dec. aur c. 50 nu. 6. & p. 1. lib 3 c. 16. nu. 28. Ang. verb. Hora num. 3. Tab. i: n. eod. Tolet loc. ſupracit. c. 12. nu. 1. Io. Bapt. Corrad p. 1. Reſponſ. caſuum conſc. q. 240. & Arrag. 2. 2. q. 83. art. 12 & Leſſ. lib. 2. de Iuſt. & Iur. c. 37 dub. 9. nu. 44. Azor p 1. lib. 10. c. 6 q. 1. Filiucius tract. 23 cap. 5 q 2. tom. 2. num 150. Io. Malderus tr ct. 10 c. 2. dub. 3.*

In recitatione Diuini Officij, a ſu-
9 pradictis, multa ſunt obſeruāda. Primo enim tenentur recitare diuinum officium cum deuotione & attentione; cum enim Officium Diuinum debeat dici reuerenter, cum puritate conſcientiæ, animi deuotione, habituum, geſtuum, & cantum debita compoſitione, iuxta *tex. in c. dolentes. de Celebr. Miſſa. & Clement. 1. de Reliq. & Vener. Sanct. §. nos itaque. & Clem. 1. de Celebr. Miſſar.* & non in gutture, vel inter dentes, aut diglutiendo, vel ſincopādo iuxt. *text. in d c dolentes.* Hinc fit, quod qui ſincopando, ideſt aliquā
10 dictionem, vel litteram omittendo, talis enim dicitur Sincopa ideſt figura, quæ de medio tollit. vt notatur in *c. forus de verb ſignif. & c. dolentes. iuncta gloſ.* nō ſatisfacit officio, ſi eſt quid notabile, & peccat mortaliter; Etenim diſtinctè & integrè Horę ſunt dicendæ, vt ipſemet, qui eas dicit, & cæteri audientes officium, verborū valeant percipere ſententiam: nam cum eas tranſcurrendo dicit, ſenſum verborum nec ipſe legens percipit; nec audientes intelligere permittit. *Graff. d. p. 2. lib. 4. c. 16 nu. 1.* Vnde Reli-
11 gioſi tales vellem, vt conſiderarent viſionē illam relatā à Sancto Anton. *p. 2. tit. 9. c. 13. §. 3.* de quodam Sancto Patre, cui videnti in Choro dæmonē multa imponentem in ſacco, & interrogatum quid imponeret, reſpōdiſſe ſyllabas, & verba, quę hi, vel illi omittunt, vel deglutiunt inter dentes, vel verſus incipiunt antequam ij; quibus cum recitant alios abſoluant, vt malè verſus pronuntiāt; vt illos eius rei accuſaret in Iudicio. *Graff. par. 1. lib. 2. dec. aur. c. 52. nu. 26.* debita ergo deuotione, reuerentia, & attentione eſt officium diuinum perſoluendum.

Quo ad attentionem notandum, Theologi cum *D. Thom. 2. 2. quæſtione 83. artic. 13.* triplicem aſſerunt attentionem, quæ orationi adhiberi poteſt. Prima eſt qua attenditur ad verba, ne quis in eis erret, aut omittendo, vel ſincopando, ſed vt diſtinctè & integrè dicat; & hæc attentio communis eſt doctis & indoctis, Maribus, & fœminis, niſi quod ignorantes poſſunt materialiter errare articulatè non proferendo, quod nō refert, modo id non intendat, & attendat ne erret; & hæc attentio requiritur in diuino officio; & in qualibet vocali Oratione; quæ tamen non debet eſſe nimia, quia nimia cura in verbis proferendis, ait idem D. Tho. excludit attentiones. Et hanc attentio-

Digitized by Google

nem neceſſario habendam in recitatione Diuini Officij præcipit Eccleſia ſub reatu culpę mortalis in *d. c. dolentes*. Diſtrictè inquit præcipientes in virtute Sanctæ obedientiæ, vt diuinum officium nocturnum, pariter & diurnū, quātū eis Deus dederit, ſtudioſè celebrent pariter & deuotè;
13 *verba namque illa*, Diſtrictè præcipiētes in virtute Sanctæ obediētiæ, habent vim pręcepti obligātis ſub reatu mortali. *Graff. loc. ſupracit. nu.* 8.

Nec obſtat, quod attentio & deuotio ſunt actus interiores, ſupra quos
14 Eccleſia poteſtatem non habet, cum de illis iudicare non poſſit, Eccleſia enim non iudicat de occultis, *gloſ. in c erubeſcāt d. 32. & c. Chriſtiana 32. q. 5.* nam reſpōdetur quod quamquam ad Eccleſię iudicium nō ſpectet præcipere actus interiores, ſecundum ſe nudos, tamen actus internos, vt ſunt rationes actuum externorum, præcipere poteſt; ſicut facit, quando excōmunicat Inquiſitores, qui odio, vel amore inquirere, vel omittere actum inquirendi, mouentur; Velut etiam quādo excommunicat percuſſorem Clericorum, ſuadente diabulo Item in pręcipiendo annualem confeſſionem, dum enim annualem cōfeſſionem indixit, ſubſequenter iuſſit, vt mente de peccatis cogites, illaque in memoriam reuoces; Ecce iudicium ſuper actus internos fieri videtur; pariter ergo præcipere potuit attentionem, quæ Orationis ingenio, & conditioni natiua eſt. Nec propterea Eccleſia præcipit, in Officio diuino, aliquid valdè difficilè; immo facilè profectò eſt, cum nil aliud exigat, niſi qđ quis animo vacandi Deo Horas inchoet, & in contrarium, dum recitat diuinum Officiū, non mutetur. *Graff. loc. cit. num.* 10. *Io Bapt. Corrad. d. par.* 1. *quæſt.* 244.

Secunda attētio eſt ad ſenſum ver
15 borum, vt mente percipiat id, quod mente ſignificatur, & ad illud applicet affectum; & hęc attentio non eſt omnibus communis, ſed ſolis intelligentibus, & Theologię peritis; ſi tñ ſint docti, qui ſenſum verborū intelligunt, an peccent, ſi ad ſenſum non attendant, dic quod nō; nam cum in talibus orationibus certum ſit, nil illicitum, aut ineptū contineri, ſatisfaciunt ſic orantes, ſi in genere intendant à Deo petere, quod illic cōtinetur, etiam ſi particulariter ad contenta non attendant. *Io. Medin. C. de orat. q.* 14. *in fin. Graff. loc. cit. nu.* 11.

Tertia attentio ad finem propoſitum vergit, ſcilicet ad Deum; attendunt enim Orantes tum ad Diuinā Maieſtatem cum qua loquūtur; tum
16 ad ſuam exiguitatem, qui loquūtur; & præterea ad eorum neceſſitatem, quæ poſtulant, ſcilicet gratiam, fidē, ſpem, virtutum incremēta, peccatorum antidotum, perpetuam Beatitudinem, & alia huiuſmodi peti ſolita, & debita; quæ quidem attentio ſummopere in oratione neceſſaria eſt tā ab Idiotis, quam à Doctis, & à qua attentione actuali, vel virtuali, debet procedere oratio, & Diuinum Officium; ideo inexcuſabilis eſt quiſquis mente vaga peccatur. *Graff. loc. cit. num.* 11.

Et ad quamlibet iſtarum attētionū, mens facilè applicari poteſt, & ſa
17 tisfacit; Ideo nō eſt difficilè ſic Deo vacare in Diuino Officio, dummodo voluntariè non diuertat animū, & licet quis quandoque negligenter ſe habeat circa attentionem, & deuotionem, vt venialiter peccet, numquam tamen præcepti tranſgreſſionem incurrit, quandiu primum propoſitum ſit firmum Deo vacandi. *Io Bapt. Corrad. loc. ſupracit. q.* 244.

Attentio ergo neceſſaria conſiſtit in habendo in principio Horarum propoſitum actuale, vel virtuale ad eas attendendi; & hæc attentio cadit
18 ſub præcepto, & duo includit in Diuino Officio perſoluendo. Primum,

vt

vt orandi initio quiſque attendat q̃d agere debeat; Hinc qui petit, vel accipit Breuiarium animo ſatisfaciẽdi huic obligationi, aut eundi ob id ad Eccleſiam, ita vt interrogatus, quare petis, aut facis hęc, verè reſponderet ad recitandi obligationi ſatisfaciendum, hic attentionem dicitur habere virtualem. *Nau. in Man. ca.* 25. *nu.* 106. Quæ attentio virtualis adeo
19 eſt neceſſaria, vt qui eam nõ habet, ſatisfacere nequeat, & mortaliter peccat ille, qui de pręcepto diuinum officium dicere tenetur. *Io. Bapt. Corrad. vbi ſup. q.* 445. Secundo vt talem attentionem habens nihil conſultò agat; propter quod a priori attẽtione animum detorqueat. Vnde qui aduertit ſe res alienas à præcatione cogitare, & animum reuocare nõ nititur peccat mortaliter. *Nauar. loc. cit.* Quod intellige, niſi neceſſitas, vel vtilitas, quæ dilationem nõ patitur, cogat cogitare de alijs; v.g. ſuper aliquo bono ſpirituali, vel temporali, vel etiam ſi propter nimiam fatigationem ſpiritus cogitet præter illa, quæ loquitur: nam etiam ſi conſultò in his caſibus faciat, modo animum habeat reiterandi officium, vel eius partem, credo quod non ſit peccatũ mortale, ſecundum I*nnoc. & Anton. de Butr. in c. dolentes. de Celebrat. Miſſ. Graff. loc. ſupracit. num.* 4. *& ſeq.* At qui
20 neque ad verba, neque ad Deũ, neq; ad res, quæ petuntur, attentionẽ habet, ſed deliberatè recitãdo officium ad alia mentem diuertit, peccat mortaliter per *d. c. dolentes. Nau. loc. ſupracit. Graff. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 52 *nu.* 17 *Caiet.* 2.2. *q.* 83. *art.* 13. *Gabriel in Can. Miſſæ. lect.* 62. *Azor p.* 1. *lib.* 1. *c.* 12. *q.* 6. Et non ſatisfacit præcepto Eccleſiæ. *Caietan. in ſum. verb. feſtorum violatio*; vnde ſaltẽ tenetur repetere officium vſque ad mediam noctem, qua elapſa, tenetur id agere, ad qu[illegible] tenetur is, qui illud non recitat, ſcilicet ad reſtitutionem fructuum. *Nau. c.* 20. *nu.* 31. *de Hor. Canonic Graff. vbi ſupra, nu.* 15. Et idem dicendum eſt etiam circa deuotionem, videlicet quod qui in recitãdo officio deuotionem nullã habet, neque in principio, neque in medio, neque in fine mortaliter peccat, quia debitum non ſoluit, nec conſequenter vllum orationis effectum adipiſcitur, immo timẽdum eſt, ne potius Deus irritetur, cum improuiſè quidam incipiunt, Deus in adiutorium meum intende, nil penitus aduertentes, quod cum Deo ad colloquendũ ſe ponunt, & quomodo debitum ſoluere debeant, paruifaciunt, nec gratias agũt pro beneficijs receptis, nec pro Populo, nec pro Benefactoribus exorare cogitant, ſicut tenẽtur; quinimo ridendo, nugando, murmurando, ſedendo, membris incompoſitis, eructando, & turpia colloquia immiſcendo, & effutiendo, & quandoque dormitando diuinum officium ſic recitare non erubeſcunt, nec diuinam verentur Maieſtatem: quandoque ẽt officium millies intercidũt, & id genus innumera, profanis incumbẽtes; quæ *in d. c dolentes* notantur & repro
21 bantur. Vnde D. Gregorius refert, quod quibuſdam, ſic Diuinum Officium recitantibus, dęmon apparuit, eoſq; fœtidiſſima vrina totos aſperſit, dicens; Ad talem orationem, hãc merito infundo aſperſionẽ. *Io. Bapt. Corrad. loc. ſupracit. q.* 245. Vt igitur peccatũ mortale; quod in recitatione Diuini Officij ſine debita attentione & deuotione, cõmittitur, euitare valeamus; bonum vtile, ac ſalubre erit ante inchoatione Officij hãc breuem Oratiũculã deuotè recitare. Aperi Domine os meum ad confitẽdum nomen ſanctum tuum, munda quoque cor meum, ab immũdis, vanis peruerſis & alienis cogitationibus; intellectum illumina, affectum inflamma, vt dignè & attentè, ac deuotè hoc Officium recitare valeam, & exaudiri merear ante conſpectum diuinæ

diuinæ maieſtatis tuæ. Amen.

Secundò, in perſoluendis Horis Canonicis debet etiam ſeruari debitus modus, non tantum vt deuotè & 22 attentè dicantur, ſed quod etiam in loco apto & decenti recitentur. Vnde decet quemlibet in Sacris, vel Religioſum, Horas Canonicas in Eccleſia perſoluere; Horę enim publicæ debent dici in Eccleſia *Tolet. lib. 2. c. 13. nu. 8.* Immo *Graff. de arbitr. Confeſſ. lib. 2. c. 41. num.* 18. dicit, quod Officiũ Diuinum eſt recitãdum in Eccleſia ſub peccato mortali, vt habetur per *Turrecremat. & Prapoſ. in c. fin. d. 92.* Et 23 ad minus debent eſſe ſaltem duo, videlicet Pręsbiter & Clericus, *c. propoſuit. in fin. & ibi Anton. de Butr. de fil. Præsbit. & c. vt quiſq. de vit. & honeſt. Cler.* vbi dicitur, Presbyter qui plebẽ regit, Clericum habeat, qui ſecũ cantet, & Epiſtolam & Lectionẽ legat, *Graff. p. 1. lib. 2. c. 53. nu. 1. in fin. & in d. c. propoſuit*, clarè dicitur, Non enim ſolus presbyter Miſſarum ſolemnia, vel alia diuina officia poteſt ſine miniſtri ſuffragio celebrare; notanda ſũt illa verba, vel alia diuina officia, non poteſt ſine miniſtri ſuffragio celebrare; hæc enim verba non tãtum de Miſſa, ſed etiam de Horis Canonicis perſoluendis, debent intelligi; quod eſt contra quoſdam miſeros & indeuotos Religioſos, qui Officium Diuinum ſi ab vno dũtaxat Religioſo in Choro recitetur, debito ſe ſatis feciſſe arbitrantur; quod re vera falſum eſt (nullo enim modo dummodo tamen non occurrat aliquis caſus neceſſitatis, v. g. ſi in Monaſterio vnus dũtaxat reperitur Sacerdos, alijs omnibus, vt ſæpe accidere ſolet, extra Conuentum circa negotia licita, vt ad proceſſiones, vel corpora defunctorum tumulãda, vel ſimilia, occupatis) Choro ſatisfacere cenſendi ſunt; ratio, quia ſic ſupradicta iura præcipiunt. Vnde *Aluar. de Plant. eccl. lib. 2. c. 27. verſ. Decimoſeptimo* Religioſi inquit non debent Horas Canonicas ſoli dicere in Eccleſia, nec Miſſam, *c. hoc quoque. de Conſecrat. d.* 1.

Canonici ergo tenẽtur adire Choros ſuarum Eccleſiarum Cathedralium ad canendas, pſallẽdas, vel pro-24 nunciandas in eis collegialiter Horas Canonicas, horis ad id ſtatutis ſub pęna peccati mortalis; & ratio eſt, quia qui tenetur de præcepto aliquid facere in aliquo loco, vel erga certum genus perſonarum, ſi non facit illud in eo, vel erga illas perſonas, non ſatisfacit ſuæ obligationi, et ſi faciat illud in alio loco, vel erga alias perſonas, vt probat *text. in c. nos quidem, & c. Ioannes de Teſtam. l. ſiquis ad declinandum, C. de Epiſc. & Cler. l. quæ conditio, §. cum ita, ff. de cond. & demon. gloſ. celebris in c. ſi pater. de Teſtam. in 6.* At Canonici omnes iure communi, & regulari tenentur canere, pſallere, & pronuntiare collegialiter cũ alijs in Choro, ex mẽte Sacrorum Canonum, quæ colligitur ex *c. 1. de celebr. Miſſa.* & melius in *c. dolentes. in verbo, Choro eod. tit. in Concil. Triden. ſeſſ 24. de reformat. c.* 12. ergo pręceptiuam legẽ tranſgrediuntur, ſi eas non dicunt in Choro, etiam ſi alibi dicant, *Graff. loc. ſupra cit. nu. 4. & ſeq.* vbi dicit quod excuſatur ab Horis canendis & pronũciandis in Choro, ſi iuſto impedimẽto eſſet impeditus, vt quia eſſet Canonicus infirmus, captus, vel violenter detentus, *c. 1. de Cler. non reſid. li. 6. c. cum dilectus, c. ad noſtram. eod. tit.* Beneficiati in aliqua Eccleſia collegiata, vbi in Choro Horas recitare eſt ſolitum, ibi tenentur recitare. Si aũt nulli Eccleſiæ vel Collegio quis teneatur, vbique ſoluere officium põt. *Io. Bapt. Corrad. loc. cit. q. 241.*

Quo vero ad Regulares, Religioſi 25 in Sacris cõſtituti, & alij profeſſi qui Choro addicti ſunt, tenentur dicere Horas Canonicas in Choro, ſub peccato mortali, quando per contemptum, & conſuetudinem ibi adeſſe negle-

neglexerint; quaſi ſemper, ſine rationabili cauſa, præſertim quando ob alicuius abſentiã pateretur Chorus magnam iacturã in celebratione officij, vt quia non eſſent alij potentes competenter recitare. *Corrad. loc. cit. Graff. vbi ſup. n. 13.* idem dicẽdum de Monialibus profeſſis. *Rodriq ſum p. 1. c. 141. nu. 11. & ſeq.*

26 Aduertendum quoque eſt, dum in Choro recitat quis officium, ita altè ac voce clara pronuntiare debet, vt ab altera parte Chori ipſe audiatur, ſi tamen vocem habilem ad hoc habeat; alias ſi ſecretè recitat, non ſatisfacit, tum quia de numero Chori nõ cenſetur, tum quia Chorum non audiat *Caiet in ſum. verb. Hora. in fi.* quod tamen fallit, quando bona fide, & iuſta cauſa id faceret. *Caiet. loc. cit. Graff. ſup. num. 21.* Si vero talem vocem nõ habeat, vt ab altera parte Chori audiri poſſit, vtramque partem recitare per ſe tenetur. *Io. Bapt. Corrad. loc. cit. q. 244.* & dum in Choro recitatur of-

27 ficium, ſi fortè ab aliquo errari contingat circa aliquod verbum, vel dictionem malè pronunciatam, nemo debet grunnire, quia ſic inquietaret & perturbaret Communitatem, & magis peccaret, quã ille qui errauit. *Rodriq ſum p. 1. c. 143. nu. 1.*

Dum in Choro perſoluunt Diuinum Officium debet etiam illud recitare, reuerenter; Reuerentia vero in hoc conſiſtit, vt ſint corpore com-

28 poſiti; q̃a incompoſitio corporis, vt ait D. Auguſt. inæqualitatem indicat mentis *30. Clericus, diſt. 41. §. ſicut ergo.* Etenim ſi ij, qui cum terreno Rege locuturi habitũ, & inceſſum, & amictum, atque omnia componũt, ita vt Regis animo nihil ſit q̃d diſpliceat: multo magis id perficere debẽt pſallentes ante hominum & Angelorum Regem. Quæ tamen reuerentia non eſt de præcepto, ita vt ſi officium minus reuerenter dicatur tamen ſatisfacit præcepto: verum poſſet eſſe peccatum veniale, quando magna eſſet irreuerentia iuxta *Innoc. c. 1. de Celebr. Miſſ. Graff. loc. cit. nu. 15.*

Et nemo debet egredi de Choro, antequam finiatur officium, abſque

29 notabili impedimento; aliter enim non dicitur Clericus debitum & pẽſum ſuæ ſeruitutis perſoluiſſe, ſi ante finem officij recedat, *c. 1. de Celebr. Miſſ. ibi. Perſoluat:* nã illa dictio, Per, iuncto verbo, denotat continuationem & perſeuerantiam temporis à principio vſque ad finem, not. per *Archid. in c. cum contumacia de hæret. in 6.* & de licẽtia ſuperioris; & q̃ abſq; impedimento, iuſta cauſa, & licentia egreditur, debet præſumere ſe inſtigationi diabolicæ conſenſiſſe, ob il-

30 lam viſionem Sancti Benedicti relatam à *D. Gregor. in 2. lib. dialog.* ſcilicet cum vidit dæmonem extrahentem quendam Monachum per extremitatem cucullę a Choro, antequã finiretur officium, & diſciplina eiuſdem Sancti Patris Benedicti diabolũ fuiſſe fugatum; ſi tamen egreditur peccat mortaliter, ſi quod eſſet notabile commiſſum, non ſuppleret, verum ſi ſupplet, venialiter peccat, quando hoc accidit culpa ſua. *Graff. p. 2. lib. 3. c. 16. nu. 18. & loc. ſupra cit. p. 1. lib. 2. ca. 52. num. 25.*

Quando vero Officium Diuinum priuatim dicendum ſit, licet decentior locus ſit Eccleſia, quia tamẽ nullam habet locum determinatũ, ideo

31 vbique poteſt dici, & ſatisfit præcepto iuxta dictum *Apoſtoli, 1. Timot. 2.* dicentis, *Volo vos orare in omni loco*, i. in Eccleſia, ſiue extra Eccleſiam, ſiue equitando, ſiue ſtando, vel in via, vel in domo, vel in agro, vt not *Zabarell. in Clement. 1. de Celebr. Miſſ. Sot lib. 10. q. 5. art. 4. in fin.* Laudabilius tamẽ eſt, vt vnuſquiſque domi habeat oratorium, vel aliquem alium locum ſecretum pro ſua facultate deſtinatum, in quo attẽtè, & deuotè tam egregium Religionis Officiũ Deo valeat exhibere.

Digitized by Google

ſere. Tolet. lib. 2. c. 13. nu. 8. *Graff. loc. ſupracit. c. 53. nu. 2.* Verum id quod dixi
32 licere vbique orare, fallit tamen, vt id non liceat in locis indecentibus, vt vbi profana ſunt, & inter compotandum, & dum naturæ cæditur, nã id ſaltem ſine culpa eſſe non poteſt veniali, licet D. Bernardus quondã, dũ in Latrinis oraret, dæmoni inſultanti, & cachinanti reſponderit, qđ inferius egreditur, tibi conceditur, quod vero ſuperius, Deo præſentatur; quare multo eſt congruentius tẽpus orandi differre, quam illis locis, aut tẽporibus orare. *Sot. loc. ſupracit. Nau. de Hor. Canon. cap. 4. & cap. 25. Io. Bapt. Corrad. q. 241. Graff. loc. cit. num. 3.* Hinc Religioſum quendam, qui Diuinum Officium in locis immundis recitabat, in eundem locũ poſt mortem ad luendas ſuæ indecentiæ pœnas tranſmiſſum fuiſſe refert *Molfedius, tract. 5. c. 2. num. 80. Bonac. tract. de Hor. Canon. diſp. 1. q. 3. punct. 5. num. 6.* Aliud exemplũ ſimile legitur in Cronicis Fratrum Minorum.

Tertiò, obſeruandum eſt tempus in Horarum recitatione, vt horis cõpetẽtibus perſoluatur Officium Di-
33 uinum, *c. Presbyter, diſt. 91. & cap. 1. de celeb. Miſſar.* Vnde quantum ad perſonam priuatam, tempus ſatisfaciendi præcepto Eccleſiæ eſt totus dies, incipiendo à Veſperis præcedentis diei, vſque ad mediã noctem diei ſequentis; ita tamen vt ſolas matutinas liceat in veſpere præcedenti dicere; & notandum quod dicere has Matutinas ante 21. horam præcedẽtis diei tempore hyemis, vel in æſtate ante 22. horam, vt ſolent multæ Collegiatæ Eccleſiæ, immo 18. hora quandoque ſecundum *D. Tho. in Quodlib.* quem *Sylu.* & alij ſequuntur, non videtur ſatisfacere, niſi fortè aliquãtulum anticiparetur, ob aliquam accidentem opportunitatem, vel populi commoditatẽ, vt fit per totas Octauas Corporis Chriſti, & tribus diebus Hebdomadę Sanctæ, & ſimilia, præſertim cum non præueniatur ob iuſtã cauſam, ſed vt quietius ſomno, & voluptati vacare poſſint, quod nõ fit ſine peccato, vt ait *Syl. verb. Hora. §. 9. & Sot. lib. 10. de Iuſt. & Iur. q. 5. art. 4. Io. Bapt. Corrad. p. 1. q. 242.* Intra igitur hoc tempus debet perſolui Officium Diuinum, alias peccatum eſſet mortale; & debet infra hoc tempus perſolui horis competẽtibus, quamuis non obligat ſub mortali peccato. Attamen qui ſine culpa, ſed legitimè impeditus, Horas debito tempore recitare non poſſet, videat, ſecũdum conſilium *D. Thom. Quodlib. 1. art. 28.* potius præuenire, q̃ poſtponere, qa primũ eſt prouidẽtiæ, ſm̃ negligẽtię, *Abb. in c. 1. de Celebr. Miſſ.* qui refert
34 exemplum de quodam Hæremita, quem deficientibus alimentis Angelus paſcebat, & tempore vuarũ portabat illi quandoq; vuas bonas, quandoque marcidas, quandoq; agreſtes, Interrogatus Angelus ab Heremita, quę eſſet tantę diuerſitatis ratio, reſpondit Angelus quod bonas portabat, quando Officium debitis horis cõpetẽtibus perſoluebat; agreſtes vero, qñ tẽpus præueniebat, marcidas, quando vltra debitam horam differebat. *Graff. loc. cit. c. 53. nu. 18. Rodriq. Quæſt. Regul. tom. 1. q. 42. art. 18.*

Quãtum vero ad Eccleſias Collegiatas, tenentur ſtatis horis ſecundũ laudabilem conſuetudinem Loci, &
35 conſtitutionem recitantium perſoluere. Matutinas ad minus propè Auroram, reliquas vero Horas dicere ſuo tempore congruentes. *Sylu. vbi ſup.* ex verbis Canonum ait Prælatos Collegiatarum Eccleſiarum, ſi notabiliter abſque rationabili cauſa tardarent, grauiter peccarent, & ſecundũ *Vmbertum*, mortaliter, *Ang. verb. Hora. num. 22.* Priuatæ vero Perſonę non niſi venialiter. *Io. Bapt. Corrad. d. q. 242. Rodriq. in ſum. p. 1. c. 142. nu. 4.* immo neq; peccarent, ſi dicerẽt Horas

ras in alijs quã in debitis horis licet Prælati præciperent & procurarent, vt in ſuis Eccleſijs Horæ debitis horis dicantur, modo præceptum illud ab aliquib. illis horis impleatur. *Sylu. verb Hora quæſt. 9. Nau. ca. 3. nu. 69. de Hor Canon. Graff loc cit. nu. 19.*

In modo vero officiãdi illa lex ſer-
36 uanda eſt, quæ *diſt. 12. c. de his & c. placuit*, conſtituitur; nempe vt vnus ſit pſallendi modus ſecũdum morem Eccleſiæ Metropolitanæ, *c. inſtituto. de Conſecr. d* 2. atque in Religionibus ſecundum ſua cuiuſque ſtatuta, *Caiet. verb. Hora. Nau c. 22. n 217. de Hor. Canonic.* Veruntamen qui ex inaduertẽtia, vel ignorantia, aut aliqua probabili cauſa diceret Officium de Sancto, cum de Feria dicere debuiſſet, & nunc replicare faſtidit, vel ex maiori commoditate, quia hoc mẽte tenet, & non illud, peccatum eſt veniale, aut nullum, quia qualitas officij, non eſt in præcepto. *Io. Bapt. Corrad. q. 243.* & in hoc caſu non eſt opus omnia repetere, ſed ſolum quod fuit particulare Feſto vel Feriæ, vt Hymnus, Antiphonæ, Oratio, trina Lectio, ſi fuit Matutinum, vel Oratio in alijs Horis. *Tolet. lib. 2. c 13 nu. 6.* Verũ qui in fraudẽ faceret, vt breuius diceret, graue eſſet peccatum, ſed non mortale, *Sylu. verb Hora. n. 15. Graff. loc cit. nu. 22.* Sed qui crebrò & frequenter
37 id faceret, proculdubio mortaliter peccaret. *Petr de Arrag. 2. 2. q. 83. art. 12. Corrad. loc. ſupracit.* vt cõtrarius vnitati, & conformationi, quam Pius V. in ſua Cõſtit. vult, quod in modo dicendi, oẽs habeamus. *Rodriq in ſum. p. 1. c. 142. nu. 3.* Et ſi acciderit quod in
38 Choro dicantur Horæ poſteriores, v. g. Sexta, & Nona, & ipſe non perſoluerit priores, nẽpe Primã & Tertiã, tunc benefaciet, ſi adfuerit Choro, & poſtea priuatim dixerit priores; ita etiam cum ab aliqua Perſona alicuius momenti inuitatur ad ſimul perſoluẽdas aliquas Horas poſteriores, poteſt quidem licitè cum illo perſoluere, & poſtea dicere priores prætermiſſas; ſimiliter ob aliam rationabilem cauſam occurrentem, vel propter obliuionem. *Tolet loc. cit. nu. 4.*

Circa autem ordinem ſoluendi officium, prius, ſecundum communem opinionem, debet dici Matutinum, quã Miſſa, vt patet in *Rubr. Miſſalis,*
39 *Roman.* ibi; *Matutino ſaltem non ſoluto*; ita *Francolin. in tract. de tempore Hora. Canon. cap 42* vbi multos citat authores. Celebrare tamen aliquãdo Miſſam ante Matutinas ex aliqua legitima cauſa, & ſi aliqui mortale eſſe cenſeant, *Sotus* tamen *lib. 10. de Iuſt. & Iur q 5. art. 4 & Sylu. verb Hora nu 9.* aiunt ſi aliqua rationabili cauſa fiat, non eſſe mortale, nec etiam veniale peccatum; idem affirmant *Leſſius lib. 2. de Iuſt. & Iur c. 37. dub. 12. num 81. Bonacin de Hor. Canon diſp. 1. q. 3. punct. 4 num. 10. Comitol lib. 1 q. 50. num. 3 & Petrus de Arrag. 2. 2. q. 83. art. 12.* dicẽs, Matutinum ſi poſt Miſſam dicatur, non eſt peccatum mortale. Quia Miſſæ officium eſt diſtinctum ab officio orandi, nec aliquã inter ſeſe coordinationem iſta officia habent, ergo quãuis Miſſa dicatur ante Matutinũ non erit peccatum mortale. Quoniã de tempore dicendæ Miſſæ priuatæ, nihil aliud in Iure cautum eſt, niſi ꝙ non dicatur, vel ante lucem, vel poſt meridiem, forſan propter conſuetudinem, erit venialis culpa, vbi commodè fieri poſſet; ſed ſi cauſa aliqua legitima adſit (vt quando eſt neceſſitas celebrãdi, vel Prælatus præcipiat, vel ſit eleemoſyna acceptata, vt tunc dicatur, & ſimilia) nullum erit peccatum; & ſic intrepidè tenendum eſt. *Io. Bapt. Corrad. vbi ſupr. q. 142.* concordat *Graff. de Arbit. Confeſſ lib. 2. c. 4 nu. 11.* Verum ſi in conſuetudinem quis
40 duceret poſt Miſſam Matutinale Officium perſoluere, ego fortè à peccato mortali non excuſarem. *Corrad. loc. citat. in Addit. in fin.* Poſſet etiam Sacerdos

cerdos

Digitized by Google

cerdos iuxtis ex cauſis, ſecundum *Sylu.verb Miſſa.*1.*q.*6.*verſ. Quarto.* tuta conſcientia ante Laudes Matutinas, Miſſas celebrare, vt fit in prima Miſſa Natiuitatis Dominicæ; & idē ſi alia legitima & idonea cauſa ſe offerret, *Azor.p.*1.*lib.*10.*c.*28.*quæſt.*19. *Graff.conſ.*4.*nu.*10.*de celeb. Miſſ.*

Quartò, & vltimò, obſeruandū, q̄ qñ officium eſt terminandum, ſiue in
41 Choro, ſiue priuatim dicatur, ſemper in fine dici debet Pater noſter; extra Chorum in fine Matutini tm̄, in Choro vero in fine oīum horarum in quibus officium terminatur. Quo finito, dicatur Salue Regina, vel alia ex annotatis in Breuiario pro tēporū varietate, cū ſua oratione, præterq̄ in Completorio, vbi in fine dr̄ Pater noſter, Aue Maria, & Credo. Poſtea ad conſequendā veniā & remiſſionē admiſſarū negligētiarū in officio recitando, dicatur Oratio illa Leonis Papæ X. quam refert *Nau.in c. quādo. de Conſecrat.diſt.*1. *notab.* 19. *& Rodriq. Quæſt.Reg tom.*1.*q.*42.*art.*3.

Sacroſanctæ, & indiuiduæ Trinitati, Crucifixi Ieſu Chriſti Domini
42 noſtri humanitati, Beatiſs. ac glorioſiſſimę Virg. Mariæ fœcunditati, & oīum Sāctorū vniuerſitati, ſit ſempiterna laus, honor, virtus, & gloria ab omni creatura, nobiſq; remiſſio peccatorum per infinita ſæcula ſęculorū. Amen. & B. Viſcera Mariæ Virginis, quæ portauerūt æterni Patris filium. & Beata Vbera, quæ lactauerūt Chriſtum Dn̄m. Pater noſter, Aue Maria. *Tolet.lib.*2.*c.*13.*in fin.*

Tandē dicat ſi libet hanc Orationculam. Laus Deo, gloria Sanctis, Pax viuis, Requieſque Defunctis. Amē.

Circa sm̄; Ex hactenus dictis palam oſtenditur qui nā incidūt in hūc caſum reſeruatum, & qui non incidūt.

Primò enim incidunt oēs clerici ſæculares in Sacris Ordinibus conſtituti, videlicet Sacerdotes, Diaconi, & Subdiaconi, qui conſultò, & abſq;
43 legittimo impedimento, totum, vel partē notabilem officij diuini, pluſq̄ ſemel in menſe recitare omiſerint; ēt ſi ſint excōicati, ſuſpenſi, interdicti, depoſiti, vel ēt ſolemniter degradati; nam tales tenētur recitare diuinū officiū, priuatim tn̄ & occultè, licet excōicati non debeāt dicere Dn̄s vobiſcū, vel ſimilia, quę ad Ordinis Sacerdotalis dignitatem pertinēt, ergo hac reſeruatione ligātur; per illa verba, ſi ad id recitandum ſit obligatus. *ex Graff p.*1.*lib.*2.*dec.aur.c.*50.*n.*19. *& p.*2 *lib.*3.*c.*16.*nu.*4. & idem dicēdum eſt de omnibus alijs, q̄ ad Horas Canonicas recitandas tenētur, vt infra patebit. *ita Sylu.verb.Hora.q.* 12. *Malfeſius,c.*2.*nu.*96. *Nau.c.*7 *de Orat.nu.*5. *Leſſius.lib.*2.*c* 37.*dub.*9.*n.*52. *Filiucius. tom.*2 *tract.*13 *c.*7.*q.*10. *Azor. p.*1. *lib.* 10 *c.*14 *Malder.tract.*10 *c.* 2. *dub.*3. *& Bonac.tract.de Hor.Can diſp.*1.*q.*5.*pūct.* 1.*nu.*1. Per legittimū aūt impedimē-
44 tum, credo q̄ intelligatur, grauis infirmitas, in quo, iudicio Medicorum ſtādum eſt, ne quis ob leuem morbū ſeipſum ſeduceret ad dimittendum officium. *Io Bapt.Corrad p.*1.*q.*240. Itē cum quis graui dolore capitis eſt grauatus, vel ſtomachi, vel graui febri laborat, ita vt nec directè, nec indirectè poſſit recitare, niſi probabiliter det occaſionē maioris nocumēti, vel cum quis dimiſit officium ob impedimētum maioris boni, vt v.g. ſi neceſſe foret impeditū eſſe circa infirmos in articulo mortis laborantes in cōmendatione Animæ; vel circa prędicationem, audientiā cōfeſſionis maximè tempore Iubilæi, vel ad ſedandos populi tumultus, qui excitantur, vel aliter, vt nullatenus poſſit orare, modo fraus omnino caueatur; & denique quale ſit legittimum & iuſtum impedimentum, cū nō omne determinatum ſit à Iure, videtur arbitrio confeſſarij eſſe remittēdum, *c.de cauſis.de iure delib.l.*1.*ff.de iure delib.Graf. de Arbitr.Confeſſ.lib.*2 *c.*8. *num.*14 *&* p.1.

Digitized by Google

p.1.lib.2.dec.aur.c.54. nu.1. & 7.

45 Pars aũt notabilis diuini officij, illa cenſenda erit, quæ arbitrio prudẽtis viri talis iudicabitur, *Arrago.2.2.q.83 art.12.* Si vero de hac re iudiciũ ferendum ſit; dicerem, q̃d pars notabilis eſſet ommiſſio medietatis vnius Horę, puta Primę, Tertię, Sextę &c. ſecus vero eſſet ſi ommitteret vnum Pſalmum, vel medietatẽ Pſalmi, vel quid aliud ſimile, q̃a hoc nõ eſt pars notabilis, & per conſequens non eſt peccatũ mortale, ſed tm̃ veniale; cũ ſit quid minimum, & minimum non habetur in conſideratione, ſic modicus exceſſus. *l.continuus, ff.de verb.obl.*

46 Vnde *Bald in Auth. præterea, C. vnde vir, & vxor.* dicit, q̃d paruus ſeu modicus defectus, nõ vitiat actum; & in omni materia paruitas rei, excuſat à peccato mortali; vt ait *D.Tho. 2.2.q.66.ar.6.ad 3.& Nau. de dat. & promiſ. nu.20.Graff. de arbit.Confeſſ. lib 2.c 41. Rodr.in ſum.p.1.c.141.n.17 in fi. & Nau. de orat. & Hor Canon.c.10.n.43. & 44.*

Secundò, incidunt oẽs Clerici beneficiati, qui conſultò, vt ſupra dictũ eſt, abſque legittimo impedimento, pluſq̃ ſemel in menſe totum officiũ,

47 vel partem notabilẽ perſoluere ommittunt; ſiue habuerint beneficium curatũ, quod ſm̃ *glo.in Clemen. dudum. de ſepult.* dr̃ illud, quod ſub ſe cõtinet curam animarum; ſiue ſimplex, quod non habet animarum curam, vt habetur per Conſtit. Leonis X. incip. *Statuimus.* ibi, *Beneficium cum cura, vel ſine cura. Graff in Prax.lib.2.c.28.nu.24. & p.1.lib 2 dec.aur.c.50.n.13. Rodriq. loc.ſupracit c.141.n.3.* Etiam ſi ipſi beneficiati peregrinentur ex iuſta cauſa, & reliquerint Vicariũ, qui beneficio deſeruiat, ita eſt cõmunis opinio,

48 Quia onus recitandi officiũ, eſt perſonale, *iuxt.text.in Clement 1.de celebr. Miß.* ibi, *fructus labiorum.* Etiam ſi nõ ipſe beneficiatus, ſed Pater vel Amicus eius fructus beneficij percipit; ratio quia hoc onus dicendi officium inhæret inſeparabiliter perſonæ beneficiati, eamque ſequitur ſicut lepra ſequitur leproſum. Etiam ſi dederint omnes fructus beneficij alteri in pẽſionem, vt renũciet alicui beneficio; ratio eſt quia ipſe eſt beneficiatus verè. *Nau.Man.c.25.nu.103.& c 7.nu.3. & c.20.nu.15 de Hor. canon c* & idem cenſendum eſt de eo, qui omnes fructus beneficij dat Capellano, vt pro eo dicat officium; ratio quia cum illud ſit onus perſonale, per alios ſolui non poteſt, cum non tranſgrediatur perſonã, *arg.l.quia tale, ff. ſolu.matrim.*

49 Etiam ſi tenue habeant beneficium, & ita tenue, quod fructus non ſufficiãt ad vitam etiã parcè ducendam. *Sylu. verb. Hora.10. Bapt.Corrad.p.1.q.240.* & eſt communis ſententia. *Tauli Squillantis, 1 p.num.7. Vgol. de offic. Epiſcop.p.1.fol.68. & 70. Naldi. verb. diuinum officium, nu.2. Beiæ 1.p.caſu.54. Macign.c.11 nu.3. Suarez, de Relig.tom.2.lib 4.c.21.nu.3 & 9. Reginald lib 30.c.4.nu.34. Filiucy tract.23.ca.5 nu 181. Bonacin.de Hor.Canon diſp 1 q 2.punct.4 num.17 & Azor.p.1 lib. 10.c.3.q.3.* quamuis beneficium ſit Iuſpatronatus eius; ratio, quia ſibi debet imputari, qui illud accepit; tum quia vt vir contrahens cum Muliere modicè dotata ſemper & vbique alere eã tenetur; ita beneficiatus, qui eſt ſponſus Eccleſiæ Deo ſemper hoc ſacrificium laudis offerre tenetur, licet modicam acceperit dotem.

50 Etiam ſi beneficiatus eſſet ſuſpẽſus, interdictus, denunciatus, excommunicatus: nam & ſi iuſtiſſimè fructibus beneficij ſit priuatus propter excommunicationem. *glo.communiter recepta in c.Paſtoralis.§. verum. de appellat.* tenetur tamen Horas Canonicas priuatim & occultè dicere ratione beneficij. *gloſ. fin.in cap.presbyterum.diſt.28.c 2.c.illud.de Cleric.excommun. miniſt.* Quod idem dicendum eſt omnino ratione Ordinis Sacri in Clerico depoſito, vel ſuſpenſo, vel excommunicato,

etiam

etiam ſiquis ſolẽniter fuerit, & actu degradatus. *Syluest. verb. degradatio, quæst.* 8. Nam licet depoſitus & priuatus beneficio non teneatur ratione beneficij Horas Canonicas perſoluere, vt explicat *Cardinalis in §. 1. diſt.* 91. *art.* 8. tamen ratione ordinis Sacri, ſi quem habet manet addictus illas priuatim recitare: nec eum excuſat, quod redditus Eccleſiaſticos non percipiat, cum id eius culpa contigerit; & ratio quare excommunicati, vel depoſiti teneantur dicere officiũ eſt, quia excommunicatio, quæ eſt facta in odium excommunicati, non debet illi prodeſſe. *facit gloſ. in cap. pro illorum de præbend.* quæ dicit, quod valent geſta per excommunicatum in præiudicium eius. Hinc *Nauar. in ca.* 23. *num.* 202. *& cap.* 7. *num.* 19. *de Hor.*
51 *Canonic.* inquit, quod & ſi teneatur dicere officium, nõ tamen debet dicere, Dominus vobiſcum, vel ſimilia, quæ ad ordinis ſui dignitatem pertinent. ita ante ipſum, *Sylu. verb. Hora. quæſt.* 3. cum ergo omnes ſupradicti teneantur recitare officium diuinũ, ſub peccato mortali, illud vel totum vel partem notabilem, conſultò & abſque legittimo impedimento, pluſquam ſemel in menſe omittẽtes, ſub hac reſeruatione comprehẽduntur. ita in terminis *Graff. par.* 2. *lib.* 3. *dec. aur. c.* 16. *num.* 4. *& ſeq. & p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 50. *à num.* 13. *vſque,* 20. *& in Prax. loco ſupracit. à nu.* 27. *vſque* 34. *Rodriq. ſum. par.* 1. *cap.* 41. *num.* 15. & alij Doctores ſupracitati, *num.* 43.

Tertiò, & habentes beneficium Eccleſiaſticum, etiam ſi Clerici ſimplices ſint, & ſolam primam Tonſuram habeant, tales enim tenentur recitare Horas Canonicas. *Panorm. in cap. dolentes. de celebr. Miſſa. num.* 4. vbi
52 affirmat omnes in eo conuenire. *Io. Bapt. Corrad par.* 1. *quæſt.* 240. *citans D. Thom. in Quodlib.* & ita inquit aſſerit communis Doctorum Schola. Per beneficium autem intelligo quemcũque redditum Eccleſiaſticum, qui habetur ſub titulo Clericali, nimirum, qui non poteſt niſi Clericis dari; Vnde non ſolum obligantur, qui curata habent beneficia, aut ſimplicia, ſed etiam qui habent præſtimonialia, & quia hæc ſunt tituli Clericalis. *Tolet. lib.* 2. *cap.* 12. *nu.* 2. idem dicendum de his, qui præbendam poſſidẽt ſub titulo Clericali, *Graff. Prax. loc. cit. num.* 24. tales enim non excuſantur à diuino officio, etiam ſi fructus non percipiant, aut quia gratis dant alteri, aut quia in ſuo beneficio non reſident. *Sotus lib.* 10. *de iuſt. & iur. quæſt.* 5. *art.* 3. *Couar. lib.* 3. *var. reſol. cap.* 13. *Graff. par.* 1. *lib.* 2. *dec. aur. ca.* 50. *num.* 21. *in fin.* dummodo, vt ſupra de alijs Clericis dictum eſt, tales Clerici ſimplices, & præbendarij, conſultò, & abſque legittimo impedimento, totum officium, vel partem notabilem, pluſquam ſemel in menſe, ommiſerint. Et idem dicendum, ſi beneficium collatum fuerit in comendã; quia tenentur ad Horas Canonicas, ſicut ſi intitulati eſſent, maximè cum ipſis conueniat ius fructus beneficij percipiendi, ſi velint. *Graff. loc. cit. num.* 22.

Quartò, & Clerici beneficiarij, vel in Sacris conſtituti infirmi, quando talis eſſet infirmitas, quæ febrem haberet ſtatis horis, qualis eſſet Quar
53 tana, aut Tertiana, & poſſent ante vel poſt commodè dicere; ommittendo enim detita opera, & abſque alio legittimo impedimento totum officium, vel partem notabilem, pluſquam ſemel in menſe, abſque dubio inciderent in hunc caſum reſeruatũ; quod enim dicitur ægrotum à recitatione Horarum excuſari, intelligitur non de leui infirmitate, *Doctores in cap.* 1. *de celebr. Miſſ.* ſed de graui, vt de laborante graui febre, vel graui dolore capitis, vel ſtomachi, ita vt, ſicut ſupradictum eſt, nec directè, vel indirectè poſſint recitare abſq; pro-

Digitized by Google

babili occaſione maioris nocumẽti, *Abb. in d. c. 1. in fin. Tolet loc. ſupracit. c. 16 nu. 1. Ang. verb. Hora. nu. 7. Graff. in Prax. loc. cit. nu. 39. Nau. in Man. ca. 25. nu. 100. & de Orat. c. 10. num. 12. & 14. Rodriq. in ſum. p. 1 cap. 145. nu. 1.* Quæ vero ſint iuſtæ cauſæ, atque legitimę officij diuini prætermittendi ab illis qui illud ex iure dicere tenentur declarat *Nau loc ſupr. cit. d. n. 100. & ſeq. & Arragon. 2. 2. q. 83. art. 12.*

54 Quintò, Capellaniæ collatiuæ, cuiuſmodi ſunt auctoritate Apoſtolica, vel Ordinarij inſtitutæ, eo fine, vt iure ſpirituali, & immunitate Eccleſiæ ſint gaudẽtes, ſiue ſint per prę ſentationem, ſiue per collationem, ſeu electionem prouidendę, cum benè Capellanos aſtringant ad diuinũ officium perſonaliter recitãdum, licet huiuſmodi Capellis inſeruiãt per alios, ſi totum vel partem notabilem dicti officij diuini, conſultò, & abſq; legittimo impedimento, pluſquam ſemel in menſe, ommittant, prædicti Capellani profectò hac reſeruatione ligantur. *Io. Bapt. Corrad. d. p. 1. q. 240. in Addit. Rodriq. loc. cit. c. 141. nu. 5.* vbi affirmat dictos Capellanos teneri ad Horas recitandas, etiam ſi nullum ordinem ſacrum habeant.

55 Sextò, & Penſionarij, idest quicũque pẽſionem, aut alias res Eccleſiaſticas, vt Clerici percipiunt, cuiuſmodi ſunt plures Curiales, inſiſtẽtes ſeruitijs Papę, vel Cardinaliũ, vel aliorũ Prælatorum; aut etiam plures adoleſcentes dantes operam litteris; nam iſti tenentur ſub peccato mortali, recitare officium B. M. Virginis (dummodo tamen nõ ſint obligati dicere Horas Canonicas, vt ſi eſſent in Sacris, vel beneficiarij, aut milites Religioſi, quia tunc ad huiuſmodi officiũ paruum B. Marię minimæ obligarentur, vt ait *Nau conſ 18. titu. de Celebr. Miſſa.*) Quod officium B. Mariæ cum ſecundum *Panor. in c. 1. de celeb. Miſſa.* ſecundum communem cõſuetudinẽ cõputetur inter Horas Canonicas; ſequitur quod totum illud, vel partẽ notabilem, conſultò; & abſque legittimo impedimento, pluſquam ſemel in menſe, ommittentes, incidunt in hanc reſeruationem. *Graff. p. 1. lib. 2. dec. aur. c. 50 nu 9 & c. 53. nu. 23. & in Praxi. loc ſupracit. nu. 17. & n. 42.* Vbi ait quod ij tamquam Clerici penſionem habere dicuntur, qui primã ſaltem Clericorũ Tonſura initiati ſunt. *Rodriq. loc. ſupracit. num. 6. Ioan. Bapt. Corrad. d. p. 1. q. 240.* Per Bullam enim Pij V. relatam à *Nauar. in Man. c. 25. n. 122.* Quicunque habet penſionem, vt Clericus tenetur recitare officium paruum, B. M. V. *Duard. in Bull. Cęnæ Domini, lib. 2. in Can. 15. quæſt. 11. num. 65. Azor par. 1. lib. 10 ca 4. q. 3. Paulus Squillas. de obligat. Clericorum. 1 p. dub. 9. Vaſquez. de benef cap 4. §. 1. dub. 4 nu. 17. Reginald lib. 30. num. 41. Filiucius, tom. 2. tract. 23 c. 5. q. 9. nu. 173. Bonacin. loc. ſupracit. diſput. 1. q. 2. punct. 4 nu. 7.*

56 Septimò, & adoleſcentes qui habent titulum beneficij, quorum nomine Patres eorũ reciperẽt fructus, nã tales tenentur recitare Horas Canonicas, ſicut ſi ſtatim illos reciperẽt & ſi ob defectũ ætatis eſſent ad illas dicendas inhabiles, tenentur eas recitare eodem modo, quo obligantur deſeruire beneficio per ſubſtitutum. *Rodriq loc cit. nu. 4.* ergo illas non recitantes, vel partem notabilem conſultò & abſque legittimo impedimẽto pluſquam ſemel in menſe, ommittentes, ſub hac reſeruatione comprehendi, cenſendi ſunt; Idem dicendũ

57 de eo, qui obtinuit beneficiũ quo ad titulum, quamuis nil aliud reciperet quotidianarum diſtributionũ, tenetur recitare officium diuinum. Et ſi beneficiarius litigaret ſuper fructus, quos per ſententiam ſciret obtinere debere, fructus videlicet ſequeſtratos, vel quos recepit eius aduerſarius quamquã nondũ receperit poſſeſſionem, nec poſſit recipere; tenetur interim

terim

Digitized by Google

terim, dicere Horas Canonicas. *Rodriq. vbi ſup.* quas, vel partem notabilem conſultò, & abſque legitimo impedimento, pluſquã ſemel in menſe, prætermittẽtes, ſub littera huius reſeruationis includuntur. Et hoc in loco per fructus intelligitur, oĩa illa, quæ ex beneficio colliguntur, deductis expenſis. *Rodriq. loc. ſupracit. n. 4. in fin.* Clerici autem, qui ad diuinum officiũ obligati, vltra ter in anno illud recitare abſq; iuſta cauſa prætermiſerint, incidũt in primum caſum reſeruatum in Tabella Feretrana.

Octauò, & poſtremò, incidunt oẽs Moniales Profeſſæ, Ordinario ſubie
58 ctæ; hæ enim tenentur, ſicut alij Religioſi Profeſſi, recitare Diuinum Officium, ſub peccato mortali, *Graff. 1. lib. 2. dec. aur. c. 50 nu. 7. Nauar. c. 25. nu. 96. & c. 7 num. 1. de Hor. Canonic Tolet lib. 2 cap. 12. nu. 7. in fin. Io. Bapt. Corrad d. q. 240. Rodriq loc. ſupracit. nu. 11. & ſeq. Azor. p. 1. lib. 10. c. 6. q. 1. Macignus. loc. ſupracit c. 13. num. 28. Bonacin. vbi ſupra,* vbi multos citat Doctores, & ita aliquam horam, vel partem notabilem Diuini Officij, conſultò, & abſque legitimo impedimento, pluſquam ſemel in menſe, ommittendo, incidunt in hunc caſum reſeruatum; probatur, ex verbis huius reſeruationis. Qui conſultò, inquit, & abſq; legitimo impedimento, &c. ſi ad id recitandũ ſit obligatus. Hoc Relatiuũ,
59 *Qui.* Cum ſit generale, ligat omnes & quaſcunq; perſonas maſculos & fœminas, vt not. *Graff. in prax. lib. 2. c. 12 n. 1.* & ſub maſculino ſexu, fœmininũ ſemper intelligitur. ait idem *Graff. Prax. lib. 2. c. 38. n. 20.* Si ergo ſub hoc caſu comprehendũtur omnes ſupradicti Religioſi, & ſub maſculino ſexu, etiam fęmininum intelligitur; & Caſus ligat, eos qui ad recitãdũ Horas Canonicas ſunt obligati, & Moniales ad Diuinum Officium recitandum obligantur, ergo illud eo modo quo dictum eſt, ommittẽtes, proculdubio hac reſeruatione innodantur.

Non incidunt aũt; Primò, qui non conſultò, ſed ob aliquod legitimum impedimẽtum, vel alia iuſta cauſa, ẽt pluſquam ſemel in menſe, totum, vel partem notabilem Officij Diuini re-
60 citare prætermiſerint; & idem dicẽdum, ſi ſemel tantũ ommiſerint. Ratio, quia ad incurrendũ hunc caſum, oportet quod conſultò, & abſque legitimo impedimento, pluſquã ſemel in menſe, totum, aut partem notabilem ommittãt, ergo ſemel tñ in mẽſe, totum vel partem notabilem ommittendo, vel etiam partem non notabilem, puta vnum Pſalmum dũtaxat, vel Himnũ, aut quid aliud ſimile, non incidunt, *Marcus Scarſella. Viridar. ſommiſt. p. 1 c. 207. n. 1. & Anton. de pactis ſuper Regulam. c. 1. præcepto, 1. art. 3. nu. 11.* licet, ſi conſultò totũ officium, vel partem notabilem ẽt ſemel in mẽſe ommiſerint, lethali culpa ſe obſtringerent; & ratio eſt, quia obligati ad Diuinum Officium quotidie perſoluendum, quoties illud, vel partem notabilem, dedita, opera, prętermittunt, toties mortaliter peccant.
61 Et notãdum quod in Tabella Feretrana, vt patet in primo Caſu. erit quoque Caſus reſeruatus, cum Clerici ad Diuinum Officium obligati, vltra ter in anno illud recitare abſque iuſta cauſa prætermiſerint.

Secundò, nec nõ habentes Breuiarium ad officium recitandũ; v.g. iter
62 faciẽdo, caſu domi, Breuiarium reliquerunt, & reperiũtur in regionibus remotis, vel in loco, vbi non poſſunt aliud Breuiariũ inuenire; vel ob paupertatem emere nequeunt, vel ſunt inter Infideles; ij enim cum excuſentur ab Horarũ recitatione, ſequitur quod illas non ſoluẽtes, ẽt pluſquam ſemel in menſe, ab hac reſeruatione eximuntur. Et ſi teneantur ea, quæ memoriter retinẽt recitare, exceptis Reſponſorijs, & Lectionibus, quę nõ recolunt; Quinimo de cõſilio ſubſti-

tuere, aliquos Pſalmos pro illis, quos ignorant. *Armill. verb. Hora. num.* 16. *Sotus lib.* 10. *de Iuſt. & Iur. q.* 5. *artic.* 3. *Nau. c* 11. *de Hor. Canonic. Graff. p.* 1. *lib.* 2. *dec. aur. c.* 54 *nu.* 6. & ratio eſt, quia,
63 qui tenetur ad faciendum aliquid, ſi non poteſt facere totũ eo modo, quo debet, tenetur facere partem eo meliori modo quo põt. *arg. l. impoſſibiliũ, ff de reg iur c. nemo ad impoſſibile. de regul. iur. in 6.* patet de eo, qui totã Quadrageſimam ieiunare non poteſt, is enim tenetur ſaltem eius partẽ, quã põt, ieiunare. *Nau. loc. cit. Graff. loco ſupracit. nu.* 4. Quamuis *Tolet lib.* 2. *c.* 16. *nu.* 5. ſententiam oppoſitam tueatur; ſed ego inquit non credo, q̃a tales nõ tenentur niſi ad officium, cũ ergo ab hac liberentur ſequitur, quod nec eſt amplius obligatio. Quod ſi ſua culpa perdiderunt à principio, peccauerũt tunc, ſed poſtea non peccant in non perſoluẽdo, niſi ipſi proieciſſent Breuiarium, vt ſe impoſſibilitarẽt ad recitandũ: tunc enim peccant, quoties nõ recitauerint, niſi poſtea pęnituerint. Hæc ſnĩa Toleti, eſt multũ probabilis, ſed prior eſt ſecurior. *Rodriq. tom.* 1 *q.* 42. *art.* 10. tenet cum Toleto, loquens de illo, qui ob infirmitatem non poſſit recitare officium, non teneri ad eius recitationem, nec ad partem, ob rationem quam ibi adducit, ita à ſimili.

Tertiò, nec Beneficiati, qui diuinũ officium ẽt cõſultò pluſquã ſemel in
64 menſe, perſoluere dimittunt, ex eo quia nec ipſi, neq; alij capiũt fructus Beneficiorum, & nec in poſterũ capturi ſunt, nec ipſi capere poſſunt. *Graff. Trax. loc. cit. nu.* 32.

Quartò, nec Clerici in minoribus ordinibus conſtituti, depoſiti ab officio, & ratio eſt, quia cũ rõne Benefi-
65 cij tenebantur ad Horas Canonicas perſoluẽdas, ex quo illud amplius nõ habent, nec fructus percipiunt; ceſſat obligatio recitandi, *arg. tex. in c. cũ ceſſante. de appell. l. Imperatores. ff. de publ. & vectigal. l.* 1. *C. de fideiuſ. Henric. in c.* 2. *de Cler. excom.* Secus tñ eſſet in Clerico depoſito ab ordine, nã tenetur Horas dicere, cũ rõne ordinis ad hãc ſeruitutẽ ſit obligatus, à qua p̃p delictũ ſuũ non debet eſſe immunis. 16. *q.* 1. *c legi. de iud. c. intelleximus. Graff. p.* 2. *lib.* 3. *dec. aur. c* 16. *nu.* 6 & ideo dicti Clerici in minoribus, depoſiti ab officio, omittẽtes recitare diuinum officiũ ẽt cõſultò, & abſq; legittimo impedimento, pluſq̃ ẽt ſemel in menſe, ob rationem iam dictam, vllo modo in caſum incidere cẽſendi ſunt. *Graff. in Trax. loc. ſupracit. n.* 28.

Quintò, nec Clerici in minoribus ordinibus cõſtituti, qui nullo potiun
66 tur Eccleſiaſtico Beneficio. *Tolet lib.* 2. *c.* 12. *nu.* 1. ij enim ad Horas dicẽdas non tenentur *Sylu. verb. Hora. q* 2. *Sot. lib.* 10 *de iuſt. & iur. q.* 5. *ar.* 3. *Graff. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 54. *n.* 11. ergo illas ommittẽdo nullũ caſum reſeruatũ, nec peccatũ incurrunt, & idem dicẽdum de Nouitijs Religionum, qui, ſecundũ veriorem opinionẽ Horas minimè recitare obligant *Arrag.* 2. 2. *q.* 83. *art.* 12.

Sextò, nec qui nõ tenentur ad Horas Canonicas p̃ſoluẽdas, ſuſcipiẽtes
67 Beneficiũ, vel ordinẽ, q̃ nullatenus ſciũt recitare, & nõ tenẽtur quęrere ſociũ, quia non habent tot redditus, quib. Socio ſatisfacere poſſint; cuiuſmodi ſũt Milites inſcij; multi ẽt pueri, quorũ humeris eorũ Parẽtes onus orandi pro alijs imponunt, priuſquã pro alijs orare diſcant; ij oẽs peccant ſuſcipiẽtes officia, quib. fũgi neſciũt, non tñ tenẽtur relinquere beneficia, nec recitare Horas p̃dictas, niſi quouſq; diſcãt, quas tenẽtur diſcere q̃ cõmodè cito poſſunt; qđ ſi nõ diſcũt, tenentur beneficium relinquere, iuxta *Panorm.* cõiter receptũ, *in c. Venerabis. de Præben.* fundatum per textũ *in l idẽ iuris, ff. ad leg. Aquil.* & qđ non poſſit ab Epo cum eis diſpenſari, & quo ad pueros, vetuit *Cõcil Trid ſeſs* 23 *c.* 6 *de refor.* ne illis ante 14. annũ beneficiũ

confe a

cōferantur. *Nau.c.11.n.38.vſq.41.et c. 22.in fi.de Hor. Cano. Graff.loc cit.n* 10.

Septimò; nec Capellani, q̄ Capellis non inſtitutis auctoritate Apoſtolica, ſeu ordinarij, ſed ſolū à donato-
68 ribus, vel fundatoribus, ſeu teſtatoribus priuata auctoritate erectis, inſeruiunt, ratio quia hæ Capellaniæ nec collectiuę ſunt, nec Eccleſiaſtica beneficia, vtpotè, quæ titulo Eccleſiaſtico carent, quare nullam obligationem recitandi diuinum officiū ſuper ſuos Capellanos inducunt. *Io. Bapt. Corrad.d.p.1.q.240.in Addit.* tenentur ergo ſolum celebrare Miſſam, ſi ſunt Sacerdotes. *Nau.de orat.c.20.n.17.Cor dub.deciſ caſ.conſc.q.3 Rodriq. d. p.1.ca. 141.n.5.* Notandum tñ, qđ ſupradicti Capellani incidunt in hūc caſum, inſeruiendo dictis capellis, modo non ſint in ſacris ordinibus Cōſtituti, q̄a
69 vt dixi, cū nō teneantur ad vllū officiū diuinū perſoluendū, minimè hac reſeruatione ligantur, ſecus aūt ſi eſſent in ſacris, quia licet rōne Capellaniæ non teneātur ad officiū diuinū recitādū, rōne tñ Ordinis Sacri bene tenerentur, & ita conſultò & abſque legittimo impedimento, totum officium, vel partem notabilem, pluſquā ſemel in menſe, ommittētes, ſub hac reſeruatione includerentur.

Octauò, nec Penſionarij ſeculares, non recitantes Officium B.M. Virgi-
70 nis; ſiquis enim titulo ſæculari percipit, vt laicus aliquam pēſionē; qđ eſt qñ datur viris benemeritis ꝓ aliquo tēporali commodo, ab Eccleſia, cui ſeruierunt, vel bellādo, vel quocūq; alio modo eam adiuuādo, vt ēt cōiugatus cum pauper eſt, obtinuit à Papa pēſionem ſuper aliquo beneficio, nunc ad recitandū Officiū B.M. Virginis virtute Extrauag. Pij V. nō cēſeo obligatū, & conſequenter illud ommittentes minimè incurrere hūc caſum. *Io.Bapt.Corrad.loc.ſupracit. d.q. 240.in prin.& in addit. Graff.vbi ſup c. 50.n.9.Tolet d.c.12.nu.3.Alouiſ. Lopez p.2.Inſtr cōfeſ c.95.Rodr.loc.ſuprac.n 6*

Nonò, nec Moniales exēptę, nec Religioſi cuiuſcunq; ordinis; ij licet enim diuinū officiū omittentes mor-
71 taliter peccent, quia tñ ab Epiſcoporū iuriſdictiōne circa caſuum reſeruatorum diſpoſitionē ſunt exēpti, ideo illud, vel partē notabilē ēt cōſultò, & abſq; legittimo impedimento pluſq̄ ſemel in menſe, prętermittentes, nūquam tñ reſeruatione cōſtringūtur.

Decimò, nec ommittentes dicere in Choro, vel extra, Letanias maiores, Officium Defunctorū; ſeptē Pſalmos Pęnitētiales, & Graduales. *Graf. cōſ.2.n.13.de celeb.Miſſ. Azor p.1.Inſt.*
72 *moral li.10.q.4.c.16.* & ratio eſt, quia qui recitare ommitteret Officiū Defunctorū, qđ ſingulis mēſibus perſoluitur, Pſalmos Pęnitētiales, & Cāticū graduum, ſiue in choro, ſiue extra nullū peccatū cōmitteret, eo qđ Breuiariū neq; in cōi, neq; in particulari præcipit ea eſſe dicenda, ſed tantum indulgentiæ conceduntur recitantibus, vt tradit *Petr. de Arragon 2.2.q. 83.ar.12. Io Bapt.Corrad.loc cit.q.243. in addit.in fi. Rodriq.vbi ſupr.c.142.n.1.*

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa confeſſionem & abſolutionem, dedita opera, & abſq; legitimo impedimento, totum vel partem notabilem diuini officij, pluſ quam ſemel in menſe, ommittentiū, hæc erit.

Circa confeſſionem. Primò, Confeſſarius inquirat à pęnitente, An totum officiū perſoluere ommiſit, vel ſolum aliquam Horam particularē,
73 vel partem notabilem; aut ſaltē ommittere deliberauit. Quia ſi totum ideſt omnes ſeptem Horas Canonicas recitare prætermiſit, qđ eſt quando voluntas non interciſa fertur ſuper totum dimittendum, per totam diem illam, quā officium dimittitur, vnum tantum committit peccatum mortale, licet grauius, quam ſi ommitteret Horam vnam, vel duas; qua

Digitized by Google

re cum grauius eſt bonum eſt confiteri; Imò hodie per Extrauag. Pij V. eſt neceſſarium, vt Confeſſarius poſſit colligere, quæ nam reſtitutio facienda ſit; *Io. Bapt. Corrad. p.* 1. *q.* 240. *Nau. de Orat. c.* 7. *num.* 6. *Graff. p.* 1. *lib.* 2. *dec. aur. c.* 51. *nu* 14. *& in Prax. loc. cit. nu.* 50. *Rodriq. in ſum. p.* 1. *c.* 141 *nu.* 16. Si vero ommiſit aliquam aliam Horam particularem, v. g. Tertiam, vel Sextam, aut Nonam tantum, tunc quot Horas diſiunctim ommiſit, tot peccata mortalia etiam commiſit in

74 confeſſione neceſſario explicanda. Neceſſarium quoque eſt Confiteri, non ſolum quando ommiſit recitare, ſed etiam quoties ommittere deliberauit *Archid. in c. fin. diſt.* 91. alias confeſſio non eſſet integra, quod notandum eſt pro Confeſſarijs, & pęnitentibus. *Nau in Man. c.* 7. *num.* 6. *& ſeq.* & ratio eſt, quia illam circumſtantiam tenetur pęnitens confiteri, quādo non confitendo ignoraret Confeſſarius quid eſſet acturus; vt eſſet in caſu noſtro, oportet enim, vt dixi quod Confeſſarius colligat, quæ nā reſtitutio ſit de neceſſitate facienda. *Graff. loc. cit. & in Prax. num.* 22. & 50. ex iam dictis infertur, quod ille, qui per ſpatium vnius diei, vel vnius mēſis, aut anni, ommiſiſſet dicere Horas Canonicas, ſæpe reminiſcendo huius obligationis, deliberando nolle eas dicere, non ſatisfaceret ſi in confeſſione diceret, ſe per ſpatium vnius diei, vel menſis, aut anni ommiſiſſe recitare dictas Horas; quia non ſolum tenetur ſpecificare tempus, quo illas non dixit, ſed etiam numerum veriſimilem, quod illas propoſuit non dicere; quod eſt valdè notandum, velut res quotidiana, & grauis, *Rodriq. loc. cit. num.* 16.

Secundò, perſcrutetur circa attentionem, An videlicet recitauerit Officium Diuinum cum debita atten-

75 tione; nam quoties quis in recitando officium, dedita opera, mente vagatur, toties peccat mortaliter. *c. dolentes de celeb. Miſſ.* & ſi in huiuſmodi recitatione, ſpontè diſtracto animo bis, ter, quater, vel decies mente vagatur, cum toties lethali culpa ſe abſtringat, neceſſario in confeſſione Sacramentali hæc omnia in particulari ſunt recenſenda.

Quo ad abſolutionē; Confeſſarius animaduertat; Primò, beneficiarios ommittētes recitare officiū diuinū, vllo modo eſſe abſoluēdos niſi prius præmiſſa reſtitutione; nulli enim du-

76 bium eſt præter peccatū mortale teneri ad reſtitutionē pro rata beneficiatos nō recitātes præces Horarias; ratio, q̄a q̄n aliquid datur ob causā, cauſa non ſequuta illud repetitur, vt *ff. de condit. ob cauſ.* Sed beneficium datur ꝑꝑ officiū, *c vlt. de reſcript in* 6. ergo officio non dicto fructus reſtituendi ſunt. *Graff. p.* 1. *lib.* 2. *dec. aur. c.* 51 *nu.* 2. vt patet ꝑ Extrauag. Pij V. incip. ex primo Lateranenſi Concilio. relato per *Nau. in Man. c.* 25. *num.* 122. Vbi habetur q̄d pro quantitate officij dimiſſi, ad reſtitutionē clericus teneat: facta cōputatione fructuū, & viſo, q̄ quolibet die recipiat, diuidat per ſingulas Horas æqualiter, excepta tñ Matutinali, cui mediū totius prouentus addicitur; v. g. ſi qualibet die ſint prouētus duodecim Iulij, ſi Matutinas recitare ommiſit, ſex Iulios reſtituere tenet̄, reliquis vero Horis, vnus Iulius debetur. *Io. Bapt. Corrad. d p.* 1. *q.* 240. Quod intellige ſi poſt ſex mēſes poſtq̄ receperit beneficiū, officiū dimiſerit; nā iuxta decretū Cōcil. Lat. ſub Leone X. *ſeſſ* 9. *§. ſtatuimus*, Nullus ante ſex mēſes primos beneficij habiti tenet̄ ad reſtitutionē, nō recitādo Horas; v.g. confertur cuidā alicq̄ beneficium, quodcūq; ſit, ſub titulo Clericali, iſte ſi non recitat officium diuinum per ſex menſes primos, & ſi mortaliter peccet in ſingularū Horarum ommiſſione, ad nullam tamē obligatur reſtitutionē. *Tol. lib.* 2 *c.* 12.

num.

Digitized by Google

*num.*5.*Nau.loc.cita.Graff.num.* 3.*Ioan. Bapt.Corrad.q.*240. Et notandum qđ
77 aliter obligantur Beneficiati, & aliter ſimplices Clerici,ad diuinum officium perſoluēdum; Simplices enim Clerici omittentes abſque legitima cauſa officium vno tantum die, vel aliquam horam,peccant quidē mortaliter, ſed ad nullam reſtitutionem faciendum obligantur, at beneficiati,& mortaliter peccant, & ad reſtitutionem aliquam redditus percepti tenetur.*Nau.loc.citat.Tolet.vbiſupra. nu.*4.*& ſeq.Azor.p.*1.*lib* 10.*c.*3 ſi tranſactis ſex menſibus officium ommiſerint.*Tolet.loc.citat.num.*5. Quæ quidē
78 reſtitutio facienda eſt etiam non expectata ſententia declaratoria in foro conſcientiæ, quia non imponitur propriè,vt pęna,ſed vt quędam conditio, vel modus, quamuis beneficiū ſit ſimplex,& modicum,quia beneficia ſub hoc modo,& conditione dantur, vt beneficiarij horas Canonicas recitent,vt Reſidentiam faciant &c. vt adnotauit *Nau in c. non licet.* 32.*q.* 2.quare aduertant Confeſſarij,vt nō abſoluant tales pro viribus ſuis non ſatisfacientes. *Graff.in Prax loc. citat. num.*52.*& in* 1 *p.vbiſupra. num.*6. Et ſi plura beneficia poſſidet, v.g. ſi vnū beneficium iuſtè,& aliud iniuſtè,& abſque Summi Pontificis poſſident, tenentur ex iure naturæ ad perſoluēda duo officia, & tenentur ad reſtitutionem fructuum illius beneficij, qđ iniuſtè poſſidet.*Bonac.tra. de Hor.can. d.*1.*q.*2. *punct.*4 *num.*28.Et idem dicēdum eſt de penſionarijs,Penſionarij
79 enim,vt Clerici, qui habent ordines Minores habentes Penſionem ſuper aliquo beneficio, non recitantes Horas Beatæ Mariæ Virginis,etiam tenentur ad reſtitutionem fructuū pro rata.*Nau.c.*25.*num.*122.*& ſeq. Rodriq. in ſumm p.*1.*c.*146 *num.*2 *Graff loc.citat num.*5. Quę reſtitutio,vt patet ex eodem Concil. Lateran. eſt facienda vni duorum, aut fabricis Eccleſiarū quarum beneficia poſſident; aut Penſiones; aut Pauperibus quibuſcunq; *Nau.in c.quando not.*7.*num.*32. *de Conſecrat.diſt.*1. Et ſi beneficiarij eſſent
80 Pauperes, aut Matres, Fratres, aut Sorores,Confeſſarius poteſt ipſi non recitantibus tamquam Pauperibus huiuſmodi fructus diſpēſare; aut eorum Matribus,Fratribus, aut Sororibus ægenis;modo verè ſint tales,& ex hoc ſciat Confeſſarius, quod non ſumant occaſionem iterum non recitandi diuinum officium.*Nau in Man. loc.citat.Graff.in* Prax *num.*51.*& loc citat.num.*4.*Tolet.vbi ſupra num.*6.*Ioan. Bapt.* Corrad.*d.q.* 240. prope medium. *& in Addit.ex Lopez.p.*2.*inſtr conſciē. cap.*94.*Rodriq.loc.ſupracitat. num.*3. & eſt communis.

Demum Canonici,& alij ad ſoluēdum officium diuinū in Choro obligati,ex quo participes ſunt quotidianarum diſtributionum,recitando ho-
81 ras Canonicas ex ſe ipſis ſecretò extra Chorum, præſertim Canonici, non ſatisfaciunt Choro, etiam ſi poſtea cum alijs Choro interſint, non tamen cum eis Pſallent, & tenentur reſtituere prædictas quotidianas diſtributiones, quod probatur p dictā Conſtit. Pij Quinti,ibi,*Et in vniuersū quicunque vbi debent, officium non recitant reſtituere tenentur.* & ratio eſt,qa non cēſentur de Choro, cum debeāt illum adiuuare taliter, vt ſeipſos intelligant inuicem;licet ergo dicti Canonici recitādo horas Canonicas in eorum domibus, ſatisfaciant eorum obligationi,quam habent,vt Clerici in ſacris ordinibus conſtituti,attamē non ſatisfaciunt obligationi quā habent,vt Canonici,quod eſt manere, & intereſſe Choro perſonaliter ad perſoluendum diuinum officiū *Graff. loc. citat.c.*52.*num* 22.*Medina inſumm. p.*2 *fol.* 15.*Alouyſ.* Lopez. *Inſtruct Confeſſ* 2.*p.c* 95.*Rodriq loc ſupracit num.*5. *oppoſitum tamen tenet Io.Bapt.Corrad.in p.*2.*reſp caſu.conſ.q.*261.

Et

Et circa huiuſmodi reſtitutionem faciendam, ſummopere mihi placet circa tenorem dictę extrauag. Pij V.
82 interpretatio *Ludou. Lopez* qui refert a ſuo Magiſtro Fratre Dominico de Caues habuiſſe, ac etiam *Bart. Medin.* idem aſſerit, de reſtitutione fructuũ, ex omiſſione officij diuini. Aiunt.n. quod non adeo rigide obſeruandum ſit, vt ſicut Latro, qui ad perpendiculum omnia malè ablata reſtituere cogitur; ſed fieri debet, ſicut famulus, q. ſi per aliquot dies Domino ſuo non ſeruit, in toto anno, non attenditur ad quid minimum, ſic ſupradictos omittentes recitare diuinum officium non videtur omnibus punctim fructibus eſſe priuandos. Præſertim ſi be-
83 neficiarius eſt Curatus, quia multa officia, circa Curam exercet, in celebrando, in audiendis Confeſſionib. in Baptizando, & in alijs Sacramentis adminiſtrandis. Vel ſi Capellanus ſit, qui onus celebrandi Miſſas ſubijt cum huiuſmodi Beneficiarijs taliter Confeſſarius ſe gerere oportet, taliſque reſtituendi adhibendus eſt modus; Vt, ſi v.g. Capellania ipſi Capellanos trecentos Aureis æquiuallẽtes redditus reddat, diuinumq; officium per annum perſoluere omiſſerit; Pro prætermiſſis horis, centum Aureos, ideſt tertiam partem redditus reſtituens, alios ducẽtos Aureos pro Miſſis a ſe celebratis, ſibi reſeruet, atque retineat; quia eas celebrare potiſſimum miſterium erat, ad quod erat addictus. Quod ſi per totum aliũ annum ſuum recitandi munus rectè expleuerit, nõ ob id, quod per dies paucos, nempe per octo, aut decem dies a recitãdo diuinum officium defecerit, ad aliquid fructuum, vel redditũ Capellaniæ reſtituendum, eſt cogendus, quia famulus eſt tam magnifici Domini, ideſt Dei; quare & ſi per parum temporis ſuo officio deſit, non ideo talis ſeruus ſua mercede, aut ſtipendio mulctandus venit. Si autem
84 talis beneficiarius Curatus ſit, curam Animarum gerens, qui diuerſa officia in Eccleſia adminiſtrat, ſi eas ſuas vices rectè geſſerit, ſolumq; recitantandi officio defuerit, tunc beneficij redditus in tres, vel quatuor diuidẽs partes, tres partes poterit ſibi applicare, pro potiſſimis miniſterijs, in quib. miniſtrauit, & ſufficit q̃ p̃ officio recitandi horas prætermiſſo, quartam partem tantum reſtituat, ſi per integrum annum recitare omiſerit; quod ſi per dimidium anni, in recitãdo horas, etiam priuatim defuerit, ſat erit ei dimidium illius quartę partis reſtituiſſe, & ſic proportionabiliter; quod ſi per paucos dies recitare prætermiſerit, ad nihil reſtituendum obligandus eſt, ita *Io Bapt. Corrad. d. p. 1. quæſt. 240. in Additio. & Rodriq. Vbi ſupra c. 246. num. 4.*

Nec obſtare hoc videtur ſupradictæ extrauaganti Pij V. hac ratione, quia *Medina* cenſet a Beneficiarijs alia officia potiſſima, etiã annexa ſuis beneficijs habentibus præter recitationem Horarum, ſi extrauagãs prædicta velit omnes fructus integrè fore reſtituendos, in his quo ad integrã reſtitutionem fructuum, eam eſſe pœnalem, per pœnam obligantem, cum Iudex per ſententiam mãdauerit ad eos omnes reſtituendos, & non ante, quia ante condemnationem Iudicis, non integrè omnes fructus reſtituere manet obnoxius, ſed ſatis eſt ſi in cõſcientia, prædicto modo, & quotam prædictam, ex redditibus talis beneficiarius reſtituat. Reſpõderi ẽt poteſt illam extrauagantem intelligi debere, vt de his beneficiarijs tantum lo-
85 quatur, alijs obligationibus non deuinctis, præter obligationem Officij recitandi, quia, qui in alijs præocupãtur officijs, ſuis beneficijs annexis, planum eſt ad omnes fructus integrè reſtituendos, eos non teneri, ſed ad Quotam, prędicto modo, moderatã. Hæc tradunt *ſupradicti Doctores*, quorum

rum aſſertio an ſit amplectenda, diffinire nolo, ſed quod ait *Lopez*, idipsũ ſequor, videlicet, quod non auderem id tantopere extendere, vt extendit *Sotus*, ſi ex prætermiſſione Horarum per duos, vel tres dies, iuxta ſupputationem Pij Quinti, notabilis reſultaret, arbitrio boni viri, reſtituenda quantitas, quia tutius eſt illam reſtituere, aut certè cum Commiſſario ad hoc, ſi deputatus eſt a Papa, ſe componere. *Io. Bap. Corrad. loc. citat.*

Secundò notandum, quod qui vno die officium diuinum non recitauerit, ſequenti die idem officium ſup-
86 plere nõ tenẽ, licet mortiferè deliquerit ſi ſine iuſta cã dimiſerit Secũdum *D. Thom.* tamen alijs orationib. pro quãtitate delicti, ſupplere debet; & ita Confeſſarius imponere debet, aliquid quod ſit ad Laudem Dei, puta Septem Pſalmos, & huiuſmodi, *Petr. de Palu. in 4. diſt. 15. Angel. verb. Hora num. 8. Tabien. verb. eod. num. 17. & D. Thom. Quodl. 3. artic. 29. Et Io. Viguerius in ſuo Codice de virtutibus. cap. 5.* tenet ad ſpiritualem reſtitutionem vnumquenque Clericum in ſacis cõſtitutum, teneri ad reſtitutionem circa officium non ſolutum, ita vt alijs orationib. reſarciri debeat, cum fraudauerit Eccleſiam de ſuffragijs, quibus Animę viuorum, & Defunctorũ iuuantur; Imò ait hanc obligationem Confeſſarium minuere non poſſe licet pro peccato pœnitentiam arbitrariam imponere poſſit; & rationẽ aſſignat; quia ſic per tot ſuffragia, Eccleſiam iuuare de præcepto tenetur; atque exemplo probat, de eo, qui ſtato die, aliquod debitum ſoluere debet, non propterea abſolutus eſt, ne alio die ſoluat, imò ſemper obnoxius remanet ad ſoluendum de neceſſitate ſalutis, niſi ob iuſtum impedimentum excuſetur, concludit tandem, ꝙ præter Summum Pontificem, nemo alius remittere, vel dimittere poteſt. Et quicunq. alius aliter faceret, mittit falcem in meſſem alienam, velut ſi Confeſſarius abſolueret quemquã, vt non ſoluat, quod de iuſtitia tenẽt, & poteſt ſoluere. Oẽs ergo & quoſcũque Clericos, & Religioſos admoneo in viſceribus Ieſu Chriſti, vt cũ quandoque officium dimiſerint diuinum, ne quæſo pigeant alias dimiſſum, alijs orationibus pro quantitate dimiſſi, ſupplere; ſi hæc opinio verè pia, ſit ſuſtinenda, quam ego libẽter amplector, & teneo, & ita conſului quibuſcunque in hoc delinquentibus inueni, ita *Io. Bapt. Corrad. vbi ſupra d. q. 240. & p. 2. q. 394.*

An autem recitantes diuinum officium ſine actuali, vel virtuali attentione, teneantur illud poſtea iterum perſoluere; dico quod tenentur reci-
87 tare Horas Canonicas, ſi illas recitauerint ſine actuali, vel virtuali attentione ad illas in integrum perſoluendas, ſub mortali obligantur, ita *Sotus lib. 10 de iuſt & iur. q. 5. art. 5 & alij Doctores.* Et notandum quod poteſt cõtingere, vt dum quis recitat diuinũ officium, cõſultò, & delicta opera vagetur, dupliciter. Primò, cum intẽtione, & propoſito iterum idem officiũ dicendi, quia intelligit illud a ſe non rectè dici, & talis in hoc caſu ſine dubio tenetur totum officium iterum perſoluere, quamuis in eo, quòd illud recitauerit ſine attentione, non peccauit mortaliter, ſed tantum venialiter; ratio, quia cum ipſe nolit illo ſuo officio ſatisfacere præcepto, illud iudicium habendum erit, ac de alijs o-
88 rationibus voluntarijs. Secundò modo, poteſt quis ſe voluntariè diſtrahere in recitatione officij cum animo ſatisfaciendi præcepto Eccleſiæ per huiuſmodi officium, nec aliter illud iterum recitandi, & talis peccat mortaliter, & tenetur iterum idem officium in integrum perſoluere; dummodo adeſt tempus, & facultas ſatisfaciendi, cum nondum videlicet elapſa ſit dies. *Petr. de Arragon. ſuper D. Thom.*

Digitized by Google

Thom.2.2.q.88.art.3.Io.Bapt Corrad.2.p.quæſt.393.

Tertiò, Cõfeſſarius conetur inducere pœnitentes ad veram, & perfectam contritionem ſuorum peccatorum, oſtendendo eis grauitatem huius criminis; Nã Clerici, ac Religioſi vtriuſque ſexus, omittentes recitare diuinum officium, quatuor peccata committunt. Primò iniuriam faciũt
89 proximo, cui pro temporalibus per eum datis ad ſuſtentationem Clericorũ, ipſi ſpiritualia refundere obligantur, quia propter officium, datur beneficium. *c fin de reſcript.in6.* Secũdò, Infideles ſunt necatoresq. ægentium Animarum *c. Qui oblationes.13.q.2.* Tertiò, furtum committunt, ſaltem quo ad forum Animæ, quia oblati ſunt eis redditus propter ſeruitiũ, quod ſi non fecerint, contractant rẽ alienam fraudulẽter inuito domino. Quartò ſacrilegium, quia fraudãt Ecleſiam, cui debent ſeruitium ſuis orationibus. *Graff.in* Prax.*loc.ſupracit nu.23 & p.2.lib.3.dec aur.c.16.nu.2.*

Qui tenẽtur recitare officium diuinum in Choro, niſi ex cauſa abſint, vel id ducant in conſuetudinem, nõ ſolum peccant mortaliter, vt ſupra dictum eſt, ſed etiam poſſunt puniri
90 pœna ſubtractionis beneficiorũ. Et ad arbitriũ Epiſcopi per ſubtractionem officij, vt *not.diſt.50.c. contumaces;* vel compelli per excommunicationem. *c.fin diſt.92.Graff.loc.citat.ſupra.num.38.*

Denique imponat eis pœnitentiã ſalutarem, & ſi ſæpius recitare horas Canonicas omiſerint, etiam pęniten
91 tiam præſeruatiuam iniungere poterit; & ſi diu continuauerunt, in dimittendo officium, grauiſſimam etiam imponat, cum appoſitione alicuius pœnæ temporalis, quæ magis arcere ſolet a voluntate peccãdi, quam Dei timor, vt habetur in *extrauag. cum deteſtabile.de Simonia.* Et hæc pro huius quinti caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant ad laudem, & gloriã Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſexti caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Calliẽſis, qui talis eſt.

Additus, & collocutio cum Monialibus abſque licentia. Item collocutio per ſe, vel per alium ad malum finem cum eiſdem, etiam ſi de colloquendi adſit licentia.

PRo declaratione huius ſexti caſus reſeruati, præter ea quę dicũt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quæ propriè ſunt Moniales; quidvè aditus ad Monaſterium earum.*

2 *Quando adeuntes ad Monaſteria Monialium, & cum eiſdem abſque licentia colloquentes, vel cum licentia per ſe, vel per alium ad malum finem cum illis colloquentes incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis* Praxis *obſeruanda eſt a Confeſſario circa* Confeſſionem, *& abſolutionem pœnitentium cum dictis Monialibus colloquentium.*

CIrca primum; Quę ſint Moniales patet ſupra in declaratione vltimi caſus reſeruati in Tabella Piſaurenſi, vbi etiam habetur quid ſit licentia, quidq; cum Monialibus Allocutio. Aditus vero ſeu acceſſio ad Monaſterium earum, eſt ille actus quo quis ſe transfert, aut transferri ſint ad illarũ Monaſterium: hoc eſt enim ad aliquẽ locum accedere, iuxta communem loquendi modum *Bonac.de Clauſur.*

Circa ſecũdum; in hunc caſum reſeruatum, Primò incidunt omnes tã Mares, quam fœminæ, cuiuſcunque ſtatus, & conditionis, etiam Sacerdotes, & clerici ſeculares, qui accedunt

ad

ad Monaſteria Monialium, ſi cũ eiſdem abſque licentia colloquantur; etiam ſi cum vna tantum alloquãtur;
92 ob rationem quam dixi ſupra in prędicta declaratione vltimi caſus reſeruati in Tabella Piſaurenſi, *num.* 164. Caſus enim loquitur abſolutè, & indiſtinctè, dicens, *Aditus & collocutio cum Monialibus abſque licentia*; & ideo abſolutè etiam de omnibus, tam Sacerdotibus, & Clericis ſæcularibus, quam de quibuſcunque alijs ſæcularibus maribus, & fœminis, intelligẽdus eſt. In diæceſi vero Feretrana, vt patet in dicta Tabella. *caſu.2.num.7.* eſt etiam caſus reſeruatus, *Acceſſus ad Monaſteria Monialium, & allocutio cũ illis, abſque licentia Reuerendiſſimi Epiſcopi ſeu eius Vicarij generalis, vel Deputatorum ab eis in ſcriptis, extra tamen caſus Sedi Apoſtolicæ reſeruatos.*

Secundò; etiam Conſanguinei, & Affines, ſi abſque licentia in ſcriptis obtenta, cõiunctas ſibi ſanguine Moniales Profeſſas, vel earum aliquam,
93 in Monaſterijs degentes, alloquant̄; nam etiam ſub nomine Cognati, poteſt culpa contegi, & turpitudo perpetrari *Ioan. And. in c. monaſteria. de vit. & honeſt. Cleric. Graff. in Prax. lib. 2. cap. 5. num. 47.*

Tertiò, non ſolum extranei, & Cõſanguinei, ſed etiam Aduenæ, qui in loco, vbi caſus iſte eſt reſeruatus, vt
94 eſt hic, ad Monaſteria Monialium accedunt, ſi cum Monialibus abſque licentia alloquãtur; cum ratione delicti ibi delinquens forum ſortiatur. *c. fin de foro compet. Sayr. lib. 1. de Cenſur. c. 6. num. 34.* nam licet caſus reſeruatio generalis, non liget niſi ſubditos, tamen non ſubditus in dięceſi alterius efficitur ipſius ſubditus ratione delicti. *Graff loc. citat. num. 54. & conſil. 22. num 10. de ſent. excomm.* In foro enim conſcientiæ Viatores ſortiuntur forum illius loci, per quem tranſeunt, ita not *Graff. in d. Prax. lib. 2. capit. 28. numero 31.*

95 Quartò, & qui licentia obtenta loquendi cum aliqua Moniali, v.g. cũ ſua conſanguinea, animo tamen doloſo accedit ad Monaſterium, vt ſi alia ſuperueniat velle loqui cum ea, p ſe, vel per interpoſitam perſonam, incidit enim in caſum, ſi cum illa alia loquatur. *Graff. Prax. d. lib. 2. cap. 5. nu. 58. & 32.*

Quintò, & qui non ſolum per ſe, ſed etiam per interpoſitam perſonã,
96 vel etiam per nutus, aut ſigna, cum aliqua Moniali colloquantur, quia nihil refert qualitercunque quis ſigno, verbo, vel nutu, ſuam exprimat volũtatem *c. cum apud de ſponſa. Graff. conſi. 22 num. 16. & 31. de ſent excom.*

Sextò, cum ſimpliciter dicat littera, *Aditus, & collocutio cum Monialib. abſque licentia; Item collocutio per ſe, vel*
97 *per alium ad malum finem, cum eiſdem, etiam ſi de colloquendi adſit licentia*; incidunt omnes ſupradicti, ſi quomodocunque, cum licentia obtenta, per ſeipſos, vel per alios, ad malum finem cum Monialibus, vel Moniali, colloquantur.

98 Septimò, incidunt omnes, qui cũ licẽtia obreptitia, ſubreptitia, vel falſa (hæc enim nomina Synomina ſũt, & idem ſignificant) Monaſteria Monialium adeunt, cum eis, vel aliqua earum, colloquendo; ratio eſt, quia qui huiuſmodi licentia vtuntur, ſe habent, tamquam ſi abſque licentia cum Monialibus colloquerentur; huiuſmodi enim licentia, non eſt propriè licentia, cum viribus careat, vt notat *Bonacin. de Clauſura q. 3. punct. 5. nu. 6* & diximus ſupra in explicatione vltimi caſus reſeruati in Tabella Piſaurenſi. *num.* 171.

Non incidunt autem, omnes quos retulimus ſupra in dicta declaratione vltimi caſus reſeruati in Tabella
99 Piſaurenſi *num.* 177. a ſecundo, vſque ad octauum caſum, ibi. Secundò, nec qui animo deliberato accedit &c.

Vbi vero Reſeruatio diceret; Acceſſus

ceſſus cum frequentia ad monaſteria Monialium; tũc illum cenſerem Monaſteriũ frequentare, qui bis vna die, aut ter tribus diebus, aut quater in eadem hebdomada, aut ſemel ſingulis hebdomadis, vel menſibus, accederet, ſecus ſi quater in anno, ſeu ſemel ſingulis tribus menſibus. *Bonaci. de Clauſura. q. 3. punct. 2. num.* 4. Et ſi reſeruaretur Acceſſus conſuetudinarius, tunc qui tantum bis accederet, incideret in caſum reſeruatum, ratio quia caſus reſeruatus, ſeu peccatum reſeruatum habens conditionẽ conſuetudinis, intelligit de peccato bis commiſſo, conſuetudo enim in delictis, inducitur per binos actus. *Silueſt. verb.* Infamia. *num.* 10. *ita Nald. Verb. caſus. n. 9. & uerb peccatum. n* 10. *&* 19. & ſi circa Blaſphemiã cõſuetudinariã aliter ſit dicendum, vt patet ſupra in Tabella Anconitana. *caſu.* 5. *num.* 242. *folio* 87.

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem pęnitẽtium, cum Monialibus abſque licentia, ad bonum, vel malum finem, colloquentium; eſ-
100 ſe poterit illa, quam poſui ſupra in dicta Tabella Piſaurenſi, vide ibidẽ, præſertim ea, quæ ſpectant ad hunc propoſitum, nempe ad Collucutionem cum monialibus ſine licentia. Et hæc pro huius ſexti caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiãt, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſeptimi caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Callienſis, qui talis eſt.

Notariorum fraus, ſiue inobedientia Legata Pia, de quibus ipſi ſunt rogati occultantium, & non denuntiantium iuxta Bullam.

PRo declaratione huius ſeptimi caſus reſeruati, præter ea quę dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt* Legatum *pium.*

2 *Quando Notar ij Legata pia, de quibus ſunt rogati, occultantes, & non denunciantes, incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionẽ Notariorum Legata pia occultantium, & non denunciantium.*

CIrca primum; Quid eſt legatum piũ, & quot modis dicitur cauſa pia, ſeu legatũ ad pias cauſas, habetur
101 ſupra in declaratione ſexti caſus reſeruati ĩ Tabella Anconitana *fol.* 94.

Circa ſecundum; breuiter dicendum, quod incidunt in hunc caſum reſeruatum Notarij huius diæceſis Callienſis, qui legata pia, de quib. ſũt rogati, occultant, & non denunciãt, iuxta Bullam. Et quia hic caſus ſub
102 eadem forma etiam reſeruatur in Tabella Vrbini. *caſu.* 1. *fol.* 135. ideo incidunt in illum Notarij omnes illius dięceſis, qui legata pia, & obligationes ad pias cauſas Ordinario non denunciant. Atq; etiam omnes tam mares quam fęminæ cuiuſcunq. gradus, & conditionis legata pia, & obligationes pias, non ſatisfacientes.

Non incidunt autem, Notarij nõ reuelantes legata pia, de quibus ſunt rogati, ex obliuione, ſeu inconſideratione, ſeu alia iuſta cauſa, iuxta nota-
103 ta per *Caietan. in verb. Miſſa in fine*; & *verb. inconſideratio, vbi etiam Armilla*; per quorum doctrinam probatur, quod non peccant mortaliter, & cõſequenter nec obnoxios eſſe caſus reſeruationi, cum illa intelligatur tantum de peccatis mortalibus. *Graff in Prax. lib.* 2 *c.* 21. *num.* 33.

Secundò, nec Notarij occultãtes, & non reuelantes legata pia, de quibus

104 bus ipſi non fuerunt rogati, ſed fortè rogati ſunt tantum eorum filij, fratres, vel alij Conſanguinei; patet, q̃a ad incurrendum hunc caſum, oportet quod occultent, & non denũtiẽt legata pia, de quibus ſunt rogati; vnde a proprietate verborum non eſt recedendum, niſi conſtaret voluntatem loquentis aliter voluiſſe *glo. in c. præterea de verb. ſignifi.*

Tertiò, nec Notarij aliarum diæceſim, in quibus caſus iſte non eſt re-
105 ſeruatus, cum enim non ſint ſubditi Epiſcopo Callienſi, eius legib. minimè vinciri cenſendi ſunt; dummodo tamen non habeant domicilium in hac diæceſi, q̃a ſi habẽt, profectò tenentur reuelare, & non reuelãtes, inciderent in hunc caſum.

106 Circa tertium; Praxis obſeruãda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem Notariorũ legata pia de quibus ſunt rogati, occultantium, & non denuntiantium, eſſe poterit illa, quam ſcripſi ſupra in declaratione prædicti ſexti caſus reſeruati in Tabella Anconitana *num. 314 fol 97.* Et hæc pro huius ſeptimi caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiãt, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio octaui, & noni caſuum reſeruatorum eiuſdem Tabellæ Callienſis, qui tales ſunt.

Abuſus Euchariſtiæ, aut alterius rei Sacræ, vel Sacramentails, ad Veneficia ſeu quęuis alia, præterea, ad quæ ab ipſa Eccleſia, & communi vſu Catholicorum adhiberi conſueuerunt.

Item ſuperſtitiones qualibet, quę pactum tacitum, vel expreſſum, ſeu commercium quoduis cum dæmone contineant.

PRo declaratione horum octaui, & noni caſuum reſeruatorum, cũ in Tabella Piſaurẽſi in explicatione primi, & ſecundi caſuum, eorum de-
107 clarationes reperiantur, ideo pro nunc hæc pauca pro illorum declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio decimi caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Calliẽſis, qui talis eſt.

Abortus ſtudio quæſitus, & ſequutus fætu iam Animato cuiuſcunque etiam per incuriam oppreſſio, ſi contra præſcriptum tempus detineant in lecto.

PRo declaratione huius decimi caſus reſeruati, qui duas partes in ſe continet, alteram quæ ad Abortum ſpectat, alteram quæ ad oppreſſionẽ
108 Paruulorum, qui contra pręſcriptũ tempus in lecto detinẽtur, pertinet; cum eius optima declaratio quo ad primã partem habeatur ſupra in explicatione ſeptimi caſus reſeruati in Tabella Maceratenſi, *fol 311.* & quo ad ſecundam in tertio caſu Tabellæ Forũſempronij, ideo hæc pauca tantum ſufficere pro eius declaratione dicere cenſeo, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio vndecimi caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Callienſis, qui talis eſt.

Qui Legata Pia poſt Annum ab elapſo præſcripto termino non ſoluerit; & multo magis, qui Monialibus cenſuum fructus, aut conſueta Alimenta, vel alterius generis debita per Annum ſoluere recuſat, ſeu contemnit.

PRo declaratione huius vndecimi caſus reſeruati, præter ea, quæ di-dicunt Summiſtæ, & alij Doctores

de

de hac materia pertractantes , tria ſunt declaranda .

1 *Quid eſt Legatum pium.*

2 *Quando Legata pia poſt annum ab elapſo præſcripto termino non ſoluentes; & quando Monialibus Cenſuum fructus, aut conſueta alimenta, vel alterius generis debita per annum ſoluere recuſantes, ſeu contemnentes incidunt in hunc caſum reſeruatum; & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa* Confeſſionem, *& abſolutionem pœnitentium prædicta infra memoratum tempus non ſoluentium.*

CIrca primum; Legatũ pium quid ſit, dixi ſupra in declaratione ſeptimi caſus reſeruati huius Tabellæ. Quid vero ſit An-
109 nus, vide ſupra in explicatione vltimi caſus reſeruati in Tabella Anconitana, *num.* 400. *fol* 114.

Circa ſecundum; In hunc caſum reſeruatum, Primò, incidunt omnes cuiuſcunque ſtatus, ſexus, & cõditionis, qui legata pia, poſt annum, ab elapſo præſcripto termino, locis pijs, vel quibus relicta fuere, non ſoluunt.
110 ratio eſt, quia voluntas Teſtatoris executioni mandari debet infra annum *C. de fideicom. Auth. Hoc amplius. & in Auth. de Eccleſiaſt. tit. §. ſi quis ædificatione. collat 9 c. nos quidem. iuncta gloſa de Teſtam.* vt notat *Graff conſil. 2. num. 1. de Teſta.* Vnde hæredes debẽt intra annum a die monitionis faciẽdæ per iudicem, cuius intereſt, implere voluntatem defuncti, etiam ad nõ pias cauſas, & poſt annũ poſſunt priuari tota hæreditate, & omnibus bonis relictis, vt ait Ioã *Bapt. Corrad. p. 2. reſp caſ conſ. q.* 277. Et ordinatio Legatorum ad pias cauſas cũ pertineat ad Epiſcopum. *d. cap nos quidem. de Teſtam.* qui poteſt etiam illud tẽpus arctare, vel prorogare; hinc dictum tẽpus prorogando vltra annum, nõ incidunt in hunc caſum, niſi vt dixi, q̃ poſt annum, legata pia non ſoluunt.

Secundò incidunt, qui legata pia ſoluere differunt poſt annum, etiam ſi id bono animo faciãt; vt verbi gratia rebus defuncti melius venditis,
111 amplius quam Defunctus reliquerat, pro eius Anima ſatisfaciant. Differentes enim exequi volũtates Defunctorum in pijs cauſis, executores, ſeu Hæredes in multum tempus, peccant mortaliter, & incidunt in caſũ. *Graff. in Prax. lib. 2 c 21 num. 30. & c. 26 num. 23.* Licet enim *D. Tho. Quodlib. 6. art. 14.* dicat quod ſi executor ꝑ modicum tempus eleemoſynas differat, vt rebus Defuncti melius venditis, ampliores eleemoſynas facere poſſit, laudabiliter faciat, tamẽ cum a iure volũtas Teſtatoris infra annũ debeat exequi, vt ſupra dictum eſt, & Hæredes prædicti, non per modicũ tempus, ſed per ſpatium pluris vnius anni ſoluere diſtulerint, ſequitur q̃d mortaliter peccauerunt, & conſequẽter ſub hac reſeruatione comprehendi cenſendi ſunt; Quod multo magis hoc procederet, quando per longum tempus differant, non quidem vt ampliores facerent eleemoſynas, ſed vt Hæredibus ipſis proſint, vt res melius vẽdantur, cum fortè Defunctus a Purgatorio liberaretur, quod non fit, dum remedium ei non adhibetur *D. Thom. ubi ſupra. D. Anton p. 3. tit. 10. c. 3. §. 12. ita Graff loc. ſupra citat d. c. 26. num. 24 & ſeq.*

Tertiò, incidũt omnes tam mares, quam fœminæ, imò & Sacerdotes ac
112 Clerici ſæculares cuiuſcunque gradus, & conditionis, qui Monialibus quorumcunque ordines, tam Ordinario ſubiectis, quam Prælatis Regularibus, Cenſuum fructus, aut conſueta Alimenta, vel alterius generis debita per Annum ſoluere recuſant, ſeu contemnunt.

Non

Digitized by Google

Non incidunt autem, Primò qui cum debeant conſequi certam quantitatem pecuniæ a loco pio, ei legatũ pium poſt annum non ſoluunt, inſtã-
113 tes pro ſua ſatisfactione, quia legata non debentur, niſi deducto ære alieno, vide ſupra in declaratione octaui caſus reſeruati in Tabella Anconitana, *num.* 374 *fol.* 108. & in Tabella Fanenſi *num.* 104.

114 Secundò, nec qui penes ſe legatũ pium retinent, nec ſoluũt poſt annũ, ſi illud retineant animo ſibi compenſandi, vt ſupra etiã dictum eſt in dictis Tabellis *loc. citat.*

Tertiò, nec qui non ſoluerũt legata pia, poſt annum, eo quod cũ eo loco, vel perſona, cui huiuſmodi legata
115 debentur, ſuper hoc cautionẽ fecerũt, & ſoluere promiſſerunt; ſolutio enim & promiſſio paria ſunt, & promittere eſt dare. *l fin. C. ad leg. Falcid.* ſicut eſt remittere. *l. ſi Mulier. ff. de cõdict. cauſa data. l.* 1 *ff. de calumniat. Anchar. in c. nulla. nu.* 2. *de conceſſ. Praben. Graff ſuprad. c.* 26. *num.* 29.

Quartò, cum compenſatio, quę eſt debiti, & crediti inuicem contributio. *l.* 1. *ff. de compenſat.* ſit ſolutio; *leg. ſi*
116 *debitor. ff. qui poſſit. in pigno. hab. l. amplius. ff rem ratã haberi.* ſit, quod qui legatum piũ, quod debetur per Petrũ tali Eccleſiæ, non ſoluit poſt annum, eo quod, compenſauit debito legali, & vero cum Eccleſia, vel alio quouis loco pio qui, vel quæ ei debitrix eſt, dicatur ſoluiſſe, in caſum minimè incidere dicendus eſt. *Graff. loco citato. num.* 28.

Quintò, nec qui huiuſmodi legata pia poſt annum non ſoluerunt ex ignorantia, cum enim ſtatutum non
117 ligat ignorantes. *Abbas in c. nos quidem. num* 11. *de Teſtam.* minimè in caſum incidere cenſendi ſunt. *Graff. loc. citat. num* 30.

Sextò, nec Religioſi quorumcunque ordinum, legata pia poſt annum non ſoluentes; ratio quia cum ſint exempti ab Ordinariorum iuriſdi-
118 ctione, ideo minimè includuntur ſub illorum caſuum reſeruatione. Verumtamen cum Epiſcopi non ſolum de iure communi iuxta *text. in d c. nos quidem & cap. tua nobis. de Teſtam.* ſed etiam tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegati in caſibus a iure conceſſis omnium piarum diſpoſitionum, tam in vltima voluntate quam inter viuos, ſint executores, vt habetur per *Concil. Triden. ſeſſ.* 22. *cap.* 8. *de reformat.* credo quod prædictos Religioſos ad dicta legata pia ſoluenda compellere poſſint, quod ſi ſoluere neglexerint, lethali culpa ſe conſtringere fatendũ eſt, vt dictum eſt ſupra in d. Tabella Fanenſi *num.* 110.

Septimò, nec qui cenſuũ fructus, aut conſueta alimẽta, vel alterius generis debita, per Annum, Monialib.
119 ſoluere recuſant, ſeu contemnunt, eo quod a prædictis Monialibus ſeu eorum Monaſterio conſequi debent aliquam ſummã pecuniæ, vt de legato pio ſupra dictum eſt; Vel quia retinent penes ſe prædictos cenſuum fructus, Alimenta, & alia debita, animo vt ex eis ſibi recompenſari poſſint. Vel quia aliquam cautionẽ cum eis fecerunt, intra certum tempus ſoluere promittẽtes. Vel quia alia via forſitan compenſauerunt; Vel denique, ſupradicta poſt annum non ſoluerũt, ob ignorãtiam, neſcientes ſe ad prædicta ſoluenda teneri.

Octauò, neq; qui Cenſuũ fructus, conſueta Alimenta, vel cuiuſuis alterius generis debita, per annum, No-
120 uitijs, vel alijs Puellis in Monaſterio æducationis gratia commorantibus, vel alijs etiam fœminis Nuptis, & Viduis ob iuſtas, & honeſtas cauſas ibidem degentibus, ſoluere recuſant, ſeu contẽnunt; & ratio eſt, quia caſus loquitur de Monialibus Profeſſis, at Nouitiæ, & aliæ Mulieres, vt patet, non ſunt Moniales, quamuis intra clauſuram Monaſterij maneãt.

Digitized by Google

Circa tertium; Praxis obſeruãda a Confeſſario circa Cõfeſſionẽ, & abſolutionem pęnitentium, ſupradicta
121 infra memoratum tempus, non ſoluentium, ea erit, quæ poſita eſt ſupra in Tabella Anconitana in declaratione octaui caſus reſeruati. *nu.* 379. *fol.* 109. & hęc pro huius vndecimi caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiãt ad laudẽ, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratione duodecimi, & vltimi caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Callienſis, qui talis eſt.

Falſum Teſtimonium prolatum in Iudicio; vel vt ab alio duceretur curatum, ſi in alterius notabile damnum vergat.

PRo declaratione huius duodecimi, & vltimi caſus reſeruati, cum ſufficiant ea, quæ dixi ſupra in explicatione ſeptimi caſus reſeruati in Ta-
122 bella Anconitana *fol.* 98. hinc miſſa facio. Et hæc pro huius vltimi caſus reſeruati, ac ſimul totius iſtius Tabellæ Callienſis declaratione, dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

QVÆSTIO XVI.

De Caſibus Reſeruatis Epiſcopo Feretrano.

Circa hanc quæſtionem ſextamdecimam quæritur, quot, & quales ſunt caſus reſeruati Epiſcopo Feretrano, ad quod breuiter reſpondeo dicendo. Caſus, quorum Abſolutionem nunc in ſua Diœceſi *ſibi reſeruat Ordinarius Feretranus ſunt hi, qui in præſenti Tabella continentur.*

Tabella Feretranã.

1 *Clerici ad diuinum officium obligati, qui ultra ter in Anno illud recitare abſque iuſta cauſa prætermiſerint.*
2 *Acceſſus ad Monaſteria monialium, & allocutio cum illis, abſq; licentia Epiſcopi, ſeu eius Vicarij Generalis, uel Deputatorum ab eis inſcriptis, extra tamen caſus Sedi Apoſtolicæ reſeruatos.*
3 *Homicidium uoluntarium, etiam ex quolibet genere conſilij, extra caſus tamen Sedi Apoſtolicę reſeruatos.*
4 *Iniuria dicto, uel facto Parentibus illata, quę cenſeatur a Confeſſario notabilis.*
5 *Qui ſterilitatem, uel Abortum procurauerint, etiam fœtu exiſtente inanimato.*
6 *Qui infantes exponunt, & damnum quod locis Pijs reſarcire poſſunt, non reſarciunt.*
7 *Tenentes Infantes in lecto ante annum expletum; Suffocantes vero excommunicationis ſententia innodati exiſtunt.*
8 *Notarij, & quicunque, qui diſpoſitiones ad pias cauſas non reuelant Reuerendiſſimo Epiſcopo, vel eius Vicario generali intra menſem poſt mortem Teſtatoris.*
9 *Qui legata Pia, vel alias diſpoſitiones ad pias cauſas non ſoluunt intra tempus præfixum, ſeu ſaltem ſex menſibus poſtea.*
10 *Falſum in Iudicio deponentes doloſè.*
11 *Vſura.*
12 *Superſtitiones quæcunque, extra caſus Sedi Apoſtolicæ reſeruatos, & inter cæteros ſunt illi omnes in quibus concurrit error in intellectus pęnitentium.*
13 *Vitium Beſtialitatis & Sodomiticum.*

Digitized by Google

14 *Patrum, & quorumcunque curam gerere debentium, non mittentium filios, et ſubiectos ad Eccleſiam dieb. Dominicis diſtantes per milliare ſaltē ſemel ſingulo menſe; Propinquiores bis ad minus, erudiendos Doctrina Chriſtiana iuxta Decretum noſtrum.*
15 *Clericorum tempore diuinorū officiorum in Eccleſia colloquentium ſine neceſſitate.*
16 *Opera ſeruilia non permiſſa, ex declaratione noſtri Decreti, Feſtis diebus de præcepto exercentes.*
17 *Adminiſtratores Piorum locorum retinentes poſt menſem aliquid pertinens ad eadē.*

Declaratio huius Tabellæ.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio primi caſus reſeruati huius Tabellæ Feretranæ, qui talis eſt.

Clerici ad diuinum officium obligati, qui vltra ter in anno illud recitare abſque iuſta cauſa prætermiſerint.

PRo declaratione huius primi caſus reſeruati, pręter ea quæ dicũt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt officium diuinum, & qui tenentur ad illud recitandum.*
2 *Quando Clerici ad diuinum officium obligati, illud vltra ter in anno abſque iuſta cauſa recitare prætermittentes incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem Clericorum diuinum officium non recitantium.*

1 CIrca primum; Quid ſit diuinum officium, & qui ad illud recitandum ſint obligati, dixi ſupra in declaratione quinti caſus reſeruati in Tabella Callienſi *num.* 8 & ſeq. Vide etiam aliam pulchram diffinitionem officij diuini, infra in declaratione quinti decimi caſus reſeruati in hac Tabella Feretrana *num.* 151.

Circa ſecundum; incidunt in hunc caſum reſeruatum omnes illi, quos in octo ſupradictis caſibus in prædi-
2 cta Tabella Callienſi *a num.* 43. *vſque* 57. recenſuimus, ſi vltra ter in anno officium diuinum abſque iuſta cauſa ſoluere prætermiſerint; præter Moniales, quæ Clerici non ſunt.

3 Non incidunt autem, omnes ſupracitati (præter Moniales quorumcunque ordinum) qui tantum ſemel, vel bis in anno etiam abſq; iuſta cauſa, officium diuinum recitare omiſerint; Caſus enim requirit, vt huiuſmodi omiſſio fiat vltra ter in anno, ergo qui ſemel, vel bis, vel etiam ter prætermitteret in toto anno, non incurrit hunc caſum reſeruatum; peccabunt tamen mortaliter illud omittentes.

4 Item non incidunt, Non habētes Breuiarium. Et omnes alij quos retulimus in eadem Tabella Callienſi *nu.* 60. *vſque* 70. quos referre breuitatis gratia omittimus, ſi ter in anno, vel etiam ter tantum ſoluere officium prætermiſerint, & idem dicendum ſi etiam vltra ter in anno recitare omiſerint, tamen iuſta exiſtente cauſa.

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem Clericorum diuinum
5 officium recitare omittentium, erit illa quæ poſita eſt in dicta Tabella Callienſi *num.* 73. Et hæc pro huius primi caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiãt ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſecundi caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Feretranæ, qui talis eſt.

Digitized by Google

Acceſſus ad Monaſteria Monialium, & allocutio cum illis abſque licentia Reuerendiſſimi Epiſcopi, ſeu eius Vicarij Generalis, vel Deputatorum ab eis in ſcriptis, extra tamen caſus Sedi Apoſtolicæ reſeruatos.

PRo declaratione huius ſecundi caſus reſeruati, præter ea quę dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid intelligitur appellatione Monialium.*

2 *Quando accedentes ad Monaſteria Monialium, cum eis alloquētes, ſine ſupradicta licentia in ſcriptis obtenta incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem accedentium ad prædicta Monaſteria, & cum Monialibus ſine licentia colloquentium.*

6 CIrca primum; Quid intelligatur appellatione Monialium, patet ſupra in declaratione octaui caſus reſeruati in Tabella Piſaurenſi *nu.* 151. *& ſeq.* vbi etiam habetur quid ſit licentia, & quid eſt cum Monialib. allocutio. Quid autem ſit acceſſus ad monaſteria Monialium habetur ſupra in declaratione ſexti caſus reſeruati in Tabella Callienſi in principio.

Circa ſecundum; incidunt in hunc caſum reſeruatum omnes quos retulimus ſupra in declaratione ſexti ca-
7 ſus reſeruati in Tabella Callienſi *nu.* 92. modo abſque licentia Epiſcopi, vel eius Vicarij generalis, vel Deputatorum in ſcriptis obtenta cum Monialibus Profeſſis alloquantur.

Non incidunt autem oēs, &c. eo modo quo dixi ſupra in dicta Tabella Callienſi *num.* 99. vide ibidem.

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa hunc caſum, ea 8 erit, quam ſcripſi in eadem Tabella Callienſi *nu.* 100. & in ſupradicta Tabella Piſaurenſi *nu.* 185. ea præcipuè, quæ ad hunc ſpectant propoſitū, nēpe ad acceſſum ad monaſteria monialium, & allocutionem cum eiſdē ſine obtenta licentia; Et hæc pro huius ſecundi caſus reſeruati declaratione breuiter dicta ſufficiant ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio tertij caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Feretranæ, qui talis eſt.

Homicidium uoluntarium, etiam ex quolibet genere conſilij, extra caſus Sedi Apoſtolicæ reſeruatos.

PRo declaratione huius tertij caſus reſeruati, nil ſcribere volo, cū
9 eius declarationem deſcripſerim ſupra in explicatione primi caſus reſeruati in Tabella Auximana *fol.* 261. & in Tabella Æſina in explicatione ſexti caſus reſeruati *nu.* 67. hæc ergo pauca pro eius declaratione nunc dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio quarti caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Feretranę, qui talis eſt.

Iniuria dicto, vel facto Parentibus illata, quæ cenſeatur a Confeſſario notabilis.

PRo declaratione huius quarti caſus reſeruati, præter ea quę dicūt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quinam intelliguntur nomine Parentum.*

Quan-

2 *Quanto dicto vel facto Parentes iniuriantes incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem filiorum Parentes iniuriantiū.*

CIrca primum; Parētum nomine, & appellatione propriè intelliguntur non ſolum Pater, & Mater, per
10 quos in hunc mundum nati ſumus, ſed etiam Auus, Auia, Proauus, Proauia, & alij aſcendentes, a quibus naturaliter deſcendimus. *l. appellatione. ff. de verb. ſignifi. Io. Capeauill. de caſib. reſeruat. c. 4. q. 1. in princip. Horat. Gambar tra. de caſib. reſeruat. caſu. 8. fol. 211. Armill verb. eod. num. 1. Graff. in Prax. lib. 2. cap. 37 num. 31. & p. 1 lib 2. dec. aur cap. 55. nu. 3.* Imò nomine Patris, & Matris, Aui, & Auiæ non ſolum mei, ſed & Vxoris meæ intelliguntur; & nomine Patris, Vitricus, & nomine Matris, Nouerca quoque intelligitur: & non obſtat non poſſe nomine Parentum intelligi omnes ſuperiores Conſanguineos, cum iuxta *l. Iuriſconſultus. §. parentes. ff. de gradibus.* appellatione parentum veniant. Solum ſuperiores Cognatos vſq; ad Tritauos; quocirca minus quoq; poſſe intelligi Vitricum, & Nouercam, cum propriè loquendo parentes non ſint, non obſtant inquam, quia reſpōderi poteſt in hoc caſu honeſtatis ſeruandæ cauſa, cuius maxima erga parentes habenda eſt ratio, fieri poſſe extenſionem, *argum eorum* quæ dicit *Iaſon in l. Prætor ait. ff. de in ius vocando.* vbi inquit, quod licet parentum appellatione veniant maiores tantum vſque ad Tritauum, tamen in caſu illius leg. non licere vocare in ius parentes in infinitum ſine licentia, cauſa honeſtatis ſeruandæ, ſic in hoc caſu, vt honor parentibus debi-
11 tus ſeruetur, inijciens manus in parentes, vel dicto aut facto iniuriantes, parentes ſuperiores vſque in infinitum, & in eos, qui proximè eorū locum tenent, & officio funguntur, vt ſunt Vitricus, & Nouerca, dici debet ſubiacere huic caſui, ita *Io. Capeauill. loc. ſupracit. d. cap. 4 quæſt. 1.* quam opinionem ego quoque libenter amplector.

Circa ſecundum; ex hactenus dictis clarè infertur, qui nam incidunt in hūc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

Primò enim incidunt, Filij grauiter percutientes patrem, vel Matrē ſuam eo modo quo dixi ſupra in pri-
12 mo, ſecundo, & tertio caſibus, in declaratione ſexti caſus reſeruati in Tabella Firmana *num. 57. & ſeq. fol.* 130. & idem dicendum eſt de percutientibus quouis modo etiam leuiter, non ſolum Patrem, & Matrem, ſed etiam Auum, vel Auiam, Proauū vel Proauiam, aut alios aſcendentes, ex *Nau. in Man. cap. 14 num. 12. Rodriq. ſum. p. 1. cap. 145. Bonacin. diſput. 6 q. vnica punct. 2. num. 4. Reginald. lib. 20. num. 24. & ex Graff. p. 1. lib. 2. dec. aur. c. 56. num. 5. Tolet. lib. 5. c. 1. num. 9. Hor. Gambar. tract. de caſib. reſerua. caſu. 8. fol. 211. Clau. Reg lib. 7. c. 5. nu. 2. Azor. p. 2. inſt. moral. lib. 2. c. 2 q. 3.* quod extende etiā
13 ad mandantes, conſulentes; & adiuuantes *Io. Capeauill. d. q. 1. loc. citat.*

Secundò, incidunt filij grauiter, aut etiam leuiter percutientes Patrē, vel Matrem, Auum, vel Auiam ſuarum Vxorum; Vitricos ſuos, aut Nouercas. Item filiæ percutientes graui-
14 ter, vel leuiter Patrem, vel Matrem, Auum, vel Auiam ſuorum Maritorum; Vitricum ſuum, vel Nouercā, patet quia omnes ſupradicti veniunt nomine parentum, vt ſupra ex *Io. Capeauill.* declaratū eſt. Caſus enim reſeruatio cum dicat ſimpliciter *Iniuria dicto, vel facto parentibus illata &c.* & appellatione parentum non ſolum Pater, & Mater, Auus, Auia, Proauꝰ, Proauia, & alij aſcendentes intelli-

gantur, ſed etiam nomine Patris, & Matris, Aui, Auiæ, non ſolum mei, ſed & Vxoris meæ etiam intelligantur; ac nomine Patris, Vitricus, & nomine Matris Nouerca veniat ſecundum eundem *Capeauillam, loc. ſupracitat.* ſequitur illos, aut illorum quempiam leuiter, vel grauiter percutientes, ſub hac reſeruatione abſq; dubio comprehendi, & idem dic de ijs, qui prædicta in eis fieri mandant, conſulunt, vel adiuuant.

Tertiò, incidunt omnes ſupradicti, etiam ſi non percutiant, ſed tantum in ſupradictos ſpuant, puluerem
15 proijciant, iniurioſè per veſtem eorum retineant; Vel contra eoſdem animo irato manum eleuant, vt percutiant, vel baculum in capite illorũ ſignant dicentes, niſi eſſes Pater, vel Mater mea, Auus, vel Auia mea, &c. modo crederemus vos. *arg. eorum quæ dicunt Horat. Gamb. Clau. Reg. Tol. Ioan. Capeauill. loc ſupracitatis. Bonacina vbi ſupra.*

Quartò, & omnes filij, & filiæ, qui vel quæ verbis iniurioſis, contumelioſis, & maledictis, animo deliberato, parentes ſuos, nempe Patrem, vel
16 Matrem, Auum, Auiam Proauum, Proauiam, & alios aſcendentes; vel patrem & matrem, auum, & auiam ſuorum Cõiugum; Vitricum, vel Nouercam, contriſtant, inceſſant, affligunt, & lacerant, eoſque ad magnam & notabilem iracundiam prouocant ex *Ioan. Capeauill. loc. cit. q. 2. Tolet. num. 9. Ludo. Lopez. p. 1. inſtru. conſc. c. 54. Rodriq. vbi ſupra num. 5. Nauar. Clau. Reg. & Azor. loc. ſupracita.* Vel quomodocunque, eos dicto, vel facto, iniuriantur, quæ iniuria a Confeſſario notabilis cenſeatur.

Non incidunt autem, Primò qui ignorantia probabili, quempiam ſupradictorum parentum ſuorum per-
17 cutiunt, ignorãtes eſſe parẽtes ſuos; puta ſi inter diem Laruatos incedentes, vel nocte habitu mutato, illos nõ agnoſcentes, vel ob obſcuritatẽ noctis, vel Latrones ſeu fures eſſe exiſtimantes, percutiũt, ex *Io. Capeauil. loc. citat. q. 2. Graff. in Prax. lib. 2. c. 40. n. 28.*

Secundò, nec qui iniecerũt manus in ſupradictos parentes ſuos, vel eorum aliquem, ludendo, vel iocando, etiam ſi fiat aliquis exceſſus, mõ non
18 ſit mortalis; & ratio eſt quia reſeruatio fit tantum de peccatis mortalib. cum igitur huiuſmodi percuſſio non ſit mortalis, ſequitur quod nec etiam erit caſus reſeruatus, ex *Io. Capeauil. d. q. 2. & Graff. loc. cit. num. 27.*

19 Tertiò, nec ſi filius vim vi repelleret cum moderamine inculpatæ tutelæ contra patrem, qui ipſum inuaderet etiam in ſua poteſtate degentem, & multo magis ſi emancipatũ, illum percuteret; Vnde ſi filius ſe defendendo verberaret Patrem, iure quidem faceret, vt dixit *Barto. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. Silue. verb. Bellum. 2. num. 7.* cum iure naturali licitũ ſit ſe defendere. *D. Th. in Addit. 3. p. q. 24. ar. 1.* mõ fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, quæ tunc dicitur, qñ quis facit illud, ſine quo aliter a manu Patris euadere non poteſt, qui iniuſtè eum inuadit, & incontinenti, dum actu impugnatur. *Graff. loc. citat. num. 30. & ſeq. Azor. d. lib. 2. c. 2. q. 14.*

20 Quartò, nec qui verberat Patrem, vel alios ſupradictos, cum aliter facere non poſſit, v.g. vt illum, vel illos a delinquendo arceat, vel ab inimicis eripiat, vel ſimili incommodo præſeruet. *arg. c. ipſa pietas. 23 q. 4.* etiam ſi pede, vel brachio illos vrgeat, proijciendo in terra cum dolore. *Io. Capeauill. loc. citat. Graff. vbi ſupra nu. 37.*

Quintò, nec qui fugiendo inimicum obuium habens Patrem ſuum. equitantem, ſi ab eo equum petat, vt
21 commodius fugere queat, & de manibus inimici euadere poſſit, & ille negat, nolens ei equum dare; ſi illum de equo deijciat, modo tamẽ ipſe filius a dicto ſuo inimico eſſet occidẽ-

dus,

Digitized by Google

dus, quia cū ſit in caſu extremæ neceſſitatis, debebat Pater, imò quicunque alius extraneus illi pdictū equū commodare, cum neceſſitatis tempore omnia ſint communia; vnde cum in tali caſu filius lethaliter non deliquerit, fit vt caſus reſeruatio non habeat locum. *Graff. loc. citat. num.* 38.

Sextò, nec qui ex ſubita paſſione, & abſque perfecta deliberatione, parentes ſupradictos percutiunt, modo
22 mox aduertētes quid faciant, ſtatim retrahant manum, vt fieri ſolet in primis motibus. *Io. Capeauill. d. q.* 2. & ratio eſt, quia talis percuſſio non eſt peccatum mortale.

Septimò, nec filius, qui grauiter odit parentes ſuos, deſiderando eis aliquod damnum Animæ, vel corporis
23 puta mortem, vt liberetur ab eorum cuſtodia, vel vt citius capiat hæreditatem, quamuis grauiſſimè mortiferè delinquat. Et ratio eſt, quia actus interiores nūquam cadunt ſub reſeruatione, vt *ſupra in* 1. *p q.* 1. *num.* 37. *fol.* 7. dictum eſt, & idem dicendum de filio, qui eſto, quod non odit parentes, imò verè diligit, nunquam tamē, vel raro illis ſigna amoris oſtendit, quin potius ſemper illos toruo intuetur aſpectu, & ita aſperè eos alloquitur, ac ſi eos odio haberet. ita ex *Angel. verb. filius. num.* 30. *Sil. verb. filij.* §. 16. *Rodriq. d. c.* 14. *nu.* 1. & ratio eſt qa
24 tenetur filius eos diligere, reuereri, ipſiſque obedire tam corde, quā verbis, & operibus. *Nau. d. c.* 14. *num.* 11. *Graff. p.* 1. *lib.* 2. *dec. aur. c.* 56. *nu.* 5. *Clau. Reg. loc. ſupracitat. num.* 7. *& ſeq.* adeo quod peccat mortaliter filius, qui nō vult obedire parentib. ſuis in his, quę pertinent ad bonos mores, & ad ſalutem animæ, vt potè in vitādis prauis amicitijs, in fugiendis Meretricibus, Ludis prohibitis, & huiuſmodi; ita ēt ſi ita cōtemnit, & indignatur parentes, vt ſe exiſtimet abiectū, & inhonoratū, eo quod pro illorū filio habeat, vt multoties contingit qñ filius eſt in aliqua dignitate, Pater vero, vel mater in Paupertate. *Nau. loc cita. nu.* 12. *Rodriq. vbi ſupra. n.* 5. *Coſmus Philiar. de offic. Sacerd. p* 2 *lib.* 4. *c.* 21. *Bart. Medin. lib.* 1. *inſtruct. Confeſſ. c.* 54 §. 14. *Lud. Lopez. p.* 1. *inſtruct. conſcientiæ. c.* 54. *Tolet. loc. cita. num.* 9. Qui tamen addunt, nō
25 peccare mortaliter ſi id faceret abſq. contēptu, ad euitandū aliquod damnum in vita, vel in honore, vel pecunia, ſi Pater eius noſceretur, maximè parētibus tacitè, vel expreſsè pro bono filij conſentiētibus, & dummodo in animo non neget Patrem, & ſubuenire paratus ſit in neceſſarijs. *ita Clau. Reg. loc. citat. num.* 4. In his ergo caſibus, & ſi filius reus ſit culpæ mortalis, tamen immunis eſt ab hac reſeruatione, quæ tantum de ea iniuria loquitur, q̄ dicto, vel facto parentib. eſt illata, q̄ notabilis cēſeat a Cōfeſſario.

Octauò, nec filius qui parentib. iā defunctis maledicit, & ſi lethali culpa ſe obſtringat, ſi eis ex animo male
26 dicat, ſi tamen oretenus, Venialiter tm̄. *Graff. lo cit n.* 20. *in fi. Nau. vbi ſup. n.* 12. *Clau. Reg. loc. ſupraci. n.* 3. *prope fin.*

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionē filiorum parentes dicto,
27 vel facto iniuriantium, erit illa, quæ poſita eſt ſupra in prædicta declaratione ſexti caſus reſeruati in Tabella Firmana. *nu.* 73 *fol.* 132. videatur ibidem, hęc ergo pro huius quarti caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiāt ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio quinti caſus reſeruati eiuſdē Tabellæ Feretranæ, qui talis eſt.

Qui Sterilitatem, vel Abortum procurauerint, etiam fœtu exiſtente inanimato.

PRo declaratione huius quinti caſus reſeruati, ea quæ dixi ſupra in

explicatione ſecundi caſus reſeruati
28 in Tabella Æſina *n.1.fol.*418.qa huic caſui ēt optimè aptari poſſunt, ideo pro eius declaratione, hæc tantummodo dicta ſufficiant ad laudem, & gloriā Dñi noſtri Ieſu Chriſti, Am.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſexti caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Feretranæ, qui talis eſt.

Qui Infantes exponunt, & damnum quod locis pijs reſarcire poſſunt, non reſarciunt.

PRo declaratione huius ſexti caſus reſeruati, præter ea quę dicūt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Infantium expoſitio.*
2 *Quando exponentes Infantes, & damnum quod locis pijs reſarcire poſſunt, nō reſarcientes incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*
3 *Qualis* Praxis *obſeruāda eſt a Cōfeſſario circa Cōfeſſionē, & abſolutionē pœnitentiū huiuſmodi Infantes exponentiū.*

CIrca primum; Quid ſit Infans, vide in explicatione noni caſus reſeruati in Tabella Anconitana *nu. 399.*
29 *fol* 114. Quæ etiam ſunt loca pia, patet ſupra in Tabella Anconitana in explicatione ſexti caſus reſeruati *nu.* 289.*fol.*94. Infantium ergo expoſitio propriè eſt quando relegato pietatis officio parentes ante valuas Hoſpitalis Infantes ponūt, vel ī Rota, vel ante Eccleſias, vel domū alterius, vel in alijs pijs locis, vt eos alij pietate moti colligant, ita *Graff. in Trax. li. 2 c.22. nu.7. & n 4.* Vbi inquit quod recta q̃dem rōne, atq. optimè ſibi hūc caſū
30 Ordinarius reſeruauit, quia ad ipſū ſpectat ſolicitū eſſe, vt Redditus Hoſpitalium expendātur ſeruata forma Concil. Vienenſis, quæ incipit. *Quia cōtingit, in Clemen. de Relig. domib.* Quare cum Hoſpitalis præfati munus ſit incertos Infantes expoſitos habere, & cum in illis tenues ſint cenſus, abuſus obrepſit, ibi Infantes indifferenter exponere, vnde nō mō pius locus oneri ſuccumbit, ſed etiā miſerimos Infantes, cū malè nutriant, perire cōguntur; quare ad euitandū hoc abſurdū, Ordinarius Feretranus ſibi hunc caſū reſeruauit, & hoc, vt pauperes recipiantur, & redditus expendātur in vſus pauperum. *c. de Xenodochijs. de relig. domib. Lucas Floron. de caſib. reſeruat. p. 2 caſu. 9. num. 1. & 5.*

Circa ſecūdum; ex hactenus dictis facilè deducitur, q̃ nā incidūt in hūc caſum reſeruatum, & qui nō incidūt.

Primò enim, incidūt Patres exponentes filios ſuos Infantes, ſiue naturales, ſiue legitimos, & naturales ad
31 valuas Hoſpitalis, vel in Rota, vel ante Eccleſias, vel domū alterius, vel in alijs locis pijs (cum nō ſolū humano, ſed ēt diuino iure parentes, filios ſuos naturales, ac ēt ſpurios, alere teneantur, vt notant *Doctores in c. cū haberet. de eo qui dux. in matrim. eam quam poll. per adult.*) ſi damnum quod locis pijs reſarcire poſſunt, nō reſarciunt, ex *Graff. in Prax. loc. ſupracit. n. 21. & p. 1 lib. 2. deci. aur. c. 59. n. 1. Tol. lib. 5. c. 1. n. 11. Io Bapt. Corra. p. 2. reſp. caſu. cōſc. q. 341. Rodriq in ſum. p. 1. c. 13. n. 1. Beia. p. 2. reſp. caſuū conſ. caſu. 14. Nau in Man. c. 14. nu. 17. Horat. Gambar tract. de caſib. reſeruat. caſu. 9. nu 4. fol. 212. & Floron. de caſib. reſeruat p. 2. caſu. 9 num. 6. & 8.*

Secūdo, & Matres, ob p̄dicta, exponētes filios ſuos infantes ad prædicta loca pia, ēt ad euitādā infamiā (nam poſſunt clam mittere eos ad Hoſpita
32 le, ſi. n. ob paupertatem filiū alere nō poſſunt, exponere poſſunt ad Hoſpitale, vel ad domū Epi diuitis, vt ait *Eman. Sà. verb. parentes. n. 3.*) ſi dānū q̃ huiuſmodi locis pijs reſarcire poſsūt nō reſarciūt, p̄ſertim ſi eos cū aliquo peri-

periculo exponant; quamuis in foro exteriori quædã puella nobilis Pannonia nomine, quæ vt infamiam euitaret, puerum, quem pepererat, exponi iuſſerat, fuerit abſoluta, vt teſtatur *Iul. Clar. in ſua Praxi. §. fin. q. 83. verſ. partum exponens*, & not. *Graff. in Prax. loc. cit. nu. 19.* Immo nõ ſolum mater, ſed quicunq; ille ſit, qui exponit, ſiue ſit pater infantis, ſiue mater, vel nutrix vel frater, aut ſoror expoſiti; ſiue famulus vel famula Patris, & quicunque alius, modo ipſum Infantem alere poſſint, *Floron loc. cit. n. 6. 7. & 8*

Tertiò, non ſolum Pater, vel Mater exponentes, ſed etiam mandãtes exponi infantes incidunt, ſi habent vnde ipſos alere queant, nec damnũ,
33 quod locis pijs intulerunt, reſarcire curant; hoc eſt, incidunt in hunc caſum exponentes Infantem alterius de illius mandato, puta de mandato Patris eiuſdem infantis, vt ſi pater dicat, expone hunc infantem ad valuam hoſpitalis, vel ante ianuam Eccleſiæ, vel in tali loco pio; talis enim expoſitor cadit ſub hac reſeruatione *Horat. Gamb loc. cit nu. 5. d. fol. 212.* & ratio eſt, quia alias ſi diſpoſitio non extenderetur ad mandantes, de facili redderetur illuſoria, & nullum ſortiretur ferè effectum; nam tali caſu conſtitutio pęnalis extenditur. *l. 1. ff. de iuriſd. omn iud. c. præterea de offic. deleg. Bart. in l. non dubium, C. de legib.* Vt plurimum enim expoſitio infantiũ, fieri ſolet ab hominibus infimæ conditionis, & pauperibus. Quando ergo nobilis, vel diues exponit infantem, nõ ipſe, ſed alius iuſſu eius facit, ergo ipſe tunc facere videtur, *c. mulieres §. 1. de ſent. excom.* vbi habetur, quod is committit verè, cuius aucto-
34 ritate, vel mandato delictum committi probatur. Nam ſi non comprehenderentur mandantes, ſequeretur abſurdum, quod caſus non eſſet generalis, ſed comprehenderet ſolum pauperes infimos, & non nobiles, cũ nobiles non exponant, ſed iubent exponi; ideo ad euitandum hoc abſurdum, fit extenſio in conſtitutione pęnali, *l. ſcire oportet, ff. de excuſ. tut. Clem. fin de reſcript. Bald. in l. quicunque*, C. de *ſeru. fugit. ita Graff. in d. Prax. loc. ſupra cit. n. 25. & Floron. vbi ſup. num. 8.*

An vero comprehendantur famuli, qui iuſſu Dominorum ſuorum Infantes ipſorum exponunt, & viden-
35 tur excuſari; nam qui iuſſu Iudicis aliquid facit, non videtur dolo facere; qa neceſſe habet parere, *ff. de reg. Iur. l. non videtur, ff. qui iuſſu.* Sed Bart. *in l. non ſolum ſi mandato, n. 4. ff. de iniur.* dicit hoc procedere, quando is, cui mandatur, non putabat delictum. Quod poteſt contingere in famulis, famulabus, & ruſticis, qui ſunt idiotæ perſonæ; etenim ſi iuſſu Domini exponunt infantem ad hoſpitale credentes hoc licere, non peccãt. Quod etiam procedit quãdo dubium eſt an præceptum ſit iuſtum, vel iniuſtum, quia non debet inferior diſcutere factum Superioris, & in dubijs obediẽdum eſt, *c. Iulianus, 11. q. 3.* At ſi ſcirẽt
36 præceptum Domini eſſe iniuſtum, tunc cum potius Deo, quã ſuperiori ſit obediẽdum, *d. c. Iulianus, c. non ſemper, c. quid culpatur. 11. q. 3* nullo modo excuſantur. Tum etiam, quia vt idẽ *Bart.* qui ſupra, *num. 6.* dicit, quod is, cui mandatur, non excuſatur ex eo, quod habebat neceſſe parere, quãdo exequitur delictum graue, *& num. 7.* explicat quid ſit delictum graue, & ait, quod eſt delictũ priuatum, quod requirit dolum, & magnum præiudicium parit, & meretur magnam pęnam; ex quo ſequitur, quod exponen-
37 tes infantes ad hoſpitale, ſciẽtes iniquè agere, quia patres eorũ poſſunt commodè alere, cum cauſa ſint auferendi bona, quæ ſunt ad vſum pauperum deſtinata, peccent mortaliter, ſub hac reſeruatione includantur. Quod ſi fortè cogantur a ſuis Dominis, prędictos infantes exponere ſciẽ-

tes

Digitized by Google

tes huiuſmodi præceptum eſſe iniuſtum, cum hoc ſit prohibitum de iure naturali, & diuino, & exponentes veniant peccando cõtra Legem Naturæ, & Scripturæ, vt dicam infra, cõcluditur quod dicti famuli potius tenentur mortem eligere, quam violare, id quod prohibitum eſt de Iure Diuino & naturali, vt eſt huiuſmodi infantes exponere. ita ex *Graſſ. loc. ſupracit. nu. 26 vſque 29.* vnde exponentes, proculdubio ſi habent modũ eos alendi, incidunt in caſum hunc reſeruatum, vt dixi ſupra ex *Floron nu. 32.*

Non incidunt autem; Primo qui reſpectu aliquo humano ductus, infantem exponit in aliquo loco pio, ita cautè; vt filius mortem, vel mor-
38 tis periculum non incurrat, & ſumptus neceſſarios eidem loco pio pro ipſo expoſito, miniſtrat; v.g. ſi id fieret pro ſeruãdo honore alicuius puellæ vel familiæ, vt patet de ſupradicta Pannonia, quæ ad infamiam euitandam, infantem quem genuerat & pepererat, exponi iuſſerat, & fuit abſoluta, cum non impietas, ſed proprius honor eã mouerit. Pro honore enim ſeruando, non dubitarunt Iuriſtę vitam eſſe exponendam cenſere. *l. iſti quidem, §. penul. ff. de eo quod met. cau. Horat. Gan. b. vbi ſup. nu. 4. d. fol. 212.*

Secũdò, nec pauper qui filium infantem in aliquo loco pio exponit, ſi nõ habet vnde alat, neq; vnde dam-
39 num reſarciat, nec peccat, ſi adhibita cautione vitæ infantis exponat, ſi aliter faciendo, vel non exponendo, infantis mortem pertimebat, ob famem, vel aliam neceſſitatem. *Horat. Gamb. loc. cit.* Quando enim expoſitio infantis fit tali modo, quod nullum periculum eidem imminet, tunc expoſitor à peccato, & a caſu reſeruato excuſatur; ſi nõ habeat vnde damnũ illatum loco pio reſarcire queat, ex *Ang. verb. expoſitus, num. 3. in fin. Sylu. verb eod. nu. 2. Tab. eod. nu. 2. Graſſ. loc. cit. nu. 18. & Flor. loc. cit. nu. 8.*

Tertiò, crederem ſaluo ſemper meliori iudicio, qđ ſi infans ab alio ex-
40 poſitus fuiſſet ſciente Patre, vel ipſo ratum habente, licet incurrat pęnas *text. in l. 1. C de infant. expoſit.* & peccatum mortale, cum obligatione reſtituendi, non tamen comprehenditur ſub hac reſeruatione, quę loquitur de exponente, & non de conſentiente, vel ratum habente; tum etiã quia verba huius reſeruationis ſunt ſcripta in perſonam, & non in rem. ex doctrina *Bart. in l. ſi is, qui pro emptore, ff. de vſucap. Graſſ. loc. cit. nu. 30.* vide eundem in d. *Prax. lib. 1. c. 4. Regul. 16.* incideret tamen ipſe Pater ſi mandaret filium exponi; & multomagis ipſe expoſitor; caſus enim clarè dicit, *Qui Infantes exponunt, &c.* ergo ſiue Pater, ſiue Mater, ſiue quicunq; alius ſit, qui exponit infantem in aliquo loco pio, proculdubio incidit, ſi dãnum, quod reſarcire poteſt, eidem loco pio, non reſarciat.

Quartò, neque qui, vt honori ſuo conſulere poſſit, prolem clam natam in ſyluis, agris, vel locis publicis, exponit; & ſi grauiſſimè mortiferè de-
41 linquat; & ſi infans a feris, porcis, canibus, vel quibuscunque alijs animalibus deuoretur, vel quouis modo moriatur, incidit in alium caſum in hac Tabella reſeruatum, qui eſt, *Homicidium voluntarium, &c. caſu 3.* & ratio eſt, quia vt hunc caſum quis incurrat, oportet quod infans exponatur in aliquo loco pio. *Qui*, inquit caſus, *Infantes exponunt, & damnum, quod locis pijs reſercire poſſunt, non reſarciunt*: ergo exponentes in locis non pijs, quamuis mortaliſſimè peccent, & ſi infantes quouis modo enecẽtur incidat in ſupradictum tertiũ caſum reſeruatum, ſub hac tamen reſeruatione non comprehenduntur.

Quintò, nec qui exponit, vel exponi facit infantem hoſpitali, quod nõ eſt erectum auctoritate Epiſcopi; ratio quia, tunc non dicitur locus pius;

Lim:-

Digitized by Google

Limitatur tamen, niſi exponat hoſpitali facto & hedificato ſine auctoritate Epiſcopi, ſed mortuo fundatore, ita remanſit ex teſtamento, tunc enim locus ille poſt mortem ipſius Teſtatoris, effectus eſt locus pius, nec poteſt ad humanos vſus reduci. *Abb. in c. ad hæc, nu. 4.* & ob id exponentes, vel exponi facientes tali loco inciderent in hũc caſum reſeruatum vt ait *Graff. Prax. li. 1. c. 32. nu. 20. Floron. loc. ſupracit. nu.* 8.

Circa tertium; Praxis obſeruanda à Cõfeſſario circa confeſſionem & abſolutionem pęnitentium exponentium infantes, hæc erit.

Circa confeſſionem, Primo obſeruandum, non ſufficere pęnitentẽ dicere, ſe expoſuiſſe infantem in quodam loco, ſed neceſſariò debet expli-
42 care in Sacramentali confeſſione, ſi ille locus erat, vel non erat pius, quia ſi non erat locus pius, non incideret in hunc caſum, ſi pius, ſic; & ſi v. g. ex Concubina duos filios in eodem partu, ſuſcepit, quos ad hoſpitale vel alium locum pium expoſuit, vel exponi fecit, interrogandus eſt ſi ambo ad prædicta loca expoſuit, vel vnus tantum in loco pio, & alius in loco non pio iuſſit exponi, quia hoc in confeſſione etiam aperire tenetur, quãdoquidem cum in duos caſus reſeruatos inciderit, videlicet in hunc præſentem, propter expoſitionem vnius infantis in loco pio; & in ſupra dictum tertium caſum, ob expoſitionem alterius in loco non pio, neceſſariò hoc eſſet in confeſſione reuelandum.

Secundò, an pater infantis expoſiti, illum ex aliqua Muliere Coniugata, Soluta, Conſanguinea, Sanctimo-
43 niali, vel etiam fœmina infideli, puta Iudæa, Hæretica, vel Sarracena, genuerit; ac etiam ſi ipſe ſit in ſacris conſtitutus, vel ſolutus, aut coniugatus; etenim hæ circunſtantiæ in confeſſione etiam aperiendæ ſunt.

Tertiò, an poſtquam infantem in prædicto loco pio expoſuit, alter, puta vicinus, ſua culpa infamatus re-
44 manſit; v.g. Titius ſuſcepit filium ex ſua Amaſia, quem clam expoſuit, vel exponi iuſſit in quodam loco pio, cũ vero diuulgetur factum quod videlicet quidã infans expoſitus eſt in tali loco, ſed neſcitur à quo ſit expoſitus, ipſe Titius ad occultãdam infamiam ſuam, Amaſieq; ſuæ, dicit, profectò talis perſona fortaſſe illũ expoſuit, ex quibus verbis, dicta perſona infamiæ labem incurrit; nam hoc quoq; in Confeſſione eſt explicandum.

Quo ad abſolutionem, Primò Cõfeſſarius animaduertat, qđ tales exponentes infantes, non ſunt abſoluẽdi, niſi prius omne damnum quod locis pijs reſarcire poſſunt, non reſar-
45 ciunt; non ſolum in alimentãdo dictos infantes, ſed etiam inſtruendo, filias fœminas dotando, & huiuſmodi; Quod procedit non ſolum in Patre vel Matre filios ſuos exponentibus, ſed etiam in eo qui infantẽ mandato alterius exponit, talis enim expoſitor tenetur ad omnia damna reſarcienda loco pio, ſi Pater, vel mandans non reſtituat, vt ait *Nau. Man c. 16. num.* 47. nec obſtat, quod iſte mandatarius expoſitor, nõ ſit cauſa damni proxima, quia quo ad reſtitutionẽ, non requiritur; quod cauſa ſit proxima, *c. ſi egreſſus c. fin. de iniur.* cũ enim agatur de re illicita, cauſa etiam remota nocet, in eo cuius cauſa fuit ad damnum reſarciendum, *c. fin. de Homicid. in 6.* ita notat *Horat. Gamb. loc. ſupracit. nu. 5. d. f.* 212. Quod ſi exponā-
46 tur infans etiam in loco non pio, vt faciunt iſti, qui exponunt in locis in quibus Communitates alere ſolent, nullo modo tales ſunt abſoluẽdi niſi reſtitutis damnis, ſi poſſunt, vel cauẽdo, vel dando Pignora, vel alio conuenienti modo. Quocunque enim loco exponatur partus, tenentur exponentes reſtituere expenſas quaſcũ

que

Digitized by Google

que, & alimenta in expoſitum collata. *Horat. Gamb. loc cit. nu. 3. & 6.* ideo beneaduertat confeſſores.

Secundò, conetur inducere pęnitentem, ad veram & perfectam contritionem peccatorum, oſtendendo ei grauitatem criminis; ſiquidem pręter peccatum mortale grauiſſimum,
47 quod committit (peccat enim contra legem naturæ, & ſcripturæ, Naturæ inquā, quia educatio filiorū eſt de iure naturali, *c. ius autem diſt.* 1 peccat etiam contra legem Scripturæ, nā vt ait *Apoſt. 2. Corint c. 12.* Patres theſaurizant filijs, ſcilicet ad eorum educationem, & ſuſtentationē, quare plus peccant quā patres infideles hoc faciētes, 1 *ad Timot.* 5. ſiquis ſuorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior, cum plus peccet, agit enim contra legem naturæ, & ſcripturæ, ſed infidelis ſolum contra legem naturalem. *Turrecrem. in c ſi quis deliquerit. diſt.* 30.) exponit enim probabili periculo mortis filiū ſuum; Etenim infans puerulus derelictus ſolus ante Eccleſiæ ianuas, vel valuas hoſpitalis, vel alterius loci perſonæ priuatæ, dubio procul ſubijcitur periculo mortis; tum quia deficit ei lac, vnde nutrimentum habere non poteſt, & ſic miſellus perire omnino cogitur; tum quia hoc frequenter fit noctu, vel clam, vnde nō poſſunt exponentes mortaliter euitare pericula, ſi venit Canis, vel Lupus, vel Sus, vel aliud animal, & comederet infantē, ſi ſuffocetur, ſi frigore moriatur, vel ęſtu, quare nec ad cælandum adulteriū honoratiſſimis fœminis licet honorem tueri periculo innocentis infantis. Vnde cū exponatur infans varijs periculis, vt Homicida iudicatur, quia morti eū tradidit, & fame perire permittit, *l. vnuſquiſque*. ibi quodammodo ad mortē. *C. de infant. expoſit Graff. loc. cit. nu.* 13.
48 Immo ſi pęnitens conſiderare velit quam grande ſit hoc ſcelus, conſideret quæſo, quia cum multoties ignōretur eius cōſanguinitas, poterit contrahere matrimonium cum propria ſorore, vel conſanguinea, & ipſam in vxorem ducere, vt dixit *Hoſt. in c. 1. tit. noſtro Graff. loc. ſupracit. n.* 23. Item huiuſmodi expoſitores dicūtur fraudulenti, doloſi, & ſacrilegi, indirectè ſubtrahētes victum ijs, quibus debetur, ſcilicet pauperibus, cum hoſpitalia ad hoc ſint inſtituta nō vt diuites alantur, ſed vt pauperes nutriantur, *d. Graff. loc. cit. nu.* 16. Et quod valdè deplorandum eſt, cum dictis miſellis infantes ſine baptiſmo diſcedāt, haud dubium quin exponentes illos grauiſſimè à Deo in hac & alia vita punientur, cum ſint cauſa, quod animę talium paruulorum diuina viſione priuentur, quæ forſitan per miſericordiam Dei, cęleſti gloria cū Angelis in Paradiſo fruerentur. Et hæc pro huius ſexti caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudem & gloriā Dñi noſtri Ieſu Chriſti, Amē.

IN nomine Dñi Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſeptimi caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Feretranæ, qui talis eſt.

Tenētes Infantes in lecto ante annum expletum; ſuffocantes vero excommunicationis ſententia innodati exiſtunt.

PRo declaratione huius ſeptimi caſus reſeruati, cum ſupra in de-
49 claratione vltimi caſus reſeruati in Tabella Anconitana fol. 114. & in tertio caſu Tabellæ Forūſempronij, hic caſus, reperiatur optimè declaratus, ideo hęc pauca tantūmodo nunc pro eius declaratione dicta ſufficiant ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio octaui, noni, & decimi caſuū reſeruatorū eiuſdē Tabellę Feretranæ, qui tales ſunt.

No-

Notarij, & quicũque, qui diſpoſitiones ad pias cauſas non reuelant Reuerendiſsimo Epiſcopo, vel eius Vicario generali intra menſem poſt mortem teſtatoris.

Qui Legata pia, vel alias diſpoſitiones ad pias cauſas non ſoluunt intra tẽpus præfixum, ſeu ſaltẽ ſex menſibus poſtea.

Falſum in iudicio deponentes doloſè.

PRo declaratione horum octaui, noni, & decimi caſuum reſeruatorum. cum in alijs Tabellis iam declarati ſint, etenim octauus reperitur declaratus in explicatione ſexti caſus reſeruati in Tabella Anconitana
50 *fol.*94. Nonus in explicatione quarti caſus reſeruati in Tabella Sancti Seuerini, *nu.*56. & Decimus in declaratione ſeptimi caſus in Tabella Fanenſi, *n.*38. *fol.*400. Hinc modo nihil aliud dicendum eſt, niſi quod circa octauum, incidunt in illum Notarij, & alij quicunque Mares, & fœminę, qui diſpoſitiones ad pias cauſas non reuelant Reuerendiſſimo Epiſcopo, vel eius Vicario generali, intra menſem poſt mortem Teſtatoris; ita vt, non reuelantes infra dictum tempus ſtatim hac reſeruatione ligantur. Et circa nonum, incidũt, qui legata pia, vel alias diſpoſitiones ad pias cauſas non ſoluunt, intra tempus præfixum ab ipſo Teſtatore, ſeu ſaltem ſex mẽſibus poſtea, vt clarius patebit in dicta Tabella Sancti Seuerini; hæc ergo modo, pro illorum declaratione dicta ſufficiãt, ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio vndecimi caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Fertranæ, qui talis eſt.

Vſura.

PRo declaratione huius vndecimi caſus reſeruati; præter ea, quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Vſura.*
2 *Quando Vſura eſt caſus reſeruatus, & quando non eſt reſeruatus.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt à Confeſſario circa confeſſionem & abſolutionẽ penitentium Vſuras committentium.*

CIrca primum; ommiſſis omnibus alijs diffinitionibus, relatis à doctoribus, a quibus, vt apparet, nõ definitur ipſum Vſurę peccatum, quod eſt
51 acceptio lucri ex mutuo, vi mutui, ſed definitur lucrum Vſurarium; dico quod Vſura Grecè dicitur Τοχόν, ideſt partus quaſi quidam pecuniæ partus & fructus. Hebraicè appellatur, נשך, i. morſus, eo qđ mordeat eũ, qui mutuò petit ad Vſurã. Vſurarius enim non tantũ quod ſuũ eſt, recuperat, ſed etiã mordet in proprijs bonis eum, qui mutuò tradit ad vſuram, vltra ſortem accipiendo. A Latinis vero dicitur vſura ab vſu, ſiue lucro, quaſi vſus rei, vel vſus eris, ideſt pecuniæ; dicitur etiam fœnus, quod ſit veluti quidam pecuniæ fœtus. *Nau. in Man. c.* 17. *nume.* 206. *Graff. p.* 1. *lib.* 2. *dec. aur. c.* 51. *num.* 1. *Io. Azor. p.* 3. *Inſt. moral. lib.* 5. *de vſura, c.* 1. Vbi quoque inquit, quod vſura aliquãdo ſumitur latiſſimè pro vſu cuiuſcunque rei, & ſic dicitur lucis, & vitæ vſura. Secundò latè etiam pro fructu ex vſu rerum prouenięti vltra ipſam rem, v. g. fructus qui percipitur ex ſemine mandato terræ vltra ipſum ſemen, dicitur vſura ſeminis, ideſt fructus. Tertiò, pro quæſtu, ſiue lucro, qđ ex mutuo accipitur: & hoc modo ſumitur in iure tam Ciuili, quam Canonico; & hoc modo acceptũ adhuc in iure ſumitur dupliciter, vno modo latè pro lucro, qđ ex mutuo vltra ſortẽ nobis accreſcit, ſed nõ ex ipſa

vi

vi mutui, ſed aliunde, nimirum, vel ratione lucri ceſſantis, vel dãni emergentis, vel ratione periculi, cui mutuum exponitur: vel ratione laboris, aut impẽſarum, quæ probabiliter timentur futuræ in mutuo recuperando, vel ratione alterius contractus in ipſo mutuò admixti. Secundò, ſumitur ſtrictè, & propriè pro lucro, quod accipitur ex mutuò ex ipſa vi mutui, & nõ aliunde. Item, ſicut furtum aliquando accipitur pro re aliena furto ſublata, aliquando pro actione, qua res aliena ſurripitur; ſic etiam vſura aliquando accipitur pro lucro ex mutuo acquiſito, & dicitur lucrum vſurarium, & turpe, aliquãdo pro actione, qua ex mutuo lucrum acquiritur, & dicitur peccatum vſuræ. *Azor loc. ſupracit.*

52 Vſura ergo, eſt lucrũ pecunia æſtimabile vltra ſortem, principaliter vi mutui veri, vel palliati, quęſitum vel ſperatum, vt colligitur ex *Tertull. D. Ambr. & Auguſt. & habetur.* 14. *q.* 3. *&* 4. *Azor. loc. cit. Nau. in Man. d. c.* 17. *nu.* 206. *& in Comment. de vſur. num.* 6. Accipitur autem in hac definitione lucrum, tam pro ipſa actione lucrifaciendi, quam pro re ipſa, quam lucrifacimus; Item accipitur tam pro pecunia, quam pro quocũque alio commodo pecunia æſtimabili, quale eſt munus, quod dicitur a lingua, & munus, quod dicitur ab obſequio. *Azor.*

53 *loc. ſupracit.* Rurſus, per lucrum pecunia ęſtimabile, intellige omne incrementum, ſeu ſuperabundantiam & quicquid ſorti mutuatæ accedit, ſiue cõſiſtat in pecunia, ſiue in fructibus, ſiue quouis alio modo vltra ſortem, ideſt capitale, *c. Vſura. c. plerique,* 14. *q.* 3. *de ſimonia, c. intantum. Graff. loc. ſupra cit. num.* 2. Dixi, *vltra ſortem.* Sors pluribus modis capitur, Primò, in bonũ, de hoc dicitur, *Actu Apoſt c.* 1. Sors cecidit ſuper Matthiam. Secundò, in malum vnde ſcriptum eſt *Ioan. c.* 19. & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Tertiò, capitur pro fortuna, vel euẽtu, vt *in c. ſors,* 26. *q.* 2. Quartò, pro ſortilegio, *c.* 1. *de ſortileg.* Quintò, pro portione, ſeu hæreditate, *c. cum ſecundum. de præbend. c. cleros. d.* 21. has ſortis ſpecies ponit, *gloſ. in proœm. Clement. verſ. ſortis.* Hic autem capitur pro capitali & principali pecunia data. *Graff. vbi ſup n.* 9. Principaliter vi mutui. Eſt autem mutuũ contractus celebratus ab aliquo, vera, vel ficta datione rei, conſiſtentis in pondere numero, vel menſura, ſpe recipiendi tãtundem in genere ſuo. *Bart. in l.* 2. *ff. de rebus credit. Azor. d. p.* 3. *lib.* 7. *de mutuo, c.* 1. Dicitur autem, vi mutui principaliter, dicitur principaliter, quia licita eſt intentio minus principalis quærendi aliquid pecunia æſtimabile. *Nau. loc. cit. nu.* 206. Dicitur vi mutui, ad differentiam eius, quod ratione veri intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis accipitur, quia illud non eſt vſura, vt ait *gloſ ſingularis & recepta in c. conqueſtus, de vſur.* Etenim crimen vſuræ non erit, niſi vi gratitudinis, amicitiæ, beneuolẽtię, vel charitatis, vel niſi ratione damni emergẽtis, vel lucri ceſſantis aliquid exigatur; vel quia alias erat nobis ex iuſtitia debitum. *Azor. vbi ſup.* Denique dixi, mutui veri vel palliati, ad

55 includendum lucrum, quod quæritur ex mutuo palliato. Mutuum autem palliatum, ſeu velatum, eſt quod ſecundum ſuam formam apertam, & verba contrahentium eſt alicuius contractus, quam mutui, ſecundum vero formam latentem, & mentem contrahentium veram, vel præſuntam, eſt mutuũ, quale eſt omnes contractus alius à mutuo, in quo quis minoris iuſto pretio infimo, ſiue medio, quærit aliquid propter anticipatam ſolutionem; & contra, quo quis vendit alij precio maiore iuſto ſupremo propter dilatam ſolutionem, *c. in ciuitate. de vſur. & c. ad audientiam, de empt & vend. & c. illo vos de pign cum*

eis adnot. Qui enim emit decem rem minus precio infimo valentem duodecim, ob anticipatam ſolutionem in effectu videtur mutuare precium, quod dat, & illud minus precio, qđ dare deberet, accipere pro vſura; qui vero contra, vendit rem, valentem ad ſummum, & precio rigoroſo decem, pro duodecim ob dilatam ſolutionē, videtur mutuare precium rei, quam vendit accipiendo illud plus iuſto precio, quo res vendita valet pro vſuris, vt prędictis iuribus probatur. Vnde licet omnis vſura in ſo-
56 lo contractu mutui verſetur, quia tamen contractus mutui eſt duplex, verus, & palliatus, ita duplex eſt vſura vera, quæ in vero mutuo, & velata, ſeu palliata, quæ in palliato verſatur. ita *Nau. loc. cit. d. nu. 206. & Graff. p. 1. lib 2. dec. aur. c. 109. num. 3.*

57 Vſura ſolet etiam diuidi in mentalem, & realem; Vſura mentalis eſt quando quis mutuat eo animo, & intentione, vt lucrū ex mutuo accipiat, non tamen paciſcitur cum mutuatario expreſsè, vel tacitè de lucro. Realis vero eſt, quādo quis mutuat cum pacto expreſſo, vel tacito accipiendi lucrum ex mutuo. Vnde vſura mentalis non accipitur in præſentia pro peccato vſuræ interiori, diſtincto cō tra omnem actum exteriorem, ſed accipitur pro actu exteriori, quo mutuum datur abſque vllo pacto accipiendi lucrum ex eo, ſed ſola ſpe; & intentione accipiendi. Sunt igitur tres gradus vſuræ, vnus, qui ſolum eſt peccatum interius; nimirum, cum quis habet voluntatem accipiendi lucrum ex mutuò, ſed mutuum nō interuenit, quia nihil mutuat. Secundus, quando quis mutuat ſpe, & intētione lucrum accipiendi ex mutuò, ſed nihil paciſcitur de lucro ſibi ſoluendo, & hæc dicitur vſura mentalis. Tertius gradus vſuræ eſt, cū quis mutuat cum pacto expreſſo, vel tacito accipiendi lucrum ex mutuo, & hæc dicitur realis vſura. Quare realis vſura dicitur, quoniam in ea re interuenit pactum vſurarium. Mētalis verò dicitur, quoniam non interuenit in ea re pactum vſurarium, ſed ſolum vſuraria intentio. Secundò, diuidi ſolet vſura realis in expreſſam, & tacitam, expreſſa dicitur, quando eſt pactum expreſſum de lucro ſoluēdo; Tacita vero eſt, quando eſt pactum tacitum de lucro, v.g. ſolitus Titius mutuare cum vſuris, & modo mutuās Caio, ait illi, ſcis cōſuetudinem meam in mutuando. Tertiò, diuidi ſolet vſura realis in formalem, & virtualē; formalis dicitur, in qua interuenit formaliter mutuum cum lucro ex eo. Mutuat Titius Caio centum, vt elapſo anno reddat Caius centum & quinque. Virtualis dicitur, in qua mutuum interuenit ſolum virtute; v.g. Titius, quia vendit ſuas merces credita pecunia, vendit eas carius, quam ſi ſoluta ſtatim pecunia vēdidiſſet. Eſt hic mutuum virtute: quia perinde eſt, ac ſi mutuaſſet precium mercium, vt certo tempore ſolueretur cum lucro. Similiter Titius, emit merces anticipata ſolutione, emit eas minoris; eſt mutuum hic in virtute, quia perinde eſt, ac ſi v. g. centum mutuaſſet, vt ad certum diem reciperet centum & decem, quo precio ęſtimabuntur merces tempore, quo tradentur. Quartò, diuidi ſolet vſura à iuriſperitis in lucratoriā, punitoriā, & reſtauratoriā; lucratoria dicitur, quæ ſola eſt propter lucrū ex mutuo. Punitoria dicitur ea, in qua pactū eſt de pęna aliqua ſoluenda, ſi mutuatarius in mora fuerit reddēdi mutuum tempore ſtatuto. Reſtauratoria dicitur illa, in qua pactum eſt de ſoluenda aliqua re ex mutuo ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis; vel ratione periculi, laboris vel expenſarum, quæ probabiliter creduntur futuræ in recuperando mutuo. Hæc *Azor vbi ſupra de vſura, c. 3. lib. 5.*

Item

Digitized by Google

58 Item notandum, quod vſura vera tantum in contractu mutui, palliata vero in omni contractu vim mutui habente committi poteſt, *Nau. lib. 5. conſ. de vſur. conſ. 22. nu. 1.* præcipuè verò in ijs contractibus videlicet in cōtractu emptionis & venditionis; In contractu aſſecurationis; In cōtractu pignoris; In contractu depoſiti; In cambijs, & in ſocietate, *Graff. d. p. 1. l. b. 2. c. 109. nu. 2.*

Vſura vera in mutuo, ad hoc vt mutuatio ſit vſuraria, tria requirun-
59 tur; Primum, vt id quod expetitur ſit pecunia æſtimabile. Secundum, vt ratione mutui expetatur, & non quia ſit alias debitum, vel alia via. Tertium, vt ducatur in pactum expreſſum, vel tacitum, etiam latenter in mente, *Graff. loc. cit. c. 104. nu. 1. Io. Bapt. Corrad. p. 1. reſpon. caſu. conſc. quæſit. 210.*

Rurſum accipere aliquid vltra ſortem; ideſt lucrū ex mutuo ſortis principaliter intentum, eſt omne quod
60 conſiſtit in pondere, vt maſſa Auri, vel Argenti & huiuſmodi; Numero, vt pecunia, & quæ ponderatur dum traditur, vt Aurum, Argentum, & omne metalli genus; & menſura, vt quæ datur in certa aliqua menſura, vt Oleum, Vinum, Mel, Sal, Frumentum, & alia liquida, vel arida, quæ menſurata tradi ſolent; In his enim tribus rebus mutuū cōſiſtit, ex *Graff. loc. ſupracit. nu. 1. Angel. verb. mutuum, nu. 1. Azor. d p. 3. de mutuo. lib. 6. c. 1.*

Circa ſecūdum; ex hactenus dictis, euidenter elicitur, qui nam incidunt in hunc caſum reſeruatum, & qui nō incidunt.

Primò enim incidūt omnes cuiuſcunque ſexus, gradus, & cōditionis, tam Clerici ſeculares, quam Laici, qui mutuant alicui, cum pacto & cō-
61 ditione, puta centum, vt ſe obliget ad remutuandum illis, quando indiguerint. Etenim hoc pactum eſt vſurarium, vt tradunt *D Thom. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 1 Couarru lib. 3. var. reſol. c. 2. num 5. Sot. lib. 6. de iuſt. & iur q. 1. art. 2. ad 1. Caiet. 2 2 q. 78. artic. 2. ad 1. & 4. Medin in tract. de vſura q. 1. & 4 ad 1. Sylu. verb vſur. 1. q 2.* Gloſ. communiter recepta *in c ſi fœneraueris, 14. q. 3.* Obligatio enim Ciuilis ad remutuādū, eſt pecunia æſtimabilis, ergo qui huiuſmodi obligationem deducit in pactum ex vi mutui vſuram committit, & patet à ſimili; ſicut enim vſura eſt, ſi Titius mutuet Caio, & petat ab eo obligationem aliquam nimirum, vel munus à lingua, vel ab obſequio, videlicet, vt Caius filium ipſius Titij in litteris inſtituat, vel vt pro ipſo Titio fideiubeat, vel iter aliquod ſuſcipiat, ſic etiam eſt vſura, ſi ego tibi mutuem cum ea obligatione, vt tu mihi remutues, cum ego indiguero. Nullum tamen eſſet peccatum, ſi mutuator, à mutuatario petat, vt ſibi remutuet, ea ſola obligatione, qua iure gratitudinis ex honeſtate tenetur benefacere benefacienti: tūc enim nulla Ciuilis alia obligatio ab eo petitur, præter eam, quam ipſe habet ex iure naturali. ita *Azor. p. 3. inſt. moral. lib. 5. de vſura. c. 7.*

Secundò, & qui mutuāt amico, ea obligatione, vt ille ſtatim eodem tēpore ſibi remutuet; v. g. mutuat nunc
62 Caius Antonio certā pecuniæ quantitatem, qua indiget Antonius, cum pacto, vt Antonius mutuet etiā nūc ipſi Caio certos frumenti modios, quibus indiget Caius; nā ſi hæc obligatio, qua ſe obligat Antonius mutuatarius, eſt Ciuilis, eſt vſura, patet quia vt paulò ante dictum eſt, huiuſmodi obligatio eſt pecunia æſtimabilis. Et idem dicendum eſt in ſequentibus caſibus, eſſe videlicet vſurā nēpe, ſi Titius mutuet Regi, Principi,
63 vel Communitati eo pacto, vt cōcedatur ſibi immunitas à Tributis, vel Gabellis ſoluēdis in perpetuum, vel ad tempus, nimirum, durāte mutuo. Item ſi mutuet, vt ſibi conferatur ali

quod

quod officium, vel ius ad aliquid; pu-
ta mutuò cẽtum Duci, cum pacto vt
mihi conferat dignitatẽ, vel officiũ;
vel mutuo centum Epiſcopo, cũ pa-
cto, vt mihi, vel conſanguineo meo
conferat beneficium, vſura enim ſeu
ſimonia vſuraria eſt. Item ſi ego, tibi
mutuam ex pacto, vt pro me depre-
ceris Regem, vel Principem, Papã,
vel Epiſcopum. Itẽ ſi Titius mutuet
ex pacto, vt fœmina ſuæ libidini ſa-
tisfaciat. In his enim caſibus vſura
eſt, & ideo pœnitẽtes, qui in eis repe-
riuntur, dubio procul hac reſerua-
tione ligantur. ex *Nau. d. cap. 17. num.
222. Graff. d. c. 104. num. 8. Azor. loc. ſu-
prac. & li. 7. de mutuo. c. 7. q. 5. prope fin.*

Tertiò, & qui mutuat aliquid mu-
tuabile, puta pecuniam, cum pacto
& intentione principali, vt quis eat
ad ſuum furnum ad emendum panẽ,
64 vel officinam frequentet, vadat ad
ſuum molendinum, ad ſcholam per-
gat, in ſua Taberna emat, vel in ſuo
prædio laboret; hoc enim eſt vſura,
quia exigitur à mutuatario, vltra ſor-
tem, obligatio ciuilis aliquid facien-
di, quæ eſt pecunia æſtimabilis; per-
dere enim libertatem, alteri ſe ſubij-
ciendo, eſt aliquid precio ęſtimabile.
*Io. Medina, C. de reſtit. q. 4. Graff. loc. cit.
nu. 3. & ſeq. Nau. d. c. 17. num. 220. Cal-
derinus in ca. vlt. de vſur. Ioan. Andr. &
Panormit. in d. capit. vlt. de vſur. Angel.
verb. vſura 1. num. 5. Roſella, eod. 1. num.
20. Sylu. verb. eod. 1. q. 7. Sanctus Anton.
par. 2. tit. 1. cap. 7. §. 8. Caietan. in Summ.
verb. vſura in 7. caſu. Sot. lib. 6. de iuſt.
& iur. quæſt. 1. artic. 2. ad 1. Azor. d. lib.
5. de vſura, c. 7. quæſt. 2. & lib. 7. de con-
tractibus, cap. 7. quæſt. 3. Ioan. Bapt. Cor-
rad p. 1. q. 223.*

Quartò, & qui mutuat centum nõ
in pecunia numerata, ſed cum pacto,
vt illos exigat a ſuis debitoribus ſuis
expenſis, qui ſunt difficilis exactio-
65 nis; eſt enim vſura, quia illa exactio
pecuniæ eſt lucrum precio extima-
bile; cum ſit lucrum in creditore cũ
damno debitoris, *Caietan. verb. vſura,
Sot. lib. 6. de iuſt. & iur. q. 1. art. 2. Graff.
vbi ſup. num.* 11. & multò magis ſi illa
centum velit expenſis & laboribus
mutuatarij ſibi reddi in pecunia nu-
merata, nam cum hoc ſit pecunia ęſti
mabile, ideo fieri nequit ſine vſuræ
macula, *Io. Bapt. Corrad loc ſupracit. d.
q. 223. Azor. lib. 7. de mutuo, c. 7. q. 5. pro
pe fin.*

Quintò, & qui mutuat frumẽtum
decem milliaribus ab hinc lõgè, v. g.
ſuo Amico, cum pacto vt indeadue-
66 hat, vel illic conſumet, poſtea tamẽ
hic ſibi perſoluat; eſt vſura, quia illũ
in vectura aggrauat, quod eſt pecu-
nia æſtimabile. *Io. Bapt. Corrad. loc. cit.*
v. g. ego habeo frumentum, ſeu oleũ
in magna quantitate Anconæ; mu-
tuo tibi decem modios ex illo, vt il-
lud mihi reſtituas in loco conuentio-
nis, puta Senogaliæ, vſuram commit
to, quoniam debitor grauatur vectu-
ra, quæ eſt lucrum precio æſtimabi-
le. *Sotus loc ſupracit. art.* 2. & eodem
peccati genere reus eſt, qui frumen-
tum corruptum, aut corruptioni pro
ximum, vel vinum accidum, mutuat,
cum pacto, vt ſibi reddat frumentum
nouum, vel vinum nouum, *Graff. loc.
cit. num. 12. & c. 115. num.* 11. maximè
ſciens frumentum nouum melioris
& maioris precij fore, quam ſuũ tem
pore mutui & ſolutionis, præſertim
ſi libertatem ſoluendi quando libue-
rit, adimit, & obligationem reſtituen
di nouum triticum imponit. *Nauar.
d. cap. 17. nu. 224. Azor. d. lib. 5. de vſu-
ra, c. 7. q. 10.*

Sextò, & mercator qui mutuat cũ
pacto pecuniam, vt debitor totũ mu
tuum, vel partem in mercibus ſuſci-
67 piat; Vſuram enim committit, quã-
uis iuſto precio vendat; quod proce-
dit quando reuera ille mercibus non
egeret, ſed cogitur emere ratione
mutui, tum quia obligatio illa emen-
di æſtimabilis eſt pecunia: tum ratio-
ne mutui, nam tũc cum maiorem co-

piam vendit mercator, quam vendidiſſet, lucrum etiam reportat. *Sot. d. art. 2. Graff. d c 104 num. 13. Ioan Bapt. Corrad. loc cit q. 223.*

Septimò, & qui mutuat pecuniam v.g. Mercator, mutuat triginta ſcuta, quindecim tamen in pecunia numerata, & alia quindecim in pannis vel alijs mercibus, cum pacto, vt ille
68 teneatur reſtituere triginta in pecunia numerata; committit vſuram, quia accedit lucrum creditori; Venduntur enim bona Apothecæ, quæ fortè numquam vendi poterant, & hoc eſt precio æſtimabile. *Graff. loc. cit. nu.* 17. Atque ita dicendum eſt ẽt, ſi mutuet illi quindecim in pecunia, & alia quindecim in rebus ſibi debitis, dubijs tamen vel incertis, vel malè recuperabilibus, vel in mercibus malè vẽdibilibus, ex communi enim ſententia committit vſuram, cum lucrum exiget ex mutuo, imponendo ei onus vt partem mutui accipiat in mercibus, vel rebus, quas non vellet. *Sylu. verb. vſura 1. q. 6. Angel. eod. 1. nu. 6. Azor. loc. ſupracit. q. 12.*

Octauò, & qui mutuum dat pecuniam ruſtico, cum pacto vt eam ſol-
69 uat tempore fructuum colligendorũ in frumento, vino, vel oleo, vel alio terræ fructu, iuſto precio, quo tunc futuri fructus valebunt; hoc enim pactum eſt vſurarium, ſi reuera ille nũmos dederit dicto ruſtico, & ex mutuo ſibi obligauerit ruſticum ad ſuos fructus vendendos, quia hæc obligatio eſt vtilis, & precio æſtimabilis, quare ex mutuo haberi non poteſt. *Azor. loc. cit q. 4. & lib. 7. de mutuo, cap. 7. quæſt. 2.*

Nonò, & qui mutuat triticum, vel aliquid mutuabile, cum pacto, vt ſibi
70 reddatur tempore quo veriſimiliter creditur eius precium auctum iri, & ipſe vſque ad illud tempus non erat ſeruaturus, cum obligatione reſtituẽdi, *cap. in ciuitate, c nauiganti. de vſuris*; quia lucratur aliquid ex mutuo; ſecus ſi dubitabat veriſimiliter, an tũc pluris, aut minoris eſſet valiturum; Secus item ſi ad illud vſque tempus ſeruaturus erat, & libertatem ſoluendi intra illud tempus debitori non adimit *Angel. verb. vſura 1. §. 36. Nauar. vbi ſup. d. ca. 17 num. 219. Azor. lib. 8. de empt. & vend. c. 15 q. 8.*

Decimò, & qui habens pecuniam, quam timens in futurum minus fore valituram, eo quod probabiliter vel certò credit eius æſtimationem lege
71 Principis, vel ſtatuto Communitatis fore minuẽdam, ſi eam mutuat, cum pacto, vt illam ſibi reddatur in eodẽ precio, quo nunc æſtimatur, committit vſuram, quia lucrum exigit à mutuatario; ſecus ſi eam pecuniam eſſet ſtatim conſumpturus, hoc eſt eſſet empturus ea pecunia rem aliquã quã poſſet vendere tantundem, poſt diminutam pecuniæ æſtimationẽ, quãti nunc æſtimatur pecunia, quam mutuat, quia tunc non eſſet vſura, quia ratione damni emergentis poteſt illud exigere, ita *Syl. verb. vſura 1. q. 15. Angel eod. verb. n 70. Tabien eod. verb. 1. q. 9. Gabriel in 4 diſt. 15. q. 11. art. 3.* Nam etiam mihi licitum eſt, v.g. mutuare pecuniam, quã video apud me perituram: ſic etiam licitè vẽdo rem quam certo noui mihi ſurripiẽdam, *Sylu. & Tabien ubi ſup. Azor. de vſura. loc. ſupracit. c. 7 q. 9.*

Vndecimò, & qui vſuram palliatã committit, v.g. ego indigẽs pecunia,
72 peto centum à Mercatore, at ille vẽdit mihi pannum eiuſdẽ valoris, cũ pacto, aut voluntate principali, vt ſtatim ſibi minoris iuſto precio videlicet octuaginta reuendam, Mercator vſuram committit palliatam, nã eſt ac ſi mutuò dediſſet mihi octuaginta, & pro lucro haberet viginti; & eſt contractus peſſimus, qui dr̃ *Stochus, & Biſtochus. Ang. Verb. Vſura. nu. 60. Nau c. 17 nu 241. Graff. d. c. 109. nu. 4.*

Duodecimò, & qui vẽdit credito rem valentem viginti, pro viginti-

quin-

Digitized by Google

73 quinque, talis enim vſurã palliatã cõmittit; nam eſt ac ſi viginti ſtatim cõnumerata emptori det ſub quinque fœnori. *D. Th. 2. 2. q. 78. ar. 2. ad 7. Graſ. loc. cit. nu. 5.* idem dicẽdum de eo, qui vendit triticum menſe Auguſti pro precio cariori Maij, ſi ipſe vſq; ad illud tẽpus non erat illud ſeruaturus. *Io. Bapt. Corrad p. 2. q. 344. in fin.*

Tertiodecimò, & qui vẽdẽs actualiter aliquam poſſeſſionẽ paciſcatur ſic, ego modo vendo tibi hãc poſſeſſionem, agrum, vel vineã, cum pacto,
74 vt dum non ſoluis precium, ego interim accipiam fructus, non computando eos in ſortem, hic enim cõtractus vſurarius eſt; niſi fortè principaliter feciſſet ad ſeruiendum amico, & ad inſtantiam amici, alias volens vẽdere, quia eam poſſeſſionẽ non eſſet vẽditurus, quia tunc ratione intereſſe poſſet illos fructus accipere, maximè dum apud ſe ſuſciperet periculũ, vel ſi maneret domus, aut poſſeſſionis, ſeu vineæ periculum apud amicum ementem aliquid æqualiter de fructibus ei refunderet in hoc caſu pro periculo, donec precium ſolueret, atque in hoc caſu ſoluta pretij parte pro rata emptori, remittenda eſſet pars fructus. *Silu. verb. vſur. 2. q. 11. Lopez p. 2. c. 60. Io. Bapt. Corrad. p. 2. reſp. caſ. conſc. q* 498.

Quartodecimò, & qui ea cõditione fundũ multò minori precio emit, quam valet, vt venditori reuendat, quãdo vult eodem precio, quo emit,
75 locans ei iuſto precio, vſurarius eſt; nam illa non venditio, ſed mutuum fuit, cum non iuſto precio facta fuerit: vnde eſt, ac ſi mutuaſſet centum, & pro illis haberet quinque, ſecus ſi emptionis precium eſſet æquũ. *l. fundi partem. ff. de contrah. empt. c. cum Ioãnes. de fide inſtrum.* ſic emens fundum etiam cum pacto iuſto de retrouendẽdo, vt hinc ad duos annos poſſit redimere, vſuram committere præſumitur: eſt enim ac ſi pecuniã mutuaſſet, de qua aliquid haberet pro intereſſe. *Graſſ. vbi ſupr. nu 9 & ſeq.*

Quintodecimò, & qui vendit merces ſuas eo precio, quo nunc æſtimãtur, cũ eo tñ pacto, vt emptor augeat
76 preciũ, ſi hinc ad Paſcha ęſtimentur pluris, qđ ſi minus, preciũ præſens, quo nunc æſtimantur, & emuntur, nihil minuat; hoc enim pactũ procul dubio iniquũ eſt, quia multò melior eſt conditio venditoris, cum nihil de precio poſſit amittere, emptor verò cogatur preciũ augere, ſi pluris merces æſtimatæ fuerint. *Ang. verb. vſur. num. 62 Roſella. verb eod. num. 20. Sylu. vſur. 2. q. 5. ex Hoſt. & Archid. Azor. d. p. 3. lib. 8. de empt. & vend. c. 9. q. 3.*

Decimoſextò, & qui emit fructus arborũ futuros, vel terrę fructus, partus animaliũ, vel merces, anticipata ſolutione minoris pretio, q̃ tpe traditionis valebunt; cõſtãs eſt enim om-
77 niũ ſententia, nõ poſſe minoris emi, & vſuram eſſe ſi minoris emãtur; Id enim lucrum tanq̃ vſurariũ condemnari vr̃ in *c. nauiganti. & c. in ciuitate. de vſur.* In tali enim emptione mutuum implicitè & tacitè continetur. Nam cum ego emo à te decem vini amphoras mihi ad certum tẽpus ſoluendas, quæ triginta aureos valẽt, & emo quinq; & viginti tibi ſtatim ſolutis, perinde facio, ac ſi mutuas idẽ quinque & viginti Aureos, vt ſoluas ad tps, triginta, qm̃ precium rerũ tm̃ eſt, quanti æſtimantur, cum traduntur; ergo qui minoris emit merces, q̃ valeant tẽpore traditionis, iniuſtitiã, & vſuram committit. *Azor. d. lib. 8. c. 10. q. 1.* qui *q. 2.* includit ẽt emptionẽ
78 Lanarum, videlicet quod nec ẽt Lanę licitè minoris anticipata precij ſolutione, emi poſſunt. *Med. de reſtituen. reb q. 38. Nau. in Man c. 23. n. 82. Fran. Garzia de contract lib. in ſua Inſtruct. Mercatorũ, fol. 39. Mercatus lib. 1. de contractib. c. 13.* licet *Sot. lib. 6. de iuſt. & iur. q. 4. art. 1. ad 4. & Cordub. in Summa Caſuum, q.* 85. oppoſitum teneant. eſt er-

Digitized by Google

go regula generalis, vt quoties quis emit minus iuſto precio, ob anticipatam ſolutionem, v.g. frumentum antequam veniat tempus, vinum, vel oleum, ibi eſt mutuum implicitũ, & eſt vſura. *Io Bapt. Corrad p.* 1 *q.*218.

Decimoſeptimò, & qui circa aſſecurationem mutuat pecunias eunti ad Nundinas, & quia in ſe recipit pe
79 riculũ certitudinis, ſeu aſſecurationis, aliquid recipit vltra ſortẽ. Vſurã enim committit palliatam, ſi nullum imminebat periculũ, ſed fingebatur; & ratio eſt quia ex mutuò lucrum reportat *Graff. loc. c. t. nu.* 12. Idem dicendum, ſi mutuat pecuniam traijciendam per loca periculoſa, eo pacto, vt mutuatarius faciat eam aſſecurare à mutuante; accepto in id aliquo precio, nam eſt precium vſuræ. Item mutuans pecuniam traijciẽdam per loca periculoſa, ſuſcipiendo in ſe periculum ob aliquod preciũ, talis vſurarius cenſendus eſt. *Nauar. in Man d. c.* 17. *num.* 284.

Decimooctauò, circa contractum pignoris, & qui accipit in pignus rẽ
80 infructiferam, nempe veſtem, quæ vſu cõſumitur, ſi enim ea vtitur vſurarius eſt, etiam ſi hoc fiat de voluntate debitoris expreſſa, vel tacita. *Nau. loc. cit. nu.* 204. & ſi res eſt fructifera, vt Ager, Vinea, domus, & fructus non computantur in ſortem, cõtractus vſurarius eſt; quia pro re infructifera id eſt pecunia, quæ non parit pecuniam, detinetur res fructifera, id eſt vinea. Nec obſtat quod ex illa pecunia lucratus eſt, quoniam pecunia, vt res infructuoſa ex ſe non lucratur, ſed eſt hominis induſtria, quę lucratur. ex *Azor. d p.* 3. *lib.* 7. *de mutuo c.* 9. *Nau. loc. cit num.* 216. *Graff. vbi ſupra nu.* 16. *Tolet lib* 5 *c.* 30 *nu.* 4.

Decimononò, cum ſub contractu pignoris includatur etiã contractus ille, qui vulgo dicitur, *à godere*, ideo
81 incidit etiam, qui v. g. mutuat mihi ducentos nummos ſuper quadã domo mea, cum pacto vt poſſit ea vti, donec reſtituat mihi pecuniam, quæ domus valet mille; hic enim contractus cũ ſit pignoraticius, *illicitus eſt* & vſurarius, cum creditor vtatur re pignorata; Licet huiuſmodi contractus ſic poſſit iuſtificari, vt videlicet non fiat *à godere*, ſed fiat contractus emptionis, vel venditionis, cũ pacto de retrouendendo, ſic enim fructus lucrabitur creditor abſq; peccati labe. *Caiet.* 2. 2. *q.* 78. *art.* 2. *ad* 6. *Sot. lib.* 6. *de iuſt. & iur q.* 1. *art.* 2. *Abb. in c. ad noſtram. de empt. & vend. Graff loc. cit. nu.* 20. & quod dictũ eſt de pignore, idẽ dicendum etiam de pacto legis commiſſoriæ, & in additione in diem. Pactum autem legis cõmiſſoriæ eſt pactum conuentionale pęnale; v. g. mutuò tibi mille, & loco pignoris retineo tuum fundum valentem 1200. cum pacto vt ſi in biennium nõ reſtitueris mihi pecuniam, incidas in cõmiſſum, i. fundus ſit meus, hic enim contractus eſt vſurarius, *c. ſignificante. de p gn. l.* 2. *& ult. C. de pact. pign. Abb. & Doctor. in d. ca. ſignificante. Graff. loc. cit. num.* 24. *Azor. ubi ſupra uerſic. in pignoribus.*

Vigeſimò, circa depoſitum; & qui pecuniam deponit apud Mercatorẽ, aut Nummularium, cum intentio-
82 ne principali, vt aliquod lucrum ſingulis menſibus, vel annis ei ſoluatur, ſalua ſorte; hic enim vſuram palliatam committit; & tenetur acceptum reſtituere, quamuis non interueniat pactum, quamuis appelletur depoſitum, *cap. conſuluit, de Vſur.* Ratio eſt, quia illud lucrum, nõ ob periculum, ſed ob mutuum depoſito palliato accipitur: ſecus autem ſi abſque pacto & intẽtione principali prædictis pręfatum depoſitum faceret, & acciperet à depoſitario gratis donante, ob gratitudinem, eo quod ex depoſita pecunia fuerit lucratus, etiam ſi libẽtius ſuam pecuniã apud hunc gratũ, quã apud alium depoſitã habeat, &

etiam

Digitized by Google

etiam ſi depoſitarius illud det, ſperans, quod ob huiuſmodi largitatem ab ipſo pecuniam ſuam non auferet: quia omnia hæc ſunt gratuita. *Caiet. 2.2.q.78.ar.2. Nauar.d.c.17.num.242. Graff.loc.cit.num.* 11. vſura tamen eſſet, ſi mercator illud daret, tamquam ad id ob precium, & vſum illius pecuniæ obligatus, & dominus ob hanc eandem rationem acciperet, aut ſperaret, & etiam ſi principaliter ob hęc deponeret. *Nauar.loc.cit. in fin.*

Vigeſimo primo, circa cambium, & qui v.g. campſor dat pecuniã Mediolani, vt ibi, vel in loco parum di-
83 ſtanti dicta pecunia ab ipſo recipiatur, licet contractus fiat ad rationem commutationis, ſeu cambij, vt reſtituatur Venetijs: ſemper tamen eſt vſura, quia eſt lucrum cũ mutuo nomine cambij palliatum, & hoc dicitur cambium ſiccum. *Sylu. verb. vſur. 4.q.4. Graff.loc. cit. nu.*13. Et quandocunque ex cambio lucrum exigitur propter temporis moram, vſurarium eſt, quia perinde eſt, ac ſi ego dem mutuò centum, vt recipiam ad tempus centum & decem; tunc verò ratione temporis ex cambio lucrũ accipitur, cum quis dat pecunias, eas recepturus cum lucro in eodem loco, vbi dedit, *Azor. loc. ſupracit.*

Vigeſimoſecundò, circa Societatem, & qui pecuniam ſuam in Societatem ponit, hac lege, vt nulli periculo exponatur, ſed vt alter teneatur quicquid accidat, eũ ſeruare indem-
84 nem; hoc enim non eſt Societas, ſed verè mutuum; eo enim ipſo quod alter periculum ſuæ pecuniæ ſubit, efficitur pecuniæ dominus: nam ille eſt verè dominus, cui res perit, ſi perdatur, & ideo quicquid vltra capitale mutuator ille recipit, fit vſuræ reus. *Sot. lib. 6. de iuſt. & iur. q. 6. art. 2. Graff. vbi ſupra, num.* 14. *Azor. loc. cit.* Vnde cũ Vidua, vel Pupilli Tutor, vel Curator minoris, dat pecuniam Mercatori hunc in modum volo, vt hanc meam pecuniã tuo periculo, & damno ſuſcipias, & in omnem euentum, tantum mihi reddas, quantũ tibi do, & ex lucro quod ex negotiatione acquires, dabis mihi portionem quantum tu ipſe volueris, committit vſuram, quia eo ipſo vidua vult, vt lucrũ commune ſit, & damnũ Mercatoris. *Azor. lib. 9. de Societatibus, cap. 3 q. 8.* Societas etiam vſuraria eſſet illa, qua v.g. Titius dat Caio centum, ea conditione, vt ſi lucrum ex negotiatione proueniat, cẽtum integra Titius habeat, & tres lucri partes accipiat, ſi vero cẽtũ perierint, Caius damnum ſentiat, *Sanctus Bernardinus. p. 2. ſerm. 39. ar. 1. c. 2. verſ. Tertius quoque.* Titius enim paciſcitur, vt pereuntibus centum, damnũ ſolius quartæ partis ipſe ſuſtineat, Caius verò trium partium, hoc enim vſurarium eſt; Idem iuris eſt, ſi ego tecum Societatem iniero, & triginta in commune contulero, & tu operam, conuentumque eſt inter nos, vti decem ſint meo periculo, tuo vero viginti, pactum eſt vſurarium, quia Titius decem tantum in Societatem ſuo periculo dat, & Caio viginti mutuò. Sed quid dicendum, ſi Titius centum in Societatẽ ponat, & Caius ponat operam ſuam, & præterea quinquaginta, ſi accidat quod deinde in negotiatione centum perierint, quo modo huiuſmodi damnum eſt communicandum? reſpondeo, dicendo, ſeptuagintaquinque Titio periſſe, vigintiquinque vero Caio; quod ſi voluerit Titius, vt damnũ ſit æquis partibus cõe, ita vt quinquaginta Caium ſpectent, vſura eſt, niſi eo ipſo Titius velit, vti tota Sors pecuniaria ſit etiam æquis partibus vtrique communis, *Azor. loc ſupracit. d. lib. 9. c. 5. q. 2.*

Vigeſimotertiò, & qui dat Oues Agricolę per biennium, vt poſtea ſanas reddhibeat, & inſuper recipiat
85 medietatem fructuum; Vſurã enim committit palliatam: nã eſt, ac ſi ac-

cipiat mutuo quantum illę valent,& pro intereſſe medietatem fructuum. *Graff.loc ſupracit.nu.* 15.

Vigeſimoquartò, & qui locat Iumenta, vel Boues, hoc modo, dicens, Accipe Bouem a te conductũ ad colẽdum Agrum, quatuor ducatis hac lege, & conditione, vt alium Bouem
86 eiuſdem ætatis, cuius nunc eſt hic, reddas. Hic contractus expreſsè eſt vſurarius, quia vltra ſortem petitur Bouis renouatio. Bos enim laborãdo moderatè, locatori debet deteriorari, & perire, & non conductori, ſi cõductoris culpa id non eueniat. *Ioan. Bapt. Corrad. p.* 1. *reſpon. caſ conſc. q.* 254. *in Addit. Angleſ. in* 4. *q. de vſur. art.* 4 *de vſur. ratione locat. & conduct.* & idem dicendũ, ſi v.g. Titius fingat ſe emere à Caio Bouem viginti Aureis, quẽ ipſe Caius non habet, & deinde fingat ſe Bouem eidem Caio Agricolæ locare, certa ab eo accepta mercede, & ita dat Caio viginti Aureos, quaſi precium empti Bouis, & obligat ſibi Caium ad reddẽdos totidẽ Aureos, & præterea quia locauit Bouẽ eidẽ Caio, obligat illum ad ſoluendam mercedem, & ita Caius remanet Titio obligatus ad reddendos vigintiquinque, vel viginti ſeptem Aureos, cum ſolum à Titio receperit viginti, hic cõtractus eſt vſurarius. *Ang. verb. vſur.* 1. *nu.* 71. *Roſella. vſur.* 3. *nu.* 7. *Sylu. eod. verb.* 2. *q* 6 *Tabien vſur.* 5. *q.* 7. *Armill. eod. nu.* 18. *Azor. d. p.* 3. *lib.* 7. *de mutuo. c.* 9. *in fin.* Item & qui fictitios Boues à ruſtico emit (vt fit in quodã loco huius noſtræ Prouinciæ) quos ipſe ruſticus non habet, eoſdemque illi locat cum pacto vt illos ſaluos ſuſtentet, & operarum merces ſoluat, v. g. vt ſingulis annis det duos modios frumenti, vſuram enim palliatam cõmittit, nimirum cũ in fine anni adhibentur nũmi, qui ſunt fictitij Boues, addito inſuper precio dictæ locationis, *Sot. lib.* 6. *de iuſt. & iur. q.* 13. *art.* 1.
87 Secus autem ſi probabiliter emptor crederet venditorem Boues habere, & bona fide emiſſet, nam non tenetur reſtituere etiam poſt cognitam veritatem, *Nau. d. c.* 17. *n* 229 *Ang. verb. vſur. nu.* 71. *Graff. loc. ſupracit. n.* 6.

Vigeſimoquintò, & qui, v.g. in Autumno mille oues emit obligatis venditoribus, vt vſque ad menſem Maij illas ſaluas cuſtodiant, nempe vt ip-
88 ſorum periculo pereãt, & poſtquam totam fœturam emptor percepit, reuendit eiſdem venditoribus illaſmet oues eodem precio; Hic enim multiplicem vſuram palliatam cõmittit; & prima, cum Agricolæ obligantur, vt iterum eodem precio emant, manifeſta vſura eſt: nam cum teneantur eandem pecuniam remetiri, mutuũ eſt, cui addetur precium Agnorum, Caſei, & Vellerum. Secũda obligare illos, vt illæſum ſeruent gregem, palliatio vſuræ eſt, nam grex illis ementibus tamquam veris dominis periclitari debet, quod quidem periculũ ſi venditores ſuſcipiãt, iuſta pecunia eſſet æſtimandum pro quantitate periculi, cum tamen neque pro periculo, neque pro cuſtodia recipiant, niſi pertenue foret ſtipendium. *Sot. lib.* 6. *de iuſt & iur q.* 4. *art.* 2. *in fin. Graff. vbi ſup. d p.* 1. *lib.* 2. *dec. aur. c.* 109. *nu.* 7.

Vigeſimoſextò, & qui debitorem expectat vltra terminum præfixum, ſi aliquid plus ab eo exigit, ratione expectationis; planum eſt enim ob
89 huiuſmodi morã dilationis ſolutionis, etiam inuito creditore, à debitore aſſumptam, ſecluſa ratione damni emergẽtis, aut lucri ceſſantis, ſi nihil horum ex tali dilatione creditor patiatur, non poteſt à creditore aliquid vltra ſortẽ exigere, quia eſſet vſura. Secus ſi talis ratio lucri ceſſantis, aut damni emergentis interueniret, qui tunc ad inſtantiam debitoris de hac admoniti, ſi protraheret tempus ſolutionis, poſſet ratione talis lucri ceſsãtis, aut damni emergentis, aliquid vltra ſortem recipere; Quamuis ſecus

eſſet,

eſſet, ſi ipſe cauſa aliquid plus recipiendi, ſua ſpontè ſe offerret ad præſtandam maiorem dilationem, & nō ad petitionem alterius: qui tunc caſus hic vſuræ labe non careret. *Ioan. Bapt. Corrad p 2 reſp. caſ conſc. q. 497.*

Vigeſimoſeptimò, & vltimò, incidunt omnes quos ſupra retulimus in primo & ſecundo caſibus, in declara
90 tione noni caſus reſeruati in Tabella Fanenſi *n. 60. & ſeq. fol.* 406. atque etiam omnes vſuram, quouis modo, in ſupradictis caſibus vel alijs ſimilibus, committentes,

Non incidit autem; Primò, qui ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis aliquid accipit vltra ſortem. Lucrum ceſſans eſt cū mercator pręcibus victus pecuniam negotiationi
91 expoſitam, mutuat; tūc enim petere pōt, vel damnū qđ patitur, quia ſtatuto tpe non ſoluitur, vel quia lucrū quod augere poterat, ceſſat; v. g. ſum Mercator, habeo pecunias, quibus merces emere volo ad negotiandū, eas tibi mutuo, & die præfixo tu nō reſtituis, vnde lucrū, quod ob id facere ceſſo, eſt meum intereſſe lucri ceſſantis. *Nau. Man. c. 17. nu. 211. & in tract. de vſur nu* 40. *& ſeq. Graff p 1. lib. 2. dec. aur. c.* 105. *nu.* 7. Damnum verò
92 emergens, eſt damnum quod in re noſtra patimur, cauſa illius mutuationis; v. g. Domus mea minatur ruinam, habeo pecunias ad eam reficiēdam, ne penitus corruat; volebam emere triticum in æſtate per totum annum ad ſuſtentādam meam familiam; vel fœnū pro meis pecoribus; vel ſepta ſiue ageres aquæ molendinum reſtituere; vel mea debita ſoluere; quas ob tuas importunas præces mutuò tibi, ſed quia ad præſtitutum diem non ſoluiſti, domus mea corruit; triticum duplo carius emi; Pecora fame perierunt; Molendina nō molunt; debita mea non ſolui; immo intereſſe debitoribus meis ſoluo; aut res mea vilius, quo illis ſatis faciam, vendo; damnū ergo ex hoc mihi ſubſecutum, dr intereſſe damni emergētis, *Azor. d. p. 3. lib. 5 de vſur. c. 4. Graff. loc. cit. n 6. Nau. d. c. 17. nu. 211. & Comment. de vſur. nu.* 41. Et notandum qđ
93 cōuenit inter omnes Auctores, poſſe exigi lucrum ceſſans, & etiam lucrum ratione damni emergentis in tribus caſibus. Primò, quando mora in ſoluendo præceſſit, *Gloſ celebris in c. conquæſtus. de vſur.* Secundò, quādo creditor inuitus per vim, vel metum mutuo dedit, v. g. mutuo Titio, quia mihi minatur interitum, vel alia grauia mala; vel quia vult Rex aut Princeps, vt mutuem, alioquin, niſi mutuem timeo probabiliter Regis vel Principis iram. Tertiò, quādo à principio ita fuit cōuentum inter partes. de ſoluendo damno; v. g. ſi ab initio, cum ego mutuo, fiat conuentio, vt ſi mutuatarius ſtatuto tēpore mihi nō ſoluerit, teneatur mihi ſoluere lucrū ceſſans, ob morā reſtituendi mutuū; in hoc enim caſu, licitū eſt mihi huiuſmodi lucrum ceſſans exigere, qa eſt veluti pęna ob moram ſolutionis, & quia poſt moram prædictam lucrū ceſſat mihi inuito, *Azor. loc. cit. c.* 5. *Graff. vbi ſup. nu.* 10. *Nau d. c.* 17. *n.* 211.
94 Notandum tamen conuenire inter Auctores, requiri aliquas conditiones, vt lucrū ceſſans licitè exigatur. Prima eſt; vt reuera pecunia, quam mutuò, ſit parata & deſtinata negotiationi, ex qua poſſim lucrum reportare: alioquin enim lucrum mihi non ceſſat. Oportet enim vt danti mutuum, lucrū verè & non fictè ceſſet; vnde ſi quis habet pecuniam, qua non vult negotiari, vel quia nō pōt, vel non vult negotiari, vel neſcit, dādo hanc pecuniam mutuò, non pōt paciſci de intereſſe lucri ceſſantis cū verè non ceſſet lucrum. *Iaſ in l 3 §. fi. ff de eo, quod cer loco Bart in l vnica, C. de ſententia quæ pro eo quod in te Lect. n c. conquæſtus de vſur.* Vel habet quis duo millia parata ad emptiones cen-

Digitized by Google

ſuum, & alia duo in Arca repoſita otioſè, mutuauit, quod erat expenſurus in emptionibus, non ideo poteſt petere lucrum ceſſans, cum haberet alia duo, quibus poterat negotiari, *Sot. lib. 6 de iuſt. & iur. q. 1. art. 3. in fin. Nau. loc ſupracit. n. 212. condit. tertia & de vſur. nu. 54. & ſeq. Graff. loc. ſupracit. n. 18.* Secũda eſt, vt lucrum habeatur in ſpe certa, ſiue probabili: nam ſi re vera nulla ſpes eſt habendi, lucrum non ceſſat propter mutuum. Tertia eſt, vt lucrum ſolum exigatur, quantum ſperatur futurum deductis impẽſis, periculis, & laboribus, & proinde minoris æſtimatum, quã ſi iam eſſet re habitum; nam fructus; qui ſolũ ſpe habetur, minoris eſt precij, quã fructus in re. Quarta vt moneatur mutuatarius, de eo lucro. ita *Azor. vbi ſupra d. c. 5.* Neceſſe eſt enim, vt debitor ſit admonitus in principio de huiuſmodi intereſſe tam damni emergentis, quã lucri ceſſantis, ſiue certi, ſiue incerti, & ita admonitus velit acceptare cũ illo onere, quia ille forte mutuum non acceptabit cum tali conditione, *Couarru. lib. 3. var. reſol. ca. 4. Sot. loc. ſupracit. d. art. 3. Graff. loc. cit. nu. 17.* Si ergo acceptabit, tũc ipſi incumbit omne damnum ſignificatũ ſubire, quamuis non ſit in mora reſtituendi, cum tempus adhunc non aduenerit ei conceſſum, ſed adueniente tempore, & non ſoluens, tenetur ad intereſſe quod patior, poſt morã præſcripti temporis, *Io. Bapt. Corrad. p. 1. q. 227.* Cum ergo ratione intereſſe poſſit aliquid exigi ratione damnorum, vt ait *gloſ. in l. 2. C. de vſur. l. curabit, C. de act. empt. in c. conquæſtus. de*
95 *vſur.* Sequitur quod mulier poteſt petere alimẽta anni luctus ab Hæredibus viri loco intereſſe, poſt tamen moram in reſtitutione dotis. *Cardin. Flor. in Clement. vnica de vſur.* Infertur
96 ẽt qđ qñ Socer tradit fundũ Genero pro cauſa dotis, poteſt tũc Gener percipere fructus vltra ſortẽ dotis, ſi tñ ſuſtinet onera Matrimonij: quia tunc debentur fructus pro intereſſe, & non pro vſura, *c. ſalubriter. de vſur.* Qui quidem textus ampliatur etiam ſi vxor promiſerit dotem marito, & pro pignore dederit rem fructiferã: nam adhuc facit fructus ſuos, quãuis regulariter fructus rei pignoratæ cõputentur in ſortem. Ampliatur ſecũdò, vt non ſolum maritus propter dilationem dotis ſoluendæ faciat fructus ſuos rei pignoratę, verum etiam poſſit licitè conuenire cum dotante, vt donec ſoluatur dos, dentur ei tot Aurei ſingulis annis pro centenario ratione intereſſe onerum matrimonij, vel lucri ceſſantis. *Abb. in d. capit. ſalubriter. & Couarru. qui ſupra.* Ampliatur tertio, quando vir non accepiſſet congruam dotem, ſed pepegit cũ Socero, vt per tot annos ſe, ſuamque familiam aleret, quia in hoc caſu poteſt etiã petere vſuras dotis, quia illa alimenta ſuccedunt in ſupplemẽtum dotis. Nam quamuis videatur non poſſe maritum percipere vſuras dotis, cum ceſſet ratio dicti *text. in c. ſalubriter.* Scilicet quia ipſe non ſuſtinuit onera matrimonij, tamen quia remanet alia ratio, videlicet quod paſſus eſt vir intereſſe lucri ceſſantis, ideo poteſt petere. *Couarru. qui ſupra.* Ampliatur quartò in vidua, nam ſi Hæredes mariti paciſcuntur cũ muliere, vt ſoluto matrimonio teneat aliquas poſſeſſiones mariti, donec ſit ſibi ſoluta dos, fructibus in ſortẽ datis non computatis, tale pactum valet. ita *Innoc. & Hoſt. in d. ca. ſalubriter. Nau. c. 17. nu. 213.* Sic etiam poſſet ali
97 quid pro centenario petere; Vnde iuſtè obſeruari poſſunt ſtatuta terrarum, vt qui dotem promittit, quouſque ſoluat, & maritus, & ipſi Hæredes quod dotem viduæ, aut ſeparatę reddant, certum quid ex centum in ſingulos annos pendant. *Nauar loc. cit. in fin. ita Graff. d. p. 1. lib. 2. c. 106. nu. 1. & ſeq.*

Secun-

Digitized by Google

Secundò, nec quando ratione periculi, cui mutuum exponitur, exigitur aliquid vltra ſortem; nam cõmunis
98 eſt omnium ſententia licitum eſſe aliquid exigere vltra ſortem, quando res ipſa mutuata ſubiacet periculis, vt contingit quando mutuamus pecunias alteri per mare eas tranſuecturo: nam in mari communiter ſolent eſſe pericula; Idem ſi mutuamus pecuniam Titio tranſportaturo per itinera, vel loca latronum, ſiue Hoſtiũ. Ita nulla eſt vſura, ſi ego tibi mutuo hac conditione, ſi mutuum perierit qualicunque caſu fortuito, nihil mihi tenearis reddere; ſi vero ſaluũ fuerit, tenearis mihi ſortem reddere cũ tanta lucri portione; nam reuera nulla hic fit iniuria, nec lucrum recipit ex vi mutui, ſed ratione periculi, quia tu potes ad inopiam redigi, vel fraudibus omnino ſortem ipſam denegare. *Ita Azor. loc. ſupracit. c. 6. q. 1.*

Tertiò, nec ſi verbi gratia Titius mutuet Caio centum, cum pacto, vt ſi Titius moriatur intra duos annos
99 nihil reddere teneatur Caius, ſed ſibi retineat integra centum, ſi vero vltra duos annos Titius vixerit, teneatur Caius, ſoluere illa centũ, & quinquaginta; hoc enim non eſt vſura ait *Nau. conſil. 25. de vſur.* quia illa quinquaginta accipit Titius, non vi mutui, ſed ratione periculi, quoniam poteſt perdere ſi moriatur, integra centum, & ea lucrifacere Caius. *Azor. loco citat. q. 2. Ioan. Bapt. Corrad. p. 1. quæſt. 228. in Addit.*

Quartò, nec qui dat centum cuidã volenti traijcere in Syriam cum Na
100 ui onuſta mercib. eo pacto, vt perdat illa centum, ſi Nauis perierit naufragio; quod ſi ſalua ſit, reddantur ſibi cẽtum viginti quinque; nam *Nau. conſil. 21. de vſur.* dicit non eſſe vſurã; quia lucrum accipitur ratione Aſſecurationis, non vi mutui. *Azor loc. citat q. 3.*

Quintò, nec qui ratione impenſarum, & ſumptuum, qui probabiliter timẽtur futuri in recuperatione mu
101 tui, aliquid in mutuo exigit vltra ſortem; nam ratione damni emergẽtis, licitè lucrum exigitur, vt ſupra dictum eſt, at ſumptus, qui fiunt in recuperatione mutui, ſunt certum damni genus, ergo poteſt exigi lucrum ratione prędictorum ſumptuum, qui timentur futuri. *Azor. loc. citat. q. 4.*

Sextò, nec qui mutuando pecuniã apponit pœnam, vt ſi ſtatuto die non ſolueret mutuum, ſoluere teneatur
102 certam pecunię ſummam vltra ſortem; ex communi enim omnium ſententia licitum eſt talem pœnam adijcere. *Scotus in 4. diſt. 15. q. 1. q. 2. Angel. verb. vſur. 1. num. 21. Silueſt. eod. verb. q. 28.* eſt enim pęna conuentionalis, quia ex conuentione Mutuatoris, & Mutuatarij, apponitur; & lucrum, quod apponitur vltra ſortem, non ſoluitur ex vi mutui, ſed ob moram, & culpã reſtituendi mutuum; Notandum ta-
103 men eſt, huiuſmodi pœnam licitè apponi dummodo, Primò non ſit in fraudem vſuræ. Secundò, dummodo non ſit ſcandalum aliorum. Tertiò, vt ſit moderata, requiritur, vt interueniat culpa, & mora ex parte Mutuatarij in reſtituẽdo mutuo tempore ſtatuto. Et eſt ſoluenda etiam in foro conſcientiæ ante ſententiam in Iudicio; non tamen antequam petatur a parte, cui eſt debita, ſed ſolum poſtquã fuerit petita a parte expreſsè, vel tacitè, quia fortaſſis pars vult cedere iuri ſuo. Ita docet generaliter de omni pœna conuentionali, *Couar. in epit. in 4. lib. p. 2 c. 6. num. 11. Com. Conſt. 69. lib. 2 conſi 55 lib. 3. Rebuf. in l. 1. C. de ſententijs, quæ pro eo, quod intereſt proferuntur. nu. 40. Azor. loc. ſupracitat. q. 5.* ſecus autem eſſet ſi appone-
104 retur in fraudem vſurarum, quod multifariè cõtingere poteſt. Primò, ſi Creditor ſit ſolitus fœnerari. Secũdò ſi pœna excedat intereſſe. Tertiò, quando quis mutuat appoſita pœna,

nili

niſi intra diem ſtatutam ſolueris ei, quem ab initio credebat ad eam diē ſoluere non poſſe, quia tunc id, quod exigit, tenetur reſtituere ſecundum *Scotum*, & communem in 4. *diſt.* 15. Idem ſi pęnam exigit ab eo, qui ſine ſua culpa per impotentiam eam non ſoluit, quia regulariter, vbi nō eſt culpa, pœna eſſe non debet. *c.* 2. *de Conſti.* Idem ſi ſoluta parte debiti totam exigit, maximè ſi obligatio eſt indiuiſibilis. *c ſuam cum gloſa & communis. de pęn. Silu. verb vſur.* 1 *q* 28. *Nau. d. c.* 17. *num* 215. Vel quando pęna eſt grauis, vt ſi dicat, elapſo termino eris ſingulis diebus ad ſoluendam tantam pęnam obligatus. In his tamen caſibus, an pęna ſit impoſita in fraudem vſurarum, in foro Animæ ſtatur aſſertioni ipſius creditoris; Verum extra hos caſus exactio pęnæ licitè peti poteſt. *l. prædia. ff. de act. empt. Graff. d. p.* 1 *lib.* 2. *c.* 106. *num.* 2. *& ſeq.*

Septimò, nec qui pro certo ſciens ſe habere iuſtam cauſam in aliqua lite, & dubitans ne propter potentiā
105 partis aduerſæ condemnetur, ideo mutuauit quinquaginta Iudici, vt faciat ei Iuſtitiam; vel totidem Teſtibus, vt vera deponant, & poſtea reſtituant; nullam enim vſuram committit, quia mutuans nihil aliud intēdit, quam redimere vexationem ſuam *D. Thom.* 2. 2. *q.* 78. *artic.* 2. *Caietan. verb. vſura.* 1. *Sot. de iuſt. & iur. lib.* 6. *q.* 1. *art.* 1. *&* 2. *Graff. loc ſupracit. c.* 104. *nu.* 10. Idem dicendum, quādo quis mutuū dat ea conditione, vt habeat id, quod
106 ſibi alioqui lege iuſtitiæ iniqua vexatione, quam a te proferre compellor. *D. Anton p.* 2. *tit.* 1. *c.* 7. §. 10. *Angel. vſur.* 1. *nu.* 3. *Conrad de contract lib. q.* 37. *Azor. loc. citat. c.* 67. *de mutuo c.* 7.

Octauò, nec qui principaliter mutuat alicui ad ineundam ſuam amicitiam, vt inde mediatè conſequatur aliquod munus, vel officium: Vel mu-
107 tuat alicui principaliter ex beneuolentia, & amicitia, quia fortè eſt gratus, ex quo ſecundariè poſtea ſperat quod idem faciet ſibi, cum indiguerit, quamuis poſſet alteri mutuare. *Caietan* 2. 2. *q.* 78. *arti.* 1. *ad* 4. *& in ſum. verb. Vſura mentalis in fi. Sot. de iuſt. & iur. lib.* 6 *q.* 1. *artic.* 2. dicunt quod non eſt Vſurarius. *Graff. loc. cita. c.* 107. *n.* 6.

Nonò, nec qui poſtquam propter lucrum mutuauit, ſuum peccatum
108 agnoſcens, mutaret ſuam intentionem in intentionem minus principalem accipiendi, ſi poſtea a debitore aliquid gratis datum acciperet, non eſt vſurarius, vt rectè dicit *Ang verb. vſur.* 1 *num.* 2. *Graff. loc. cit. num.* 7. *Nauar. vbi ſupra. nu.* 209.

Decimò, nec qui non mutuat principaliter ob lucrum, ſi bona fide aliqd accipiat ab eo cui mutuauit, exiſtimans id ſibi amicè, & gratis ab eo
109 dari, licet id non det tam ob gratitudinem, quam ob timorem, ne pecunia a ſe repetatur, vel ſibi alia vice mutuū denegetur, talis enim nec ēt peccat, etiam ſi poſtea ſciat non liberaliter dediſſe; & ratio eſt, qa ex quo tempore dationis, & receptionis bonam fidem habuit, licitè recepit, & illius dominium licitè in ipſum tranſiuit. Verum ſi conſcientia maneat læſa, debet ſatisfacere conſcientiæ, vel illam deponendò, vel reſtituēdo id, in quo factus eſt locupletior, & ita intelligi poteſt *Caietan* 2. 2. *q.* 78 *artic.* 1. *Nauar c.* 17. *num.* 109. *ita Graff loc. citat. num.* 9. *& ſeq.*

Vndecimò, nec qui ex eo, quod a debitore ſuo debitum recuperare nō poteſt, mutuat illi pecuniam, vt ſibi hac via alterum tantum, quantum
110 ſibi debetur, recipiat. *Nau. loc. citat.* ex communi enim ſententia ſi mutuatarius debeat ex iuſtitia, tunc licitè poteſt mutuator aliquid aliud vltra ſortem exigere, vt ſibi ſoluatur id tātum, quod ei debebat; ratio quia tūc non exigitur illud vi mutui, ſed vi iuſtitiæ; Verbi gratia ſi mutuem tibi decem, vt mihi ſoluas alia decē, quæ

mihi

Digitized by Google

mihi ex iuſtitia debes; quia ea mihi antea ſurripueras, vel ea apud te ego depoſueram. *Medin. de reb. per vſur. acquiſitis. q. 7. Sot. lib. 1. de iuſt. & iur. q. 1. ar. 2. Azor. loc. ſupracit. c. 7. q. 15.*

Duodecimò, nec qui dat alicui v. g. decem menſuras Panni, pro alijs totidem in futurum accipiendis; hic enim nulla reperitur Vſura, dummo
111 do Pannus accipiēdus, non ſit melior, ſiue maioris precij; in hoc enim contractu non eſt mutuum, ſed permutatio licita vnius rei cum alia; nā licet mutuum conſiſtat in rebus, quæ menſurantur, vt etiam ſupra dictum eſt, menſura tamen eſt modius tritici, vel alterius rei ſimilis aridæ, vel ēt Amphora Vini, & aliæ menſuræ ſimiles liquidorum. *Sil. verb. vſur. 1. q. 13. Azor. de vſura d. lib. 5. c. 7. q. 11.*

Tertiodecimò, nec qui pecuniam, qua vult emere aliquid frugiferum mutuat alteri, cum pacto, vt ſoluat
112 tantum quotannis, quātum fructus rei frugiferæ, quam emiſſet deductis expenſis quotannis valerent. *Nauar. ſuprad. c. 17. num. 238. in fin.*

Quartodecimò, nec qui ratione dāni emergentis, aut lucri ceſſantis, aliquid vilius anticipata pecunia, emit, vt ſi conſumpturus erat illam pecu-
113 niam in alijs mercibus, ex quibus lucrum ſperabat, & rogatus a Venditore emat; ratio eſt, nam ſicut Venditor ratione damni emergentis, aut lucri ceſſantis poteſt carius pecunia credita, quam numerata vendere, ita & emptor emere. *Angles in Florib. in 4. q. de vſur. artic. 2. de vſur. rat. empt. & vend. diffic. 3. concl. vlt. Graff. d. p. 1. lib. 2. c. 115. num.* 8. Venditor enim poteſt
114 vendere carius, quam res ſecundū ſe valeat, quando ex venditione incurrit detrimentum, dummodo admoneat emptorem illius detrimenti *Io. Bapt. Corrad. p. 1. q. 227. in Addi. in fi.*

Quintodecimò, nec q̃ merces ſuas carius vendit pecunia credita, quam numerata, ſi eas erat ſeruaturus; & poteſt etiam precium determinare; & ratio eſt, quia licitum eſt vendito-
115 ri ſe indemnem ſeruare; nec vēdit tēpus, vt rectè Scotus dicit, quia erat illas merces ſeruaturus, & maius lucrum ſperabat. Non licet tamen tūc totum precium, quo res valitura erat tempore ſolutionis, exigere; eſt enim habenda ratio periculorum, laborū, & expenſarum, quę in ſeruandis mercibus erant faciendæ, multum namque intereſt inter habere, & prope eſſe, & inter lucrum in potentia, & in actu. *Angles. Vbi ſupra. diffic. 2. concluſ. vlt. & penult. Azor. de empt. & vendit. lib. 8. cap. 9. q. 2.*

Sextodecimò, nec qui, verbi gratia, cum ſit aſportaturus merces ſuas in alium locum, in quo plus erat venditurus, quam vbi eas habet, rogatus
116 tamen ab aliquo, vt illas ei vendat in eo loco vbi ſunt merces, puta in portu Anconitano, vendit eas, quanti æſtimantur in eo loco, puta Venetijs, ad quem erat deportaturus ibiq; venditurus; dummodo tamen, ex eo precio deducat pericula, labores, & impenſas in deportandis mercib. faciendas. *Ioan. And. Innoc. Panormita. in c. nauiganti. de vſur. Salicetus in l. ad hæc. C. de vſuris. q. 20. Medin. de reſt. reb. per vſur. acquiſitis q. 82. Azor. loc. citat. d. q. 2. Graff. d. p. 1. lib. 2. c. 115. num. 9. Ioan. Bapt. Corrad. p. 1. q. 231.*

Decimoſeptimò, nec qui emūt futuros, vel Arborum fructus, vel terrę fœtus, vel Animalium partus, vel alias quaslibet merces, quarum rerum
117 precium illi nec ſtatim taxant, nec ſoluunt, ſed promittunt ſe tātum ſoluturos, quantum auctoritate Reipublicæ taxabitur tempore, quo erunt fructus collecti; deinde eo tēpore cōueniunt in vnū Magiſtratus, & adiūgunt ſibi Viros probos, prudentes, & expertos, quorum omnium auctoritate taxatur precium. Licet huiuſmodi precium poſtea ſit minus, quam ſit illud quo cæteri poſtea merces ſuas ven-

vendunt alijs mercatoribus venientibus; hoc enim venditionis genus, cum non arbitratu Mercatorum, ſed auctoritate publica taxatur, nullam continet vſuram. *Azor.loc.ſupracitat. cap 10.q.4.*

Decimoctauò, nec qui vendit domum, ſeu Agrum cum pacto de retrouendendo infra tot annos, ſiue perpetuo; hoc enim licite facere pôt
118 ſine peccato; dummodo precium ſit iuſtum, & intentio, ſiue fides bona, ita vt in veritate velit emere, & mallet emere abſolutè, quam cum tali pacto, vt communis obſeruantia teſtatur, patet etiã ratione, quia hoc fit ad commodum venditoris; exemplum, Petrus emit fundum ab Honorio precio iuſto, ideſt mille aureis, & ſpondet ſe ei reuenditurum intra certum tempus, puta, decem annos, vel quoties ſumma ſupradictorũ aureorum fuerit oblata, interim autem Petrus percipit fructus ex fundo, hic contractus licitus eſt. *Sil.verb. vſur.2. q.15.verſ.4.* ſic etiam vendere Agrũ,
119 vel domum cum pacto de retrouendendo, & etiam cum pacto, vt interim donec reuendatur, locetur ipſi eidem primo venditori pro certa pẽſione iuſta, licitum eſt, vt communis vſus teſtatur; & ratio eſt, quia rẽ ſuã poteſt quiſque ſicut illi, ita & iſti, puta venditori locare, & cuilibet alteri. Nec obſtat in hoc caſu quod res vẽditur pluſquam valet, qui ſi valet mille, venditur pro mille, & pro obligatione ad retrouendẽdum, quam obligationem conſtat eſſe æſtimabilem pecunia; Quia reſpondetur, ꝙ communiter res, quę ſic venduntur, valẽt pluris non abſolutè, ſed venditori, quia ideo vult illud pactum, quia incommodum ex venditione incurrit; reſpondet ergo obligatio ementis ad reuendendum, & locandum quantitati valoris rei reſpectu huius. ita *Caietan 2.2.quæſt.77. articu.1.verſ.In eodem articulo dub.occurrit.Graff.d.par.1. libro ſecundo capitulo 117.num.4 & ſeq.*

Decimononò, nec qui dat frumentum vetus in permutationem noui recipiendi tempore colligendarum
120 meſſium, qui quidem cõtractus dicitur ad renouandum. *Silu verb.vſur. 1.& Couar.lib 2.var reſol.c.3.* Verum vt hic contractus licitus ſit oportet has conditiones interuenire. Prima, vt dubium ſit, an frumẽtum nouum ſit plus, vel minus valiturum quã vetus. Secunda, quando qui dat frumentum vetus, eſſet illud ſeruaturum in tempus meſſium colligendarum. *Couarru.d.c.3.nu.6.* in fine. Imò licitum eſſet plus expetere de nouo, ſi vetus melius eſtimaretur valere, quã nouũ tempore redditionis. *Silu.verb.vſur.1. q.17.* ſic etiam licitum eſſet dare frumentum vetus ad renouandum, etiã ſi quis hoc faciat ne ſuum pereat, & recipienti gratiam faciat, ideſt ſi euitat ſuum damnum ſine damno alterius. ita *Card Flor. in* Clement. *vnica. de vſur.q.10.* Quod ſecus eſſet, ſi frumen
121 tum vetus eſſet marcidum, vel corruptioni proximum, nam tunc eſſet vſura. *Nau.c.17.num.226.* vt ſupra dictum eſt. Vel ſi hæc renouatio frumẽti fiat ad lucrum captandum, non autem damnum vitãdum, vt cum probabiliter nouum erit bonitatis maioris, valoris, & ſubſtãtia, quam vetus, tunc enim eſſet vſura, quia lucrũ interuenit. *Hoſt.in ſum.de vſuris.§.in aliquo.in fin.Zabarell.in d.Clement.1.num. 12.de vſur. Graff.vbi ſupra c.115.num. 10.& ſeq.& Io.Bapt.*Corra.*p.1.q.224.*

Vigeſimò, nec qui mutuat pecuniam alteri, quam credit in futuro eſſe banniendam, ſi is cui mutuatur ex-
122 penſurus eſt antequam banniatur, cum pacto, vt reddatur ſibi in æquali precio; ratio eſt: recipiens dictam pecuniam ſi mox vult illam expendere tempore quo tanti valet, nihil recipit vltra ſortem, nam mutuat non, vt lucretur, ſed vt euitet damnum euenturum; Licet enim in mutuo non liceat

lucrum

Digitized by Google

lucrum ſperare, licet tamen ſperare euitationem damni, ſine damno alterius, ſicut mihi licet mutuare, decem aureos, quos video apud me perituros, vel vendere rem, quam in breui tempore video fore corrumpēdam. ex *Silu.verb.vſur 1 q 15 Io.Bapt.Corra. p.1.q.228.in Addit in fin.*

Vigeſimoprimò, nec qui pecuniā Argenteam Aurea, & Aureum Argētea emit, & vendit, lucrum moderatum aliquod accipiens, *Caietan in ſum.*
123 *verb.vſura.notab.2.caſu.*12.ratio eſt, quia hic quicquid lucratur, non lucratur ex mutuo, ſed ex permutatione, & emptione, ſicut etiā poteſt ex commodatione pecuniæ, ſiue vt Pignori detur, aut ad oſtentationem diuitiarum, quo aptius quis Vxorem ducat, aut ob alium ſimilem finem, aliquid accipere, quia ad huiuſmodi fines etiam pecunia numerata commodari poteſt. *l.3.§.fin.& l. ſequen.ff. commod. & tradit Scotus receptus in* 4. *lib.ſenten.diſt.*15.*Io.Bapt. Corrad.p* 2.*q.* 342.*Nauar.d.capit.*17.*num.*126.*Tolet. lib.*5.*cap.*30.*num.*1.

Vigeſimoſecūdò, nec qui dat, verbi gratia Agricolę in ſocietatem, ſuā operam ponenti, centum oues, cum conditione, & pacto, vt ſi quę ex illis
123 perierint, totidem reſtaurentur ex fętibus, ita vt quandiu ſocietas durauerit, centum conſeruentur, & reliqui fętus inter ipſos æqualiter diuidantur; eſt enim communis ſentētia, teſt. *Silu verb Societas.*2.*q.*9 §.2.idque *Angel.* affirmat.*eod.verb.*2.*num.*3.pactum hoc non eſſe Vſurarium, quia conuentum non eſt, vt centum oues prædictas quas ille in commune confert, Agricola ſuo periculo ſuſcipiat, ac proinde pactū non eſt, vt ſors principalis ſit ſalua, nam ſi omnes oues perierint, Agricola nihil ſoluere compellitur, & proinde periculo damni pereunt. *Azor d.p* 3.*lib.*9.*de Societatibus.c.*7.*q.*12.

Vigeſimotertiò, nec Campſor, qui recipit aliquid vltra ſortem veri intereſſe damni emergentis, vel lucri ceſ-
124 ſantis, quod incurrit ceſſando ob id ab alio iuſto Cambio, vel Mercimonio, vt Proximi neceſſitati cambiendo ſuccurrat, ſine pacto tamen ſoluēdi ei tantum, quantum fuiſſet aliter lucraturus, iuxta Bullā Pij V. incip. *In eam pro noſtro*. vbi ſtatuit ne deinceps quiſquam audeat in Cambijs, ſiue a principio, ſiue alias, certum & determinatum intereſſe, etiam in caſu non ſolutionis præfigi, & paciſci. ita *Nau.d.c.*17.*num.*292.*&* 301.ratio-
125 ne etiam damni emergentis, & lucri ceſſantis licitum eſt commutare pecuniam nempe monetam in aliam monetam in Cambio minuto, accipiendo aliquod intereſſe, ob id, vltra precium legalem eiuſdem monetæ, ex Caietan. in opuſc. de Cambijs.*c.*1. *&* 9.*Sil.Conradus.Garzias.de Contract. p.*2 *c.*7 *Rodriq.p.*2.*c.*105.*num.*3.

Vigeſimoquartò, nec qui dedit alicui fundum in feudum, & poſtea accepit mutuo ab illo, & ipſum fundū
126 dat ei in Pignus, nam tunc dominus fundi poteſt licitè fructus accipere, & poſtea totum mutuum recuperare; & ratio eſt ſecundum *Sot lib* 6. *de iuſt. & iur q.*1.*art.*2.quia Lex Canonica in *cap conqueſtus de vſur.* eſt Lex feudi, & quoties res aliquo modo ad dominum redit, fructus percipiat. *Tolet.lib.*5.*c* 30.*num.*6.

Vigeſimoquintò nec, qui quomodocunque Vſuram mentalem, in ſupradictis caſibus, vel alijs ſimilibus, committit, licet mortaliter peccet, ſine tamen obligatione reſtitutionis,
127 verbi gratia cum quis habet animū & deſiderium dandi ad vſuram, hæc enim inducit peccatum mortale, nō tamen obligat ad reſtitutionem; ſi autem daret mutuum ſpe principali, & primaria recipiendi aliquid ex mutuo vltra ſortem, eſſet peccatum mortale, & teneretur ad reſtitutionem, ſoluta ſorte, & addito lucro, ex *Graff.*

d c.

Digitized by Google

*d.c.*107.*num.*1. *& Nauar. in Man cap.* 17.*num.*208.*& Comenta de vſur. num.* 13. & ratio eſt, quia peccata mẽtalia, & actus interiores, nunquam cadunt ſub reſeruatione, vt dixi ſupra *in* 1.*p.* *q.*1.*num.* 37.*fol.*7.

Vigeſimoſextò, nec qui bona fide, & abſque dolo, facit contractum cõmuniter æſtimatum licitum, cum ta-
128 men reuera Vſurarius eſt, vt dictũ eſt in ſupradicta declaratione noni caſus reſeruati in Tabella Fanenſi*nu.* 75 *fol.*408. ob rationem poſitam ibidem quia, videlicet, *ea quæ malo geſta non ſunt animo, pœnam non merentur. l.* 1. *§. ſi ff de oblig.*

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem pœnitentium Vſuras committentium, erit illa, quæ poſita eſt ſupra in prædicta Tabella Fanenſi in explicatione dicti noni caſus re-
129 ſeruati. Hæc ergo pro huius vndecimi caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio duodecimi, & tertijdecimi caſuum reſeruatorũ, eiuſdem Tabellæ Feretranæ, qui tales ſunt.

Superſtitiones quæcunque. extra caſus Sedi Apoſtolicæ reſeruatos, & inter cæteros ſunt illi omnes in quibus concurrit error in intellectu pœnitentium.

Vitium Beſtialitatis & Sodomiticum.

PRo declaratione horum duodecimi, & tertijdecimi caſuum reſeruatorum, in præſenti nihil dicere quæo, cum eorum declarationes, nẽpè declaratio duodecimi, in explica-
130 tione primi caſus reſeruati in Tabella Anconitana *fol.* 38. & in Tabella Piſaurenſi caſu primo per totum, & declaratio tertijdecimi, quo ad vitium Beſtialitatis, in Tabella Firmana in explicatione quinti caſus reſeruati, *fol.* 123. & quo ad vitium Sodomiticum, in explicatione quarti caſus reſeruati in Tabella Anconitana, *fol.*76. reperiantur; ne iterum, quæ iã ſemel dicta ſunt, ſine cauſa, repetamus, hinc modo, hæc dumtaxat, pro illorum declaratione, dicta ſufficere cenſemus, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio quartidecimi caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Feretranæ, qui talis eſt.

Patrum, & quorumcunque curam gerere debentium, non mittentium filios, et ſubiectos ad Eccleſiam dieb. Dominicis diſtantes per milliare ſaltem ſemel ſingulo menſe; Propinquiores bis ad minus, erudiendos Doctrina Chriſtiana iuxta Decretum noſtrum.

PRo declaratione huius quartidecimi caſus reſeruati, preter ea quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quam obligationem habent Parentes erga filios ſuos circa ſpiritualia, et alios ſibi ſubiectos; Idem de Dominis erga famulos ſuos.*

2 *Quando Pater, vel Mater, Tutor, vel Curator, aut Dominus, per milliare ab Eccleſia diſtantes, diebus dominicis, filios, Pupillos, uel famulos ſemel ſaltem in menſe propinquiores vero, bis, ad Doctrinam Chriſtianam diſcendam, non mittentes, incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionẽ Parentum, & aliorum, filios & ſubiectos, modo ſupradicto, Doctrina Chriſtiana erudiendos, ad Eccleſias non mittentium.*

Circa

CIrca primum; Parentes tenētur inſtruere filios ſuos ſecundum timorem Dei maximè in tenera, & Pue-
131 rili ætate, eſt enim Puerorum animus tamquam tabula raſa, & ſicut facilè reducitur ad bonum, ita etiam ex Parentum incuria facilè euandũt mali; *Adoleſcens* enim *iuxta viam ſuã ambulans, etiam cũ ſenuerit, non recedet ab ea. Prouerb. c.22.* Quia teſte Poeta,

Quod noua teſta capit, inueterata ſapit.

Et ille

Chi in giouentù s'appiglia a qualque vitio,
Quando è ancor vechio attende a tal' offitio.

Tenentur ergo ſub peccato mortali prouidere filijs in ſpiritualibus, ita.ſ. vt diligenter curẽt ne filij malos mores imbibant, ſed illos bonis inſtruãt actibus, & diſciplinis. *Inſtituenda eſt bonis, ipſa Pueritia rebus*, ait *Plutarch.* Et fidem Catholicam doceant, non permittant eſſe ſibi inobediẽtes, nec vllo modo Scholas hæreticorum adeant, vt prauorum conſortia deuitent, & denique quantum in eis eſt, ſtudeant, vt mandata Dei obſeruẽt, præcepta Eccleſiæ cuſtodiant, Orationem Dominicalem, Salutationẽ Angelicam, Credo paruum, & decẽ præcepta Decalogi, diſcant; ab omni peccato abſtineãt, & virtutem amplectantur. ita ex *D. Anton. in ſum. Defecerunt. in 4. Præcepto. Graff p 1 lib. 2. dec. aur. c. 59. num. 18. Silu. verb ſcientia. Angel. verb. eod. num. 1. Tolet. lib. 5. c. 1. num. 11. Rodriq. in ſumma p. 1. c. 13. num. 3. Eman. Sà in Aphoriſm. verb. Parentes. num. 1. Clau. Reg. lib. 7 c. 7. num. 1. & 3.*

133 Item tenentur Parẽtes, ſi ſubiectos habent; Curatores, & Tutores, filios Orphanos, & Pupillos, ac Domini famulos, & ſeruos, habentes, ſub peccato, curare quantum in eis eſt, ne prædicti ſubiecti, Orphani, & Pupilli, famuli, ac ſerui, aſſueſcant Iuramentis, vt Catholicè viuant, Dei præcepta cuſtodiant, debitis temporibus Ieiunent, Confiteantur, & Cõmunicent, Miſſam audiant, quando opus eſt, Confirmationem, & Extremam Vnctionem ſuſcipiant, & denique ſi qui ſupradictorum Neophiti ſunt, curẽt vt in Doctrina Chriſtiana inſtruantur. ex *Clau. Reg loc. ſupracitat. num. 11. & Bonacin tom 2 diſp. 6. q. vnica. punct. vltim. num. 1. & ſequen.*

Circa ſecundum; ex hactenus dictis, patenter elucet, qui nam incidũt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

Primò enim incidunt, Patres & Matres per milliare ab Eccleſia Parochiali diſtantes, qui ſaltem ſemel
134 in menſe, & ſi propinquiores ſint, bis ad minus, dieb. Dominicis, filios & filias ad Doctrinam Chriſtianam diſcendam, nõ mittunt; tenentur.n. Parentes ſub peccato mortali curare, vt filij obſeruent præcepta Dei, & Eccleſiæ, illos in Doctrina Chri-
135 ſtiana erudiendo, vt ex ſupracitatis Doctoribus, dictum eſt. Quod intelligitur non ſolum de filijs legitimis, & naturalibus, ſed etiam de ſpurijs.

Secũdò, & Tutores, & Curatores, & alij, qui Pupillorum, & Orphanorum curam gerunt, ſi per milliare a ſua Parochia diſtantes, ſemel ſingulo menſe, vel bis ad minus, ſi ſunt propinquiores, dieb. Dominicis, eos ad
136 Doctrinam Chriſtianam condiſcẽdam, non miſerint, nam quemadmodum ad Tutores pertinet Pupillos a criminibus intactos ſeruare, vt habetur *in c omnis ætas. 12. q. 1. Armil. uerb. Tutela. num 3. Angel. uerb. eod. nu. 2 Tabien eod. verb. nu. 2.* ita ad illos ſpectat eoſdem circa ſpiritualia, & pertinentia ad ſalutem inſtruere.

Tertiò, & omnes, qui non tantum filios, & filias, ſed etiam alios ſubie-
137 ctos, famulos, vel ſeruos habẽtes, per milliare a ſua Parochiali Eccleſia diſtantes, ſemel ſaltem in menſe, propinquiores vero bis ad minus,

diebus

diebus Dominicis, illos, ad Doctrinam Chriſtianam perdiſcendam, nõ mittentes. *Concilium enim Trident. ſeſſ. 24 c.4 de Reformat* mandat vt ſaltem Dominicis diebus, & alijs Feſtiuis diebus Pueros in ſingulis Parochijs fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & Parentes diligenter ab ijs, ad quos ſpectabit, doceri, curent, & ſi opus ſit, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas compellent. Concilium hoc in loco loquitur cum Epiſcopis, præcipiendo eis, vt curent diligẽter, quod pueri in ſingulis Parochijs ſuæ diæceſis diebus ſaltem Dominicis, & alijs feſtiuis diebus, fidei rudimenta idest Doctrinam Chriſtianam in-
138 ſtituantur. Et notãdum quod Prælati poſſunt compellere ſuos ſubditos, vt ſciant Doctrinam Chriſtianã, & fidei Articulos, cum hæc neceſſario ſcire teneantur, vt Chriſtiani; & poſſunt præcipere ſub pœna excommunicationis, & alijs pęnis, vt Parochi, & eorum Capellani, interrogent omnes circa Doctrinam Chriſtianã, facientes illam explicare, ſeu recitare clarè, & explicitè, prout tradit *Didac. Perez. l.1. ord. tit.1. dub.1.* aſſerens ita a Iudice Metropolitano Salamanticæ fuiſſe deciſum; & optimo iure quidem, quia ſi Hæretici compellendi ſunt, vt ad catholicam fidem reuertantur, quanto magis, fideles firmi, & in fide ſtabiles, ad eam addiſcẽdã, ne errent ob illius ignorantiam, cogendi erunt? *Rodriq in ſumm. p.1. c.88. num.3. Nam vt tradunt D. Thom. 1.2. q. 76. art.2 & Nau. conſil. 10. de pęnit. &*
139 *remiſſ. num.1.* Quilibet Chriſtianus, vt Chriſtianus, ſcire debet duodecim Articulos noſtræ fidei, decẽ Decalogi præcepta, & Sancta generalia Eccleſiæ præcepta, & ea quæ pertinent ad ſalutem.

Non incidunt autem; Primò, parẽtes, & alij, qui ideo filios, & alios ſibi ſubiectos ad Eccleſiam ad diſcen-
140 dam Doctrinam Chriſtianam, pręſcripto tempore, non mittunt, eo qđ ipſi Doctrinam ipſam, & alia pertinẽtia ad ſalutem optimè memoriter ſciunt; & ratio eſt, quia ſicut ceſſante ratione legis, ceſſat lex. *l quod dictum. de pac. l. adigere §. quamuis. de Iurepatro.* ita ceſſante reſeruatione caſus, hoc eſt ceſſante cauſa reſeruationis, vel ob quã fit huiuſmodi reſeruatio, ipſa quoque reſeruatio ceſſat.

Secundò, nec parentes, & alij ſi ad ipſam Doctrinam Chriſtianam perdiſcendã filios, & alios ſubiectos mittere nequeunt, ob aliquod legitimũ
141 impedimentum; Verbi gratia quia timent ne filiæ ſuæ iam grandiuſculæ, in via aliquod damnum, circa pudicitiam patiantur, a ſuis Amatorib. licet benè aſſociatæ incedant; Vel quia pueri ſunt infirmi; aut adeo magna copia Niuis cecidit; ſiue magna pluia venit, quæ ita Lutoſam fecit viam, vt difficulter quis, niſi ſit ſtrenuus, per eam incedere poſſit, & ratio eſt, quia in omni præcepto legis poſitiuæ admittitur exceptio cauſæ rationalis. *cap. ſi quando de Reſcript. vt not. Ludo. Beia p.3. reſp. caſ. conſ. caſu.27.*

Tertiò, nec Patres, & Matres, Tutores, vel alij, qui miſerunt quidem filios ſuos, ac cæteros ſubiectos ſemel, vel etiam bis in menſe, ad Do-
142 ctrinam Chriſtianã, prædictis dieb. Dominicis, addiſcẽdam, ſed ĩpſi inobedientes, ire neglexerunt; Caſus enim loquitur tantum de ijs, qui curam habent mittendi illos ad Eccleſiam ad ipſam Doctrinam perdiſcendam, vnde cum iam miſerint, ſuo officio functi ſunt, & per conſequens ad nil aliud tenentur.

Quartò, nec parentes, & alij, qui longius quam per milliare ab Eccleſia Parochiali diſtantes, pueros, & a-
143 lios ſubiectos ad Doctrinam Chriſtianam diſcendam minimè mittũt; Nam caſus eos dumtaxat obligat, q̃ ab ipſa Eccleſia per milliare ſunt diſtãtes, ſecus ergo ſi longius commorantur;

rantur; nam a proprietate verborum non eſt recedendum, niſi conſtat voluntatem loquentis aliter voluiſſe. *gloſa in c. præterea de verb. ſignifi.*

Circa tertiũ; Praxis obſeruanda a Cõfeſſario circa Confeſſionẽ & abſolutionẽ pęnitentiũ mõ prędicto, Pueros ad Doctrinam Chriſtianã diſcendã, non mittentiũ, hæc eſſe poterit.

144 Circa Confeſſionẽ. Primò Confeſſarius interroget pęnitẽtẽ, ob q̃ cauſã filiũ, vel ſubiectũ ad Eccleſiã Doctrina Chriſtiana erudiendũ, mittere neglexerit, quia ſi in contẽptum Epi hoc præcipientis, egerit, grauiter increpandus erit, vnde tenet̃ hoc exprimere in ſacramẽtali Confeſſione; & idẽ dicẽdũ ſi adfuit murmuratio, nã tenetur pęnitens exprimere in Cõfeſſionẽ, nõ ſolũ peccatũ ſuæ negligentiæ nolendo ob contẽptũ Epi mittere filiũ, vel ſubiectũ ad Eccleſiam ad Doctrinã Chriſtianã diſcendã, ſed ẽt explicare debet, quod cõtra eundem Epm, vel ſuum Parochũ, murmurauit; nã cũ murmuratio ſit diſtinctum peccatum, ideo in Confeſſione ẽt explicandũ erit. Tenetur ẽt Confeſſarius interrogare pęnitẽtẽ de Doctrina Chriſtiana, quoties probabiliter, iudicare põt, eam ignorare, prout docet *Sanchez. lib. 2. in Decalog. c. 3. nu. 21.*

Quo ad abſolutionem; Primò animaduertat Confeſſarius, ne vllo mõ audiãt Confeſſionẽ eorũ, qui neſciũt Doctrinã Chriſtianã, nec illos abſol-

145 uat, prout magna cõſtãtia, & Zelo hortatur *Medina. 1. 2. q. 76. a. 2. Rodriq. loc. ſupracit. n. 5.* maximè ſi in alijs Cõfeſſionib. admoniti fuerint, & neglexerint, quo caſu, bonum erit differre abſolutionẽ, prout docẽt *Bannes, 2. 2. q. 2 art. 8. dub. 2. & Petrus Ledeſma 2. to. tract. 1. c. 3.* donec eam addiſcant.

Secũdò, cũ peccati venia nõ datur niſi correcto. *de Reg. iur. in 6.* ideo conetur inducere ipſum pœnitentẽ ad

146 verã, & perfectã contritionẽ ſuorũ peccatorũ, promittendo Eccleſiã, in poſterũ ad Doctrinã Chriſtianã diſcendam, aditurũ; Vel filios, filiasvè, atq. alios ſubiectos, omnino ad eandẽmet Doctrinã perdiſcendã, miſſurũ.

Tertiò, blando ſermone hortet̃ nõ tm̃ Patres, & Matres, verũ ẽt Auos, Auias, Tutores & curatores & alios,

147 vt mittant ſuos filios, & ſubiectos libenter ad Eccleſiã dieb. Dominicis Doctrina Chriſtiana erudiẽdos, imò vt ẽt in proprijs laribus illam docere ſtudeant; Ipſos quoq. pueros, ſuadeat vt hilariter ad illã addiſcendã, ad Eccleſiã vadant, vt Indulgentias mul-

148 tas lucrari mereantur; Etenim Paulus V. in Bulla, quæ incipit, *Ex credito Paſtoralis officij.* teſte Laertio Cherubino *in Bullario tom. 3. fol. 225.* concedit omnib. & ſingulis vtriuſq. ſexus Chriſti fidelib. verè pœnitentib. & Confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui pro miniſtris, operarijs, & confratrib. Archiconfraternitatẽ Doctrinæ Chriſtianę ingredient̃, die primo illorũ ingreſſus, ſeu eo die quo dictæ Archiconfraternitati aſcripti fuerint Indulgentiã plenariã. Necnõ eiſdem ẽt ſic deſcriptis, qui verè pęnitentes, & Confeſſi, Sanctiſſimũ Euchariſtiæ Sacramentũ, in feſto ꝙ ab ipſa Archicõfraternitate, & alijs cõfratrib. aggregatis ſeu aggregãdis ꝓ earum præcipuo, & principali reſpectiuè eliget̃, ſumpſerint, ẽt Indulgẽtiam plenariam. Qui ẽt verè pęnitentes & Confeſſi, dictũ Sanctiſſimũ Euchariſtiæ Sacramẽtũ ſumpſerint, aut id facere non valentes, animo cõtri-

149 to, nomẽ Ieſu ſaltem corde in mortis articulo iuocauerint, ſimiliter Indulgẽtiam plenariam, & remiſſionẽ omnium ſuorum peccatorum. Præterea eiſdem Confratribus, qui verè pęnitentes, & Confeſſi, ſemel quolibet menſe Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramẽtum ſumpſerint, ſeptẽ annos, & totidẽ quadragenas. Item oẽs qui cauſa fuerint, vt pueri, famuli, aut q̃uis aliæ perſonæ ad diſcendam Do-

ctrinam Chriſtianam eant, ducendos dies. Qui vero dieb. ſtationũ Vrbis, Doctrinam Chriſtianam in Eccleſijs docuerint, ac ẽt illi, qui ad eandẽ diſcendam acceſſerint, eaſdẽ Indulgẽtias conſequentur, quas conſequerẽtur, & conſequi poſſent, ſi Eccleſias Stationum perſonaliter viſitarẽt. Inſuper eiſdem Confratrib. qui diebus feriatis hanc Doctrinam Chriſtianã, aut publicè, aut priuatim explanauerint, centum dies. Omnibus quoque Præceptoribus, qui dieb. feſtiuis Diſcipulos ſuos ad Doctrinam Chriſtianam duxerint, eoſq. illam docuerint, ſeptem annos. Quiq. dieb. feriatis in proprijs Scholis eandem Doctrinã explanauerint, centum dies. Sacerdoti ẽt dictæ Archiconfraternitatis, qui in Eccleſia, ſeu Oratorio illis Confraternitatis verbum Dei Prędicauerit, aut Collationes fecerit, licet illo die nõ interuenerit in aliqua Schola docendi cauſa ſeptem annos. Omnibus aũt, & ſingulis Patribus, & Matribus familias, qui in ſuis domibus, liberis, famulis, & familiarib. vtriuſq. ſexus Doctrinam Chriſtianam explanauerint, qualibet vice id fecerint, centũ dies. Omnibus item, & ſingulis Chriſti fidelibus, qui per mediam horam, Doctrinam, aut docendi, aut diſcendi gratia, ſtuduerint, cẽtum dies. Hęc ex dicta Bulla.

Quartò, vt dixi inducat pęnitentẽ ad veram, & perfectam contritionẽ ſuorum peccatorum, oſtendẽdo quã
150 graue peccatum committunt nedũ parentes non mittẽtes filios, & alios ſibi ſubiectos ad Eccleſiam Doctrina Chriſtiana erudiendos, verum ẽt ipſi filij, & ſubditi hoc facere recuſantes & negligentes; quos, poſt charitatiuam admonitionem, iuxta qualitatẽ perſonarum, & pœnitentiæ ſalutaris impoſitionem, ſi auctoritate pollet, abſoluat. Hæc ergo pro huius quartidecimi caſus reſeruati declaratione, dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio quintidecimi caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Feretranæ, qui talis eſt.

Clericorum tempore diuinorum officiorum in Eccleſia colloquentium ſine neceſſitate.

PRo declaratione huius quintidecimi caſus reſeruati, pręter ea quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt diuinum officium.*

2. *Quando Clerici tempore diuinorum officiorum in Eccleſia colloquentes ſine neceſſitate, incidunt in hunc caſum reſerſeruatum & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionẽ Clericorum in Eccleſia tempore diuinorum officiorum ſine neceſſitate colloquentium.*

CIrca primum; ſi non placet diffinitio Officij diuini, q̃ poſita eſt ſupra in declaratione quinti caſus reſerua-
151 ti in Tabella Callienſi *nu.* 7. dicatur, quod officiũ diuinum, ſeu Horæ Canonicæ ſecundum *Cardinal. Sanctæ Crucis in §. 1. q. 1. d. ar.* 1. ſunt Oratio publica ſub certo numero Pſalmorũ, Lectionum, & aliorũ huiuſmodi a Sanctis Patrib. ad laudem Dei ordinata, & per ſeptem congruentes horas diſtributa. *Nauar. in Comment. de orat. & Hor. Canon. c. 7. num.* 1. Vel officium diuinũ, ſeu Horæ Canonicæ ſunt quædam laudes, & pręces, ab Eccleſia inſtitutæ, ad orandum, & ore laudãdũ Deum, ſingulis diebus, certis ac definitis horis. *Bonac. tra. de Hor. Can. diſpu. 1. q. 1 punct. 1 num.* 1.

Circa ſm̃; In hũc quintumdecimũ caſum reſeruatum, vt liquidò patet; Primò

Digitized by Google

Primò incidunt oẽs Clerici ſæcula-
152 res ad Horas Canonicas recitandas obligati, qui abſq. neceſſitate, in Eccleſia, tẽpore diuinorũ officiorũ, cũ alijs Clericis, vel alijs ſecularib. colloquuntur. Nomine aũt diuinorũ officiorũ, non ſolum Horę Canonicę intelligũtur, ſed ẽt, ſub eo nomine, Miſſarum ſolemnia includuntur. *arg. textus in c. in loco benedictionis. 5. q. 4. et Cõc. Trid. ſeß. 2.* prope fin. *& c. de ijs. d. 12. ut not. Graff. p. 1. lib. 4. c. 25. n. 9.* nec obſtat quod Canon ille, qui eſt Concilij 11. *Tolet. c. 1.* & Conſtantienſis. *ſeſſ.* 1. tm̃ loquitur de Sacerdotibus in Cõcilio, ſiue Synodo conſidentibus; *In loco benedictionis* inquit *d. Conc. Tolet. conſidentes domini Sacerdotes,* ideſt *in Synodo ait gloſ.* ibi, *nullus debent, aut indiſcretis vocibus perſtrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbare; nullis etiam fabulis vanis, vel riſibus agi, & quod eſt deterius, obſtinatis diſceptationib. tumultuoſas voces effundere.* Nõ inquam obſtat, dictũ decretũ probare tm̃ id non licere in Concilio, ſiue Synodo Sacerdotũ domini, de quo hæc præſens reſeruatio non agit, & ꝙ a diuerſis nõ fit illatio. *l. Papinianus. ff. de minorib. c. ad audiẽtiã. de decim.* Quia reſponderi põt, ꝙ Canõ ille generaliter loquiĩ de omni loco benedictionis, in quo domini Sacerdotes cõſidũt, & planũ eſt Sacerdotes domini cõſidere cũ in Choro, vel Altari ſimul ſedẽt, vel conſidunt; & Canõ generaliter cõceptus, generaliter ẽ intelligẽdus. *c. ſi Romanorũ d. 19. & l. de precio. ff. de publ. in rem act.* ẽt ſi maior rõ ſuadeat, vt includat magis vnam ſpeciem quam aliam. *l. 1. §. quod autem. ff. de aleæ luſu.* ergo hic Canon ẽt dãnat eos, qui non verẽtur in altari, vel Choro prædicta facere. Itẽ Canon & lex, quæ non eſt odioſa, ob
153 ſimilitudinẽ rõnis, de vno caſu ad aliũ extẽditur. *l. non poſſunt. ff. de legib. c. dudum. de elect.* & ſimilis, imò eadẽ, vel maior rõ dictat, ne p̃fata fiant in Altari, vel Choro, aut ſupplicationibus, & alijs actib. quib. diuina officia fiunt, ergo tã peccant, qui prædicta faciunt, dum diuina peragũtur, q̃ dũ Cõciliũ, vel Synodus Sacerdotũ agitur. ita *Nau. Commen. de ſilentio, in diuinis officijs ſeruãdo. Loc. primus. n. 2. et ſeq.*

Secundò, ex dictis infertur, ꝙ incidũt oẽs ſupradicti, ſi ſine neceſſitate, non ſolũ dũ diuina miſteria, i. Miſſarum ſolẽnia celebranĩ, in Altari re-
154 periunĩ, & colloquãtur, ſed ẽt ſi dũ Miſſa cantatur in Choro ſimul cõfabulantur. Vbi. n. militat eadẽ rõ, idẽ ius ſtatui debet *Bartol. in l. illud ad leg. Aquil.* & vbi eſt eadẽ rõ, ibi lex extendi debet ad vlteriores caſus. *l. 1. §. quòd vulgo. ff. de vi & vi arma.*

Tertiò, & qui in Choro dũ Miſſa cãtatur, vel recitatur officiũ diuinũ,
155 rident, cachinant, nugant, murmurant, vel turpia loquũtur, fabulas narrant, hiſtorias profanas referunt, vel elata voce ẽt de reb. licitis loquũtur, vel de rubricis rixantur. Vnde Pius V. in Conſtit. incip. *Quã primũ. Ceſſent* inquit *in Eccleſiis riſus immoderati, & alia quæcunq quæ diuinũ officium perturbare poſſunt.* Vt nonnulli Cantores facere videntur; hi. n. in choro manentes; potiſſimum cũ alternatim verſũ vnũ organa, & alterũ ipſi cantus organi cõcinũt, relictis ſuis ſedilib. ad alienas ſe approximãt, & mutuò colloquuntur iocantur, rident, fabulantur, & tantùm ſtrepitum excitant, ꝙ totum chorum inquietant, adimẽtes debitam attentionem, & deuotionẽ.

Non incidunt aũt; Primò, Clerici qui ob aliquã neceſſariã, & verã neceſſitatem tempore diuinorũ officio-
156 rum in Eccleſia, per aliqua modica verba (dũmodo debitã attẽtionẽ requiſitam in recitando officium diuinũ, non interrũpant) ſimul colloquũtur.

Secundò, nec prædicti Clerici, qui extra Eccleſiã, ẽt tẽpore diuinorũ officiorum ſine neceſſitate colloquuntur; Caſus enim dicit ꝙ oportet, vt
157 Clerici tẽpore diuinorũ officiorũ

ſine neceſſitate in Eccleſia colloquã-
tur;ergo ſecus ſi extra Eccleſiã confa
bulantur,licet ſi huiuſmodi confabu
latio diſtrahant illorum animũ a de-
bita attentione, mortifere peccent,
quæ vero,& quãta neceſſario debeat
eſſe huiuſmodi Attentio in officio di
uino perſoluendo,vide ſupra in dicta
declaratione quinti caſus reſeruati
in Tabella Callen. *nu 9. & ſeq* Idem
ſi in Eccleſia quidem, vel in Choro,
non tamen eo tempore quo diuina
celebrantur officia loquuntur.

Tertiò, nec Clerici qui nõdum ad
perſoluendum diuinum officiũ ſunt
obligati,in Eccleſia,quouis modo,ẽt
158 dum illud recitatur ab alijs, vel dũ
Miſſarum ſolemnia celebrantur, ri-
dent, rixantur, cachinant, vel ſimul
cum alijs colloquuntur; licet ſi fortè
alios impediunt, & notabiliter per-
turbant,lethali culpa ſe obſtringant.

Quratò, nec Regulares quorum-
cunque ordinum,nec Moniales, Or-
159 dinario ſubiectæ, vel non ſubiectæ
in Eccleſia tẽpore diuinorũ officiorũ
ſine neceſſitate,colloquentes; quam-
quam ſi ob id, debitam attentionem
depellant, vel notabilem partem ho-
ræ omittunt (cum vno,& eodem tẽ-
pore,nequeat qs diuerſa loqui. *l. vbi
repugnantia ff. de Reg. iur. & c ſollicitudi
nem. de appellat.* & pluribus intentus,
ad minus ſunt ſingula ſenſus. *gloſ. in c.
diuerſis. de Cler. Coniuga.* & dũ ad vtrũ-
que feſtinat, neutrum bene perficit.
16 q 1 c. præsbyteros C. de aſſeſſo. nemo.
Vnde verſus. *Qui binos lepores vna ſe-
ctabitur hora: Vno quandoque, quandoque
carebit vtroque. d. glo. loc. cita.*) peccant
mortaliter, & pręcepto recitandi di-
uinum officium, non ſatisfaciunt.

Circa tertiũ; Praxis obſeruanda a
Confeſſario circa Cõfeſſionẽ,& abſo
lutionem Clericorũ tẽpore diuinorũ
officiorum in Eccleſia ſine neceſſita-
te,colloquentium, hæc eſſe potent.

Circa Confeſſionẽ; Primò Confeſ
ſarius interrogare debet Clericũ pœ
nitẽtem, quoties cũ alijs in Eccleſia
ſermonẽ habuit,tẽpore diuinorũ of-
160 ficiorum,ſine neceſſitate;quia cum
toties mortiferè deliqrit, et hũc caſũ
incurrerit,in ſacramẽtali Cõfeſſione
neceſſariò manifeſtare tenebitur.

Secundò, an partẽ notabilẽ diuini
officij, q̃ ob collocutionẽ cũ alijs in
161 Eccleſia factã,omiſſit, iterũ ꝑſolue
rit;quia ſi nõ ꝑſoluerit,cũ mortaliter
peccauerit,hoc quoq. in Confeſſione
explicare debet,qũo autẽ, & qñ offi-
ciũ omiſſum,quis ſupplere debet,pa-
tet ſupra ĩ dicta Tabella Calliẽ. *n. 86.*

Tertiò,an huiuſmodi collocutionẽ
fecerit ob contemptum, quia hoc ẽt
eſſet manifeſtandum. Qñquidem vt
162 ait *Nau. de Hor. Canoni. c.* 10. *n.* 43. *&
c.* 16. *n.* 14. Quilibet error circa hora-
rũ recitationem,q̃uis exiguus ꝑ con-
tẽptũ admiſſus, eſt peccatũ mortale.

Quo ad abſolutionẽ. Primò Cõfeſſa
rius animaduertat,ſilentiũ eſſe valde
vtile,decorũ, & neceſſariũ ad oĩa di-
163 uina officia,ꝑſertim ĩ Altari,& cho
ro,peragẽda. Etenim is,q ad Officiũ
diuinũ recitandũ eſt obligatus,tenẽt
abſtinere ab omnib. q̃ Orationis de-
uotioni,& attẽtioni videñt repugna
re,& eſſe cõtraria; Pſallentes namq;
non ſolũ vitare debent eã,q̃ propriã
attentionẽ turbant,ſed ẽt ea,quæ at-
tentioni ſociorũ attentioni impedi-
mento ſunt. Et meritò quidẽ,cũ pec-
cati occaſionẽ præſtans peccet,ſicut
cauſam damni dãs,damnũ dediſſe dr̃
*c ſi. de iniur l. qui occiderit. §. in hac. ff. ad
leg. Aquil.* Quod firmatur teſtimonio
164 S. Ioãnis Caſſiani de Monachis Æ-
gyptiacis teſtantis, ꝙ Horis,in quib.
ad orandũ, & diuinũ officiũ recitan-
dum multitudo eorũ innumera con-
ueniebat, tantum erat eorum ſilen-
tium, vt nemo alius præter Pſalmi
præcentorem ibi adeſſe videret,pręſ-
ſertim eo tẽpore,quo oratio collecta
dicebatur,in quo,vt ipſe ſcite, & ve-
tuſte ait. Non ſputum emittitur,non
excreatio obſtrepſit,nõ Tuſſis inter-
ſonat,

Digitized by Google

ſonat, non oſcitatio ſomnolenta diſſutis malis, & hiantibus trahitur, nulla ſuſpiria, etiam aſtantes impeditura ponuntur, nulla vox abſque Sacerdotis præce concludentis audiẽ præter eam, quam Anima accẽſa, & ignita, nõ potens intra ſe continere, quaſi deuotione crepans vi fractis oris repagulis emittit. Qui idem protinus hæc ſubdit; Illum vero, qui conſtitutus in tempore mentis cum clamore ſupplicat, aut aliquid horum, q̃ prędiximus, ex faucibus ſuis emittit, aut præcipuo oſcitationibus præuenitur, dupliciter peccare pronũtiãt. Primò, quod orationis ſuæ reus ſit, quod eam ſcilicet negligẽter offerat Deo. Secundò quod indiſciplinato ſtrepitu alterius quoque, qui forſitan ardentius orare potuit, intercipit ſenſum. ita *ex Nau. in Comment. de orat c. 16. num. 2. & ſeq & in Comment. de ſilentio in diu. offic. ſeruand loc. 8. num. 14.*

165 Ex quibus infertur quam graue peccant, qui in Choro diuinum officium perſoluendo, colloquuntur; etenim nec in Aurem loqui, nec ſubmiſſa voce, eo in loco, confabulari licet, imò nec licet ſedibus deſertis, ad veſtibulum Chori ſe conferre, vel prope eius portam, quo citius, officio ſoluto, egredi valeãt, ſe collocare; Neque (meo iudicio) licet è ſua ſede, vel loco, vbi manent, diſcedere, vt videre valeant oculis corporeis eleuari a

166 Sacerdote in Miſſa, Santiſſimũ Sacramentum, cum ab ipſis ſubſellijs oculis mentis, illud videre & adorare poſſint. Item non licet cartas Breuiarij immoderatè reuoluere, nec Pullices, aut Pediculos eius vngulis, vel ſuper Tabulas Chori, occidere; ſi quidem hi oẽs, hæc & ſimilia facientes, ſeipſos, & alios perturbant, & ꝑ conſequens ſumunt, vel dant occaſionem diſtrahendi animum a debita attentione, & ita grauiſſimè peccant. Quamobrem qui ſe abſtinere ab his in poſterum non pollicentur, nequaquam a Confeſſario ſunt abſoluẽdi.

167 Secundò, cum aliquoties contingat perſoluere diuinũ officiũ, vel canere Miſſam, non in Choro, ſed ante, vel circa Altare, in Eccleſia, ideo monẽdi ſunt oẽs Clerici, ne brachijs vel cubitis, innitantur Altarib. nec Pilleũ, vel Cappã ſuper illud collocent, cũ officia diuina in Eccleſia celebrãtur, id. n. efficit, vt ſeculares aſſiſtentes, ea de re cogitent, & de huiuſmodi irreuerentia murmurent, & ita debitam deuotionẽ non concipiunt, & ſi prædicta eis non liceant, multo magis, licebit dum cantatur Miſſa, vel diuinũ officium dicitur, Pueros illicere genas illorum tangere, oculis vagari per Eccleſiam aſpiciendo mulieres, hæc enim nec ipſis ſæcularib. licet, multo magis nec perſonis Deo dicatis licebit, Hinc *Ludouicus Bloſius in ſpeculo Monachorum.* Vbique ſed maximè in diuinis officijs inquit viſum comprime: neq. leuiter huc, atq. illuc ſine neceſſitate circumſpexeris: ne videas quod te ab attentione, cordiſq; puritate deturbare poſſit; quocirca, ea qua decet, reuerẽtia, ac debita corporis compoſitione, Clerici, atq; oẽs alij Religioſi, quęſo, in prædictis locis, conſiſtant, tẽpore præſertim diuinorum officiorum.

Tertiò, inducat prædictos Clericos ad veram, & perfectam cõtritionem ſuorũ peccatorũ, acriter obiur-

168 gando eos ne amplius hoc impoſterum agere præſumant; oſtendendo eis grauitatem huius peccati, iniungendo grauiſſimam pęnitentiã, præſertim præſeruatiuam, vt videlicet quoties tẽpore diuinorũ officiorũ in Eccleſia ſine neceſſitate colloquunẽ, toties, recitent officium defunctorũ, pro Animabus Purgatorij, vel talem eleemoſynam, ſibi taxãdã, puta vnũ Iulium, pauperibus, erogandam; vel quid ſimile ſecũdum, quod eis in domino videbitur expedire; & abſoluat ſi habet auctoritatem, & illos habere

contritionem, comperiat; cũ qui cõtritionem ſuorum peccatorum non habẽt beneficio abſolutionis, dubio procul ſint indigni. Et hæc pro huius quintidecimi caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudẽ, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſextidecimi caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Feretranæ, qui talis eſt.

Opera Seruilia non permiſſa, ex declaratione noſtri Decreti, Feſtis diebus de præcepto, exercentes.

PRo declaratione huius ſextidecimi caſus reſeruati, præter ea quę dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quæ ſunt opera ſeruilia, quæ Feſtis diebus prohibentur.*

2 *Quando opera ſeruilia non permiſſa in dicto Decreto Epiſcopi Feſtiuis diebus de præcepto exercentes, incidunt in hũc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionẽ penitentium huiuſmodi opera ſeruilia prædictis Feſtiuis diebus de præcepto exercentium.*

CIrca primum, vt facilius, q̃ ſunt opera ſeruilia Feſtiuis diebus de præcepto prohibita, ſcire valeamus, primũ quid feſtum ſit, quotvè dies Feſtiui ſint de præcepto, opere precium eſt
169 vt videamus. Feſtum ergo eſt dies ob reuerentiam Dei, vel alicuius Sãcti ad celebrandũ hominib. inſtituta. *Graff p.2 lib.2. dec. aur. c. 13. nu. 1.* & notandũ, ꝙ quo ad dies feſtos obſeruandos in moribus receptum eſt, diẽ incipere a media nocte, & in alia media nocte ſequenti finiri, vt notat idem *Graff. in Prax. li 2 c 30. n. 1.* Qua in re plurimum valet cõſuetudo, aliqñ. n. cõſuetudo habet, vt totus dies feſtus ſeruetur, i. a media nocte diei ꝓcedẽtis, vſq; ad mediã noctẽ diei feſti ſequentis. Aliqñ aũt ſolum quo ad horas meridianas, quandiu celebrentur Miſſæ. Aliqñ conſuetudo habet vt dies feſtus tã in ciuitate, q̃ extra obſeruetur; aliqñ vt ſolum in Ciuitate, & nõ extra ſeruetur; Vnde eo modo ſeruandi ſunt dies feſti, quo loci cõſuetudo ſeruat. *Clau. Reg. lib. 7. c. 3 n 9.* circa hoc obſeruetur Decretũ huius vigilantiſſimi Epiſcopi. Nunc ferè vbiq. vſu receptũ eſt, vt dies feſti ſeruentur a media nocte vſq. ad mediã noctem proximè ſequentem. *Azor p. 2. Inſt. moral lib. 1. c. 26. q. 12.*
170 Feſtiuitates vero de præcepto per anni circulum a Chriſtianis celebrãdæ ſunt ſequẽtes. Feſtũ Natalis Dñi noſtri Ieſu Chriſti; Paſcha Reſurrectionis eiuſdẽ cum duob. alijs adiunctis dieb. Feſtũ Pentecoſtes cum alijs duob. diebus; Feſtum Circũciſionis; Epiphanię, & Aſcenſionis dñi; Feſtũ Corporis Chriſti; & Sanctiſſimę Trinitatis. Itẽ oẽs feſtiuitates B. Mariæ sẽper Virginis nẽpe Cõceptionis, Natiuitatis, Annunciationis, Viſitationis, Purificationis, Præsẽtationis, ad Niues, & Aſſumptionis Feſtũ Sãctorũ Apoſtolorũ Petri & Pauli, & omniũ aliorũ Apoſtolorũ; S. Stephani, S. Ioan. Baptiſtæ, S. Laurentij, S. Michaelis Archãgeli. Feſtũ inuentionis S. Crucis, & ſolẽnitas omniũ Sanctorũ; & oẽs dies Dominicarũ ꝑ totum annũ. Et deniq. oẽs Feſtiuitates quas ſinguli Epi (mo ſint de Sanctis Canonizatis) in ſuis diœceſib. cũ Clero, & Populo duxerint ſolẽniter celebrandas, vt ſunt Feſta S. Mariæ Magdalenæ, S. Catharinæ, S. Luciæ, S. Annæ; S. Ioſeph, S. Frãciſci, S. Dominici, S. Antonij, S. Martini, S. Marci Euãgeliſtæ,

liſtæ, S. Nicolai, S. Siluestri, & huiuſmodi ſecundum q̃ eis viderint in domino expedire. ita *ex c. Pronunciandũ. de Conſecra. d. 3. c. Conqueſtus de fer. Cla. Reg. loc. cit. Sil. uerb. Dominica q. 1. Ang. verb. feriæ nu. 3. Armil uerb. Feſtum nu. 4 Tabien. verb. feriæ nu. 2.* qui oẽs vnanimiter, & concorditer docẽt omnino in ſupradictis feſtis dieb. ab operibus ſeruilibus eſſe abſtinendum.

His itaq. prænotatis, quo ad opera ſeruilia, quæ feſtis dieb. de præcepto prohibẽtur, notandũ; tria eſſe operũ

171 genera, quoddã eſt genus operũ, q̃ dicuntur Aĩæ; Hæc aũt ſunt opera, q̃ ipſius Aĩæ ſunt, vt, intelligere, orare, meditari, ſtudere, videre; aut ẽt ad talia Aĩæ opera ordinantur, vt diſputare, docere, legere, ſcribere, & pertinẽtia ad ſtudium, conſulere, exhortari, & Concionari, & hæc non prohibẽtur, imò licitè fiunt in feſto *ex D Tho. 2. 2. q. 122. ar. 4. ad 3 Caiet. ibidem Sot. li. 2 de iuſt. & iur q. 2. art 4. Silu. verb. Dominica q. 4. verſ. Prima. Nau. in Man. c. 13. num. 3. Coſm. Philiarc. de offic. ſacerd. p. 2. lib. 3. c. 23 Tolet. lib 4 c. 24. num. 8.* Vnde licet ſtudere, legere publicè, ẽt pro pecunia, diſputare, exhortari, & cõcionari; Hinc ſequitur quod liceat Doctorib. cõſulere, & Aduocatis ſtudere in feſto ſuper lites, & quę ſtudẽt ſcribere, & informare Iudices ſcripto ẽt propter pecuniã, quia iſta sũt animi opera *Tolet. loc. cit. Clau. Reg. lib. 7. c. 2. num. 4.*

172 Secunda ſunt opera corporis, ſed cõmunia quidẽ oĩb. ex ſe, tam potentib. q̃ ignobilib. tã dominis, q̃ ſeruis, vt ſcribere, iter facere venari, ſaltare pulſare inſtrumẽta, & hæc ẽt nõ ſunt prohibita in feſto; Vnde licet iter facere, venari, inſtrumenta pulſare ẽt ſi ob pecuniam fiant, modo prius audita Miſſa. *Tolet. loc citat. num. 9. Clau. Reg. vbi ſupra. num. 5.*

Tertia opera ſunt, quæ ex ſe famulatũ quendam habent, quo Homo alteri Homini ſerui, & famulat: *D. Th.*

173 *loc. ſupracit.* Vt Arare, fodere, ſuere, & alia mechanica, vt ſunt ea, q̃ ſunt Artiũ, Mechanicarũ, vt Fabrorũ, Ligneorum, & Ferariorũ, Sutorum, & Sartorũ, atq. Agricolarũ & ſimilium. *Graff. d. Trax. loc cit. nu. 19.* & hæc ſunt opera ſeruilia a quib. abſtinendũ eſt, quæ non licet exercere dieb. feſtis. *Tolet. nu. 11. Clau. Reg. loc. cit. nu. 2 Graff. p. 1. lib. 2 dec. aur. c. 34 nu. 15.* & hæc proculdubio ſunt illa opera ſeruilia, quæ a ſupradicto Illuſtriſſimo, & Reuerẽdiſſimo Epiſcopo Feretrano in ſuo Decreto prohibentur.

Notandum tñ, quod & ſi prędicta opera ſeruilia exercere die feſto mortale ſit peccatũ; nihilominus licet in ſequentib. caſib. in die feſto operari

174 ſeu exercere opera ſeruilia, abſque peccato. Primò, qñ huiuſmodi opus ſeruile pertinet ad cultũ Dei; oĩa. n. opera ſeruilia, quę immediatè in Dei cultum ordinantur, nec niſi in feſto fieri poſſunt, licita ſunt, vt ſonare Cãpanas, portare Cruces i Proceſſionibus deferre Reliquias Sanctorũ, pulſare organa, aut alijs inſtrumẽtis muſicis cantare, & ſimilia. Itẽ ſi adhibita aliqua diligentia debita mediocri non potuerit ante feſtũ habere Paramẽta ad Eccleſiã ornandã, poterit in feſto Tẽpli parietes ornare; ita ſi Sacriſta putat ſe habere Hoſtias ſufficiẽtes, & mane aduertat, vel Veſpere di, ei deeſſe, tunc licitum erit facere Hoſtias in die feſto pro Cõmunicaturis illo, vel ſubſequẽti die, hęc. n. abſque negligentia, vel cõtẽptu, facere in feſto, non eſt peccatũ mortale. *Graff. loc. cit n. 13. Tol. d. li. 4. c. 25 n. 2. & ſeq. Cla. Reg. vbi ſupra. n. 3. Sot. li. 2. de iuſt. et iur. q. 4. a 4. Azor d. p. 2. lib. 1. c. 28. q. 5 in fi.*

175 Secundus caſus eſt, ob neceſſitatẽ propiã corporalẽ, & proximorũ, vnde licet pauperi, qui aliter nõ põt ali niſi manuũ labore diurno, ẽt in feſto laborare ſecretè rõne ſcandali, dũ tñ prius audiat ſacrum. *Tol. loc. cit. nu 4.* ob neceſſitatẽ ẽt in die feſto nobis li-

Digitized by Google

cet agere, ſiue facere q̃ victus quotidiani cã neceſſariò fiũt; Hinc non dã nant Macellarij, Caupones, ſtabularij, q Cauponã, vel ſtabulũ exercent; Qui itẽ Panem, olera, fruges, legumina, fructus arborũ, vinũ, oleũ, caſeũ, ſal, & ſimilia in foro vẽdũt; Qui itẽ Paſtillos & alios id generis cibos coquũt, & p̃parãt. Inſuper tuẽdę, & cõſeruãdę valetudinis grã, medici, Chyrurgi, Pharmacopolę, & Aromatarij neceſſarij, ſuas operas exercentes, a culpa liberi sũt. Similiter a culpa eximunt Curſores, Muliones, Agalones, Nautę, Milites, ẽt ſi machinas, & tormẽta Bellica parẽt, ac ſimiliter Remiges. Præterea q fornacẽ accẽdũt, vitrũ cõflãt, de quo quũt lateres, calcẽ, tegulas: q aggerib. foſſa, vallo, arces, vrbes, opida uẽ muniũt, & alia ſimilia factitãt, qñ in aliud tẽpus differri nequeũt, ſine graui dãno, & iactura. Pari rõne iuſtã merẽt peccati excuſationẽ Piſtores, qñ tantus eſt dierũ feſtorũ concurſus, vt pridie feriarũ Panis cõfici, & coqui cõmodè nequeat: ſecus verò minimè; molẽdina quoq. die feſto p̃mittunt, publicę vtilitatis cã;

176 Itẽ qui ſegetes habẽt in agris, ne lędant, tẽpore meſſis a pluia, vel inundatione aquarũ, tuta conſcientia parant, colligũt, & in horrea deferunt; ac ẽt tẽpore vindemiæ ſi fructus p̃ditio immineat ob nimias pluias, poſt Miſſas in feſtis vindemiare, & torculo pręeſſe, & laborare, ne præſsũ muſtũ p̃dãt, poſſunt ob impẽdẽtẽ quoq. ruinã domus, ob incẽdiũ, inundationẽ aquarũ, naufragiũ, incurſionẽ Hoſtiũ, laborare cõcedit. Tuta itẽ cõſciẽtia Põtes cõficiunt, vię muniunt, Putei, Portus, & fontes inſtaurant cã publicæ vtilitatis, cũ in aliud tẽpus hęc nequeũt prorogari, hęc.n.oĩa ſunt neceſſaria ad hominis ſalutẽ corporalẽ: Hæc oĩa habent ex *D. Tho.2.2.q.122.a.4.ad 3. Caiet. ibidẽ. & in ſum. verb. violatio feſtorũ D. Anton p.2.tit.9.c.7.§.5. Graff. ĩ Prax. loc. cit. n.21. et ſeq. Sil uerb. Dominica q.5. Ang. verb. feriæ. nu.9. & ſeq Tolet. loc cit nu.5. Nau. d.c.13. num. 6.7.9. & 12 Clau Reg vbi ſupra. n 6. & Azor. d p 2 lib 1. c 27. q.2.*

177 Tertius caſus eſt, p̃p obediẽtiã ſuperiorũ; Vnde excuſant, laborãtes in feſto; ſubditi, ſerui, Agricolę, Filij, vxores, iuſſi & cõpulſi a ſuis Dñis, hęris, Patrib. & Maritis ad opus ĩ feſto agendũ, alias paſſuri dãnũ ab illis, vel in perſona, vel in reb. niſi obtẽperẽt, maximè ſi audita Miſſa id operis faciant; dũmodo tñ id operis non iungãt illis in contẽptũ diei feſti, tunc.n. nullo mõ tenerent obedire, imò potius mortẽ ſubire, q̃ iniuriã tẽpori ſacro inferre. *Ang verb feriæ n.19. Nau. d.c.13.n.7. Tolet. loc. cit nu 6. Caiet. ſum. verb. feſtum Clau Reg. loc. ſupra cit n.8.*

178 Quartus caſus eſt, ob paruitatẽ operis; excuſat.n a peccato modicitas, ſeu paruitas operis, vnde licita sũt ea opera, q̃ fiũt paruo, vel nullo labore, ẽt bonũ; vnde licitũ eſt haurire aquã Mulo, & ſimilia, nõ tñ licitũ eſt molare in Molẽdino, niſi vrgeret neceſſitas, vt ſupra dictũ ẽ. Excuſant ẽt mulieres, q̃ aliqua puncta ponũt, vel ſcopãt domũ; & qui aliquid modicũ in die feſto facit, modicũ.n. pro nihilo reputat *l quod minimũ ff de re iud.* rõ eſt quia vt notat *Ang uerb feriæ.n.10.* modicitas operis sm̃ *Sanctũ Bonau. in 3.d. 37. ſuper litterã,* nõ impedit quo minus

179 quis Deo vacare poſſit. Vnde q in feſto vnũ, vel duos raderet, calceum cõſueret, vel aliud q̃d modicũ faceret, q nõ valde hominẽ occupet, non peccat, id q locũ habet ĩ alijs reb. nã vendens in feſto cõſummãs parũ tẽpus, nõ peccat mortaliter; Vnde licitè, & ſine peccato Calzeolarij dieb. feſti vẽdere poſſunt calceos, maximè ruſticis, ad vrbẽ p̃dictis dieb. venientib. Intelligitur tñ dũmodo tales interſunt Miſſę; & niſi p̃dicta p Ordinariũ, ob iuſtã cauſã, nõ ſint prohibita. *Rodriq. in ſum. p.1. c.122. n.4. Caiet uerb. feſtorũ violatio. Tolet. loc cit n.1. Azor.*

vbi

vbi ſupra.c.26.q.10. Cla.Reg loc cit n.9.

Quintùs caſus eſt,cũ in feſto fiunt opera ſeruilia, quæ ab Eccleſia fieri
180 cõceduntur; ſic *Alexander Papa III. in c. licet de Ferijs*,indulſit, vt piſcatores in Feſtis Heleces piſcari poſſint. Et idem dicendum de Thimnis, Sardis,& alijs piſcibus,qui vno ſolo anni tempore eodemque breui capiuntur. *Rodriq.loc.ſupracit.nu 5.Tolet. n.6. Graff.p.1.lib.2.dec.aur. cap.34.num.18. Nau d.c.13.nume.9.* Clau.*Reg. loc. cit. nu.*10. *Azor.loc.cit c.27.q.7 & c.28 q. 5.verſ.Quinto.Io.Bapt.Corrad.p.2.reſp. caſ conſc.q.253.*

Sextus caſus eſt, ob conſuetudinẽ præſcriptam & toleratã à Prælatis;
181 etenim quando eſt conſuetudo generalis, aut ſpetialis in aliqua patria ſcita, & non ſolum tolerata, ſed etiã non reprehenſa ab Epiſcopo,ſeu Prçlatis,tunc licitè in Feſto opera ſeruilia exerceri poſſunt; ſic *Caiet. verb.feſtorum violatio. Sot. lib.2. de iuſt. & iur. q.4.art 4. Azor.loc. cit. d. q.* 10. Ratio eſt, quia ſicut conſuetudo poteſt facere de licito opere illicitum, quantum ad tempus; ita è cõtrario poteſt de alias illicito in feſto efficere licitum, & feſta moderari. *arg c.fin. de conſuetud.* Vnde licet Nũdinę & Mercatus prohibeantur in feſtis diebus, nunc tamen creberrima eſt conſuetudo, vt in illis celebrentur, Prælatis ſcientibus,& non contradicentibus. *Clau.Reg. loc.ſupracit. n* 11. In his ergo caſibus laborare,ſeu opera ſeruilia in feſtis agere, pmittitur ſine peccato.

Circa ſecũdum; ex hactenus dictis clarè oſtendit,qui nã incidunt in huc caſum reſeruatũ,& qui non incidũt.

Primò enim incidunt,omnes,opera ſeruilia,non permiſſa,in Decreto Epiſcopi, feſtis diebus de præcepto,
182 exercentes. & notandum quod ad incurrendam culpam mortalem & hanc reſeruationẽ,ſufficit quod pœnitẽs notabilem diei partem, hoc eſt vnius integræ horæ ſpatium,in opere ſeruili conſumat. *Azor par.2. Inſt. mor.lib.1.c.28.q.5.& Graff in Prax.loc. cit.num.33.Reginal.lib.19.num.53. Bonacin.tom.2.d.5.q.vnic punct.3. num.2.*

Secundò;& qui ſeruicia ſeu opera ſeruilia,diebus feſtis de pręcepto faciunt,etiam nulla recepta mercede; qui enim in feſto opus aliquod me-
183 chanicum facit,etiam ſi fiat gratis, non excuſatur à culpa mortali, nec a caſus reſeruatione; nam caſus reſeruati ſunt ſtricti iuris,ſicut Statutum, Statutum autem non admittit interpretationem,*l.Conſtitutionib.ff.ad municip.* ergo cum Caſus indiſtinctè loquatur, nullam de mercede faciens mentionem,indiſtinctè etiam intelligendus eſt,ſiue ſoluta,ſiue non ſoluta mercede,*ff.de offic.præſid l.3.ff. de publ. in rem actio.l.de precio.Graff.in ſupradic.prax.loc.cit.num.*14.*& ſeq.*

Tertiò,etiam credimus includi ſub hac reſeruatione exercentes opera ſeruilia in feſtis de præcepto,etiam motu pietatis,vel miſericordiæ,cum
184 iuxta D.Paulum.*Rom.c.3.* & habetur,*c.non eſt putanda,1.q.1.* Non ſunt facienda mala, vt eueniãt bona. Vnde malè faciunt diebus feſtiuis hyemis tempore,quidam qui mittũt ſeruos cum Iumentis ad portãda, & cędenda ligna pro hoſpitalibus pauperum,& ad portandos lapides,ſiue calcem, & ligna pro ædificio Eccleſiarum; neque enim licet arrare terras, vel putare,ſeu fodere vineas,aut hortos Eccleſiarum, ſeu Monaſteriorũ pauperũ diebus feſtis. & hæc doctrina eſt expreſſa *in d.c.conqueſtum.de Ferijs.* vbi ſolum excipit, neceſſitatem, & pietatem, quo ad opera non ſeruilia; quod verum intellige niſi fiat de licẽtia Epiſcopi:ita *Graff in Prax. loc. cit.nu.30.Nau.d.c.13. nu.4. Clau. Reg. loc.ſupracit.nu.12.in fin.* petita enim licentia ab Epiſcopo, & obtenta,prædicta in feſtis facientes excuſati cenſentur. A qua obligatione non eximuntur Regulares,cum (nullum qđ

viderim

viderim) illis ſit priuilegium conceſſum, quo in diebus feſtiuis poſſint in opere ſuorum monaſteriorum operibus ſeruilibus ſeculares & ipſi Religioſi occupari, qua propter vt id licitè facere, aut permittere poſſint, petere licentiã ab Epiſcopis & Ordinarijs tenentur, alioquin ſine dicta licẽtia ſeculares laborantes, & Prælati permittentes laborare in dictis diebus feſtis, mortaliter peccant, niſi aliqua neceſſitate præſente aut eminente excuſentur. *Rodriq. Quæſt. Regul. tom.2 q.70. art.2. & in Sum. loc. supraci. nu.* 1. Ordinarij enim locorum auctoritatem habent, huic vel illi facultatem concedendi, vt ſeruile aliquod opus in die feſto poſſit efficere. *D. Anton. p. 2. tit. 9. c. 9. Azor. c. 28. q. 5. verſ. Poſtremo.*

Quartò, etiam qui ſub prætextu miſericordiæ & pietatis in diebus fe-
185 ſtis de præcepto, abſque alia vrgente neceſſitate propria vel communi, domos ædificant, reficiũt põtes, ſternunt vias; *Caiet. 2. 2. q. 122. art. 4. Nau. loc. cit. n. 4 &* 11. *Rodriq. d. tom. 2. q.* 70. *art. 2. Tolet. vbi ſup. nu.* 7. etiam pro bono Reipublicæ, immo etiam ſi colãt vel ſerunt terras ad ſubſidium Eccleſiæ præſtandum, abſque licentia Epiſcopi, *Io. Bapt. Corrad. p. 2 reſp caſ conſc. q.* 253.

Quintò, & qui in die feſto de præcepto, piſcantur, aucupantur, vel venantur, non cauſa voluptatis capien-
186 dæ, aut animum reficiandi, quia id licitum eſſet & fieri poſſet abſq; peccato, ſed cauſa lucrum capiẽdi, nam hoc modo piſcatio, aucupatio, & venatio ſunt opera ſeruilia, & ideo huiuſmodi opera in feſto ſunt prohibita. Etenim reuera certa alia opera quædam antecedentia, aut concomitantia requirunt, quæ proculdubio ſua natura ſunt ſeruilia, aucupium enim, aut Venatio ſæpe coniũgitur: cum alijs operibus laborioſis: Ad piſcatum verò retia parantur, tenduntur, reficiuntur, & lauantur; Item plerique piſcatu, & venatu viuunt, & piſcandi, ac venandi artem exercent: quæ opera nemo negare poteſt eſſe ſeruilia. *Azor loc. cit d. c. 27. q. 7.* ſolum
187 ergo piſcari cauſa imminentis neceſſitatis & vtilitatis permittitur certum piſcium genus in feſto, quod tãtũ certis diebus in noſtris littoribus aduenit, vel conſpicitur, & illicò, niſi tũc capiãtur, diſcedit; vt ſunt Thunni, Halecia, & Sardæ. *Azor. vbi ſup. c. 28. q. 5. verſ. Quinto. Nau. d c. 13. nu. 9.* Item piſcari, aucupari, & venari, præcisè, vt ſunt actus capiendi volucres, feras, piſces, nequaquam per ſe ſunt opera ſeruilia, & cum fiunt cauſa animi reficiendi abſque magno labore & opera, non ſunt in die feſto prohibita, *Sylu. verb. Dominica q. 5. Azor. d. c. 27. q. 7. in fin.*

Non incidunt autem; Primò, qui opera ſeruilia, quæ in feſto de præcepto exercẽt, ſunt adeo paruæ exigui-
188 tatis, quod nullo modo peccatum mortale conſtituunt; nam licet non ſãctificare feſta ex genere ſuo ſit mortale peccatum, cum ſit contra illud diuinum præceptum. Memento, vt diem ſabbathi ſanctifices. *Exod c. 20.* Et, opus ſeruile non facietis in eo. *Leuit. c 23* excuſantur tamen operantes ob materiæ paruitatem, vt ſupra dictum eſt. Paruitas enim operis ſeruilis prohibita in diebus feſtis, excuſat à culpa mortali, *Rodriq. in ſum. d. c. 122. num 4. Nau. d. c. 13. num. 9. Azor. loc. cit. c. 28 q. 5. Tolet. d c. 25. nu. 1. Graff. d. p. 1. lib. 2 c. 34 num. 17.* v. g. Vendentes candelas, luentes aliquo paruo tẽporis ſpacio; ramum arboris, vel vi-
189 tem vnam putantes, vni, aut alteri barbam tondẽtes, excuſantur à mortali, immo etiam à veniali, ſi aliqua iuſtã cauſa interfuerit, vt ſupracitati fatentur Auctores. Et ratio eſt, quia ſicut leuitas ſeu paruitas rei, in omni materia à lethali peccato excuſat, vt ſæpe dictũ eſt, ita etiam à quauis reſerua-

Digitized by Google

ſeruatione, cum peccatū mortale dūtaxat reſeruari debeat; vt patet ſupra *in 1.p.q. 1.nu 25.fol.7.* oportet ergo, vt ſupra dictum eſt, quod pœnitēs vt caſum reſeruatum incurrat, vnius integræ horæ ſpatium, in opere ſeruili conſumat. Vnde ſi minus tempus cōſumet, hac reſeruatione minimè ligari cenſendus eſt.

190 Secundò, nec qui ea opera in feſto de præcepto faciunt, quæ ad cultū Dei immediatè ordinantur, quæ niſi eo die fieri poſſunt, vt ſupra dictū eſt.

Tertiò, nec qui ob neceſſitatē ſuā propriam, vel vt ſibi & familiæ ſuæ neceſſarium victum cōparare queat, in die feſto de præcepto aliqď opus ſeruile facit; non ſolum de victu ne-
191 ceſſario pro illo die, ſed etiam pro die ſequenti; quandoquidem non ſolum extrema neceſſitas, ſed etiā grauis excuſat. Vnde qui ſunt adeò indigentes, vt niſi laborent in feſtis, non poſſunt ſe ſuoſque ſuſtentare, vrgente graui neceſſitate excuſantur ſi in feſtis laborent, audita tamen Miſſa, ſecretò laborando ob vitandum ſcādalum. *Caiet. in ſum. verbo feſtum.*, §. 3. *Tolet. d. c. 25. num. 4. Lud. Lopez. p. 1. Inſtruct. conſc. c. 52.* Neceſſitas enim nō habet legē, ſed ipſa ſibi legem facit, vt dicitur. *in c. remiſſionem, §. fin. 1. q. 1. Clau Reg. d. lib. 7. c. 2. nu. 8.* & idem dicendum, ſi propter vtilitatem, & neceſſitatem communē, ea in feſtis opera ſeruilia fiunt, quę, vt ſupra dictum eſt, ad hominum ſalutem ſpiritualē, & corporalem ſunt neceſſaria *Graff. in Prax. loc cit. nu. 22. & ſeq.*

Quartò, nec filius familias, vxores, & famuli ſtipēdiarij, qui à ſuis patribus, maritis, & dominis cogūtur diebus feſtis de præcepto, laborare, nec
192 abſque ſcandalo, aut graui eorum damno, quod eſt ſi ad blaſphemias, vel verbera procederetur, ſe valent abſtinere; immo in hac parte ſerui vt plurimum non peccāt, quia niſi iuſſa dominorum & imperata facerēt, vel debitum ſibi ſtipendium amitterent, vel à famulatu remouerentur, vel domo excluderentur, & alium Hærum, ac Dominum, cui inſeruirent, non facilè reperirent; Verumtamen finito conductionis tempore ſtipēdiarij omnes à talibus dominis, qui eos diebus feſtis laborare cōpellunt; diſcedere tenentur, qui ēt poſſunt ſuam recipere mercedem, ne domini ad hoc procliues reddantur, &
193 commodū ex ſua iniquitate reportent; Quod ſi prædicti filij familias, vel vxores, aut ſerui ſeu famuli, ab illorum parentibus, maritis, & dominis in contemptum feſtorum, & Eccleſiæ, quæ ea ſanxit, opera ſeruilia in feſtis facere cogantur, nullo modo eis obtemperare tenētur, etiam ſi metu mortis cogerētur, ſed potius mortem eligere tenētur; & quod dixi de filijs, vxoribus, & famulis, intelligendum eſt etiam de omnibus alijs; qui per vim illatam, vel metum grauem extrinſecum incuſſum, vt ſi vi metuvè mortis, etiam non in odium & cōtemptum Eccleſię in diebus feſtis cōpelluntur laborare. ex *Graff. d. p. 1. lib. 2. c. 34. nu. 21. Nauar. c. 13. nu. 7. Azor. d. c. 28. q. 5. verſ. Quarto neceſſitatis cauſa. Clau. Reg. loc ſupracit. d. nu. 8.*

Quintò, nec laborantes in feſtis S. Crucis, & S. Michaelis Mēſis Septēbris, & in feſtis ſanctorum Innocen-
194 tium & S. Syluestri, & ratio eſt qa Eugen. IIII. vt habetur in Compēd. Priuileg. *f. 69.* conſtituit vt laici, qui operarentur in dictis feſtis, non peccent mortaliter, niſi huiuſmodi dies Dominicis incidant. ita *Nau. d. c. 13. num. 5. Io. Bapt. Corrad. loc cit. d. q. 253. in fin. Rodriq. loc. ſupracit. nu. 6. in fin. & Quæſt. Regul. tom. 2. q. 70 art. 2. in fin.*

Sextò, nec qui in feſtis committūt aliqua prohibita fieri in eis, ab Eccleſia; quæ propriè ſunt quatuor, nēpe, mercatus, placitum, iudicium ciuile,
195 iudicium criminale ſeu ad mortē, Sacramentum publicum, *c. 1. de ferijs.*

Ra-

Ratio eſt, quia hæc non ſunt opera mechanica & ſeruilia, vnde licet hęc prædictis feſtis facientes mortali culpa ſe adſtringant, minimè autem hac reſeruatione innodantur, *Graff. in Prax. loc. cit. num. 17. Clau. Reg. vbi ſup. d. c. 2. num. 18. Rodriq. in ſum. loc. cit. nu. 3. Azor. d. c. 27. q 9. 10. Bapt. Corrad. p. 2. reſpon. caſ. conſc. q. 253.*

Septimò, nec qui in die feſto de præcepto in ſua patria, v. g. in hac Diœceſi Feretrana, diuertēdo ad aliū
196 locum, puta in Diæceſi Vrbini, vel Ariminen. vbi huiuſmodi feſtum nō celebratur, ibidem diem totum laborarent. Etenim eſt communis opinio Doctorum poſſe quem ad locū, vbi non eſt feſtum, ire cauſa laborādi, ex loco vbi feſtum eſt; id quod verū eſt non ſolum in eo, qui in feſti vigilia, ſed etiam qui in ipſo die feſto id faceret, dummodo prius Miſſam audiat; vnuſquiſque enim tenetur obſeruare feſta loci illius in quo degit, non autem illa, quæ in propria patria obſeruantur, *arg. c. illa diſt. 12. adiuncta gloſ. ibi. Cum fueris Romæ, Romano viuito more, Cum fueris alibi, viuito ſicut ibi. Nau. loc citat. num. 5. Rodriq. vbi ſupra, num. 1. Lud. Lopez. p. 1. Inſtr. conſc. c 52. Eman. Sà, Aphoriſm. verb. feſtum.* Ratio eſt, quia ſicut obligatur ad Miſsā audiendam, eo quod dies feſtus erat in loco vnde egreſſus fuit, ita etiā cū extra illum locum fuerit, in quo dies ille feſtiuus non eſt, laborare licitè poteſt, cum non ibi dies ille obſeruetur. In qua tamē re fraus omnis abeſſe debet, nec paſſim id faciendum eſt niſi ex cauſa iuſta & vrgente, puta quia pauper eſt & familiam magnam habet alendam, aut quia labor eius multum vtilis eſſe poſſit in eo loco, aut alia ſimili ex cauſa. *Clau. Reg. loc. ſupra cit. c. 3. num. 11. & ſeq. Ioan. Bapt. Corrad. vbi ſup. d. q. 253.*

Octauò, nec qui in vigilia feſti laborāt vſque ad mediam noctem; niſi aliter ſe habeat loci conſuetudo; &
197 quidem in præſenti, vbiq; ferè vſu receptum eſt, vt dies feſti à media nocte vſque ad mediam noctem proximè ſequentem colantur. *Azor. loc. ſupra cit. c. 26. q. 12. & c. 18. quæſt. 9. in fin.* Etenim circa operum ſeruilium ceſſationem inoleuit totius Eccleſiæ vſus, & conſuetudo, vt à media nocte Vigiliæ feſtum incipiat, & vſque ad mediam noctem ſequentem duret, ſicut & ieiunia, & obſeruatio ciborum; quare licitè in artibus ſutorijs, & alijs artibus vſque ad mediam noctem poſſunt laborare artiſtæ. *Caiet. verb. Conſuetudo in feſt. obſer.* Sed quia in hac re multa valet conſuetudo, ideo vbi conſuetudo eſt, vt feſta ſeruentur à media nocte vſque ad meridiem, vt vſque ad Miſſarum ſolemnia perracta, tunc poſſent poſtea fieri opera ſeruilia, vt praxis obſeruat: idē ſi conſuetudo ſe habeat à Veſpera in
198 Veſperam, feſta celebrari, & ſynodus ita definit, obſeruanda eſt. Rurſum ſi eſt conſuetudo in aliqua arte, quod laborent vſq; ad mane diei feſti, licet acriter ſint reprehendendi, & inducendi ſint vt deſiſtant tamen ſi talis mos præualet, non peccant. *Tabien. verb. dies. nu. 3. Graff. d. c. 34. nu. 22. in fin.* eſſet mortale peccatum vbi non eſt talis particularis cōſuetudo, laborando per totam noctem diem feſtum præcedentem, vſque ad primam horam feſti. *Graff. loc. cit.* Denique artes, quę propter ſuum propriū exercitium habent propriam conſuetudinem ſeruādi feſta à media nocte, in mediam noctem, vt ſutoria, & barbitonſoria, excuſantur vel diſpenſatione *Eugenij IV. ex D. Anton. p. 2. tit. 9. c. 7. & Eman. Sà, verb. feſtum.* Vel ratione cōſuetudinis propriè omnium ferè illarum artium, ex *Tabien. verb. feriæ. Sylu. verb. Dominica. q. 2. Caietan. verb. feſtum, Coſm. Philiarc. de offic. Sacerd. par. 2. li 3. c. 23. notab. 3.* Vel vt no-
199 tat. *Nau. in Man. c. 13. n. 5.* cum feſtū more Romano incipiat a media no-

ctę

ćte vſque ad mediam noctem, *l. more Romano.ff.de ferijs*:non indigent Barbitonſores tali diſpenſatione, vt per duas,aut tres horas noctis in Sabbatho,& alijs diebus profeſtis laborēt, cum abſque tali priuilegio vſque ad mediam noctem tōdere poſſint. Vbi autem contraria eſſet cōſuetudo,tūc illis diſpēſatio prædicta excuſare poterit.ita *ex Graff.in Prax loc.cit.nu.34. & Clau.Reg.loc.ſupracit.nu.13. Rodriq. loc.cit nu.1.in fin.*

Nonò,& vltimò;non incidūt,opera ſeruilia permiſſa ex declaratione
200 Decreti Epiſcopi, feſtis diebus de præcepto,exercentes;qua in re dictū Decretum perlegendum eſt. Vnde excuſantur Agalones,noſtro idiomate mulatieri, qui cum iumentis oneratis diebus feſtis proficiſcuntur,con ſuetudo enim effecit,vt audita Miſſa in die feſto iter fieri poſſit. *Io. Bapt. Corrad.d.q.253 Nau.d.c.13.nu.6.in fin.* & idem cenſendum eſt de ijs, qui currus,plauſtraque onerata, ac iumēta, in villam mittunt,vel deducunt: modo hæc, ex dicto Decreto Epiſcopi, vetita non ſint.

Circa tertium;Praxis obſeruanda à Confeſſario circa cōfeſſionem & abſolutionem pęnitentium huiuſmodi opera ſeruilia ſupradictis feſtis diebus de præcepto exercētiū,hæc erit.

Circa confeſſionem; Primò obſeruet Confeſſarius, quod ſi pęnitēs eſt Religioſus Regularis; & ſi Regula-
201 res ſint exempti, tenentur tamen obſeruare dies feſti quos in ſua Diœceſi ſeruandos Epiſcopus prçceperit, prout p̄cipitur in Sacro *Concil. Trid. ſeſſ.25.de Regul c.12.* Quod procedit etiam in feſtis a populo votatis,& ab Epiſcopo confirmatis, cum ipſi Religioſi pro ciuibus habeantur in populo, *Rodriq.in ſum loc.ſupracit.nu.1.*& licet huiuſmodi vota ſint perſonalia, & ſic perſonæ illa emittentes ſolum modo obſeruare teneantur;nihilominus ratione ſcandali, tenentur Regulares obſeruare feſta votata à populo in loco vbi ſunt,quę communiter ab omnibus ſecundum conſuetudinem locorum, vbi eorum monaſteria ſita ſunt,obſeruantur. *Rodriq.tom.2.d.q.70.art.1.* & ea non obſeruantes, opera ſeruilia in eis exercentes,cū lethaliter delinquant,vt ſupra dictum eſt, tenentur in Sacramentali cōfeſſione huiuſmodi peccatum confiteri.

Si autem eſt perſona ſæcularis,tūc interroget, quæ nam fuerunt opera ſeruilia, quæ in diebus feſtis de præ-
202 cepto exercuerit;& in quibus feſtis laborauerit,& ob quam cauſam: an videlicet ob neceſſitatem, vel in aliquibus caſibus ſupranarratis, diebus feſtis de præcepto,feſta non ſeruauerit,vt Cōfeſſarius ſcire poſſit,an mortiferè deliquerit,& an inciderit in caſum reſeruatum,nec ne;Quia ſi laborauit in ſupradictis quinque feſtis, ſ. Sanctæ Crucis,Sancti Michaelis,Sanctorum Innocentiū, & Sancti Syluestri,niſi venerint in Dominica, minimè culpa mortali obſtrictum eſſe,cenſendum eſt;atque ita fatendum eſt ſi aliqua opera ſeruilia, permiſſa in Decreto Epiſcopi, in alijs feſtis de præcepto exercuerit; & eo magis ſi fecerit aliquod opus ſeruile ob neceſſitatem; adeo quod ſi Epiſcopus ſub pœna excōmunicationis iuberet, vt nemo diebus feſtis de præcepto operaretur, qui tamen ex neceſſitate id faceret,eiuſmodi pęnæ non eſſet reus; quia ſententia eius generalis, iuridicè interpretāda eſt, nempe quod nemo efficiat opus, niſi lege cōceſſum, *arg.l.ſi procurator,ff de condit.indeb.ca. quintauallis de iureiurando,c.inter verba 11.q 3.* At cuilibet conceditur opus
203 vitæ neceſſarium,*c.diſcipulos.de conſecrat.diſt.5.* Et ſi in ſententia excommunicationis expreſſum eſſet, quod nemo laboret etiam cauſa neceſſitatis,vel pietatis, ſententia eſſet nulla, vtpotè continēs errorem intollerabilem,contra legem,*c.fin de ferijs Nau. d.c.*

d.c.13.num.15. Si vero hæc in ſententia expreſſa non fuerint, tunc vt dictum eſt, huiuſmodi ſententia iuridicè intelligenda eſt, ſcilicet vt nemo laboret in feſtis, niſi in caſibus de iure côceſſis. Vbi autem dubium eſſet, tunc vel abſtinendum erit, vel conſulendus erit Epiſcopus; ex *Sylu. verb. Dominica q.7. Tabien. verb feria nu.44. Coſm. Philiarc. de offic. Sacerd p 2. lib. 3. c.23. in fin. Ludou. Lopez. par.1. Inſtruct. conſc c.52. Eman. Sà in Aphoriſm. verb. feſtum, Clau. Reg. d c.2. num.17.*

Secundò, an in prędictis diebus feſtis de præcepto laborauerit quidem forſitan ob neceſſitatem, vel etiam
204 extra illam, ſed tamen in Eccleſiæ, vel Epiſcopi contemptum, quia cum quicquid fit ob contemptum ſit peccatũ mortale, vt alias ſepè dictũ eſt; hoc in confeſſione eſt ẽt explicandũ.

Tertiò, an propter huiuſmodi opera ſeruilia, quæ fecit in die feſto, omiſit audire ſacrum, quia cum mortali-
205 ter deliquerit, hæc circunſtantia in confeſſione neceſſario eſt aperienda.

Quartò, an alios, puta, filios, vxorem, famulos, ſeruos, vel Agricolas, induxerit ad violationem feſtorum, quia cum ſit cauſa committendi pec
206 catum mortale, ideo ſicut qui inducit mulierem ad peccandũ ſeu fornicandum; vel quempiam ad furãdũ, blaſphemandum, vel falsò iurandũ, peccat mortaliter, & tenetur huiuſmodi peccatum Confiteri, ita qui inducit quempiam ad aliquod feſtum de præcepto violandum, mortiferè peccat, & tenetur illud explicare in confeſſione.

Quo ad abſolutionem; Confeſſarius primò obſeruet, an pęnitens ſit Magiſter alicuius artis, vel eſt famulus ſiue ſeruus, qui diſcit huiuſmodi artem; ſi eſt Magiſter, vel Hærus ſeu Dominus, interroget an diſcipulos
207 ſeu famulos ſuos coegit laborare in feſtis de præcepto in contemptũ Eccleſiæ vel Epiſcopi, quia niſi ſpõdeat nullatenus eos in poſterum, ad huiuſmodi opus ſeruile i dictis feſtis ſe cóacturum, vllo modo eſt abſoluendus; & idem dicendum eſt etiam ſi non compellat eos in contemptum prędictorum feſtorum, Eccleſiæ vel Epiſcopi; Siquidem Confeſſarius nõ debet abſoluere Magiſtros, qui cogunt famulos & diſcipulos laborare in die feſto, niſi deſiſtere proponãt, *Rodriq. in ſum. p.1. d.c.121. n.7.* Si verò pęnitẽs eſt famulus, animaduertat, quod famuli artificum ſeruientes eis, vt illorum artes addiſcant, ſi cogũtur à ſuis Magiſtris in feſtis de pręcepto opera ſeruilia exercere, niſi deſiſtere proponant, & ab eis diſcedere conſtituant, mortiferè delinquunt, niſi neceſſitas prædictorum artificum, vel propria, ſit tanta, quod aliter non poſſent habere vnde honeſtè viuant; Vnde ſi ob id deſinunt audire Miſſam, cõtra *c. Miſſas. de Conſecrat. diſt.* 1. minimè à Confeſſario ſunt abſoluendi, niſi proponant vt dixi diſcedere ab eis; Niſi tamen ipſe Magiſter, vel Hærus tanta neceſſitate opprimeretur, quod liceret ſibi per ſe illud opus, quod facturus eſt Diſcipulus, facere; tali enim caſu poſſent ipſi famuli illũ iuuare, non ea principaliter ratione, q̃a eſt Magiſter vel Hærus, & vt ab eo diſcãt, ſed vt tam graui neceſſitati eius ſuccurrant, & niſi etiam ipſi famuli non inueniunt a quo poſſent diſcere illam artem, non parendo ſuo Hæro & Magiſtro in faciendo illud opus, & eſſet eis tanta neceſſitas diſcendi artem illam, quod niſi diſcerẽt eam, iuxta circunſtantias perſonę, loci, vel alias, non poſſent honeſtè viuere, q̃d tamen rarò videtur contingere; ceſſante tamen tali neceſſitate, tam ẽx parte Diſcipulorum, quã Magiſtrorum, non poſſent meo iudicio abſolui tales famuli, niſi deſiſtere proponant, ita *Nauar conſ 2. de ferijs.* Aduer
208 tant igitur Confeſſarius interrogare Magiſtros, & famulos, an peccent

in

in ſupradicto modo, nec abſoluat Magiſtros qui cogunt famulos laborare in die feſti, niſi deſiſtere proponant; nec etiam abſoluat ipſos famulos niſi cõſtanti animo ſtatuant egredi è domo prędictorum dominorum ſuorum, dummodo neceſſitas diſcendi illam artem eos cum illis manere compellat, vt dictum eſt, *Rodriq. loc. ſupracit. d. num.7. in fin.* Verumtamen vbi eſſet conſuetudo quod laborantes per totam noctem vſq; ad primã horam diei feſti non violarent huiuſmodi feſtum; tũc ſupradicti magiſtri & famuli, qui totam noctem diem ſequentem feſtum pręcedentem vſque etiam ad primam feſti horã laborare non ceſſarent, ob præfatam particularem conſuetudinem, excuſaretur; nec etiam eis in futurum hoc facere deliberantibus, eſſet abſolutio denegauda; quamuis acriter ſint reprehendendi; ſi verò ceſſet prædicta particularis conſuetudo, tunc eſſet peccatũ mortale laborare in dicto die feſto vſque ad prædictam horam, vt ex *Tab. verb. dies, nu.* 5. ſupra dictum eſt. ita *Graff. d. c. 34. n. 22. in fin.* & idem dicendum eſt de omnibus alijs laborantibus in diebus feſtis, abſq; iuſta cauſa & neceſſitate, videlicet quod niſi deſiſtere proponant, nullo modo à Confeſſario abſoluantur.

Secundò, conetur inducere pęnitentem ad perfectam contritionem ſuorum peccatorum, oſtendendo ei grauitatem huius criminis; Violare
209 enim feſtum de præcepto, vt ſupra dictum eſt, abſque neceſſitate, & cauſa iuſta, peccatũ eſt mortale; cũ enim vt dicitur *in c. Ieiunia. de conſecr. diſt. 3.* Die Dominica nihil aliud agendum ſit, niſi Deo vacãdum; Nulla operatio in illa die Sancta agatur, niſi tantum Hymnis, & Pſalmis, & Canticis ſpiritualibus dies illa tranſigatur. Et idem etiam in alijs feſtis ſit agendũ, vt *Doctores in d. cap. fatentur.* Ergo operibus ſeruilibus in eis vacantes grauiſſimum peccatum mortale perpetrare cenſendi ſunt. Nam ſi inobediẽtia Principibus Eccleſiaſticis exhibita eſt peccatum mortale, *cap. 2. de maiorit. & obed.* quanto magis erit illa grauis, quæ erit etiam contra Præcepta Diuinæ legis, quæ ſunt primæ tabulæ. Quare nec metu mortis obe-
210 diendum eſt alicui præcipienti, vt feſtum aliquod violetur, quãuis pręcipiens habeat ius aliquod, vt ſi Dominus ſeruo, Paterfamilias filio, maritus vxori, & ſi ad verbera, vel blaſphemias deuenerit, ſi hoc pręciperet in contemptum Sanctorum; etenim mortem potius tũc eligere quis tenetur, quam obedire, *capit. Sacris, de his, quæ vi. Graff. in Prax. loc ſupracit. numero 8. & ſeq.*

Tertiò, procuret inducere pęnitẽtem ad debitam Sanctorum feſtiuitatum venerationem, declarando ei
211 quid ſit in illis vacandum; etenim in diebus feſtiuis quinque ſunt, quibus a deuotis Chriſtianis ſpecialiter eſt vacandum. Primò, quidem vacandum eſt diuinis Laudibus, Hymnis, & Canticis ſpiritualibus Deo pſallẽdo, præſertim integrè, & deuotè Miſſam audiendo, *ca Miſſas, de Conſecrat. d. 1. & d. c. ieiunia diſt.* 4.

Secundò, vacandum eſt Concio-
212 nibus; Tertiò, vacandum eſt meditationi ſanctæ, vt puta quam glorioſus eſt Deus in poteſtate ſua, quam potens in rerum creatione, quã pius & largus ijs, quæ benè colunt eum. Quartò, vacandum eſt deuotè Orationi, tunc autem maximè & fiducialius orandus eſt Deus, orandi ſunt Sancti, quando eorum feſta celebrantur, & eorum gloria commemoratur. Quintò, vacandum eſt eleemoſinarum largitionibus, debent enim largiores eleemoſinæ fieri in feſtis, quam in alijs diebus, hoc enim multum iuuat ad impetrandum Dei & Sanctorum gratiam, ex *Angel. verb. feriæ, num. 39 & ſeq. Sylueſt. verb. Domini-*

minica, quæſt. 6. num. 8. Cataneo Verb. Dominica in fin. Turrecrem. in cap. 1. numero 8. de Conſecrat. diſt. 3. Graff. par. 2. libro 2. dec. aur cap. 13. num. 27.

Rurſus, doceat quam ob cauſam pia Mater Eccleſia præcipiat feſta
213 coli Sanctorum; hoc enim facit ob multas cauſas; Eccleſia enim multiplici de cauſa inſtituit, vt feſtiuitates Sanctorum in terris agamus ſecundum Gulielmum Epiſcopum Antiſiodorenſ. *in ſum. de offic.* Prima eſt, vt Deus in Sanctis Laudemus, nam cũ Sanctis honorem impẽdimus, ipſum Deum in Sanctis honoramus, & ipſum in eis prædicamus: quia qui Sanctis honorem tribuit, illũ ſpetialiter honorat, qui eos ſanctificauit. Secunda eſt, propter auxilium noſtræ infirmitatis, quia enim per nos ſalutem habere non poſſumus, ideo Sanctorum interceſſionibus indigemus, à quibus, vt adiuuari mereamur, meritò ipſos honorare debemus. Tertia eſt propter augmentum noſtræ ſecuritatis, & ad ſpei noſtræ ſubleuationem, vt per Sanctorum gloriam, quæ nobis in eadem feſtiuitate proponitur, noſtra ſpes, & ſecuritas augeatur. Quarta eſt, propter exemplũ noſtrę imitationis: cum enim eorum feſtiuitates recenſentur, ad eorũ imitationem prouocamur, vt ſcilicet eorum exemplo terrena cõtemnamus, & cęleſtia deſideremus. Quinta eſt, propter debitum mutuæ viciſſitudinis: Sancti enim de nobis in Cęlo feſtum faciunt: quia gaudium eſt Angelis Dei & Animabus Sanctis ſuper vno peccatore pęnitentiam agente; vt igitur eis viciſſitudinem rependamus, iuſtum eſt, vt quia ipſi de nobis feſtum agunt in Cęlis, & nos de ipſis feſtum agamus in terris. ita *Graff. loc. ſupracit. num. 3.* Dum ergo moramur
214 in hac lacrimarum valle, Sanctorũ feſtiuitates debito honore celebrare ne quæſo omittamus, vt tandem cęleſti gloria qua ipſi fruuntur, eorum ſuffragantibus meritis & interceſſionibus, nos etiam fruamur, quod profectò facilè aſſequi poterimus, ſi eorum actiones imitantes, quod illi fecerunt, nos quoque faceremus, iuxta illud.

Sicuti Sancti in Cęlo profectò eritis,
Si quod illi in terra fecerunt, vos feceritis.

215 Sicut patet de illo Religioſo, qui, vt refert *Henricus in magno ſpeculo exẽplorum. diſt. in. 7. exempl. 72* cum eſſet deuotiſſimus, & cum magna deuotione celebraſſet feſta Beatę Mariæ Virginis, & aliorum Sanctorum, tenendo illorum Imagines depictas in Camera ſua, Ieiunando, & multa alia opera bona faciendo in honore ipſorum; tandem in feſto omnium Sanctorum, mortuus eſt, reuelando ſe in Cęleſti gloria, cum Sanctis in Paradiſo æterna Beatitudine potiri. Et hæc pro huius ſextidecimi caſus reſeruati declaratione, dicta ſufficiant, ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio decimiſeptimi, & vltimi caſus reſeruati eiuſdẽ Tabellæ Feretranæ, qui talis eſt.

Adminiſtratores Piorum locorum, retinentes poſt menſem aliquid pertinens ad eadem.

PRo declaratione huius decimiſeptimi & vltimi caſus reſeruati, præter ea quę dicunt Summiſtę, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quæ ſunt loca pia.*
2 *Quando Adminiſtratores piorum locorum retinentes poſt menſem, aliquid pertinens ad eadem, incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt à Con-*

feſſario

Digitized by Google

feſſario circa Confeſſionem & Abſolutionem Adminiſtratorum prædictorũ piorum locorum.

CIrca hæc omnia, primum videlicet, ſecundum, & tertium; breuiter, cum iſte caſus penè ſub eadem forma
216 verborum, ſit etiam reſeruatus in Tabella Sancti Seuerini, *Caſu. 3. num. 3. fol. 94.* ideo in explicatione illius; eius declarationem ponam, perlegat igitur Confeſſarius diligenter prædictam explicationem; & hęc pro huius vltimi caſus reſeruati, ac ſimul totius iſtius Tabellæ Feretranæ declaratione, dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

QVÆSTIO XVII.

De Caſibus Reſeruatis Epiſcopo Sanctiſeuerini.

Circa hanc Quæſtionem decimamſeptimam quæritur quot & quales ſunt Caſus reſeruati Epiſcopo Sanctiſeuerini; ad quod breuiter reſpondeo dicendo. Caſus, quorum Abſolutionem nunc in ſua Diœceſi ſibi reſeruat Ordinarius Sanctiſeuerini, ſunt hi qui in præſenti Tabella continentur.

Tabella Sanctiſeuerini.

1 *Vitium nephandum.*
2 *Inceſtus in primo, & ſecundo gradu Conſanguinitatis, & in primo Affinitatis, quo ad Mares tantum.*
3 *Adminiſtratores rerum Eccleſiarum, & piorum locorum, ac Montiſpietatis, ſi eas in proprios vſus retinuerint.*
4 *Non ſoluentes Legata pia poſt ſex menſes, non Abſoluantur, donec reipſa ſatisfecerint.*
5 *Ignorantes Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, & Symbolum Apoſtolicum.*
6 *Homicidium voluntarium.*
7 *Abortus procuratus.*
8 *Oppreſſio Infantium.*
9 *Teſtimonium falſum perhibentes, ſeu ſcriptura falſificantes.*
10 *Sortilegia & Artem Magicam exercentes.*
11 *Detinentes in lecto Infantes Anno minores, abſque noſtra licentia, & debita cautione adhibita.*
12 *Caſus de iure Epiſcopis reſeruati.*

Declaratio huius Tabellæ.

IN nomine Dñi Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio primi caſus reſeruati huius Tabellæ Sanctiſeuerini,qui talis eſt.

Vitium nephandum.

PRo declaratione huius primi Caſus reſeruati, ad præſens nil dicere neceſſe eſt, quandoquidem eius
1 optima declaratio habetur in explicatione quarti caſus reſeruati in Tabella Anconitana *fol.76*. Hæc ergo pauca pro huius primi caſus reſeruati declaratione pro nunc dicta ſufficiant,ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti,incipit declaratio ſecundi caſus reſeruati eiuſdem Tabellę Sanctiſeuerini,qui talis eſt.

Inceſtus in primo & ſecundo gradu Conſanguinitatis,& in primo Affinitatis, quo ad Mares tantum.

PRo declaratione huius ſecũdi caſus reſeruati, cum alibi declaratus hic caſus inueniatur, videlicet in Tabella Anconitana in explicatione ſecundi caſus reſeruati fol.64. hinc
2 præter ea, quæ ibi reperiuntur, hoc dumtaxat neceſſario fore cenſeo dicendum,quod ſcilicet in hunc caſum reſeruatum incidunt tantum, committentes Inceſtum in primo, & ſecundo gradu Conſanguinitatis;& in primo Affinitatis gradu Mares tantum Inceſtum perpetrantes; Quid autem ſint Inceſtus,gradus,Conſanguinitas,& Affinitas, habetur ſupra in dicta Tabella Anconitana; hæc ergo pauca pro eius declaratione modo dicta ſufficiant,ad laudẽ & gloriã Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio tertij caſus reſeruati eiuſdẽ Tabellæ Sanctiſeuerini,qui talis eſt.

Adminiſtratores rerum Eccleſiarum, & piorum locorum,ac Montis Pietatis,ſi qui eas in proprios vſus retinuerint.

PRo declaratione huius tertij caſus reſeruati, præter ea quę dicunt Summiſtę, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Qui ſunt Adminiſtratores rerum Eccleſiarum, piorum locorum, ac montis pietatis.*

2 *Quando Adminiſtratores rerum prædictorum locorum in proprios vſus eas retinentes, incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt à Confeſſario circa Confeſſionem & Abſolutionem prædictorum Adminiſtratorum res Eccleſiaſticas piorum locorum, ac Montis pietatis in proprios vſus retinentium.*

CIrca primum; antequam quinam Adminiſtratores rerum Eccleſiarum,piorum locorum, & Montis pietatis, ſint, dicamus,primo quæ loca pia ſunt, Quidvè Montiſpietatis; item quid per res
3 Eccleſiarum, piorum locorum ac Montiſpietatis intelliguntur, atque quid prædictarum rerum Eccleſiarum, piorum locorum,ac Montiſpietatis in proprios vſus retentio ſit, operæprecium eſt,vt breuiter videamus. Loca pia ſunt Eccleſia,Monaſterium, Hoſpitalia, Confraternitates,Montespietatis,vt patet ſupra in declaratione ſexti caſus reſeruati in Tabella Anconitana, *nu.289 fol. 94*. Mons pietatis eſt, quãdo aliqua quã-

titas

citas rerum vel pecuniæ alicui loco relicta eſt his legibus appoſitis, ſ. qđ locus ille teneatur curā præfatæ ſummæ habere, ad indigentibus illius loci certam partem eis mutuandum pignoribus ab eis acceptis, & vt ſoluant ſingulis menſibus aliquod exiguum vltra ſortem pro quantitate, & tempore, quo eam retinuerint, & hoc pro ſalario Miniſtrorum dicti Montis, qui pecunia erogandi pauperibus ipſo accipiūt, & in ſuis libris pignora ſcribunt, *Graff par. 1. libro ſecundo, deciſ. aur. cap. 10 numero 16. & Arragon. 2. 2. quæſt. 78. artic. 4.*

4 Per res autem Eccleſiarum, piorum locorum & Montis pietatis, intelliguntur, pecunia, cuiuſcunque generis Aurea, & Argentea, aut alterius metalli; Poſſeſſiones, Animalia, fructus, Redditus, Prouentus, cenſus & quæcunque alia bona mobilia, vel immobilia. Res verò prædictarum Eccleſiarum, piorum locorū, ac Mōtis pietatis in proprios vſus retinere eſt eas in ſuam, vel ſuorum vſum ſeu vtilitatem inſumare. Adminiſtratores ergo rerum Eccleſiarum, piorum locorum, ac Montis pietatis, ſunt Syndici, Oeconomi, Actores tam vrbani quā Rurales; Priores Hoſpitalium, Gubernatores Confraternitatum Depoſitarij, & alij Officiales quocunque nomine nuncupentur, qui tam pecuniæ, quam poſſeſſionū Animalium, frugum, fructum, Reddituum, & Prouentuum, ac omniū quorumcunq; bonorum prædictorum Eccleſiarum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, Confraternitatum, Montium pietatis, & aliorum locorum piorum, quouis modo, curam gerunt, & exercent. Et notan-

5 dum quod Syndicus Oeconomus eſt idem ait *Syluеſt. verb. eod.* Oeconomus autem eſt ille, qui tam pecuniæ, quam frugum & omnium, quæ dominus poſſidet, diſpenſator eſt *Calepin Verb. cod.* Vel Oeconomus eſt cui res Eccleſiaſtica gubernanda mandatur, *cap. quia in quibuſdam, diſt m. 89. Syluеſt. loc. cit.* quod noſtro idiomate dicitur, *Padre di famiglia, Maeſtro di Caſa, Procuratore, Diſpenſiero, Diſpenſatore delle coſe Eccleſiaſtiche à ſe commeſſe in cura, C de Sacroſan. Eccleſ. l iubemus, gloſ in cap. quoniam, 16. quæſt. ſeptima.*

6 Actor vero dicitur Villicus, qui res noſtras curat, quem Factorem ſolemus appellare. *Calepin. eod. Verb.* qui quandoque eſt Vrbanus, habens curam rerum Vrbis, aliquando eſt Ruralis, curam habens rerum Ruraliū, ad Eccleſiam, & alia ſupradicta pia loca, pertinentium. Priores Hoſpitalium, ſunt Oeconomi qui curam habēt rerum ipſorum Hoſpitalium. Gubernatores Confraternitatū, ſunt Rectores Societatum laicorū ad honorem Sanctiſſimi Sacramenti, Sacratiſſimi Roſarij, aut alicuius Sancti inſtitutarum; Depoſitarius vero eſt cui pecunia ſub cura traditur; Vel eſt cuſtos, & conſeruator pecuniæ vel alterius rei, ſupradictorum piorum locorum, ſibi traditæ in cuſtodiam.

Circa ſecundum; ex hactenus dictis liquidò apparet, qui nam incidūt in hunc caſum reſeruatum, & qui nō incidunt.

Primò enim, incidunt omnes, rerum ſupradictorum piorum locorū, nempe Eccleſiarum, Monaſteriorū

7 quorumcunque Religioſorum, Hoſpitalium, Confraternitatum, Montium pietatis, & aliorum piorum locorum Adminiſtratores, tam Religioſi, & Sacerdotes, quam ſæculares, ſi ipſas res vel illarum fructus, Redditus, Prouentus, & emolumentum in ſuos vſus, vel propriam vtilitatem retinuerint: & notandum quod cum ſimilis reſeruatio fiat etiam ab Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Epiſcopo Feretrano in ſua Tabella caſuum

8 reſeruatorum *num. 17.* vbi ait, *Adminiſtratores piorum locorum retinētes poſt*

menſem aliquid pertinens ad eadem; ideo incidunt in dictum caſum reſeruatũ Adminiſtratores ſupradictorum piorum locorum, Eccleſiarum Monaſteriorum, Hoſpitalium, Confraternitatum, & Montium pietatis, aliquid notabile pertinens ad præfata loca pia, poſt menſem, retinentes. Non incidunt autem, ſi id ante menſem retinuerint.

Secundò, incidunt, non ſolum in hunc caſum reſeruatum, ſed etiam in excommunicationem Papalem, qui bona, cenſus, iuriſdictiones, fructus,
9 emolumentum, & obuentiones Eccleſiarum, & aliorum piorum locorum, ac Montium pietatis, per vim, metum, fraudem, aliamvè artem, per ſe, vel alios, occupant, vſurpant, & in proprios vſus conuertunt. *Concil. Trident ſeſſ. 22. de reformat. cap. 11. Horat. Gambarupt. de Caſibus reſeruat. Papæ in Clement. capit ſeptimo, numero 52. fol. 156. Stephan. Quaranta in Bullario. verb. Bona Eccleſiæ vſurpãtes. Cathalog. excommunicat. ca. 9. excommunicatio 34. & 35.* Verum quinque requiruntur ad incurrendam hanc excommunicationem, quæ breuitatis gratia ommittuntur, vide *Horat. Gambar. in expoſitione 17. capit. Bullæ Cœnæ Domini numero 1 & ſeq. fol. 113. Tolet. libro primo, capit. 29. num. quinto, Stephan. Quarant. loc. citat. in Addit. Caietan verb. excommunicatio, cap. 27. Nauar. in Man. cap. 27. num. 71. verſ. ſexta.*

Tertiò, incidunt etiam Syndici, Oeconomi, ſeu Procuratores Fratrum Minorum, Regularis Obſeruã-
10 tiæ, Reformatorum, & Capuccinorum, ac Monialium quorumcunque Ordinum, qui ipſorum bona, quęcunque illa ſint, in proprios vſus retinuerint. Syndicus autẽ Procurator, ſeu Oeconomus ille eſt, qui nomine Papæ, ſeu Romanæ Eccleſiæ ad expedienda Fratrum negotia deputatur. *Capuccin in Compend Triuileg. verb. Procuratores Fratrum, ſeu Syndici, fol. 494.*

Non incidunt autem; Primò, ſupradicti Adminiſtratores prædictarum rerum piorum locorum Eccle-
11 ſiarum, Monaſteriorum, Confraternitatum, Montium pietatis, *illas in* vſus proprios retinentes, ſi eas tamquam Creditores, vel alias ſibi iuſtè debitas retineant.

Secundò, nec qui res ſupradictorũ piorũ locorũ, quas in proprios vſus retinuerunt, ſunt adeo tenui valoris, & momenti, & in tam parua quanti-
12 tate, qđ nullo modo peccatũ mortale cõſtituunt; puta ſi eſſent aliqua Poma, quatuor vel quinq; Oua, vna Pullaſtra, duos Pullos collũbarũ, vel qd aliud ſimile; & ratio eſt, quia Caſuũ reſeruatio, vt dixi ſupra in *prima p. q. 1. n. 25. f. 5* fit tm̃ de peccatis mortalibus, non aũt de venialibus. Quæ aũt q̃titas requiratur ad cõſtituendũ peccatum mortale, quæſtio difficilis eſt,
13 nondum vt ita dicam diffinita, Doctores enim variè de hac re loquuntur, aliqui in determinãdo rigidi: aliqui largi, aliqui in confuſo dixerunt: ponam ſingulorũ opiniones. Grauitas furti ait *Io. Bapt. Corrad. p. 1. reſp caſuum conſc q. 166.* in ſe & per ſe cõſiderata, tam circa diuites quã pauperes, eſt vnius Iulij, quæ mortale peccatũ in regionibus noſtris, inducat. Verũ ratione perſonæ pauperis, erit qñq; grauis q̃titas, mediũ Iulij imo octo, vel ſex Nũmuli: quæ q̃titas diuiti eſt leuiſſima, pauperi verò magna & grauis, qui vno die in laborando vix tm̃ lucratur, quo ſe ſuſtentare poſſit; etenim furtũ ideo eſt peccatũ, q̃a nocet, vt ait *D. Th. 2. 2 q. 66. art. 6.* propterea illud paruum ita pauperi nocet, ſicut & magnum diuiti, ideo furtũ tale, tali pauperi illatum mortale erit. Conſulerem inquit *Nau. in Man. c. 17 n. 4.* Confitenti mihi, vel me conſulenti, vt reputaret pro notabili quantitate, quo ad effectum cõſtituendi culpam mortalem; Primò, ſummam duorum regalium, vel Iuliorũ, imò & vnius etiam

etiam dimidij, & quod non haberet pro tali minorē quarta parte regalis vel Iulij, in hac regione, nec in alia, quæ pecunia æquè atque hæc abundaret. Secundò conſulerem, qđ pro tali haberet vnum Hędum, Caponē, & ēt vnam Gallinam mediocrem, ēt in regione vbi illa ſolum dimidio regali vel Iulio non valeret, ēt duodecim ouorum ablationem: & idem dicerē de quarta Rubij tritici, & quarta vini. Tertiò, quod furtum minoris quantitatis dimidio regali, eſt peccatum mortale, illi qui credit, vel credere debet daturū iri per illud damnum maius dimidio regali, quale eſt furtum vnius Acus, aut Subulæ aut alterius inſtrumenti factum ab eo, q credit vel credere debet, quod ob defectum eius, is, à quo ſubtracta eſt, damnū maius dimidio regali patietur ex diaria mercede. Accidere enim poteſt ſi Sartori Acum auferas ait *Corrad. vbi ſup.* qui aliā non habet, nec tūc, eo loco inuenire poſſit, vt lucrum vnius diei, vel plurium impedias, & viuere nequeat, & ideo mortale eſt prædicta parua quantitas, nō quidem in ſeipſa, ſed quia illa res parua, damnum parit magnum. Petrus verò *de Arragon. ſuper D. Th. 2. 2. q. 66. art. 6.* Quod inquit mihi in hac re ſaluo meliori iudicio, dicendum videtur, eſt, Quod in diuitibus inuitis, ēt ſi Reges ſint, duorum vel trium, & etiam vnius aurei quantitas eſt ſufficiens materia, ex natura rei, ad efficiendum peccatum mortale furti; In communibus perſonis, quatuor vel quinque regalium, in pauperibus vero vnius vel duorū. ita *Rodriq. in ſum. p. 1. c. 150. num. 6. & Corrad. loc. ſupra cit.* vbi etiam ſubiungit, quod huius rei nullam aliam poſſumus aſſignare rationem, quam arbitrium boni viri, ſecundum prudentiam iudicantis. Qui verò prudentior fuerit, aptiorē poterit ſibi regulam præſcribere, q̄ ſequi pro ſuo arbitratu poterit. Ego
14 autem ſecluſa opinionum varietate, dicerem tam circa diuites, quam pauperes, ſummam, ſeu quantitatem vnius Iulij cum dimidio, ideſt duorum Carlenorum, lethalem culpam conflare.

Tertiò, nec prædictorum adminiſtratorum, fratres, filij, vxores, & alij conſanguinei, nec agricolæ poſſeſſio-
15 num Eccleſiarum, & aliorum piorū locorum, cultores, aliquid etiam notabile & in magna quantitate, in proprios vſus retinentes, licet mortali culpa ſe innectant, & reſtitutioni ſint obnoxij; Idem cenſendum de vxoribus, & filijs Syndicorum Fratrum Minorum, Obſeruantiæ, & Procuratorum, Reformatorum, & Capuccinorum; ac quorumcunque Ordinum Monialium; & ratio eſt, quia cum tales non ſint adminiſtratores, ſequitur qđ minimè hac reſeruatione ligātur.

Quartò, nec adminiſtratores rerū ſupradictorum piorum locorū, ſi eas,
16 non in proprios vſus, ſed ad faciendam, v. g. eleemoſynam pauperibus, vel in vtilitatē alicuius Eccleſiæ pauperculæ conuertendas, retinuerint; & ſi à peccato mortali non excuſentur, cum non ſint facienda mala, vt eueniant bona, *Roman. cap. 5. & cap. denique,* 14 q. 5. Quandoquidem vt ſcribitur; *c. non eſt putanda*, 1 q. 1. Non eſt putanda eleemoſyna, ſi pauperibus diſpēſetur quod ex illicitis rebus accipitur; quia qui hac intentione, malè accipit, vt quaſi benè diſpēſat, grauatur potius, quam iuuatur. Quia vt habetur in *c. eleemoſyna*, 14. q. 5. eleemoſyna Redemptoris noſtri oculis illa placet, quæ non ex illicitis rebus & iniquitate congeritur, ſed quæ de rebus conceſſis, & bene acquiſitis impenditur.

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa confeſſionem & abſolutionem adminiſtratorum ſupradictorum piorū locorū, hæc erit.

Circa Cōfeſſionem; Primò Confeſ-

ſarius interroget adminiſtratores re-
rum piorum locorum ſupradictorũ,
17 quo pacto, quovè modo prædictas
res piorum locorum in proprios vſus
retinent, an videlicet per ſurreptio-
nem, vſurpationem, ſequeſtrationẽ,
quia ſi eas retinẽt per ſurreptionem,
tunc ſunt excommunicati, ſi Eccle-
ſias effregerunt & ſpoliauerunt, *cap.*
conqueſtus, de ſentent. ex comm. quæ ex-
communicatio poſt denũciationem
eſt Papæ reſeruata; non autem ſi fiat
ſatisfactio Eccleſiæ. Et ad incurren-
dam hanc excommunicationẽ, duo
requiruntur, fractio Eccleſiarum, &
ſpoliatio ideſt ſurreptio; is autem di-
citur Eccleſiam effringere, qui effrin
git, aut effodit parietem, frangit fo-
res, diruit ſeras, & qui impellendo,
aut quouis alio modo violẽto ingreſ
ſum ſibi parat, *Sylu. verb. excommunic.*
7. caſ. 8. non autem qui reſerat claue,
ſiue etiam ſurripuerit, ſiue extorſe-
rit, ſiue non iuxta ſententiam om-
nium, *Caietan. verb. excommunic. caſ.* 21.
18 Per Eccleſiam autẽ intelligitur quo
ad hoc, quælibet Eccleſia, Monaſte-
ria, Hoſpitalia, Baſilica, Eremitoriũ,
& reliqua ædificia pia auctoritate Pa
pæ, aut Epiſcopi ad id Sacrata. *Nau.*
in Man. cap. 27. num 94. Graff. par 1. lib.
4. dec. aur cap. 19 num. 4 & ſeq. Suarez.
tom. 5. diſput. 22. ſect. 2. Qui etiam la-
19 pides, ſiue alia ornamenta de Eccle-
ſijs & locis ſacris, ſurrepta habent,
aut in ſurripiendo, ſeruando, retinẽ-
do, auxilium præſtiterint, vel fauo-
rem, niſi à die habitæ huius excom-
municationis notitiæ ſupradicta cũ
effectu reſtituant, ſunt excommuni-
cati, excommunicatione reſeruata
Papæ. Vide Extrauag. Sixti IV. in-
cip. *cum prouida. Cathalog. excommuni-*
cat. cap. 9. excommunicat 14. Et idem
dicendum, ſi per vſurpationem, vel
ſequeſtrationem prædictas res Eccle
ſiarum, retinuerint, nẽpe quod ſunt
excommunicati excommunicatione
Summo Pontifici reſeruata, vt pa-
tet per Bullam Cœnæ Domini. *Graff.*
d par. 1. lib 4 in explicat. Bullæ Cœnæ ca.
18. num. 144. quæ quidem omnia à ne-
ceſſario ſunt explicanda in Sacramẽ
tali confeſſione, *Azor. par. 1. Inſtruct.*
moral lib. 9 cap 27. quæſt. 12. & 13.

Secundò, An huiuſmodi res abri-
puerint ex loco Sacro; nam eſſet Sa-
crilegium in confeſſione explicãdũ.
20 Etenim Sacrilegium eſt quotieſcun
que ſubtrahitur aliquid ſacrum de
loco ſacro, vt ſi Calix Sacer de Eccle
ſia auferetur; item ſi res ſacra aufer-
tur de loco non ſacro, vt ſi Calix Sa-
cer auferatur de aliquo loco non ſa-
cro; & denique quando aliquid non
ſacrum aufertur de loco ſacro, *Gloſ. in*
in cap Sacrilegium, & capit. ſiquis contu-
max, & cap. quiſquis, §. Sacrilegium 17.
quæſt. 4. Nauar. cap. 17. num. 98. Graff.
par. 1 lib. 2. dec. aur cap. 48. num. quarto,
& ratio eſt, quia illa circunſtantia,
quæ mutat ſpeciem actus ſemper eſt
confitenda, at furari in Eccleſia, quæ
21 eſt locus Sacer, eſt peccatum furti,
& eſt Sacrilegium, quia furtum ra-
tione loci Sacri, transijt in Sacrile-
gium, ergo huiuſmodi circunſtantia
(cum particularem habeat rationem
deformitatis, & vt notat *D. Tho. 2. 2.*
quæſt 99. art. 2. vbicunque inuenitur
ſpecialis ratio deformitatis, ibi neceſ
ſe eſt quod ſit ſpeciale peccatum; &
quotieſcũque peccatum mutatur in
aliam ſpeciem talis circunſtantia in
confeſſione eſt explicanda iuxta *Con-*
cil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 5.) in confeſſio-
ne eſt recẽſenda: etiam ſi Sacrilegiũ
eſt tantum mentale; nam Sacrilegus
tenetur etiã confiteri ſacrilegia men
talia, vt notat *Sot. in 4 diſtinct. 18. q. 2.*
art. 4. ad 8. arg. vt refert Graff. loc. ſupra-
citat. num. 13.

Tertiò, An ex rebus piorum loco-
rum in proprios vſus retentis, aliquẽ
fructum perceperint; puta quia eas
oppignerarunt, vel ad Nũdinas, mer
22 catum, ſeu emporium, detulerunt;
vbi venditauerunt eas, capientes ali-
quod

Digitized by Google

quod magnum lucrum. Cum enim vltra prædictas res, etiã fructus perceptos reſtituere teneantur, & ſi res non habent, id quod loco eius habẽt, & id in quo locupletiores facti ſunt, refundere debeant, non tamen quod bona fide conſumpſerunt, ſecundum communem ſententiam Doctorum; hinc interrogandi ſunt, An cum reſtituere potuerint, neglexerint; Quia quoties occurrit noua & peculiaris
23 occaſio reſtituendi, & negligitur, cũ nouum & diſtinctũ perpetretur peccatum mortale, & ſi occaſio commoda ſe iterum offerat reſtituendi, ſi nõ ſtatim vult reſtituere, aut non curat aduertere, mortaliter rurſus peccet, hæc diſtincta peccata in confeſſione ſunt explicanda, ex *Tolet. lib. 5. ca. 24. num. 6. Rodriq. in ſum par. 1. cap. 147. nu. 9. in fin. Clau. Reg. lib. 10. tract. 1. capit. 4. num. 10. in fin & Azor. p. 3. inſt. moral. lib 4. ca. 24. & Lazar. de monitor. ſect. 4. quæſt. 4. num. 11.*

Quo ad abſolutionem; Primò animaduertendum eſt, An ſupradicti adminiſtratores rerum Eccleſiarum & aliorum piorum locorum, inciderint
24 in ſupradictam excommunicationẽ Papalem, ſurripiendo bona Eccleſię, ac piorum locorũ; vel effringẽdo & ſpoliando Eccleſias, aut eorum fructus, cenſus, redditus, & prouentus vſurpando, ſeu ſequeſtrando, quia cũ Confeſſarius nequeat illos abſoluere, pro beneficio abſolutionis ad Sedem Apoſtolicam ſunt mittẽdi. vide *Gloſ. in cap conqueſti ſunt. de ſentent. excomm. & D. Anton. par. 3 tit 24. cap. 12. Sylu. verb. excommun. 7. num. 16. Caiet. cap. 21. Nauar. cap 27. nu. 94. Tolet lib. 1. cap. 35. num. 6. Suarez. diſp. 22. ſect. 2. num. 4. Sayr. lib 3. cap. 29. nu. 13. Azor. p. 1. Inſtr. moral. lib. 9. ca. 27. quæſt. 12. & 13.*

Secundò, An iuxta *Concil. Trid. ſeſſ. 22. c. 9. de reform. & ſeſſ. 24. c. 16.* ſingulis annis Ordinario, rerum Eccleſiarum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, Confraternitatum, Montium pietatis & aliorum piorum locorum, ratio
25 nem reddiderunt; & ſi eas, quas in proprios vſus retinuerunt, reſtituere; quia ſi nondum reſtituerunt valentes reſtituere, non ſunt abſoluẽdi, donec reipſa actu reſtituant; præſertim ſi in alijs confeſſionibus promiſſerũt reſtituere, & neglexerunt; quia cum iuxta regulam iuris *in 6. de regul. iur. ſemel malus, ſemper præſumitur malus in eodem genere mali,* prudenter credi poteſt & iudicari, nec modo reſtituturos, ſed ad priorem culpam redditu
26 ros; Eſt enim communis ſententia Doctorũ quod qui ſępius, puta ter, aut quater, eidẽ Confeſſario, vel alijs reſtituere promiſit, & non reſtituit, regulariter abſoluendus non eſt, niſi prius realiter & cũ effectu reſtituat, ſi commodè poteſt; ſic *Caiet. in Summ. verb. reſtitutio. c 6. D. Anton. par. 2. tit. 2. cap. 8 poſt medium. Martin. Ledeſm. 2. 4 q. 18. artic 8 fol 273. Nauar. in Man. capit. 17. num. 59. verſ. Quarto infertur. Bartol. Medin. lib 1. Inſtruct. Confeſſ. cap. 14 §. 33. & lib 2. capit. 11. regula. 1. Michael 21. quæſt. 62 artic. 8. controuerſia, 1 in fin. Petr. de Arragon. ibidem, & Domin Bannes ibid. dub. 1. in fin. Petr. Nau. libro quarto, de reſtitut. capit. 4. dub. 13. num. 79. Angles in florib. in 4. quæſt. 2. de reſtitut. art. 2. diffic. 8. Greg. de Valent. tom. 3 diſput. 5. quæſt. 6 puncto 7. in fin. Coſm. Fhiliar. de Offic Sacerd. tom. 2. libro 6. capit. 28. Sum. Corona, par. 2. cap. 5. numer. 23. Ludouic. Carbo tract. de reſtitut. q. 90. dub.* 1. etiam ſi promittat reſtituere ob rationem iam dictam nimirum quia qui ſic promiſit multoties in alijs confeſſionibus, nec tamen reſtituit, prudenter credi poteſt & iudicari, nec modo reſtituturum, ſed ad priorem culpam rediturum. Quocir
27 ca Caietanus pęnitenti dicenti ſibi, quod ſine dubio hac vice reſtituet, reſpondere debet Confeſſarius, credo tibi, & propterea modo cum iſta bona diſpoſitione vade ad reſtituen

Pp 4 dum,

dum,& poſtea abſolueris. Quamuis
enim credere debet pęnitenti pro ſe,
& contra ſe, cum hoc tamen cauere
debet,ne mora temporis delictum
pariat, ſicut alias peperit. Et addit
Medina in d §.33. quod niſi Confeſſa-
28 rius ita ſe gerat,tenebitur ipſe ad re-
ſtituendum, quod pęnitens reſtitue-
re tenetur, cum moraliter cauſa ſit,
cur pęnitens non reſtituat, prout te-
netur, eo quod ipſe munus ſuum ne-
gligenter exercuerit. Dixi Regula-
riter talem non eſſe abſoluendum,
quia vt *Ledeſma, vterque Nauar. Greg.
de Valent. & Michael Salon* rectè obſer
uant,accidere poteſt,illum, qui alias
promiſit, & non adimpleuit cum ta-
libus circunſtantijs loci,temporis,&
perſonæ abſolui poſſe, & prudenter
iudicari, qđ poſtea ſtatim reſtituet;
vnde ſi de illo hæc moralis certitudo
reſtituēdi habeatur, nec creditori ex
tam parua mora damnū aliquod ſe-
queretur,abſolui poſſet; Maximè cū
in rigore ad abſoluendum ſolum ne-
ceſſarium ſit, quod pęnitens contri-
tus ſit,& proponat cauere in futurū,
& facere,quæ tenetur,quę omnia cū
adſint in hoc caſu, abſolui poteſt, id
quod prudentiæ Confeſſoris relin-
quendum eſt, pro ratione loci, tem-
poris perſonæ,& commoditatis reſti
29 tuendi. *Lazar. de monit. ſect. 4. q. 4. n. 11
& ſeq.* Hinc *Nau. in Man. c. 17. n. 59.* in-
fert, ꝙ licet *Cōcil. Trid. ſeſſ. 25. de refor.
c. 12.* ſtatuat, quod non ſoluentes De-
cimas,aut impedientes,vt non ſoluā
tur,aliter abſolui nequeant, q̄ plena
reſtitutione ſecuta, aliquando tamē
ea non ſecuta abſolui poſſe, puta qñ
ſic accedentes ad confeſſionem ſint
impotentes ad reſtitutionem, tunc
enim abſolui poſsūt,& aliter nō poſ-
ſunt, vt *Petr. Nauar. vbi ſupra num. 79.
Rodriq. tom. 2. quæſt. 44. art. 8 in fin. &
in ſum. par. 1 capit 87 num. 8. & Nau. in
Man. capit 21 numero 3.* Animaduer-
30 tunt. Verum vbi excommunicatio
ob damnum tertij lata eſt, abſolui nō
debet, niſi parte ſatisfacta, vt omnes
docent. ita *Clau. Reg lib. 10. tract. 5. c.
5. num. 27. 28. & 29.* Et eo magis non
eſt abſoluendus, ſi ſemel tantū confeſ
ſus eſt, & abſolutus cum propoſito
reſtituendi,& non reſtituit, niſi præ-
miſſa reſtitutione reali, ſi commodè
poſſit,& ratio eſt,quia licet Confeſſa
rius,vt dictum eſt credere debeat pœ
nitenti pro ſe,& contra ſe, cauere tū
debet periculum peccati in pęnitēte,
ne videlicet mora pariat delictum,
ſicut alias peperit; veriſimile ē enim
non facturum reſtitutionem,ſi ante
31 illam abſoluatur,ſiquidem ex præte
ritis, facilè eſt futura conijcere; &
quamuis quidam teneant quod licitè
poſſit abſolui, dummodo doleat ſe
hactenus non reſtituiſſe, & firmiter
proponat,& ſtatuat ſe reſtituturum,
ordinariè tamen non eſt abſoluēdus,
vt dixi,niſi prius reſtituat. *Clau Reg.
loc. citat. num. 26. & Azor. p. 3. Inſt. mo-
ral lib 4. cap 34.*

Tertiò, animaduertat, quod cū pę
nitens reſtitutioni obnoxius, rē alie-
nam cum commodè poſſit, ſtatim re-
32 ſtituere teneatur, nec poſſit niſi, vt
dictum eſt, reſtitutione ſecuta cum
effectu,abſolui, hinc ſi adminiſtrator
prædictarum rerum Eccleſiarum,
& aliorum piorum locorum, magnā
pecunię ſummam dictis locis pijs re-
ſtituere debeat,ſi commodè poſſit to
tum debitum ſoluere,ſi nolit reſtitue
re niſi per partes,vnam nimirum par
tem hoc menſe, aliam alio menſe,
tunc ſi ſine ſuo incommodo poſſit to
tum ſimul reſtituere,& nolit niſi per
partes abſolutè loquendo a Confeſſa
rio non poteſt abſolui; ſic expreſsè.
*Io. Medin. C. de reſtit. q. 5. dub. 3 Adrian.
in q. 2. de reſtitut. dub. 7. Sot. lib 4 de iuſt.
& iur. q. 7. art. 4. Nau. c. 17 num. 66. Le-
deſm. 2. 4 q. 18. art. 8 fol. 272. Tolet lib.
5. c. 24 Rodriq. in ſum. p. 2. c. 44. num. 3.
Petr. de Arragon. 2. 2. q. 62 art. 8. Salon.
ibidem. Controuerſia. 1. Angles in florib 4.
ſent. q. 2. de reſtit. artic. 2. diffic 6. Azor.
loc.*

Digitized by Google

*loc.ſuprac.t.d.c.34.& Lazar. vbi ſupra. num.*15. ratio eſt, quia qui ſine ſuo in-
33 cõmodo reſtituere poteſt ſimul omnia, & non vult, peccat mortaliter, paulatim reſtituendo ſine creditoris licentia, & ita indignus eſt, vt ſacramentaliter abſoluatur, propter obicem malæ voluntatis, quem ponit, vnde abſoluendus non eſt; Nec etiã Confeſſarius poteſt concedere licentiam paulatim reſtituendi ſine creditoris licentia, quando debitor integrum ſtatim reſtituere noluerit cum commodè poſſit, atque adeo, vt rectè *Medina vbi ſupra; & Cordub. in ſumma q.68. puncto.*2. docent, abſolutio ſic impenſa nulla eſt, grauiterq. peccat Cõfeſſarius ſic abſoluendo. *Clau. Reg loc. ſupracitat. num.*21.

Quartò, obſeruet quod reſtituẽda eſt res aliena in propria ſpecie, ſi extat, niſi Dominus rei ſit alia re contẽtus. *argum. l. manifeſti. C. de ſolut. D. An*
34 *ton p.2.tit* 1.*c.*12.*§.*17 *Nau c* 17 *num.* 24 *Petr. Nau. lib* 4. *de reſtit c.* 2. *dub.* 3. *nu* 4. & ſi res non extat, tunc preciũ, & valorem reſtituere oportet. Quod ſi res aliena retenta inique eſt fructifera, tunc reſtituenda eſt vna cũ fructibus eius extantibus, aut ſi non extat res, precium eius vna cum fructibus, ſeu vna cum eo quo quis ditior effectus eſt, reſtitui debet, habita ratione bonæ, aut malæ ſeu dubiæ fidei; & ſi Dominus ipſius rei aliqua paſſus ſit damna, tunc omnia damna reſtituenda ſunt, quæ prædictus Dominus paſſus eſt ob rem ſuam acceptam, vel retentam iniuſtè, nimirum lucrum ceſſans, & damnũ emergens; Verbi gratia ſi Eccleſia, vel Monaſterium, ſeu locus pius, ob res ſurreptas, ſeu pecunias furatas, quas ad reficiendam Eccleſiam, vel alium locum ruinam minãtem, paratam, habebat, ob id corruit, vel coacta eſt vendere aliquam poſſeſſionem cum magna iactura ipſius, tunc enim hæc omnia damna reſarcire tenebitur. *Clau. Reg. d. lib.*10. *tract.*3. *cap.*1. *dub.*1. *Lazar. vbi ſupra. ſect.*4 *q.*1. *num.*4.

35 Dixi habendam eſſe rationem bonæ, vel malæ fidei; quia ſi rem piorũ locorum in proprios vſus bona fide retinuerit, cũ reſciuerit eſſe loci pij, cenſendum eſt teneri non ſolum ipſã rem, ſed etiam fructus eius reſtituere; & ſi rem non habet, id, quod loco eius habet, & id, in quo factus eſt locupletior, non quod bona fide conſũpſit, per quod non eſt factus locupletior; ſi tamen locupletior factus eſt, in hoc, quod ſeruatis ſuis prouentib. illos alienæ rei conſumpſit, tũc tenetur, deductis tamen expenſis, & laboribus, idque intelligitur de omnibus, quib. vtimur, vel veſte, vel equo, vel prædio, & huiuſmodi, non autem de pecunia, ſi ex ipſa quis propria induſtria lucratus fuerit; ac etiam qui de malè ablatis cęnauit neſciẽs niſi poſt cœnam ad amplius non tenetur, quã quod in domo ꝓpria minus propter hoc conſumptum eſt. *Io. Bapt. Corrad.*
36 *p.*1. *reſp. caſ. conſc q.*107. Et ſi ex aliquo loco pio furatus eſt, verbi gratia decem modios tritici, valentes tempore furti, decem aureos, ſi poſtea illorum precium ſubcreuerit ad viginti; ſi tunc quando creuerunt ad viginti, pro viginti aureis ipſa Eccleſia, vel locus pius vendidiſſet, tunc pro illis decem modijs ſupradictis, viginti aureos ſoluere tenebitur. *Io Bapt. Corrad. p.*2. *q.*259.

Quintò, an res, quas in proprios vſus retinuerunt ſunt in magna, vel
37 parua quantitate, quia ſi ſunt in magna tunc dubio procul tenentur ad reſtitutionẽ, ſi vero ſunt paruæ quantitatis, tũc licet, quod modicum eſt, ratio aprehendat nihil, vt ait *D Tho.* 2.2. *q.*66. *art.*6. Attamen ſi ipſi adminiſtratores acceperunt aliquod paruum, ſcientes illud non eſt mortale, ſi ſequuntur multoties ſurripere, ita vt perueniatur ſurrepta illa paruula, ad ſummam, quæ ſic culpa mortalis,

tunc

Digitized by Google

tunc tenentur ad reſtitutionẽ totius. *Io. Bapt. Corrad. p. 1 q. 166. in Addit. in fin. Rodriq. in ſum. p 1 c. 150. nu. 8.* Et ſi cum prædicta minima furantur mẽs illorum feratur ſuper aliquam ſummam ex huiuſmodi paruis conficiendam, & illa ſummam ſit talis, quæ lethale furtum cõſtituat, ſiue vni, ſiue pluribus factum ſit furtum, tunc peccatum eſt mortale, & tenentur ad reſtitutionem, ita ex *Soto lib. 5. de iuſt & iur. q. 3 ar & Cordub dec. caſ conſc. q 70. & Petr. de Arragon. ſuper D Thom. 2. 2. q. 66. artic. 6 tradunt Corrad. d. q. 166. & Rodriq. loc ſupracitat. num. 9.* Imò ſi ani-
38 mus non feratur niſi ſuper illud paruum tantum, & rurſus idem, atq. idẽ repetat, & ex huiuſmodi furtis multiplicatis paruæ quantitatis conſurgat aliqua quantitas, quæ ſit magna, ſiue in ſeipſa, ſiue in damno alteri puta loco pio illato, vel in bono ſibi acquiſito, illud vltimum furtum, quo ad talem quantitatem peruenitur, eſt mortale peccatum, vt habent. *Sot. lib. 5. de iuſt. & iur q. 2. art. 3. Nau. c. 17. nu 139. & Michael Salon. 2. 2. q. 66 art. 6. Corra. loc. citat.* & tenentur ſub culpa mortali ad reſtitutionem. *Rodriq. vbi ſupra. num. 8. in fin. & Lazar. de monitor ſect. 3. quæſt. 2. num. 9.*

Sextò, an aliqua bona iure ſibi debita, ex prædictis locis pijs, propria auctoritate, prætermiſſo ordine iu-
39 ris, furtiuè ſine ſcãdalo, ſurripuerint. Nã regulariter loquendo, nemo poteſt ſine peccato, priuata auctoritate rem ſuam recuperare, maximè ſi via iuridica facilè eſt illam obtinere, id enim eſſet iudicium ſibi vſurpare, prætermiſſo ordine iuris, quod regulariter loquendo ſine peccato fieri nequit; nihilominus ſi in caſu particulari exurgente aliqua neceſſitate, id fiat, nullũ eſt peccatum, quia hoc nõ eſt iudicium vſurpare, ſed potius ius, quod ſibi ex iuſtitia debetur, exe-
40 qui, vt ait *Caietan* Verum, vt talis priuata acceptio, iuſta ſit, multæ requiruntur conditiones, Prima eſt, ꝙ certum ſit rem accipienti deberi; In dubijs enim melior eſt conditio poſſidentis. Secunda quod accipiens ſit certus non poſſe ſine maximo incommodo, via iuridica, rem ſuam recuperare. Tertia quod caueatur diligẽter ne debitor iterato acceptã reſtituat, ſed debet accipiens debitorem talis acceptionis admonere, ne per ignorantiam, in iuſtitiã patiatur, bis idem reſtituens. Quarta, quod nunquã res propria per violentiam accipiatur. Vnde ſi aliter, quam per vim non poteſt quis recuperare bona ſua, cenſendus erit ſine remedio: cum poſtponẽdum ſit bonum priuatum, commodo & tranquillitati publicæ, quam ꝑ illationem violentiæ neceſſum eſt ꝑturbari. Sed eſt aduertendum, quod quando aliquis contra iuſtitiam, ac etiam per violentiã accipit rem ſuã, licet peccet mortaliter, non tamen tenetur illam reſtituere, nec reſpondere ad ſententiam excommunicationis latam contra illius rei acceptores; tum etiam quia quamuis peccauerit accipiendo, non tamen peccat retinendo, & ſic non obligatur ad excommunicationem reſpondere, ita *Arragon. 2. 2. q. 66. art. 5. Io. Bapt. Corra. 2. p quæſt. 257.*

Septimò, oſtendat pœnitentib. grauitatem huius criminis, procurando inducere illos ad veram, & perfectã contritionem ſuorum delictorum; ſi-
41 quidem grauiſſimum peccatum mortale ſacrilegij eſt bona Eccleſiarum, & piorum locorum, ſurripere, imò aliquando ob rerum prædictarum Eccleſiarum ſubreptionem, vſurpationem, & ſequeſtrationẽ etiam incurritur excommunicationem Papalẽ, vt ſupra demonſtratum eſt; Quæ ꝑfectò eſt maior pœna quam habeat Eccleſia, & quæ poſſit irrogari, cum ſeparet Animam a gratia Dei, quæ eſt vita ipſius Animæ. *c nemo. 11 q 3. vbi gloſ. Proſpe. Farinac. de del. & q 19.*

num.

Digitized by Google

num.12.Rom.conſi.369.num.10.Lazar. ſect.1.q.12.num.11. tradendo eam in poteſtate diaboli. *c. omnis Chriſtianus*
42 *iuncta glo.11.q.3.* ex quo ſequitur, qđ diuino iudicio permittitur, vt tales ſurreptores rerũ ſacrarum, diu ipſis rebus furtiuis non letentur, ſed imò ab alijs nequioribus furibus præfatæ res illis abripiantur, vt de ſe ipſo faſſus eſt ille, qui in ſuis ædibus hoc diſtichon inſcripſit, vt refert *Ioã.Boniſ. lib.de furt.§.contrectatio.num.134.in fi.*

Congeries lapidum varijs conſtructa rapinis.
Aut vret, aut ruet, aut raptor alter habebit.

& iuxta illud.

De rebus malè acquiſitis, non gaudebit tertius hæres.

Lazar.ſect.4 q.4.num. 16. imò nec ſecundus, vt ingenuè, & perbellè fateť in ſuo Poemate, noſtro idiomate Ieruſalem celeſte acquiſtata. *Cantic.*10. *num.*88.*Pater Frater Auguſtinus Gallutius de Mundulcho, ita canendo.*

43 *D'vn'acquiſto ſacrilego, & immondo,*
Gode di rado il ſucceſſor ſecondo,
Pero che il primo e mal'accorto herede
Senza diſcretion li da di piedi.

Doceat ergo Confeſſarius prædictos pęnitentes ablatorum reſtitutionem ita fore ad ſalutem neceſſariam, vt abſque ea, nec ſalutem, nec gratiam Dei quis conſequi poſſit, vt tradunt *D.Thom.2.2.q.62.art.2.& 4.diſt.15 q. 2.Petr.de Palud.in 4.d.15.q.2.art.2 Gabriel 4 ead.diſt. 9. & art.2. Sotus lib 4. de iuſt.& iur q.6.art.2.Io.Medin.C. de reſtit.q.2.Nau.c.17 nu.11.Petr. Nau. lib.1.c 1.Michael Salon.2. 2.q.62. art.2. controuerſia.1.Clau.Reg.lib 10.tracta.1. c.3.num.3.* quando videlicet commo
44 dè fieri poteſt; & quod non remittiť peccatum, niſi reſtituatur ablatum. *de reg.iur.in 6.* tenentur ergo facere illam, ſed quia Reſtitutio, quæ eſt rei acceptæ ab aliquo, vel damni illati quædam compenſatio, vel damni illati quædam cõpenſatio, & eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ eſt omnium rerum difficillima, hinc Cõfeſſarius doceat modum faciendi eam, ne pęnitentes hallucinentur; Reſtitutio igitur ſine perſonæ manifeſtatione eſt facienda, hinc res reſtitui non debet in propria ſpecie, ſed eius valor, quando deueniretur in cognitionem furis, vel ſequeretur peccati manifeſtatio. *Coſm.Philiar de offic ſacerdo. p.1. lib.3.c.34.limit.2.* & idem dicendum quando ſequeretur aliquod notabile inconueniens, licet peccatum nõ manifeſtaretur, vt tradit *Tole lib.5.c.21.*
45 *nu.3.* Res ergo reſtituenda conſignari poteſt prudenti, & fideli Confeſſario, vt eam tacito principalis nomine, Domino, Eccleſiæ, vel loco pio, a quo fuit furata, reſtituat; Confeſſarij enim videntur perſonæ aptiores, vt per eorum manus fiat huiuſmodi reſtitutio, vt ſcribit *Ludou. Lopez. in Inſtru.conſ.p.1.c.121.* Dixi fideli Confeſſario, quoniam ſi Confeſſarius fortè oblitus debitę fidelitatis, vel alius cuĩ reſtituendum fuerit commiſſum, nõ tradit huiuſmodi rẽ illi, cui reſtituenda eſt non liberatur pœnitens, q ad illam reſtituendam tenebatur, prout probat, *D.Anton.in ſum.p.2.titu.2.c 4. §.1.Nauar.in Man c.17.num.67* & eſt communis ſententia. *Rodriq.in ſum.p. 2.c 49.num.15.Lazar ſect 4.q.5. a nu. 1.vſque.5.* Si autem debitum erat ratione alicuius iuſti tituli, vt mutui, aut depoſiti, vel alias, tunc non tenetur pœnitens amplius reſtituere poſt rei reſtituendę conſignationẽ Confeſſario factam; nec conſequẽter debet, vel poteſt rurſus ob illud debitũ excommunicari, vt explicat *Rodriq. loc.citat.d.num 17.in fin. Lazar.ſect.4. q.6 num.*8. Quare conſulunt Docto-
46 res pœnitentem procurare debere, vt Confeſſarius, vel alius, per quem talis reſtitutio eſt fienda, quando reſtituit, accipiat chirographũ ab ipſo Domino, in quo confitetur ſe recepiſſe a tali Sacerdote tantam pecuniæ

ſum-

ſummam, vel aliam rem ab incerto homine ſibi debitam, & dictam ſingrapham pęnitenti tradat, vt per eã reſtitutionis factæ certior fiat pęnitens, niſi perſona Confeſſarij, vel alterius, ſit talis, vt de eius fide dubitari nequeat, & pęnitens certus ſit probabiliter, quod acceptum Domino reddet, vt latiſſimè explicant *Petr. Nau. p. 2. de reſtit. lib. 4 c 5 ex num. 4. et Clau. Reg lib. 10 tract. 2. c. 6. num. 3 Lazor. loc ſupracit ſect. 4. q. 5. num. 6.*

47 Et quoniam ſæpe contingere ſolet, vt res ſubtracta, ante reſtitutionem, deterioretur, ideo doceat etiã pęnitentem, quod ſi res furto ſubtracta deteriorata fuerit, ſine dubio tenetur ad æſtimationem eam, in quam dominus ea re vſurus fuerat, ſi vero perierit de interitu obligatur, etiam ſi res fuiſſet eodem modo apud dominum peritura. *Bartol. in l. merito. ff. de vi, & vi arm. & in l qui furtum. ff. de cond. furt. & Iacobus Menoch. de Præſũptio lib 3. præſumpt. 138. num. 2. & ſeq. Nau. c. 17. num. 26. &* Clau. Reg. lib. 10. *tract. 3. c. 1. num. 7.* Vbi ſic inquit, qui
48 rem alienam rapuit, ac retinuit, ſi huiuſmodi res perijt in furis poteſtate, reſtituere tenetur illius ęſtimationẽ, ſecundum meliorem ſtatum, ſeu valorem maiorem, quam habuit a tempore furti perpetrati. *Dom. Raymund. in ſumm. lib 2. titu. de furt. §. 6.* pulchrè *Paul de Leazarij in repet. rubr. de reſtit. ſpoliat. nu. 7.* quia ſemper eſt in mora. *ita Lazar ſect. 4 q. 3. num. 6. & ſequent.*

49 Et ſi ab alquo loco ſacro furatus eſt Equum, Mulam, Aſinum, Bouẽ, vel aliud Iumentum, quod prædictus locus ſacer ſolebat locare, tunc tenetur fur non ſolum reſtituere equum, Mulam Bouem, vel Aſinum, & Iumentum, ſed etiam precium locationis, quo ab loci ſacri Miniſtris locari erat ſolitum; Vnde ſi in cauſa eſt ne Dominus ĩ anno verbi gratia aureos centum lucraretur, nõ ſatisfacit reddendo equum, Mulam, ſed tenetur etiã ad intereſſe tale reſtituere qđ eſt veluti fructus equi, Mulæ, Bouis &c. deductis expenſis neceſſarijs; *ſic Maior in 4 diſt. 15. q. 27. & 28. Palud 4 diſt. 15. q. 2. art. 5. Nau. in Man. c. 17. nu 26. Petr. Nau lib 4. de reſtit. ca 1. dub 5. nu. 41. Clau. Reg. loc. ſupracit. d. nu. 7.*

Denique Confeſſarius circa reſtitutionem, ne aberret, obſeruet hanc regulam generalem; ſi res furata ex-
50 tat, in propria ſpetie reſtituenda eſt, eo modo quo ſupra dictum eſt; ſi nõ extat eius valor; ſi res eſt fructifera, tunc reſtitui debent omnes fructus, quos dominus rei ſolitus erat recipere, v.g. vſurpaſti vineam, vel agrum, quem dominus diligenter colere ſolebat, & ſic percipiebat ex eo quadraginta aureos annuatim, tunc quadraginta aureos pro ſingulis annis reſtituere teneris; furatus es equum, quẽ Dominus locare ſolitus per menſem ex locatione ꝑcipiebat quatuor aureos, teneris reſtituere quatuor aureos ſi per menſem retinuiſti; licet tu ex locatione equi nihil perciperes. Item reſtitui debent omnes fructus illi, quos dominus rei probabiliter & honeſtè percepiſſet. Immo reſtitui debent illi etiam fructus, ſi extant, quos iniuſtè detinentur, etiam ſi dominus rei nullus erat ex ea re fructus perceptutus. & ſi aliquos ex eis fortè cõſumpſit, reſtituere eos debet, quibus ditior factus eſt, vt etiã ſupra dictũ eſt; & ſi conſumpſit, & factus non ſit ditior, in foro interiori reſtituere non tenetur, quãdoquidem nec pertinent ad damnum, nec ad lucrũ ceſſans, cũ dominus nullos erat fructus percepturus. *Clau. Reg. d. li. 10. tract. 4. c. 1. num. 7 & ſeq.* Et notandum quod
51 cum dico hic, & alibi, reſtitutionem eſſe faciendã, intelligitur, modo fieri commodè poſſit; Reſtituere autẽ nõ poſſe dicitur non ſolum, qui omnino nequit, cum ſit in extrema neceſſitate, ſed etiam qui commodè nõ poteſt arbitrio boni viri, *l. nepos proconſuli. ff.*

de

Digitized by Google

de verb.ſignifi.c.faciat. 2.2.q 2. & hæc commoditas refertur tum ad tẽpus, tum ad facultatem ipſam: & ille dicitur non poſſe commodè, qui non poteſt ſine probabili damno bonorũ ſuorum altioris ordinis, qualia ſunt vitæ, ſalutis, famæ &c. & tunc prorogãda eſt reſtitutio, præſertim vbi dilatio parum creditori nocere poſſit. *Nau.d.c.*17 *num.*56 *& conſi.*4.*de Iniur.num.*4.*Tolet.lib.*5.*cap.*27.*num.*7. *Graff.conſil.*1 *de Teſtib.cogen. num.* 20. *poſt Sanctum Anton p.*2.*tit.*2.*cap.*8. *Lazar.ſect* 4 *q* 4.*num.*1.

Ex iam dictis, manifeſtè patet, administratores rerum Ecclearum, & piorum locorum (apud quos Claues rerum ſacrarum manere ſolet) ſum-
51 mopere cauere debere, non ſolũ res profanas in proprios vſus conuertere, cum iuxta regulam iuris in 6. ſemel Deo dicatum, non eſt ad vſus humanos vlterius transferendum; ſed nec etiam ſacras, vel etiam ad ſeruitium Eccleſiæ deputatas, vt ſunt Ligna, Trabes, Veſtimenta, lapides, vaſa, candelabra, & alia ſimilia in vsũ Eccleſiæ deſtinata; Etenim iure canonico, vt patet *ex cap.ligna. de Conſecrat. diſt.* 1. *& cap quæ ſemel.*19.*q.* 3. *& veſtimenta de Conſecrat.diſt.*1. prohibitum eſt, Vaſa, Ligna, Candelabra, Veſtes, Pannos ad vſus ſacros, & miniſteria Eccleſiaſtica deſtinatos, in vſus profanos conuertere; Vnde *in d.c. ligna.* dicitur, Ligna Eccleſiæ dedicata, non debent ad aliud opus deſtinari, niſi ad aliam Eccleſiam, vel igni ſunt conburenda, vel ad: profectum in Monaſterio Fratribus, in Lacorũ vero opera non debent admitti; nã vt ait ibi gloſa. Quæ ſemel conſecra-
52 ta ſunt, non debent ad Laicorũ vſus reuerti. *d.c.quæ ſemel.* 19 *q* 3. *& c.quæſiſiſent* 17.*q.vlt Azor p.*1.*inſt.moral li.* 6 *q.c.*9.*q.*7. Cum ergo aliqua Eccleſia vetuſtate conſumitur, & pro ſui conſeruatione indigeat nouo tecto, deponuntur ligna antiqua, de huiuſmodi lignis antiquis, nõ eſt licitum ædificare damnum priuatam, quia Deo dicata, non debent reuerti ad vſum humanum. ita *gloſ.in d regula.ſemel.de regul iur.in* 6.*& Graff conſi.*2.*de Teſtament num.*8. ſic ẽt ſi Caſula, vel aliud ornamentum Eccleſiæ eſt de panno aureo, ſi huiuſmodi ornamentum ve-
53 tuſtate ſit conſumptum, ita vt reperiantur aliquæ petiæ iñtegræ ex illis non eſt licitum facere Burſas ad vſus hominum; quia ex quo illæ petiæ fuerunt dicatæ Deo, ex illis non debet aliquid fieri, ad vſum priuatorum hominum. *d.gloſ.vbi ſupra.* ſed heu, heu, bone Deus, hodie proprijs oculis videmus fieri cõtrarium a multis Chriſtianis; videmus enim non mõ Puellæ paruulæ, ex huiuſmodi petijs ornare, & veſtire ſuas Pupas, ſed etiam Mulieres facere pectoralia, & vt vocant, Manicias, Burſas, & alia vana; & Viri nonnulli, vti Lignis, Vaſis, Candelabris, & alijs rebus ſacris, ad ſuos profanos vſus; non timentes diuinam illam vltionem Regis Balthaſar. *Dan.c* 5. is enim quia indignè Vaſis Templi abuſus eſt, eadem nocte
54 interfectus fuit, & a diabulo ad infernum deportatus, vide. *d.c.veſtimenta.* Quid autem fieri debeat de lignis, velis, vaſis pannis & cæteris reb. quæ fuerant Eccleſiaſticis vſibus dedicatæ, ſi vetuſtate conſumptæ fuerint, aut ineptæ redditæ ad Eccleſiaſtica miniſteria, habetur iñ *c. Altaris.de Conſecrat.diſtin.*1. Vbi Clemens Papa ait, Altaris palla, Cathedra, Candelabrum, & Velum, ſi fuerint vetuſtate conſumpta, incendio dentur; quia non licet ea, quæ in ſacrario fuerint, malè tractare, ſed incendio vniuerſa tractantur. Cineres quoque eorum in Baptiſterium inferantur: vbi nullus tranſitum habeat, aut in pariete, aut pauimento ſub tecto, aut in foſſis, vel ſolo pauimentorum imponantur, ne introeuntium, aut tranſeuntium pedibus inquinentur. *Azor loc. ſuprac.*

ſuprac.d.q.7 Ex quo infertur grauiſſi-
55 mè delinquere, ſupradictos, prædictarum rerum Eccleſiarum Adminiſtratores, huiuſmodi rebus ſacris, vel in proprias vſus, facientes ex ſacerdotalibus indumentis. Subuculas, pro ſeipſis, vxoribus & liberis, in vſus ſuę familiæ quouis modo, abutentes; vnde acriter a Confeſſarijs ſunt obiurgandi, iniungentes eis pro modo culpæ, ſalutarem, ſed grauiſſimam pœnitẽtiam, etiam præſeruatiuam, ſi opus fuerit, inhibentes ne de cætero amplius, res Eccleſiaſticas vllo modo in proprios vſus retineant, illiusvè vtantur; nam res Eccleſiaſticæ, & piorum locorum, quibus aluntur pauperes, & perſonæ Religioſæ ſuſtentantur, ac veſtimenta Eccleſiaſtica, quib. Domino miniſtratur, alieque res ſacræ ad diuina miniſteria ordinatæ, alijs in vſibus, illis non debent frui, quam in Eccleſiaſticis, & Deo dignis officijs, & ipſæ res, nempe pecunia, animalia, fructus redditus, & prouẽtus, non niſi in vtilitatem Eccleſiarum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, Confraternitatum, Montium pietatis, & aliorum piorum locorum, debent inſumari, & conuerti *arg. d. c. veſtimenta & c. dexenodochijs de Relig. domib. c. ad hæc eod. tit.* Et hæc pro huius tertij caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio quarti caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Sancti Seuerini, qui talis eſt.

Non ſoluentes legata pia poſt ſex menſes, non Abſoluantur, donec reipſa ſatisfecerint.

PRo declaratione huius quarti caſus reſeruati, quo ad legata pia ſoluenda poſt ſex menſes, vide declaratione decimi caſus reſeruati in Ta-
56 bella Fanenſi. Circa vero id quod ſequitur; Quod videlicet, non abſoluãtur, donec reipſa ſatisfecerint; dic vt in Praxi declarationis octaui caſus reſeruati in Tabella Anconitana *nu. 379. fol* 109 dictum eſt. Vide etiã circa Reſtitutionem faciendam, ea quę dixi in declaratione præcedentis caſus reſeruati huius Tabellæ Sancti Seuerini in Praxi, *num.* 17. quibus in locis, cum ea omnia, quæ ad præſentis caſus in explicatione neceſſaria ſunt, reperiantur, ideo modo hæc tantum pro eius declaratione dicta ſufficiãt, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio quinti caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Sancti Seuerini, qui talis eſt.

Ignorantes Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, & Symbolum Apoſtolicum.

PRo declaratione huius quinti caſus reſeruati, pręter ea quæ dicunt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quod nemini Chriſtianorum licet ignorare Orationem Dominicam ſalutationem Angelicam, & Symbolum* Apo*ſtolicum.*
2 *Quando ignorantes has orationes incidunt in hunc caſum reſeruatũ, & quando non incidunt.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionẽ pęnitentium huiuſmodi orationes ignorantium.*

CIrca primum; eſt ſententia communis omniũ Doctorum, omnes fideles cuiuſcunque ſexus, ſtatus, & cõ-
57 ditionis teneri ſcire Orationẽ Domini-

minicam, Symbolum Apoſtolicum, ideſt Credo paruum, decem Dei pręcepta, & alia pertinentia ad ſalutem, ita ex *Greg. de Valent. tom. 3. diſp. 1. puncto 5. Angel verb. ſcientia num. 1. Silue. & Tabien. eod. verb. nu. 2. Armill. verb. eod num 3.* Vnde in Concilio Rhemēſi ſub Carolo Magno *can.* 2. ſtatuitur, vt orationem, quam Dominus noſter Diſcipulos ſuos orare docuit, omnes diſcerent, & ſenſu bene intelligerēt: quia illam ignorare nulli Chriſtiano licet. *Azor. p. 1 inſt. moral lib 9. c. 37 q. 1. in fin. Et Greg de Valent. tom 3. diſp. 1. q. 1. puncto. 4.* ex d. Cirilo Hieroſolymitano, *Catbec 6* & d. Io. Chryſoſto. *Homil* 2 in Symbolum Apoſtolorū. *tom.* 5. & D. Auguſt. lib. de fide Symbolo. *c.* 1. & ex Ruffino ī expoſit. Symboli. Omnes inquit Symbolum Apoſtolorum debēt ſcire memoriter. Et in Concilio Foroiulenſi ſub Carolo, & Pepino, poſtquam ſinguli fidei articuli recitati ſunt, ita legitur; Hanc igitur Catholicæ fidei ſinceriſſimam puritatem volumus omnes Dei Sacerdotes, omneſque gradus Eccleſię ſummo cum ſtudio, & abſque vllo vitio, ita vt ne vnus quidem apex intermittatur, vel augeatur, diſtinctè & ſenſatim diſcendo memoria retinere. Et paulo poſt. Symbolum vero, & Orationem Dominicam omnis Chriſtianus memoriter ſciat, omnis ætas, omnis ſexus, omniſq; conditio, Maſculi, fœminæ, iuuenes, ſenes, Serui, Liberi, Pueri, Coniugati, Inuptæuè Puellæ: quia ſine hac benedictione nullus poterit in Cœlorum regno percipere portionem, ita *Director. Inquiſit. p. 1. q. 3 Comment.* 20. *Ludou. Beia. p. 4. reſp. caſ. conſc. caſu. 1. Azor. 1. inſtitu.*
58 *moral. lib* 8. *c.* 7. *q.* 5. & idem fateor ob receptam conſuetudinem, de Salutatione Angelica quoque eſſe dicendum. Notandum tamen, quod licet conſtet in Eccleſia fuiſſe præceptum longo vſu receptum, & conſuetudine confirmatum, vt ſinguli fidelium diſcerent, & memoriæ mandarent Symbolum Apoſtolorum, & præcationem Dominicam, vnde in *ca. Vos ante omnia. de Conſecrat. diſt.* 4. ex Diuo Augu. dicitur, Vos ante omnia, tam Mulieres, quam viros, qui filios in Baptiſmo ſuſcepitis, moneo, vt vos cognoſcatis fideiuſſores apud Deum extitiſſe pro illis, quos viſi eſtis de ſacro fonte ſuſcipere; ideoque ſemper eos admonere, vt caſtitatem cuſtodiant, iuſtitiam deligant, charitatem teneant; Ante omnia Symbolum, & Orationem Dominicam, & vos ipſi tenete, & illis, quos ſuſcepiſtis de ſacro fonte; Licet etiam ſit quorūdam iuniorum opinio aſſerentium ſingulos fidelium, præter Articulos fidei, etiam alia Doctrinæ Chriſtianæ rudimenta, & principia, nimirum Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, decē decalogi pręcepta, quinque Eccleſiæ mandata, & ſeptē demum Sacramenta a Chriſto inſtituta, & modum, quo quiſque ſigno Crucis ſalutari ſe ſignare, & munire debeant, præcepto & lege compelli ad hæc omnia ſcienda, diſcenda, &
59 memoriæ mandāda; Quia vnuſquiſque ſcire debet, quę ad ſuum ſtatum, officium, munuſvè pertinent, vt tradit *D. Thom.* 1. 2. *q* 76. *ar.* 2. quod etiam *Angel. Silu. Tabien. & Armill in verb. fides.* docuerunt dicentes, ſingulos fidelium pręcepto cogi ad diſcendum Articulos fidei, ſeu Symbolum Apoſtolorum, orationem dominicā, Decalogi præcepta, & modum ſe Crucis ſigno muniendi; Nihilominus ſecundum veriorem opinionem excuſantur ab huiuſmodi Articulis fidei diſcendis, & in memoriam redigendis, eo ordine, quo vel in Symbolo Apoſtolorum continētur, vel a Theologis traduntur; Satis enim eſt, ſi de ſingulis Articulis rogati rectè reſpondeant; non enim idem eſt, fidei Articulos addiſcere, aut memoria tenere, aut memoriter referre, quod ſcire;

multi

multi enim ſciunt, quæ ad ſuum officium munuſque ſpectant, qui tamen ea memoriter narrare non poſſunt, cum tamen de ſingulis rogati probè nouerint, hæc eſſe facienda, illa non item; hoc eſſe credendum, illud verò minimè; Articulos ergo fidei ſci-
60 re debemus, non autem memoria tenere, aut memoriter recenſere. Vnde ſatis eſt, ſi quis fidelium interrogetur, An ſit adulterandum, furādum, peierandum, mentiendum, occidendum, detrahendum, & falſum teſtimonium contra aliquem dicendum, reſpondeat, minimè, quoniam furtū, periurium, mendacium, homicidiū, adulterium, & falſum teſtimonium ſuapte natura ſunt mala; & ſic cætera quiſque ſcire debet, non tamen memoriæ mandare, aut memoriter referre, quæ ad ſuum officium, & ſtatum pertinēt; hoc enim eſt ſcire Decalogi præcepta. Et idem dicendum de Oratione Dominica, monendi.n. ſunt ſinguli fideles, vt præcationem Dominicam addiſcant, & memoriæ tradant, licet ſatis ſit, ſi quiſque ſciat petere ea, quę in præcatione Dominica continentur. Et idem dic de ſalutatione Angelica; Vnde *Angel. Silueſt. Tabien. & Armill. loc. ſupracitat. & verb ſcientia.* poſtquam dixerunt ſingulos fideles præcepto cogi ad diſcēdum Articulos fidei, ideſt Symbolū Apoſtolorum, orationem Dominicam, Decem præcepta decalogi, ſignum Sanctæ Crucis, & cætera neceſſaria ad ſalutem; explicant ſeipſos dicendo, ſufficere quidem, ſi hæc omnia ſciantur, licet non memoria teneantur, ſufficit enim, vt quiſq. ſi interrogetur de ſingulis credendis, & agēdis, ſciat ad interrogata reſpondere; & ſi quæritur qua lingua, & ſermone ſupradicta diſcere debeat, quidam aiunt vernacula lingua, & ſermone ea eſſe ſingulis perdiſcenda, quo facilius capiantur: & certè id videtur commodius, & vtilius, & mori, ac vſuri Eccleſiæ congruentius. Cæterum, & latina etiam, & vernacula lingua ea quiſque diſcere, iure poteſt, vt *Nauar. in Man. c. 11. num. 22.* inſinuat: nam ſufficit vnicuique cum de ſingulis rogatur, ſi verè, & rectè reſpondeat. ita *ex Azor. loc. ſupracitat. d. c. 7. q. 4. & 5.* per totum. Et ita meo iudicio, mens Antiſtis huius Ciuitatis, eſt interpretanda; Credo enim quod pęnitentes penitus, orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, ac Symbolum Apoſtolicum, ignorantes, tantum quouſq; diſcant ſub hac ſua reſeruatione comprehendere velit, non autem, prædictas Orationes, modo explicato, ſcientes; qui enim eo modo, quo dictum eſt, interrogati, de fidei Articulis, & de contentis in præcatione Dominica, & ſalutatione Angelica, rectè, & ordinatè (quamuis memoriter illa non retineant) reſpondere ſciunt, minimè Orationes præfatas ignorare, cenſen-
61 di ſunt; quandoquidem Ignoratio, teſte *Calepino. verb. eod.* ad actum, & rem pertinet; quæ pœnitus neſcitur, nec ſciri poteſt, niſi prodatur. Notandum tamen, quod in hac re tutius eſſet inquirere intentionem Epiſcopi, An videlicet velit, vt prædictę Orationes integrè, & ad vnguem omnino memoriter ſciantur, & de verbo ad verbum recitentur; quia ſi talis eius eſt intentio, tunc ea omnia, quæ ſupra dicta ſunt, nimirum, quod ſatis ſit, vt ea ſciamus, non autem memoriter teneamus, nec memoriter recēſeamus, ſolum locum habebunt in alijs diœceſibus, vbi huius rei nulla ſit reſeruatio.

Circa ſecundum; ex hactenus dictis clarè colligitur, qui nam incidūt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

Primò enim, incidunt omnes fideles cuiuſcunque ſexus, ſtatus, gradus, & conditionis, qui Orationem Do-
62 minicam, ideſt Pater noſter, & Salu-

tatio

Digitized by Google

tationem Angelicam, ſcilicet Aue Maria, & Symbolum Apoſtolicum, nempe Credo paruum, penitus ignorant. Ignorantia enim vincibilis eorum, quæ quis ſcire tenetur, peccatũ mortale eſt, ſecũdum ſe, etiam ſi nullum aliud peccatum inde ſequatur, ſic *Doctores communiter poſt D. Thom. 1.2 quæſt.76 art.1. & interpretes loci il lius Ioſeph Angles in floribus. 2.ſentent. diſt.22.quæſt.2.artic.2.diffic.1.* ſiue huiuſmodi ignorantia ſit craſſa, ſiue af-
63 fectata; Vnde ignorare vincibiliter fidei articulos lethale peccatum eſt, cum enim teneatur vnuſquiſque ſub præcepto credere (quia qui non crediderit condemnabitur, *Marc.c.16.*) nemo autem credere poteſt, quod ignorat, ſequitur quod ignorans vincibiliter prædictos Articulos fidei mortaliter peccat; ita etiam ignorare præcepta decalogi, etiam ſi nullũ inde aliud peccatum ſequatur mortale, culpa mortalis eſt; quia tenetur vnuſquiſque ſcire præcepta iuris naturalis vniuerſalia, qualia ſunt ipſa decalogi præcepta, immo tenetur etiam illa obſeruare; *ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata, Matth capit.19.* Quare qui vincibiliter ipſa ignorat, eſt in certiſſimo periculo committendi furtum, homicidium, aut aliquid aliud iure naturali prohibitũ, quod vitare tenetur, atque ita ratione talis periculi, talis ignorãtia ſecundum ſe erit peccatum mortale: ita *Clau. Reg lib.2.c.9.num.31.*

Secundò, ſi intentio Epiſcopi ſit, ꝙ prædictæ Orationes adunguẽ memoriter ſciantur, incidunt, qui partem notabilem illarum, puta me-
64 dium Pater noſter, vel tertiam partem Symboli Apoſtolici, vel medietatem Salutationis Angelicæ, ignorant; Etenim eſt præceptum Eccleſiaſticum, vt patet in ſuprad. Concilio Foroiulenſi, vt ſinguli fideles diſcant Symbolum Apoſtolorum, & precationem Dominicam, vt optimè noſcere queant quid ſit a Deo petendum, quidvè de Deo credẽdum; cum ea; quæ in Symbolo Apoſtolorum credenda proponuntur a Concionatoribus prædicantur, & ab Eccleſia in ſuis ſolemnitatibus celebrãtur, vt fidei Chriſtianæ principia, & fundamenta, quæ ad ſtatum cuiuslibet fidelis pertinent, ſine culpa a quoquam ignorari non poſſint, vt notat *Clau.Reg.loco ſupracitat.num.15* & eſt communis. Atque idem dicendum de Oratione Dominica, tenentur enim fideles ſcire a Deo petere ea, quę ſaluti animarum ſuarum ſunt neceſſaria. Et quamuis de Salutatione Angelica ſcienda, & addiſcenda nullum præceptum ſit nec diuinum, nec naturale nec Eccleſiaſticũ, ſufficit tamen præceptum huius vigilantiſſimi Præſulis, qui vult, vt omnes cuiuſcunque ſtatus, ſexus, & conditionis ſuæ diæceſis, ſub lethali reſeruataque culpa omnino eam addiſcant; quod certè præceptum (cum
65 Laici, prout tradunt *Innoc. & Panormit. in cap. veniens. de ſenten. excomm. & refert Tolet. tract. de ſept. peccat. mortal. capit.21.num.2.* ſuis Epiſcopis in his, quę ad ſalutem ipſorum ſpiritualem pertinent obedire obligantur) cuncti prędictę diœceſis fideles exequi tenentur.

Non incidunt autem; Primò, Pueri nondum vſum rationis habentes, tales enim cum peccare non poſſint. *capit.1 de delict. Puero.* certum eſt nec
66 excommunicationem nec caſum reſeruatum incurrere; cum enim ratione careant, in eis meritum, aut culpa eſſe nõ põt. Imò nec pueri, nec Puellæ, qui, vel quę iam ratione vigent, Pubertatem tamen nondum attigerunt; nam Eccleſia non ſolet cogere quemquam ſuis cenſuris ante 12, aut 14 annum; Vnde dixit *Sotus in 4 ſent. diſt.18.q.1.art.3. in fine*, quod Eccleſia vſque ad annum ætatis 12 per cenſuras neminem ad Confeſſionem co-

Digitized by Google

git, quia licet nouerit eos poſſe peccare, vt *d. cap. 1. de delict. Pueror.* ſuis tamen præceptis, & cenſuris neminem vult cogere ante 12. vel 14. annum, ſed reliquit eos ſub diuino iure. ex *Graff conſil. 22 de ſenten excomm. num. 8. & ſequen.* ſi igitur Eccleſia neminẽ ante dictam ętatem cogit ad Confeſſionem, & caſus reſeruatus pręſuponit peccatum mortale neceſſario Confitendum, ergo ſequitur quod tales in dicta ętate a caſuum reſeruatione ſunt omnino immunes; Fateor tamen tales acriter a ſuis Confeſſarijs fore obiurgandos præcipientes eis, vt omnino prędictas orationes perdiſcant niſi tamen aliter Epiſcopus prçceperit obſeruandum, quia ſi velit, quod etiam ante dictam ętatem huiuſmodi Orationes ignorantes, incidant, tunc proculdubio hac reſeruatione etiam ante ętatem prędictam, ligantur.

Secundò, nec Senes, qui ob decrepitam ętatem cerebrum obtuſum habentes, minimè prędictas Orationes, diſcere queunt. Senes enim decicij,
67 & rationis expertes ſunt, ideo ab omni pœna excuſantur, vt notant *Clau. Reg. lib. 6. cap. 13. num. 25 Pegna ad Direct. Inquiſit 3. par. Comment. 17. Lazar. par 2. quæſt. 8. numero 40. in fin.* Idem fatendum de Balbis, hoc eſt de ijs, qui vitio linguę nõ bene poſſunt exprimere verba.

Tertiò, nec illi, qui ſciunt quidem Pater noſter Aue Maria, & Credo in Deum, non tamen ita integrè, vt oportet, & neceſſum eſt, verbi gratia,
68 relinquunt vnum verbum tantum, vel duo, aut tria ad ſummum, nimirũ vnum verbum in Oratione Dominica, duo in Salutatione Angelica, & alia duo, vel tria in Symbolo Apoſtolorum; ratio eſt, quia vnum, duo, vel tria verba, ſunt quid parum, & modicum, parum autem, & modicum pro nihilo reputatur, paruitas enim, vel exiguitas rei a lethali culpa excuſat, vt ait *Nauar. in Manual. cap. 11. num. 4. & cap 17. num. 5. & Azor. par. 2. inſtit. moral. lib. 1. cap 28. quæſt. 5.* & vbi peccatum mortale non eſt, nulla caſuum
69 reſeruatio eſſe poteſt; ſecus autem eſſet ſi relinquerent, aliquam partem notabilem, puta medium Pater noſter, tertiam partem Salutationis Angelicæ, vel medietatem Symboli Apoſtolici, quia in caſum ſine dubio inciderent, vt ſupra dictum eſt.

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem pęnitentium prædictas Orationes ignorantium, hæc erit.

Circa Confeſſionem; Primò Confeſſarius interroget pęnitentes, an memoriter ſciunt Pater noſter, Aue Maria, & Credo paruum, ſi reſpondent, maximè, tunc diſtinctè, & clara
70 voce, recitare coram ſe faciat, & ſi in aliquo deficiant, charitatiuè inſtruat illos, docendo ea quæ exprimere neſciunt, vel ſaltem proroget illorum Confeſſiones, quouſque perdiſcant tales Orationes; Confeſſores ergo huius diæceſis, qui inueniunt pęnitentes Symbolum fidei, Orationem Dominicam, & decem Præcepta legis ignorantes, tenentur, vel illos docere, vel Confeſſiones eorum non audire; ratio, quia ille, qui talem ignorantiam habet, vel eſt in peccato mortali, vel in maximo periculo peccandi mortaliter, & ideo Confeſſores debent prorogare illorum Confeſſiones, quouſque pęnitentes prædicta addiſcant, vt a periculo lethalis culpæ eos eripiant. ita *Bannes. 2. 2. q. 2. ar. 8. Beia. p. 4. reſp. caſ. conſc. caſu. 1.*

Secundò, interroget, an alias ab alijs Confeſſoribus admoniti fuerint, ad prædicta addiſcenda, quia ſi ſæpe de hac re certiores facti, di-
71 ctas Orationes perdiſcere neglexerint, tunc eorum Confeſſio non eſt audienda, ſed ad tempus differenda, vt

Digitized by Google

vt interim fidei Articulos perdiſcāt, ſi id commodè prçſtare poſſint, quod ſi id fieri nequeat, tunc prçsbiter, aptiori, quo potuerit modo, eos inſti tuat, ac poſtea eorum Confeſſiones excipiat. *Azor. par. 1. inſtitu moral. lib. 8. cap. 8 quæſt. 5.*

Tertiò, interroget etiam circa præcepta Eccleſię, nam ignorantes præcepta Eccleſiæ, & alia præcepta, quæ ad ſtatum eorum pertinent, lethali culpa ſe obſtringunt; ratio, quia
72 tenetur quis ſcire vniuerſalia Eccle ſiæ præcepta, puta de annuali Confeſſione, & de Communione, & de Ieiunio, & de Decimis Miniſtris Eccleſiæ ſoluendis, & de Miſſa in diebus feſtiuis audienda; cum ergo fideles omnes ad hæc ſeruanda præcepta teneantur, ſeruare autem ea probabiliter, & moraliter non poſſunt,
73 quia ea ignorant (voluntas enim nõ fertur in incognitum) conſequenter illorum ignorantia, vt potè cauſa moralis peccādi, erit peccatum mortale. Qua de cauſa Ioſeph Angles in floribus. *2. ſenten diſt. 22. q. 2. art. 2. diffic. 1. concluſ. 3.* docet, eum, qui culpabiliter ignorat, hæc præcepta, licet Ieiunet Quadrageſimam, & alios dies, Cõfiteatur, & Communicet ſemel in anno, reum eſſe culpæ mortalis, ob probabile periculum peccandi cui ſe exponit ob eorum ignorātiam.
74 Sic etiam Epiſcopi, Iudices, Aduocati, Tabelliones, Medici, Confeſſores, & ſimiles perſonç, ignorantes ea, quç ratione ſtatus eorum ſcire tenentur, mortaliter delinquunt; nõ enim poſſunt ea, quæ ſtatus ſui ſunt debitè exequi, ſi ea ignorant, quæ ad ſtatum & officium eorum pertinent. *Clauis Reg lib. 2. cap 9 num 31.* quæ profectò Confeſſores ſummo ſtudio animaduertere debent.

Quo ad abſolutionem; Primò Cõfeſſarius animaduertat quod nequaquam Chriſtianus eſt abſoluendus, q vel ob negligentiam, vel verecundiā addiſcere non curat ſcire memoriter
75 Symbolum fidei, Pater noſter, Aue Maria, decem legis præcepta, vt qui velit in peccato mortali (qui.n. hæc addiſcere nolunt, & in illis ſciendis, ac memoriæ mandandis nullā prorſus curam adhibent a culpa mortali non excuſantur) perſiſtere, & quç ad ſtatum ſuum ſpectat ignorare, ob talium ignorantiam exponens ſe periculo probabili non credendi, vt oportet, non orandi quando neceſſitas vrget, & non agendi, quæ in lege Dei præcipiuntur. Verum ſi poſtquam ſic ignorans, pro viribus elaborat, vt ſupradicta memoriæ tradat, & nec verbum vnum retinere poteſt: dummodo tamen credat ſingulos Articulos, quando ſibi proponuntur a Miniſtris Eccleſiæ, & ſciat de illis, ac de præceptis decalogi reſpondere quando interrogatur, & deprecetur Deũ, intendens ſaltem virtualiter ad ea, q̃ in Oratione Dominica continentur, abſolui tunc poterit; Quia præceptũ Eccleſiæ de his ordinatè addiſcēdis, & memoriæ tradendis, obligat ſolũ prout hominis vires ferunt: nemo.n. ad ſibi impoſſibile tenetur. *arg. l. impoſſibile. ff. de reg. iur. et c. nemo. de Regu. iur. in 6.* & in omni præcepto legis poſitiuæ admittitur exceptio cauſæ rationalis. *c. ſi quando. de Reſcript.* Quare quamuis pęnitens in toto præterito tempore in quo potuit, hæc addiſcere, & memoriæ comendare, nec tamen voluit, in peccatum mortale incurrerit, attamen de eo nunc pœnitens, & in illis addiſcendis toto conatu enitens, nec verbum vnum retinere potens ſecũdum ordinem quo ab alijs recitari ſolent, ſed interrogatus de omnibus reſpondet, vt Chriſtianum hominem decet, credendo diſtinctè oẽs fidei Articulos in Symbolo cõtentos, & ſolemni ritu Eccleſiæ celebrari ſolitos: petendo item a Deo ea, quæ ſaluti Animæ ſuę ſunt neceſſaria: necnon peccata, quæ De-

calogis pręceptis aduerſantur digno ſcendo, & fugiendo, abſolui debet, vt docet *D. Thom.* communiter receptus. 2.2.*q.*2.*art.* 8. *Palud. in* 4. *diſt.* 15. *q.*5. *Angel. Silueſt. Tabien. verb. fides. & verb. ſcientia ita Lud. Beia par. 3. reſp. caſ. coſcientiæ. caſu* 27. & ita interpretari
76 poteſt mens ſupradicti Antiſtitis eſſe, nempe neminem obligare velle ad ea, quę sũt impoſſibilia, prout nec ipſa Sancta mater Eccleſia ſuis pręceptis quemquem fidelium obligare intendit ad ſibi impoſſibilia peragenda.

Secũdò, ante abſolutionem, conetur inducere pęnitentem ad veram, & perfectam contritionem ſuorum peccatorum, oſtendendo ei grauitatem peccati commiſſi, ob prędictarũ Orationum ignorantiam, pręcipiendo ei, vt omnino totis viribus eas perdiſcant, iniungendo ei grauiſſimam pęnitentiam pro negligentia cõmiſſa, maximè pręſeruatiuam, vt videlicet quoties impoſterum in adiſcendo negligens fuerit, toties talem eleemoſynam pauperibus largiatur, vel quid ſimile, prout pro ſalute Animę ſuę ſibi videbitur expedire, pręſertim ſi pęnitẽs ſit ętatis grandiuſculę, puta quatuordecim, vel quindecim annorum, modo habeat poſſibilitatem dictam pęnitentiam peragendi. Et hęc pro huius quinti caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſexti, ſeptimi, octaui, noni, decimi, & vndecimi caſuum reſeruatorum, eiuſdem Tabellę Sancti Seuerini, qui tales ſunt.

Homicidium voluntarium.

Abortus procuratus.

Oppreſſio Infantium.

Teſtimonium falſum perhibentes, ſeu ſcripturas falſificantes.

Sortilegia, & Artem Magicam exercentes.

Detinentes in lecto Infantes anno minores, abſque noſtra licentia, & debita cautione adhibita.

PRo declaratione horum ſexti, ſeptimi, octaui, noni, decimi, & vndecimi caſuum reſeruatorum, quum ſatis ſufficienter declarati inueniantur in alijs Tabellis aliorum Epiſco-
78 porum; declaratio enim ſexti habetur in Tabella Auximana, in explicatione primi caſus reſeruati. *fol.* 262. Declaratio ſeptimi in Tabella Maceratenſi. caſu ſeptimo *fol.* 311. octaui in Tabella Foſumſempronij caſu tertio. Noni in Tabella Piſaurenſi in explicatione ſexti caſus reſeruati. *fol.* 358. decimi ĩ primo caſu Tabellę Anconitanę. *fol* 48. & in Tabella Æſina. caſu 8 *nu.* 71. *fol.* 436. & Vndecimi in caſu vltimo in Tabella Anconitana *fol.* 114. hinc nil aliud modo dicendũ cenſeo eſſe neceſſarium; videat ergo Confeſſarius loca citata, & diligenter perlegat ſingula ibidem annotata. Et hęc pro illorum declaratione nunc dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio duodecimi, & vltimi caſus reſeruati eiuſdem Tabellę Sancti Seuerini, qui talis eſt.

Caſus de iure Epiſcopis reſeruati.

PRo declaratione huius vltimi caſus reſeruati (ſi tamen bona pace Epiſcopi caſus reſeruatus iure appellari poteſt) Quamuis ſoleant quinq;

vel

79 vel ſex caſus numerari iure communi reſeruati Epiſcopis, ex extrauagã. *ſuper Cathedram. de ſepultu.* quam nonnulli Doctores ſequuntur; Vel ſecundum *Graff. par. 1. lib. 1. dec. aur. capitulo 13. numero 65. & Nauar. in Manu. cap. 27. num. 262 & Ioan. Capeauill. tract. de caſibus reſeruat. par. 1. capitu. 5. quaeſt. 2.* opinionem, vnicum eſſe tantum, aut ad ſummum duos caſus reſeruatos Epiſcopis de iure, nimirum crimen incendiarij, & peccatum, ob quod ſolemnis pœnitentia eſt indicenda. Michi autem videtur, inquit *Franciſcus Suarez tomo 4. diſput. 29. ſect. 3. num. 6. & ſequen.* ex ſolo iure communi, & ſecluſa conſuetudine nullum peccatum eſſe Epiſcopis reſeruatum. Omitto diſpenſationes Votorum, & ſimilia, quæ Summiſtæ numerant inter hos caſus reſeruatos improprijſſimè, vt *Nauar. loc. citat.* optimè aduertit, quia hic non agimus de omni actu iuriſdictionis, pręſertim exterioris, ſed ſolum de reſeruatione culpæ in ordine ad abſolutionem Sacramentalem. Probo, primo, quia ex dicta extrauagan. non ſumitur argumentum firmum: nam prorſus reuocata eſt in *Clementina. dudum de ſepult.* & licet aliqui contendant non eſſe reuocatam ſimpliciter, ſed quo ad aliqua, quod ſignificat. *gloſ. ibi. & Silueſte. verb. caſus,* tamen verba reuocationis abſoluta ſunt, ibi, *omnino caſſamus.* & quamuis non eſſet vniuerſalis, haberet locum in hoc puncto: nam ſpectabat ad reſtringenda Priuilegia Mendicantium, quæ reſtrictio in alio textu tollitur. Addo pręterea, Pontificem ibi non condidiſſe nouum ius de reſeruatione caſuum, ſed obiter retuliſſe caſus, qui tunc erant reſeruati communi iure, aut conſuetudine: & fortaſſe tunc hi caſus erant recepti, nunc autem ex vi illius iuris non oportet reſeruationem durare. Et ita in primo ca-
80 ſu ibi numerato, qui eſt, quando peccatum habet ex iure annexam pęnitentiam publicam, omnes Doctores fatentur iam non eſſe in vſu. *Tabien. verb. diſpenſatio. num. 15.* circa medium. *Armill. verb. caſus numero 5. Graff. loco ſupracitat. & in Append. lib. 1. capitulo 7 numer. 8. Ioan. Capeauill. loc. citat.* & ſi non eſt amplius in vſu, vacat & non eſt amplius reſeruatus. *Tabien. vbi ſupra.* quia hæ pęnitentiæ iam ſublatæ ſunt, & ſi quę ſuperſunt pertinent ad forum contentioſum, nec ratione illarum reſeruantur peccata, niſi etiam habeant cẽſuram annexam.

Secundus caſus eſt, quando habet excommunicationem maiorem annexam, ſed hoc ſolum eſt verum,
81 quando excommunicatio per ſe eſt reſeruata Papæ, & in aliquo particulari caſu committitur Epiſcopo in iure, vt verbi gratia ſępe fit in excommunicatione Canonis, *ſi quis ſuadente.* & in Concilio Tridentino *ſeſſione 24. cap. 6.* fit in omnibus occultis: tunc enim illa non tam reſeruatio, quam delegatio. At vero quando excommunicatio ſimpliciter fertur in iure, nulla fit reſeruatio Epiſcopo, ſed quilibet Parochus, vel alius æqualis illi in iuriſdictione poteſt, & a culpa, & a tali excommunicatione abſoluere, iuxta *capitu. nuper. de ſenten. excommun. in 6.* & in hoc conueniunt *Angel. & Nauar. loco ſupracitato.* Neque excipio excommunicationem reſeruatam Epiſcopo, quia exiſtimo directè, & propriè nullam talem eſſe in iure. Dico etiam in excommunicationibus reſeruatis Epiſcopis per eorum ſtatuta, vel ſententias non ſtatim haberi, quod ipſa peccata in ſe maneant reſeruata: quia illa duo, vt dixi ſunt diſtincta: Immo interdum poteſt reſeruari cenſura, & non culpa, conſideranda ergo ſunt verba reſeruationis, conſuetudo, & poteſtas reſeruantis; Abſolutio ergo excommunicationis maioris, non

Digitized by Google

eſt caſus reſeruatus, quia non eſt
peccatum, ſicut nec ipſa excommu-
nicatio, ſed eſt potius pœna pecca-
ti. *Ioan. Capeauill & Nauar. loc ſupra-
citat.* Tertius caſus eſt, ſi peccatum
habeat annexam Irregularitatem;
82 ſed veritas eſt, diſpenſationem Ir-
regularitatis eſſe reſeruata, vel Pa-
pæ, vel Epiſcopo, ſi ſit occulta;
culpa autem per ſe reſeruata, non
eſt; immo ſtante Irregularitate, po-
teſt quis abſolui a tali culpa, a quo-
libet Confeſſario approbato ab or-
dinario, licet Irregularitas ſpectet
ad Summum Pontificem, vt ait *Ro-
driquez. Quæſtio. Regul. 10. 1 quæſt. 61.
articulo 2. & Mirand. Manual. Tralat.
tom. 1. quæſt. 46. articul. 2.* quia Irregu-
laritas (in quo inter alia differt ab
excommunicatione) non impedit
Sacramentorum ſuſceptionem, vt eſt
ſententia communis, & ſummitur ex
*gloſ. in capitulo ſi Epiſcopus. de pœnitent.
& remiſſ.* quam ſequuntur *Hoſtienſis.
& alij*, qui numerantes caſus Epiſco-
pales, huius mentionem nō faciunt;
quamobrem *Nauar. loco ſupracitato.*
ſecutus Cardinalem in *Clementina du-
dum. §. ac etiam. de ſepult.* inquit Cleri-
cum, qui ob aliquod peccatum Irre-
gularitatem incurrit, poſſe abſolui a
cenſura, antequam cum illo in Irre-
gularitate diſpenſetur; Si ergo po-
teſt abſolui a quouis Confeſſario, ſe-
quitur quod tale peccatum non eſt
caſus Epiſcopis reſeruatus, cum iux-
ta Decretum ſacræ Congregationis
Cardinalium, nullus Confeſſarius,
ſæcularis, vel Regularis poteſt ab-
ſoluere a caſibus Epiſcopo reſerua-
tis. Quartus caſus eſt de peccato in-
cendiarij, qui numerantur in d. *Ex-*
83 *trauogan.* ſed iam dixi ex vi illius te-
xtus nullam habere reſeruationem.
Solet tamen præterea colligi hic ca-
ſus ex *cap. poſſint am 23 quæſt. 8.* ſed ibi
nullam inuenio reſeruationem, ſed
ſolum præceptum, cuccedam, vt ta-
lis peccator non abſoluatur, niſi tali,
vel tali pœnitentia impoſita, in qua
Epiſcopus diſpenſare non poſſit: ibi
tamen non limitatur abſolutio, vel
impoſitio pœnitentiæ ad ſolum Epi-
ſcopum; Nihilominus *Nauar.* dicit
hunc caſum eſſe receptum in communi
opinione, & vſu; quod ſi ita eſt, erit
reſeruatus ex vi conſuetudinis, non
ex vi iuris. Quintus caſus eſt, publica
Blaſphemia, ex *cap. ſtatuimus de Male-
dic.* tamen ibi ſolum eſt ſermo de pœ-
84 nitentia propter hoc peccatum in-
iungenda, in foro exteriori, vt etiam
aduertit *Nauar.* Vnde in Concilio
Lateranen. ſub Leone Decimo *ſeſſ. 9.
in titulo de reformat.* Curiæ. *§. ad abolen-
dam*, imponitur ſpecialis pœna pro-
pter hanc culpam in ordine ad fo-
rum contentioſum. Vlterius vero
præcipitur Confeſſoribus, vt ab hoc
peccato non abſoluant, niſi ſeuera
impoſita pęnitentia; ſupponitur er-
go poſſe abſoluere. Ruirſus dictum
Concilium hoc abſolutè inter caſus
reſeruatos de iure Epiſcopo, non co-
numerat ait *Rodriquez. vbi ſupra. d. ar.
2. & Angel verb Blaſphemia. numero 4.
Silueſt. verb. eod quæſt 6. Armill. eodem
num. 5. Nauar in Manual cap. 27 num.
262. Ioan Azor par 1. inſtit. moral. lib.
9. c. 28. dub. 12.* tradunt Blaſphemiam
85 publicam vllo iure communi eſſe
reſeruatam Epiſcopo. nam *cap. ſupra-
citatum. ſtatuimus de maledic.* quo ni-
tuntur multi cōtrariæ opinionis Do-
ctores, intelligitur ſolum de Blaſphe-
mia in forum iudiciale corā Epiſco-
po delata, quam more antiquo, ſolē-
ni pęnitentia puniebat Epiſcopus, &
poſtea ex parte, vel ex toto, pro ratio-
ne pęnitentiæ ipſius Blaſphemantis
relaxare ſolebat, vt legenti. *d. capitulo*
manifeſtum eſſe poterit. Immo ſu-
prad. Concilium verando ne Confeſ
ſarij Blaſphemos in foro conſcien-
tiæ, niſi cum graui ſima pęnitentia
ad arbitrium ſeueri Confeſſarij im-
poſita abſoluant, ſatis innuere vide-
tur, vt dixi poſſe eos cum prædicta

pęni-

pęnitentia abſoluere, vt *Nauar.* ſubtiliter vbi ſupra annotauit. *Clau. Reg. lib.6. capitulo 13 num.* 11. cum ergo peccata ſupradicta non dicuntur reſeruata ex vi iuris, ſed ex conſuetudine, ideo hiſce temporibus nulla peccata de iure ſunt Epiſcopis reſeruata, ſed ſolum de generali, vel particulari conſuetudine. *Dnus Anton par.3 tit. 17 capitulo 11 Anton ſer. in exam. theolog. mor. par.3 cap.6 § 6. numero 15. ita Suarez loco ſupracitat. d ſect 3 a num 6. vſque.* 10. quem ſequitur *Floron. par.* 1. *cap.* 2. §. 1 *numero* 5. vbi citat *Poſſeuin. de offic. curat capitu.7. numer* 48. *& Homob par.* 1 *cap.* 3 *folio* 63. dicens modo nullum peccatum de iure reperitur Epiſcopo reſeruatum, quam opinionem vti probabiliorem veram, & rationi conſonam, libenti animo amplector; Salua ergo pace ſupradicti Epiſcopi, & aliorum Epiſcoporum,
86 qui ſibi hunc caſum reſeruare ſolēt, cum in præſentia nullus reperiatur caſus, qui de iure ſit Epiſcopis reſeruatus, meo iudicio bonum eſſet ab huiuſmodi reſeruatione abſtinere; Quod ſi velint Epiſcopi, vt ſupradicta peccata, nimirum, peccatum ob quod ſolemnis pęnitentia imponenda eſt, abſolutio excommunicationis maioris, peccatum quod habet annexam Irregularitatem, crimen incendiarij, & Blaſphemia publica, ſint caſus reſeruati, debent illa ſpeciatim ſeu nominatim, in ſuis Tabellis explicare; ſic enim fiet, vt hæc crimina, non de iure, ſed vel per eorum ſtatuta Sinodalia, vel ex particulari conſuetudine, erunt ſibi reſeruata. Animaduertant quæſo Domini Epiſcopi ea, quæ ſacra Congregatio, circa caſuum reſeruationem decreuit. In Decreto enim incip. *Cum autem dubia* prout refert *Stephan. Quarant. verb. Caſus reſeruati.* Sed ne locorum Ordinarij inquit, ad quos caſuum reſeruatio ſpectat, ea in re modum excedant, eadem ſacra Congregatio illos rurſus magnopere admonendos cenſet, vt non paſſim, ſed cum id videbitur cōmuni bono expedire, attrociorum tantum, & grauiorum criminum abſolutionem ſibi reſeruent, quorum reſeruatio ad Chriſtianam diſciplinam retinendam conferant in ædificationem, non autem in deſtructionem cędat: ne alioquin Sacramenti pęnitentiæ Miniſtrorum poteſtate coarctata, Sanctæ Matris Eccleſię pie menti contrarius effectus ſubſequatur. Hæc ergo pro huius duodecimi caſus reſeruati, ac ſimul totius iſtius Tabellæ Sancti Seuerini declaratione dicta ſufficiant, ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

QVÆSTIO XVIII.

De Caſibus Reſeruatis Epiſcopo Ripano.

Circa hanc decimamoctauam quæſtionem quæritur quot, & quales ſunt caſus reſeruati Epiſcopo Ripano, ad quod breuiter reſpondeo dicendo. Caſus, quorum abſolutionem nunc in ſua Diæceſi ſibi reſeruat Ordinarius Ripanus, ſunt hi qui in præſenti Tabellæ continentur.

Tabella Ripana.

1 *Incantationes cum abuſu Sacramentorum, aut rerum Sacramentalium; aut expreſſa vel tacita dæmonis inuocatione, quando pœnitens ſemel a Confeſſario, vel Parocho admonitus fuit.*

2 *Blaſphemia coram quinque, vel pluribus perſonis prolata.*

3 *Homicidium voluntarium, aut mandatum, conſilium, aut auxilium ad illud, dummodo ſit ſequutus effectus.*

4 *Beſtialitas.*

5 *Sodomia Virorum, aut Mulierum, actiua, aut paſſiua.*

6 *Inceſtus quo ad Virum, & Mulierem in primo gradu Conſanguinitatis, & quo ad Virum tantum in ſecundo gradu Conſanguinitatis, in primo, & ſecundo gradu affinitatis in Cognatione ſpirituali.*

7 *Lenocinium ad effectum Stupri, Adulterij, aut Sodomiæ.*

Declaratio huius Tabellæ.

IN nomine Dñi Noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio primi caſus reſeruati huius Tabellæ Ripanæ, qui talis eſt.

1 *Incantationes cum abuſu Sacramentorum, aut rerum Sacramentalium, aut expreſſa vel tacita dæmonis inuocatione, quando pœnitens ſemel a Confeſſario, vel Parocho admonitus fuit.*

PRo declaratione huius primi caſus reſeruati, præterea quæ dicũt Summiſtæ, & alij Doctores de hac materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Incantatio, quidvè abuſus Sacramentorum, aut rerum Sacramentalium, cum expreſſa, vel tacita dæmonis inuocatione.*

2 *Quando facientes Incantationes cum abuſu Sacramentorum, aut rerum Sacramentalium, cum expreſſa, vel tacita dæmonis inuocatione incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*

3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt a Confeſſario circa Confeſſionem, & abſolutionem prædictorum pœnitentium Incantationes cum abuſu Sacramentorum, aut rerum Sacramentalium, cum expreſſa, vel tacita dæmonis inuocatione, facientium.*

CIrca primũ; breuiter, quid ſit Incantatio, vide ſupra in declaratione ſecundi caſus reſeruati in Tabella Firmana. *num.4 fol.* 118. Quid etiam ſit
1 Abuſus Sacramentorum, & rerum Sacramentalium, patet ſupra in decla-

declaratione ſecundi caſus reſeruati in Tabella Piſaurenſi, *n.* 48. *fol* 349. & quid ſit expreſſa vel tacita dæmonis inuocatio, patet etiam in eadem Tabella Piſaurenſi in declaratione primi caſus reſeruati *num. primo, & 4. fol.* 339.

Vide etiam Tabellam Anconitanam, circa abuſum Sacramentorum, & rerum Sacramentalium, *fol.* 57.

Circa ſecundum; Primò incidunt
1 in hunc caſum reſeruatum, facientes incantationes cum abuſu Sacramentorum, vel rerum Sacramentalium, eo modo quo dixi in ſupradicta Tabella Piſaurenſi, *fol.* 350. *verſ. Secundo, incidunt,* vſque ad ſextum. Si poſtquã ſemel admoniti à Cõfeſſario, aut Parocho, id efficiunt.

Secundò, & qui abutuntur Sacramentis, aut rebus Sacramentalibus, cum expreſſa, vel tacita dæmonis inuocatione, de qua vide ſupra in
3 eadem Tabella Piſaurenſi, in dicta declaratione primi caſus reſeruati, fol. 341. ſi abutuntur poſtquam à Cõfeſſario, aut Curato ſemel admoniti fuerint.

Tertiò, & qui dæmones in ſuis Incantationibus expreſsè, vel tacitè inuocant, vel quouis modo de futuris euentibus, aut rebus occultis interrogant; poſtquam ſemel a Confeſſario, vel Parocho admoniti fuerunt,
4 *vt ſup loc. cit.* in eadem Tabella Piſaurenſ. vide ibidem multos alios caſus, in quibus in præſentem caſum reſeruatũ incidunt pęnitentes dæmones inuocantes, & incantationes facientes, dummodo in eis abuſi fuerint Sacramentis, aut rebus Sacramentalibus, & ſemel admoniti ſint à ſuis Cõfeſſarijs, vel curatis.

Non incidunt autem; Primò, abutentes Sacramentis, vel rebus Sacramentalibus in ſuis Incantationibus, etiam cum inuocatione expreſſa vel
5 tacita dęmonis, ſi nondum, vel nunquam à Confeſſario, aut Parocho admoniti fuerint; quamuis ſemper grauiſſimè lethaliter, delinquant, & ſint quandoque ſuſpecti de hæreſi, vt patet ſupra in dicta Tabella Piſaurenſi, *num.* 41. *fol.* 348.

Secũdò, nec incidunt, omnes quos retulimus in prædicta Tabella Piſaurenſ. fol. 346. à ſecundo caſu, vſq; ad
6 quartumdecimum, modo ea, quæ ibi explicantur, non effecerint poſtquã ſemel à ſuis Confeſſarijs, aut Parochis, admoniti fuerint.

Circa tertium Praxis obſeruanda à Confeſſario circa Confeſſionem, & Abſolutionem pęnitentium Incantationes cum abuſu Sacramentorũ, aut rerum Sacramentalium, cum expreſſa vel tacita dæmonis inuocatione facientium, ea eſſe poterit, quæ di
7 xi in declaratione primi caſus reſeruati in prædicta Tabella Piſaurenſi fol. 349. hæc ergo pro huius primi caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſecundi, tertij, & quarti Caſuum reſeruatorum eiuſdem Tabellæ Ripanę, qui tales ſunt.

Blaſphemia coram quinque vel pluribus perſonis prolata.

Homicidium uoluntarium, aut mandatũ, conſilium, aut auxilium ad illud, dummodo ſit ſequutus effectus.

Beſtialitas.

PRo declaratione horum ſecundi, tertij, & quarti caſuum reſeruatorum, ſuperuacaneũ eſt aliquid ſcribere, illarum enim optimæ declara-
8 tiones ſparſim in hoc volumine habentur; nam declaratio ſecundi habetur in declaratione quinti caſus reſeruati

ſeruati in Tabella Anconitana, f.80. & in Tabella Camerinen. in explicatione ſecundi caſus & in declaratione tertij caſus reſeruati, in Tabella Aeſina, & in primo caſu reſeruato in Tabella Senogallienſi, dummodo tamen blaſphemia coram quinque vel pluribus perſonis ſit prolata. Declaratio tertij expreſsè patet in explicatione primi caſus reſeruati in Tabella Auximana, fol.262. & declaratio quarti, in Tabella Firmana f.123. cum ergo prædictis citatis locis ſufficienter declarati inueniantur, ideo hæc pauca modo pro illorum declaratione dicta ſufficiant ad laudem, & gloriã Dñi noſtri Ieſu Chriſti, Amẽ.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio quinti caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Ripanæ, qui talis eſt.

Sodomia Virorum aut Mulierum, actiua & paſſiua.

PRo declaratione huius quinti caſus reſeruati, ſi diligenter perpẽdantur ea, quæ dixi ſupra in explicatione quarti caſus reſeruati in Tabel
9 la Anconitana *fol.*77. per omnia huic caſui aptari poſſunt videatur ibidẽ. hæc ergo pauca pro huius quinti caſus reſeruati modo dicta ſufficiãt, ad laudem & gloriã Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſexti caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Ripanæ, qui talis eſt.

Inceſtus quantum ad Virum & Mulierẽ in primo gradu Conſanguinitatis, & quo ad Virum tantum in ſecundo gradu Conſanguinitatis, In primo & ſecundo gradu Affinitatis in Cognatione ſpirituali.

PRo declaratione huius ſexti caſus reſeruati, quamquam videatur iſte caſus ſatis implicatus, eius tamen ampla declaratio quo ad Inceſtum primi & ſecundi gradus Con-
10 ſanguinitatis; habetur ſupra in explicatione ſecundi caſus reſeruati in Tabella Anconitana, *fol.*64. quo vero ad Inceſtum Cognationis ſpiritualis, patet eius vtilis declaratio in explicatione quinti caſus reſeruati in Tabella Recanatenſ. *fol.*287. pro eius tamen completa declaratione vnum tantum ſubnectendum cenſeo eſſe neceſſarium, videlicet quod in hunc caſum reſeruatum, ſicut nec etiam in alijs peccatis carnalibus, non incidunt Maſculi qui quartumdecimũ, & fœminæ duodecimum annũ nondum expleuerint, prout in calce præſentis Tabellæ, Epiſcopus huius Ciuitatis, pro Confeſſariorum inſtructione commonefacit; & hæc pro huius ſexti caſus reſeruati declaratione dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriã Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

IN nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, incipit declaratio ſeptimi, & vltimi caſus reſeruati eiuſdem Tabellæ Ripanæ, qui talis eſt.

Lenocinium ad finem Stupri, Adulterij, aut Sodomiæ.

PRo declaratione huius vltimi caſus reſeruati, præter ea, quæ dicunt Summiſtę, & alij Doctores de hac turpi materia pertractantes, tria ſunt declaranda.

1 *Quid eſt Lenocinium.*
2 *Quando Lenones incidunt in hunc caſum reſeruatum, & quando non incidunt.*
3 *Qualis Praxis obſeruanda eſt à Confeſſario circa Confeſſionẽ & Abſolutionẽ Lenocinium perpetrantium.*

Circa

CIrca primum; antequam quid Lenocinium ſit dicamus, in primis quid Leno, quid vè lena ſint, operepretium eſt, vt videamus. Leno eſt qui
11 Scortorum proſtitutione quæſtum facit: ita dictus ab alliciendo, quod Adoleſcentulos alliciat: vel à lenitudo, quo leniendo animos Adoleſcentium corrumpat. Vel eſt leccator ſeu conſiliator ſtupri, & deriuatur a Leno nis, quia mentes inferorum blandiendo, & deliniendo ſeducit, vt nūdinet eorum corpora; Vnde Lenones dicuntur, inducentes Mulieres blandis verbis ad peccandum. Lena vero eſt Mulier leccatrix vel cōſiliatrix Stupri; vel Lena eſt, quæ mulieres quæſtuarias proſtituit. vide *Catholicon. & Calepin.* Hi namque, nimirum Lenones, & Lenę, peſſimis & peſtiferis artibus, doloſisque ſuaſionibus, ac fallacijs probas, & honeſtas Mulieres inficiunt, ſubuertunt, ſeducunt, adigunt, ſeu ad peccandum inducunt & non ſolum Mulieres, verum etiam Adoleſcentulos proſti-
12 tuunt. Lenocinium ergo nil aliud eſt, niſi quædam ars ſeu officium inducendi, blandis verbis, doloſisque ſuaſionibus, fraudis ac fallacijs, Mulieres, & Adoleſcentulos, ad peccandum, vt colligitur ex *Aluaro Pelag. de Planctu Eccleſ. libro ſecundo, cap. 45. Verſ. Trigeſimoquarto.* vbi ait, Quædā Rufianæ quas Hiſpani altayotas vocant maximè vetulæ deformes, & pauperes, quas nullus appetit, pelliciunt iuuenculas virgines, & alias, & circumueniunt, & eas alijs procurāt, & ſunt cauſa mortis illarum.

Circa ſecūdum; ex hactenus dictis ſatis liquet qui nam incidūt in hunc caſum reſeruatum, & qui non incidunt.

Primò enim incidunt Patres, & Matres, proprias filias ſuas necdum legitimas, ſed etiam naturales, etiam ſemel tantum, proſtituunt, cum filia
13 naturalis ita ſanguinis coniunctionē cum parentibus habeat, ſicut legitimè nata, ac proinde ipſius honeſtatē tueri, ac conſeruare tenentur, prout admonet generaliter ſapiens *Eccleſ. cap 7. filiæ tibi ſunt, cuſtodi corpus illarum. Henriq libro 11. de Matrimon. cap. 19* Etiam ſi nullum per hoc quęſtum nullumvè lucrum percipiant, ſed tantum falſæ amicitiæ cauſa, vel aliqua alia humana ratione moti, id permittunt; immo etiam ſi ipſæ filiæ alias ſuorum corporum copiam alijs factæ erant, & parentes non obſtite-
14 runt, nam facientes, & conſentientes pari pęna puniuntur, *c. quia quæſitum eſt. de offic. iudic. deleg.* iam autem qui faciliè impedire poſſunt, & non impediunt, cum ad hoc teneantur, conſentire videntur, vt tradit *Nau. in cap non inferenda 23. q. 3. concl. 4. nu. 18.* etiam ſi id faciunt ob paupertatem, cum ei non ſit ignoſcendum, qui prætextu paupertatis turpiſſimā vitam ducit, *l. palam, ff. de ritu nupt.* quia ad hoc nulla conditione debēt adduci, quia potius debet quis mortem pati, quam malum committere, vel illi conſentire, *cap. ita ne 32. quaſt. 5. cap ſacris. de his, quæ vi. Met. ve cauſa.*
15 Cum enim Parentes teneantur ad tria erga filios & filias, nempe ad eorum educationem, eruditionem, & correctionem, hinc nullum dubium eſt quin eos admonere, & etiam cum opus eſt, aliquam moderatam pęnā infligere debeant, coercendo præſertim filias ſuas ne Amatores ob malū finem habeant, & eo magis, ne vllo modo cum viris copulentur, ſi enim ſecus fecerint illas videlicet proſtituendo, hac reſeruatione dubio procul ligantur vt dictum eſt, atque idē per omnia fatendum eſt, ſi propriorum filiorum Maritum, vel etiam filiarum ſuarum nuptarum pudicitiā exponunt, caſus enim clarè dicit,

Leno-

Digitized by Google

Lenocinium ad finem ſtupri, Adulterij, aut Sodomiæ.

Secundò, incidunt fratres, ſorores ſuas virgines proſtituendo, vel coniugatas, ad Adulterãdum, vel alios fratres ſuos iuniores ad Sodomiam
16 committendam, impellendo; & idẽ cenſendum eſt de quibuſcũque alijs Conſanguineis, ſuas Conſanguineas puellas, maritatas, vel Conſanguineos mares, ad prædicta crimina perpetranda, inducentibus.

Tertiò, & mariti adulterare vxores ſuas permittentes; Immo videntes vxores ſuas lucrari multum, abundare veſtibus, domus ſuas abundare victu, cum ipſi nihil horum faciant,
17 & ſint pauperes, ſi faciunt illas adulterare, vel affectatè ignorant, incidunt in caſum, quia dicuntur conſentire, non impediendo crimen, *capit. error. diſtinct.* 83. & in foro exteriori tales mariti poſſunt puniri, vt Lenones, & ſunt infames, *tex. eſt in l. mariti. §. qui quæſtũ, ff. de Adult. Graff. in Prax. libro ſecundo, capit. decimoquinto, numero* 29. Vnde etiam in caſum cenſemus
18 incurrere, & pęna externi fori plecti poſſe maritum illum, qui fingens ſe ſomnum capere, permittit quempiã ad ſuam vxorem accedere; vel dedita opera, reſidet in Eccleſia, vel in alio loco moratur, ad hoc vt interim eius Coniux adulterium committat, & cũ poſſet impedire, illud patitur; Vt enim ait D. Damaſus Papa *in ca. qui poteſt*; 23. *q.* 3. *Non caret ſcrupulo ſocietatis occultè, qui manifeſto facinori deſinit obuiare, Graff. loc. cit. numero* 49. quotieſcunq; ergo Mariti, expreſsè, vel tacitè, vtpotè ſimulantes, conſentiunt vt vxores faciant poteſtatem alijs ſuorum corporum adulterãtes, incidunt in hunc caſum; & idem dicendum eſt de quibuſcunque alijs inducentibus alias quaſcunque Mu
19 lieres coniugatas ad adulterandum; etiam ſi huiuſmodi fœminæ eſſent vxores Iudæorum, vel quorumcunque aliorum infidelium, nam quamuis aliud ſit peccare cum Mulieribus coniugatis Chriſtianis, & aliud cum Infidelibus, tamen ex maioritate rationis, cum ſimus in his, quę ſunt eiuſdem generis, fit extenſio, *argum. cap. pęnale*, 14 *quæſt.* 5. Vbi enim eſt eadẽ ratio, ibi lex extendi debet ad vlteriores caſus, *l.* 1. *§ quod vulgo. ff. de vi, & vi arma.* Cum enim caſus indiſtinctè loquitur dicens, *Lenocinium ad fi-*
20 *nem Stupri, Adulterij. aut Sodomiæ*, & lex generaliter & indiſtinctè loquẽs, omnem caſum complectitur, dato quod maior ſit ratio in vno quam in alio. *l.* 1. *§. quod autem, ff. de ale. lu. & aleato.* ergo de omnibus Mulieribus & viris, cum quibuſcunque fœminis fidelibus & infidelibus adulterantibus, vel ad adulterandum inducentibus, intelligendus eſt; atque ob eãdem et rationem idem etiam fateor cenſendum eſſe de Viris, ſeu Mulieribus, qui, vel quæ, quouis modo, & arte, puellas quaſcunque non ſolum fideles in ſeculo degentes, ſed etiam Moniales, & infideles, tam fœminas,
21 quam Mares, proſtituũt. Caſus enim reſeruatio quandoq; extenditur, immo vt melius dicam, includit alios caſus attrociores reſeruatos dummodo ij ſint eiuſdẽ generis, prout not. *Graff. in d. Prax. lib. primo, cap.* 4. *Regul.* 6. *num.* 34.

Quartò, & Tutores, qui quos ſub tutela habent, proſtituunt. Tutores enim à iure dantur, vt inter alia, pu-
22 pillorum bona ab impiorum iniuria tueantur, & ipſos à criminibus intactos conſeruent. *capit. omnis ætas*, 12. *quæſt.* 1. *Tabien. Armill. Sylueſt. Angel. verb. Tutela, Cataneus verb. Tutela, Nauar. in Man. cap.* 25. *num* 66. *Mol. de iuſt. & iur. diſput.* 223. *Rebel de oblig. iuſt libro* 17 *quæſt.* 1. Non inciderent autem ſi reſeruatio dicat, *Lenocinium in proprias filias, ſorores, ac vxores, vel,*

Pater,

Pater, aut Mater, aut vir qui conſentit, vt filia, vel vxor ſe proſtituat. Ratio eſt quia appellatione patris, vel matris, fratrum, ac maritorum, non intelliguntur pupillorum tutores.

Poſtremò incidunt, qui filias ſuas Virgines, vel Coniugatas, vel alias quaſcunque Mulieres exponunt, non ſolum vt Stuprentur, vel Adulteren-
23 tur, ſed etiam ſi proſtituant, vt illis prępoſtera libidine, hoc eſt nephario coitu, contra naturam, abutantur, cũ caſus expreſsè dicat, *Lenocinium ad finem Stupri, Adulterij, aut Sodomiæ.* Et ipſæ filiæ aliæve Mulieres talia patiẽtes, incidũt in ſupradictum quintum caſum reſeruatũ huius Tabellæ, qui eſt *Sodomia Virorum, aut Mulierũ actiua & paſſiua*, dummodo tamen excedãt duodecimum annum, vt ſupra *nu.* 10. dictum eſt.

Non incidunt autem; Primò Parentes, ſi, ipſis, filiarum ſuarum turpitudini repugnantibus, ipſæ filiæ nihilominus ſuorum corporum copiã
24 alijs facere volunt; etiam ſi dicti Parentes in eadem domo cohabitẽt, & poſtmodum de pretio ab Amaſijs dato, vt pauperes viuant. Et idem dicẽdum, ſi ipſorum parentum cõſenſus, vel conniuentia exitum non habuerit, vt quia filiæ conſilium nõ approbauerint, vel ipſas pęnituerint &c. cum vt ſæpe dictum eſt, caſus reſeruatus de actu perfecto & conſummato intelligatur, pęna enim appoſita à iure ipſo facto propter aliquod delictum non incurritur, niſi huiuſmodi delictum fuerit conſummatum, licet fuerit inchoatum, *Ioan. Andr in c per*
25 *petuæ. de elect in 6. Graff. conſil. 16. de ſentent. excommunicat numero* 25. & fauet Conſtitutio Pauli IV. & Sixti V. de temerariæ thori ſeparatione, in qua pęna vltimi ſupplicij contra parentes, & maritos lenones filiarum & vxorum inflicta non habet locum, niſi reipſa proſtituerint. *Proſp. Farinac. q. 144. num. 33.*

Secũdò, ſaluo meliori iudicio, nec parentes filias ſuas viduas, nec item fratres ſorores viduas, etiam conſul-
26 tò proſtituentes, licet grauiſſimè mortaliter delinquant; & ratio eſt, quia hæc reſeruatio dicit, *Lenocinium ad finem Stupri, Adulterij, aut Sodomiæ*, at peccatum, quod committitur cum vidua, nõ eſt Stuprum, cum propriè Stuprum ſit illicita Virginis defloratio ſub cura parentum exiſtentis; nec adulterium, cum adulterium ſit thori alterius vxoris violatio; nec Sodomia, cum Sodomia ſit concubitus maſculi cum maſculo, vel fœminæ cum fœmina in vaſe indebito perpetratus; eſt ergo fornicatio, quæ vt patet hic non reſeruatur. eſſet caſus reſeruatus tamen quando parẽtes, vel fratres, prædictas filias, vel ſorores adhuc ſponſas, nondum cognitas ab aliquo, proſtituerent, ratio, quia eſſet Stuprum.

Tertiò, nec fratres, ſi tantum animum habuerint ſorores ſuas puellas, ſiue etiam Coniugatas, proſtituendi, ſed ob aliquod impedimentum puta duxerũt ſecum ad domum ſororum amatores, accepta ab eis pecunia pro
27 opere nephando, tamen quia inuenerunt fortè maritos, vel parentes, vel alios fratres, ſorores, ſeu conſanguineos illarũ, vicinas, vel alias quaſcunque perſonas, delictum perpetrare nequiuerunt. Ratio, quia vt dictũ eſt ſupra caſus reſeruatus intelligitur de actu exteriori, perfecto, & conſummato; & idem dicendum de ijs, qui pueros proſtituunt, nimirum quod ſub hac reſeruatione minimè comprehenduntur, niſi reipſa proſtituerint; quamuis ſi eis ſodomiticè potiti fuerint, in alium caſum huius Tabellæ, nempe in quintum, qui eſt Sodomia virorũ, aut mulierũ actiua, aut paſſiua, incidere cenſendi ſunt.

Quar-

Quartò, nec maritus, qui vxoris ſuæ adulterium ſuſpicans, illam cum idoneis teſtibus obſeruat, vt eam poſſit de adulterio conuincere, quo reſi-
28 piſcat, & in futurum caueat; quia nō eſt eius peccato conniuere, ſed eius malitia ad proprium commodum vti, per ea quæ tradit *Sanchez, lib. 10. de matrimon. diſput. 12. numero 52.* Idē ſi adulterio vxoris præter intentionem remotam cauſam præbuerit, vt ſi v. g. vir matrimonialium legum oblitus, vel eas contemnens, adulterium committat, & ipſa vxor vices rependat, etiam adulterando, prouerbiali illi ſententiæ malæ intellectæ, dans locum.

Frangenti fidem, fides frangatur eidem.

Ariſtoteles namque libro 1. Oeconom. c. 4.
29 Primū inquit leges ſint viro ad vxorem, vt iniuria ceſſet ſic nec ipſe iniuriam patietur. Et cum plerunque viri vxoribus præbeant occaſionem libidinis, hinc ex hoc ortum videri poteſt, quod *Gulliel. de monte laud. in Clement. cum ex eo. de ſentent. excommunic. & Tiraquell. leg. 9. Connub. numero 232.* aſſerūt, quod alicubi viri ex vxorum adulterio puniuntur, veluti ipſius criminis auctores. Si autem dederit cauſam remotam vxori adulterandi, vt quia eam reliquit ſine neceſſarijs ad vitam, vel de neceſſarijs nō prouidit iuxta *text. & Abb. in cap. ſignificaſti, num. 6. de diuort.* & hoc fecit dedita opera, dolo malo, & calliditate vt illa proſtituatur, tūc in caſum incidit;
30 etenim ipſe eſt cauſa, vt illa adulteretur, & ideo eſt in culpa, quia qui occaſionem damni dat, ipſe damnum dediſſe videtur. *gloſ. in capit. Studeat. diſtinct. 50. ff. ad leg. Aquil. l. qui occidit. §. in hac.* ita not. *Graſſ. d. Prax. loc. cit. numero 25.*

Quintò, nec maritus, ſi bonam opinionem de vxore ſua habens, illam ſæpius abſque delectu vagari permittat, ex quo poſtea eius pudicitia nau-
31 fragetur; vix enim aliud eſt, quod magis mulierum pudicitiæ obſtet, quam crebra illarum hinc inde abſq; neceſſitate vagatio; nam vt ſcribitur *in cap. 1. Mulieres. de iudic. in 6. Mulieres vagari non conuenit, nec virorum cętibus immiſceri.* Vnde illa,

Quantunque con effetto io non peccai
Io dò però materia ch'ognun dica
Ch'eſſendo vagabonda, io ſia impudica.

ſiue etiam, ſi maritus frequēter abſit, cum verè dicatur maritorum abſentia vxores impudicas reddere, quod ille his verſibus indicat,

Sit mora tuta breuis, lenteſcunt tempore curæ,
Vaneſcitque abſens, & nouus intrat amor.

Ouid. 2. de Arte. Ioſeph. Paſſus Delle Dōne luſurioſe. diſcorſ. 4. Quod ſtatim idē Ouid. probat exemplo dicens.

Dum Menelaus abeſt, Helene ne ſola iaceret.
Hoſpitis eſt tepido nocte recepta ſinu.

Vnde dicit *Tolet. lib. 7. cap. 21. num. 1.* quod viri dimittentes vxores, & vagantur, & nolunt redire ad eas non ſunt abſoluendi, donec firmum propoſitum habeant abſque mora redeundi.

Sextò, nec ſi ludo, venere, vel gaſtrimargia res dilapidans, vxorem penuria premi permittit, ob quā poſt-
32 modum cauſam vxor ipſa coniugalia iura violat; egeſtas namque ingēs eſt telum, & nil dira neceſſitate fortius, vt eſt in Prouerbijs apud Manutium; ſed paupertatis, vel neceſſitatis ratio eam ab adulterij culpa non vindicat; cum ei non ſit ignoſcendum, qui prętextu paupertatis turpiſſimā vitam ducit, vt ſupra dictum eſt.

Circa tertium; Praxis obſeruanda a Confeſſario circa confeſſionem, & abſolutionem pœnitentium lenocinium perpetrantium, hęc erit.

Circa confeſſionem; Primo Confeſſarius.

feſſarius animaduertat nō ſufficere, ſi pęnitens fateatur ſe Lenocinium commiſiſſe, ſed vt clarè ſciatur, an ſit
33 caſus reſeruatus, Lenocinij ſpecies neceſſariò in confeſſione exprimēda eſt; v. g. quod fuit erga propriam filiam, filium, ſororem, fratrem, vxorem, conſanguineam; tum quia ex aliquorum ſententia hæc ſpetie differunt; tum quia ſaltem hæ circunſtantiæ multum aggrauant, cum Pater, vel mater proſtituendo filiam, vel filium, magis peccat contra pietatem filijs debitam, quam frater, cum ſororem, vel fratrem proſtituit, & eorum pudicitiam, honeſtatemque proſcribit; ſicut etiam vir contra matrimonij leges, magis delinquit, cum vxorem ſuam proſtituendam exponit, quam frater, qui ſororem ad peccandum inducit; ſiquidem maritus tanto magis delinquit vxoris adulterio conſentiendo, quanto magis tenetur eius pudicitiam conſeruare, adeo vt ſolum retinendo vxorem in adulterio deprehenſam, vel alias patiendo, vel ipſius adulterio conſentiendo, leno de iure Ciuili, & in foro externo dicatur, & lenocinij pęna puniatur, *Farinac. quæſt. 144. §. retentio.* & in foro conſcientiæ, cum ſuſpicionē participationis in crimine vxoris retinendo euitare apud homines nō poteſt, eam a ſe abdicare tenetur: quia ſcandalum amputare eum oportet, ne in peccatum vxoris conſentire cēſeatur, communis eſt Doctorum ſententia in 4. *ſentent. diſt. 36.*

Secundò, obſeruandum, quod pęnitens explicare debet numerū peccatorum, quoties videlicet cauſam directam, vel indirectam lenocinio præbuit; cum conſtet apud omnes,
34 pęnitentem iure diuino numerū peccatorum mortalium, quorum memoriam poſt debitam & diligentem pręmeditationem, habet, neceſſario Cōfiteri debere. *Concil. Triden. ſeſſ. 14. Can. 7. Nauar. conſil. 12. de pęnit. & remiſſ.*

Quo ad abſolutionē; Animaduertat Primò Confeſſarius, An pęnitens habuerit adhuc animum malum lenocinium vlterius exercendi; quia, niſi leno, lena vè conſtanti animo, firmoque propoſito polliceatur omnino in poſterum ſe velle ab huiuſmodi turpiſſimo officio cohibere, nullo modo eſt abſoluendus, cum iuxta *Re-*
35 *gulā Iur. in 6. Peccati venia non datur, niſi correcto & emendato.* Itaque mediatores in huiuſmodi turpibus, qui portant ambaſciatas, vel deferunt litteras, etiam honeſta continentes, pecuniam, Annulos, & alia munuſcula, ad contrahendam malam amicitiā, allicientes ad venerea animum miſerarum puellarum, ac aliarum mulierū (de quibus loquens *Aegidius Maſſerius in Comment. ad Valer. Flacc.* Turpiſſimum inquit lęnarum ſtudium, quæ virgineas mentes melle perungunt, vt fel inhoneſta, opportunum tēpus aucupantes; laqueos tendunt, quos vix Lucretia vitaret; Eſcam parant, quam vel ſatur Hypolitus ſumeret; Arma mouent, quæ virginitatis Dea Aegidiæ non propulſaret; munera oſtendunt) Danaem omitto (inconcuſſum Penelopes animū euerſum, Minas obijciunt, quas Suſanna expauerat; Hæ ſanæ ſunt virgæ ſoporiferæ, quibus Animæ contractæ ad orcū deſcendunt; Hoc glutem, quo cōpactæ mentium alæ ſurſum euolare nequeunt) nullo modo ſunt abſoluendi niſi deſiſtere omnino promittant. Et ſi pater, mater, vel maritus aut quiuis alius huic vitio ſit aſſuetus, ſuſpēdat actum abſolutionis, vt ſibi videbitur.

Secundò, An aliquid ob lenociniū acceperit, ſiquidē ſi lenones aliquid notabile acceperunt ab his, qui ſui iu-
36 ris non ſunt, vt ſunt filij familias, Religioſi, & alij qui non poſſunt donare, ad reſtitutionem tenentur. *Graff. par. 1. lib. 2 dec. aur. c. 124 num. 10. in fin.*

Clau-

*Clau.Reg.lib.*10.*tract.*5.*c.*3.*nu.*37.*in fi.* Vnde acceptum a monacho propter actum meretricium reſtituẽdum eſt ſuo Monaſterio,cum ille non habeat vllius rei dominium, nec aliquid in eleemoſinam ſine Superiori licentia dare poteſt, multoq; minus pro actu turpi, nec Prælatus talem licentiam concedere cenſetur;*Clau Reg. loc.c.t. nu.* 36.*in principio.* Acceptum vero ab
37 alijs, qui non ſunt ſui iuris, nec donare poſſunt, vt à coniugata, filiafamilias,moniali, vel filiofamilias, conſultius iudicant doctores vt occultè, ſi ſit quid notabilis quantitatis, ipſis fęminis reſtituatur,& ipſæ poſtea reſtituant maritis, parẽtibus,& monaſterijs,cum hac ratione,melius illarũ famę,& honori conſulitur,*Clau. Reg. loc.ſupracit.nu.*44. Secus vero ſi leno, vel lena aliquid accipiat ab his, qui ſui iuris ſunt; nam licet promiſſio facta lenoni non valeat,cum turpis ſit, ſi tamen promiſſum ab eo,qui dominus eſt, tradatur, donatio ſubſiſtit, *l. mercedem,C.de condict. ob turpẽ cauſam.* Sicut etiam quamuis promiſſio facta mulieri nuptæ de opere fornicario à iure improbetur,& inualida ſit; poſt tamẽ operis executionem,quod quis pollicitus eſt,ratione datæ fidei in foro conſcientiæ adimplere tenetur;& ipſa nupta,quod ſibi ab his,qui ſui iuris ſunt datum eſt, ſibi retinere pôt, nulla enim lex diuina aut humana iubet vt acceptum iniuſtè de voluntate dãtis,ita vt turpitudo ſit ex vtraq; parte,ſit reſtituendum; & ideo clam marito ſic acquiſitũ in proprios vſus conuertere poteſt; quod idem de filiafamilias,& ſorore, pari ratione dicendum eſt.*Graff.loc.ſupracit. nu* 8. *&* 9.*& conſil* 1.*de furtis nu.*17. *& Sot.lib.* 4.*de Iuſt & iur.q.*7 *art.* 1. qui dicit qđ
38 nupta poteſt clam marito,& filia clã patre acquiſita ex tali opere, in ſuos vſus cõuertere,& marito,& patri nõ reſtituere, niſi amplam ſupellectilẽ via illa acquiſiuiſſet.*Graff. d n.*9. Nec monialis mercedem ſui corporis recipiens tenetur reſtituere in foro animæ.*Graff.loc.cit nu* 10 Idem cenſendum de viris, qui precium moderatũ accipere, & retinere poſſunt pro vſu & locatione corporum,*Sot.lib* 4. *de iuſt & iur.q* 7.*art.*1.*ad* 2.*Pet. de Aragon* 2.2 *q* 62.*art.*5.*in reſponſ.ad* 2. *concluſ.*8. *Dom Bannes, ibid. dub.*5. *concl.*1. *in fin.Petr Nau lib.*4 *de reſtit c.*2.*dub.* 12.*num.*120.*Ludou.Carbo.tract. de reſt. q.*48.*concl.* 10. Ratio enim eſt de viris
39 quæ de mulieribus,cum concubitus ille precio æſtimabilis ſit, immo æquius recipit homo, quam fœmina, cum plus prębeat; ſicut Alexãder iure naturæ à Regina illa Amazone, quę illum gratia prolis recipiẽdę inuiſit, precium recipere potuit, *Graff. vbi ſup n.*7.*Clau.Reg.loc.ſupracit. n.*39. Omnia autem ſupradicta intelligenda ſunt de his ſiue fœminis, ſiue maribus,qui ſine fraudibus notabilibus à ſuis amicis aliquid plus extorquẽt, ſed non de his,qui vel quę cum frau-
40 dibus notabilibus id faciunt;v.g.dicendo ſe eſſe virgines,cum non ſint, aut nõ fuiſſe cognitas niſi à tali Principe,vel Magnate; quia eiuſmodi ſicut alij fraudatores,reſtituere tenentur; Nec etiam ſunt intelligenda,de his qui accipiunt quidem ſine dolo, ſed ab his, qui non poſſunt dare. *l.* 2. *&* 3.*C.de auct.præſtan.& l* 1.*&* 2.*C.de præd min c.ſi quis presbiterorum.de reb. Eccleſ non alienan Nau. in Man.c.*17.*n.* 41.*in fi.* quia oia accepta ab illis, reſtitutioni, vt ſupra dixi, ſunt obnoxia.

Tertiò,Confeſſarius conetur inducere pęnitentem ad veram & perfectam contritionem ſuorum peccatorum amputando omnes occaſiones peccãdi iuxta *tex. c.ſatisfactio de pęnit.*
41 *diſt.* 3. pręſertim loci mutationem pręcipiat, quia mutando locum mutatur mentis affectus. Vnde ille Ethicus conſuluit.

Et loca ſæpe nocent, fugite loca conſcia veſtri
Concubitus, cauſas illa doloris habent.

Doceat pœnitentes fugere omnes occaſiones, præſertim malam Societatem lenarum, hæ namque mentes miſerarum mulierum, & præcipuè puellarum blandiuntur, & blandiendo alliciunt, ſeducunt, & ad proſtituendū adigunt; quamobrem parētes curam ſuarum filiarum ſummoperè habeāt; filiæ tibi ſunt ait *Eccleſ. c.* 7. ſerua corpus illarum, & non oſtendas hilarem faciem tuam ad illas, *& c.* 26. In filia non auertente ſe, firma cuſtodiam,
42 ne inuenta occaſione vtatur ſe, *& c.* 42. ſuper filiam luxurioſam confirma cuſtodiam, nequando faciat te in opprobrium venire inimicis tuis a detractione in ciuitate, & obiectione plebis, & confundat te in multitudine populi. Similiter viri curam habeant vxorum, non permittentes eas nimium extra domum vagari abſq; maxima neceſſitate, quia hoc valde periculoſum eſt, quandoquidē vt ait *Ang. in l ſi qua Illuſtris. C. ad S. C. orph.* ea meretrix præſumitur, quæ alienas domus, nunc hanc, nūc aliam intrare conſueuit. *Ioſeph Paſſus Delle Donne Adult. & vagabon. diſcorſ.* 12 *& l* 2. *C. de his qui veniam ætatis impetra.* habetur, fœminas cętui publico ſeſe demonſtrare non decet. Quia naturalis pudor non permittit Mulieres ſeſe omnibus paſſim manifeſtare. *l. optimā C. de contrahen & commit. ſtipulat.* Vnde *Panormit. in c. Mulieres. de Iud. in* 6.
43 Periculoſū eſt mulieres peregre proficiſci, & ſe virorū cętibus immiſcere, *Bart. Caſſan. Catalog. glor. mund. p.* 2. *conſiderat.* 25. Parētes ergo & mariti, fratres, & alij non permittant vt Mulieres ſuæ, vllo modo cum lenis conuerſentur; quoniam *Plaut. de liber. educ.* ait.

Qui iuxta claudum habitat ſubclaudicare diſcet.

& quidam Poeta

Claudo vel vni, ſi propinquus māſeris.
Diſces & ipſe claudicare protinus.

quia teſte Pſalmiſta. *Pſal.* 17. *Cum Sancto Sanctus eris, & cum peruerſo, peruerteris, vel peruerſus eris* Vnde *Elibanius Sophiſta Antiochen. in Epiſt. ad Cleomacam*; Tales inquit plerunque videri
44 ſolemus, quales ij ſunt, q nobis amicitia conſuetudine coniungūtur. Nā cum illorū malos mores imbibimus, ſimiles illis euadimus, ſicut de Iudęis teſtatur *Dauid Pſal.* 105. dicens, & *comixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & ſeruierūt ſculptilibus eorum.* ita mulieres honeſtæ, ſi cum lenis conuerſentur, haud dubium quin illarum mala opera mox perdiſcent, & ideo à tam peſtifera conſuetudine penitus cohibendæ ſunt: Quis enim
45 caſtiſſimam fęminam Sāctam Theodoram Alexādrinam tam incautè in adulteriū ruere fecit, niſi Anus quædam lena? vide in vitis patrum; hæ enim peſſimę lenę ſunt cauſa cur hodie in mundo, vt fatetur *Hieremia, c.* 23. Adulterijs repleta eſt terra; hæ in quam ſunt cauſa cur multi poſuerūt puerum in poſtribulum, & vendiderunt puellam pro vino vt biberent. *Ioel. c.* 3. & quod vnuſquiſque, prout *Ezechiel fatetur, cap.* 22. in vxorem proximi ſui operatus eſt abominationē, Socer Nurum ſuam polluit nefariè, & frater ſororem ſuam oppreſſit. Hę ſunt cauſa quare fiunt hiſce noſtris temporibus innumerabiles puellarū violationes, Stupra, Inceſtus, Sacrilegia, Fornicationes, Puerorum proſtitutiones, & alia grauiora crimina.
46 Hæu Sancte Deus quantorum malorum ſunt cauſa; Vtinam modo viueret Cleomenes vt eas capere faceret ligare in ſaccis, & in fluminibus præcipitare.

Item oſtendat eis grauitatem huius criminis, ſiquidem lenocinīū proculdubio maius & grauius eſt delictum, quam adulterīū, adulteri enim in ſe tantum & in fœminam peccant,

Lenones vero præter ſeipſos duos alios trahunt ad peccandum vt dicit *gloſ in l. palam, §. lenocinium, ff. de ritu nupt. Menoch. de Arbitrar. Iud. cent. 6. caſu. 534. & Farinac. q. 143. § pęna lenocinij*. Hinc etiam antiquis legibus vt habetur, *ff. de his qui not. infam. l. 2. §. qui lenocinij & l. athletas. eod. tit. & ff. de adult. l. 1. §. lenocinij, & § qui hæc* ſatis odibile fuit hoc lenocinij crimē, quare per dictam Auth. vocantur peſtiferi caſtitatis vaſtatores. Vocantur quoque ſceleſti fures, & ideo lex eos morte punit. Etenim ſi pecuniarum fures & latrones furca ſuſpendūtur, quanto magis nouiſſima ſupplicia ſuſtinere debēt hi peſſimi caſtitatis fures & latrones. *Graff. in Prax. loc. cit. num. 15.*

47 Quanta item huius criminis ſit grauitas, ex inflicta pęna deprehēditur; Nam vbi lenocinium cōmittēs eſſet parens, maritus, vel frater, pęna mortis vendicatur: cum hoc crimen eò grauius ſit, quò ab his admittitur, q̄ honorem ſuorum tueri tenentur, ac conſeruare debent, nam præter peccatum mortale grauiſſimū, ſunt cauſa tot fornicationum, & adulteriorum, aliorumvè grauiſſimorum peccatorum, ponentes proprias filias, ſorores, & vxores in ſtatu meretricandi, vt ait *D. Tho. 2. 2. q. 154. art 6.* vide ſupra in Tabella Camerinen. in declaratione quinti caſus reſeruati, *n. 117.* Vnde tales proſtituentes de Ciuitatibus expellendi ſunt, vt ait *Graff. in Prax. loc. cit. nu. 19. in fin.* Iure etiā Cęſareo varijs pęnis lenones plecti ſolent, nam infamia notantur, & ita viliſſimæ perſonæ reputātur, ita vt nec teſtimoniū ferre poſſint, & factione Teſtamenti tā actiua, quā paſſiua priuentur. Iure etiam Pontificio tanquā infames, & irregularitatis labe infecti à quibuſcunque ordinibus excluduntur, *c. ſi cuius vxorem, vbi gloſ. diſt. 34 Marolus, de irregul. lib. 5. c. 41 nu. 1. Vgolin. de irregular. c. 60. §. 1. nu. 3. Menoch. de Arbitr. iud. cēt. 6. caſu 535. n. 46.*

48 Imo omnes & quoſcunq; puellarū, aliarumvè mulierum, ac puerorum lenones, Paulus IV. in quadam Conſtitutione, præter alias grauiſſimas pęnas, vltimo ſupplicio præcipit interiri. *Laertius Cherub. in Bullar. tom. 1. fol. 739.*

Quartò, grauiſſimam pęnitētiam pro modo culpæ iniungenda eſt; præſertim præſeruatiuam, ſi opus fuerit, v. g. quod penitens ſi in futurum am-
49 plius in huiuſmodi graue ſcelus dilabatur, ieiunet in pane & aqua, vel talem ac tantam pęnam perſoluat, puta certam pecuniæ ſummam, pauperibus erogandam, vel loco pio perſoluendam, vel aliud ſimile, prout pro vtilitate animæ, Confeſſarius expedire cognouerit. Et ſi pęnitens ſit huic vitio aſſuetus, per aliquod temporis ſpacium, vt dixi differenda eſt abſolutio, & Sacratiſſimæ Euchariſtiæ perceptio. Quod ſi lenocinij peccatum eſt publicum, publicam etiam pęnitentiam, ſi ad tollendum ſcandalum ita pro communi bono expedire videbitur, infligere licebit, vt etiā dixi in *1. p. q. 2 n. 11. fol 13.* & præter infamiæ notam, quā incurriſſe ab Epiſcopo declarandum eſſet, gladio excommunicationis per aliquod tempus feriri perforet, ac demum palam
50 in Eccleſia abſoluat. Si verò peccatū ſecretum eſt, tunc Doctores volunt, publicas pęnitentias, quæ olim imponebantur, ad forum contentioſum, non ad forum internum conſcientiæ pertinuiſſe, ac proinde a ſuperioribus iudicibus in Sacramentali iudicio iniungi non poſſe pro publicis ēt reſeruatis peccatis, eo quod id ſacri ſigilli religioni aduerſaretur, qđ omnino inuiolatum ſeruandum eſt, omnino cauēdo, ne verbo, aut ſigno, aut alio quouis modo aliquatenus peccatorem prodant. *Concil. Colon c. 33. & Innoc. III. in c. omnis. de penit. & remiſſ.* Quod non ſolum humano, ſed etiam natu-

Digitized by Google

naturali,& diuino iure præcipi, latè proſequitur *Sotus in relect. de teg. vel detegen. ſecreto. Onuph. in tract. de ſacro ſigillo. ſect.* 1.*q* 1. *& Bonac. tom.* 1. *diſp.* 5. *ſect.* 3. *punct.* 1. *nu* 14. Niſi tamen tales pęnitentias infligere aliquando expediret in Eccleſiæ ſatisfactionem, & aliorum ædificationem & exemplũ, & ad tollendum aliquod ſcandalum, quod in Republica eſſet illatum, modo cautè & cum pęnitentis conſenſu fiat. *Suar. tom.* 4. *diſp.* 38. *ſect.* 6. *Vaſquez q.* 94. *art.* 2. *dub.* 2. & fauet, *c.* 1. *de pęnit. & remiſſ. & Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *de refor. c.* 1. Quemadmodum etiam conceditur à Doctoribus licere ſuperiori dãdo teſtimoniales litteras pro delicto
51 publico, publicam etiam ſatisfactionem præſcribere, dũmodo ipſius pęnitentis aſſenſus accedat, in hũc modum. Reuerendę in Chriſto Frater. Non vacauit, præſentis ſchedulæ latoris ſubditi tui Confeſſionem audire; ideo facultatem tibi concedo, vt eum audias & abſoluas, ab Homicidio, vel Lenocinio, vel Sortilegio, quod nuper in tua Parochia notoriè perpetrauit, iniuncta tamen illi hac ſalutari pęnitentia, videlicet quod nudis pedibus cum corrigia ad collũ ſingulis Dominicis diebus per annũ ſacco indutus, ſeptem Pſalmos Pęnitentiales, aut ſi legere non nouerit, totidẽ Roſaria attentè & deuotè ante fores Eccleſiæ publicè, perſoluat. Dat. Ripæ ex noſtro Palatio Epiſcopali, die 9. Nouemb. 1624. ita *Homob. tract. de caſib. reſeru.* 2. *p. c.* 6. *fol.* 413. *& p.* 1. *c.* 6. *fol.* 129. Denique pęnitenti ſuadendum eſt, immo, vt melius dicam, imponendum eſt, vt ſæpius Cõfiteatur, vt ſalutaribus monitis ad vitæ emendationem, & bonam frugẽ, diuina opitulãte gratia, traducatur; *c. quod quidam, de pęnit. & remiſſ.* cum firmo propoſito amplius non peccandi, cum ea ſit vera & fructifera pęnitentia peccatum ita deteſtari, vt animum peccandi amplius non habeat, *c. pęnitentia. de pęnit. diſtin.* 1. *& c. pęnitentiam. de pęnit. diſt.* 3. Et hæc pro huius ſeptimi & vltimi caſus reſeruati, ac ſimul totius illius Tabellę Ripanę declaratione, dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

Digitized by Google

QVÆSTIO XVIX.

De Caſibus Reſeruatis Epiſcopo Montiſalti.

CIrca hanc decimam-nonam, quęſtionem quęritur, quot, & quales ſunt caſus reſeruati Epiſcopo Montiſalti, ad quod breuiter reſpondeo dicendo. Ordinarius huius Ciuitatis credo quidem, quod more aliorum Epiſcoporum ſibi reſeruet Caſus, iuxta poteſtatem a Concilio Tridentino *ſeſſ.* 14 *Canon.* 11. ſibi traditam, ſed quia poſt debitam adhibitam diligentiam in ſcribendo tum ad Epiſcopum tum ad eius Vicarium Generalem, tum ad alias etiam Perſonas Tabellam autenticam ſuorum Caſuum reſeruatorum, numquam habere potuimus, ideo eius declaratio omittitur; pro conſolatione tamen Cōfeſſariorum huius dięceſis fatemur, quod facilè inuenire poterunt declaratione quorumlibet dictorum caſuum reſeruatorum in ipſa Tabella cōtentorum; ſi diligenter perlegant alias declarationes Tabellarum aliorum ſupradictorum Epiſcoporum: hęc ergo pauca pro huius Tabellę explicatione, dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

QVÆSTIO XX.

De Caſibus Reſeruatis Epiſcopo Tolentini.

CIrca hãc vigeſimam quęſtionem, quęritur, quot, & quales ſunt Caſus reſeruati Epiſcopo Tollentini; ad quod breuiter reſpondeo dicendo, Caſus, quorum abſolutionē nunc in ſua dięceſi ſibi reſeruat Ordinarius Tollentini, cum ſint illi, qui in Tabella Maceratenſi continentur (Epiſcopus enim Maceratenſis, & Tollentini eſt idem, vt ſupra dictum eſt) & ibi diffusè explicati inueniantur, ideo hęc pauca pro eius declaratione modo dicta ſufficiant, ad laudem, & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

Præſens ergo opus, quod (Dei gratia comitante) quatuor ab hinc circiter annis ego Frater Petrus 47. annorū ętatis meæ, incepi, & magnis quidem laboribus, hoc pręſenti Anno magni Iubilęi 1625. die vero prima Nouembris, quę eſt feſtiuitas omniū Sanctorum, perfeci, quicquid in eo boni digneve merit, Deo Optimo Maximo, ac Saluatori noſtro Ieſu Chriſto a quo omnia bona procedūt, & omne datum optimum, & donum perfectum deſcendit, ad ſcribendum ſentio: quicquid vero, ex nimia occupatione, minus benè ac perperam (varijs enim negotijs implicatus, ſingula adamuſſim ponderare non potui,) id meo exili ingenio cenſeo tribuendum.

dum.

Digitized by Google

dum, paratus tamen ſum dum viuo in hac labili vita, toto corde, ore, & opere correctionem humiliter ſuſcipere; & tam hoc opus, quam cætera omnia, quæ Deo adiuuante in poſterum editurus ſum, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quæ omnis veritatis columna, & magiſtra eſt, iudicio, ac cenſuræ, fideique cenſorum correctioni, qua par eſt reuerentia, & humilitate, ſubmitto. Laus igitur, & perennis gloria ſit Sanctiſſimæ, & indiuiduæ Trinitati, Patri, Filio, & Spiritui Sancto; Domino noſtro Ieſu Chriſto, eius Sacratiſſimæ, Matri glorioſæ Virgini Mariæ, Angelo meo cuſtodi fideliſſimo, Seraphico Patri meo Franciſco, & omnibus Sanctis, quorum meritis, & interceſſionibus, tranſire mereamur ad vitam æternam; Amen.

FINIS.

ERRATA SIC CORRIGITO.

Pag.	col.	lin.	Mendum.	Emendatio.
5	3	37	morbo	morbus
5	3	38	ſerpant	ſcerpant
5	3	42	correpi	correpti
8	2	1	concluſionis	quæſtionis
7	2	26	concluſionis.	quæſtionis
16	1	22	nonum.	decimum
16	2	22	decimum.	vndecimum
22	1	21	vigeſimũ ſecũdũ	vigeſimum primum
22	2	20	aliquam	aliquem
27	3	38	obſit	abſit
27	4	3	vigeſimũ tertiũ	vigeſimum ſecundum
28	1	20	vigeſimũ quartũ	vigeſimum tertium
29	3	49	notaret	notauit
29	4	24	in fine	Adde de hoc ego aliquantulum dubito
29	4	31	non ligatur	ligatur
31	4	38	vigeſimũ quintũ	vigeſimum quartum
34	1	15	vigeſimũ ſextũ	vigeſimum quintum
37	3	1	vigeſimũ ſeptimum	vigeſimum ſextum
37	3	23	Religo	Religioſo
37	3	48	vigeſimũ octauũ	vigeſimum ſeptimum
38	1	47	vigeſimũ nonũ	vigeſimum octauum
41	4	30	trigeſimum	vigeſimum nonum
48	1	4	Reſeruatis	Reſeruati
50	2	1	ſomniorũ diuinatio	ſomniorum diuinationem
56	2	45	Infantes	Infantibus
58	2	16	alios	alio
66	2	6	comprehendi	comprehendit
96	2	5	reuelaret	reuelauerint
201	3	16	Reus	Deus
209	3	7	Conceſſionem	Confeſſionem
211	2	30	concedatu	concedatur
211	2	33	in alium	adde vſum
223	4	25	quanta eſt	quantum eſt
223	4	33	ſpectas	ſpectat
226	2	2	fiat	ſciat
226	2	5	eum	eum
226	2	21	poſt medium	poſt Medinam.
230	2	35	Peccant	Peccanti
241	4	38	ſub	ſunt
245	3	2	id	idem
248	1	11	Data	Rata
252	1	44	approbatos	approbato
253	3	30	approbatos	approbato
267	4	9	quidam	quidem
281	1	45	torqueum	torquem
299	4	7	ſimilis	ſimili
202	1	41	ſuſpenſſo	ſuſpenſo
211	4	25	vuſus	vſus
213	3	5	Epiſcopus	Epiſcopis
219	3	4	ſeue	ſeu
221	3	33	coniugales	coniugalis
231	4	1	quis	qui
239	3	31	excõmunicationẽ	communicationem
257	4	31	allocutoria	allocutorio;
264	2	37	conſtringit	conſtringi
265	3	2	accidunt	occidunt
265	4	46	de occiſio	de ociſo
266	2	46	ſecultum	ſecutum
310	2	1	rerum	reum
322	1	26	infuſionum	infuſionem
322	2	36	coniuncta	coniunctæ
327	4	13	poſitus eſt	potitus eſt
336	1	3	piſpoſitioni	diſpoſitioni
339	4	41	a dæmoni	a dæmone
340	2	39	velunti	veluti
341	4	25	Ariſmagica	Ars magica
